CL. IC.

MATTHAEI VVESENBECII

TRACTATVS ET RESPONSA,

quæ uulgò

CONSILIA IVRIS APPELLANTVR:

quibus grauiſſimæ Iuris utriuſque controuerſiæ deciduntur.

Hactenus diu exoptatæ, ac nunc primùm in lucem æditæ.

Cum INDICE *Conſiliorum, rerum item ac uerborum locupletiſſ.*



Cum gratia & priuilegio Imp. Maieſtatis ad decennium.

BASILEAE

APVD EVSEBIVM EPISCOPIVM, ET NICOLAI *fratris heredes. Anno* M. D. XXCIV.

NAPOLI

INVICTISS. CAESARI D.
MAXIMILIANO II.
ROM. HVNG. BOHEM. &c. REGI, ARCHIDVCI AVSTRIAE, &cæt. DVCI BVRGVNDIAE, &c. AVGV-*ſto Opt. Max.*

DIV multumque reſtiti poſtulantibus æditionem, quorum neſcio reſponſorum: quia nec in hunc eſſent uſum exarata: neque mihi tempus ad ea recognoſcenda iuſtum relinqueretur: denique quòd animus æger ab iſto ſcriptionis genere iampridem abhorreret. Cæterùm illi quoniam replicabant, alioqui futurum quod iam fieri cœptũ eſſet, ut partim interirent negligentiùs aſſeruata, partim ad aliorum manus quæ perueniſſent, alia ab alijs me uel inuito, uel mortuo publicarentur: non cũ mea ſolùm, uerumetiam conſultorũ, quibus priuatim dederam, iniuria: qui nomina fortè ſua liteſq; quamlibet compoſitas publicari nollent: his de cauſis uiſi ſunt aliquid dicere, quamobrẽ paucula de quibus aliquid ſuſpicari poteram, non quidem ut opus erat, limarem preſsiùs: nam id ocij foret maioris: attamen ita mutatis perſonarum ac rerum, quoad fieri potuit, argumentis, in periculum conijcerem, ut ſine iuſta cuiuſquam offenſione foras expromi poſſet. Quod ſanè fateor mutilam alicubi, fortaſsis & obſcurã reddidiſſe ſententiam: ſed hoc uitij facere malui, quàm myſteria cuiuſquã enunciare. De quo ſcilicet alij ſtatuent aliter, neq; tamen propterea ſe meliùs hæc aut deteriùs habebunt. V. porrò S. M. Inuictiſs. Cæſar, haſce uernaculi fundi quinquageſimas, ut noſtri uocant, laudemias, uel potius ἀπαρχὰς ſupplex offero nuncupóque. Etenim tuo ſunt in imperio natæ: tuo proinde herili & auguſtiſs. nomini, cuius potiſsimùm eſt eiuſmodi cognoſcere ſimul & tueri, iure debentur. Quo ſi non indignæ uidebuntur, uiuant: ſin (quorſum enim multa?) pro non ſcriptis habeantur.

Index

TRACTATVVM ET RESPONSO-RVM HVIVS VOLVMINIS.

1 DE controuerſa feudi poſſeſsione inter filiam & agnatum.
2 De pacto & præſcriptione retrouenditionis.
3 De contractu rationibusq; fratrum & reſtitutione minoribus aduerſus eaſdem danda.
4 De bonis feodalibus pro allodio repetitis.
5 De præſcriptionibus.
6 De cauſa poſſeſsionis & proprietatis ad repetitionem bonorum proſcriptorum inſtituta.
7 De iure ſequeſtrationis, & ex quibus illa cauſis fieri uel relaxari debeat ac poſsit.
8 De rerum Eccleſiaſticarum alienatione & luitione.
9 De reuocatoria noui feudi ob defectum generationis & inueſtituræ.
10 De beneficio excuſsionis.
11 De renontiatione materna, & quatenus ea filio in auita hæreditate obſtet.
12 De fide antiqui & obſcuri inſtrumenti uenditionis.
13 De probatione proximitatis & aditionis hæreditatis.
14 De fideiuſſoribus.
15 An per renuntiationem patris & ob non leuatam manum filius feudo excludatur.
16 De laudemijs.
17 De teſtamento militari.
18 De iure paſcendi.
19 De iure & probatione neceſſariæ defenſionis.
20 De probatione poſſeſſorij retinendæ.
21 De formatione actionis ad territorium repetendum inſtituendæ.
22 De iniurijs & famoſo libello.
23 De renuntiatione hæreditatis iurata.
24 An ſtatuto legitima tolli poſsit.
25 An bona mulieris, ſine pacto ad maritum allata, cenſeantur dotalia.
26 De donationibus.
27 De probanda indictionum poſſeſsione.
28 De hæredum inſtitutione & legatis.
29 De liberorum exhæredatione.
30 De foro controuerſiæ feudalis competente.
31 De ſocietate.
32 De regaliorum diuiſione & iudicio continentiaq; cauſæ.
33 De turbatione Iuriſdictionis alienæ.
34 De iure & inueſtituris molarum.
35 De tutorio & procuratorio.
36 De probatione amiſsionis pecuniæ commodatæ.
37 De eccleſiæ uacantis curatione.
38 De ſolennibus ultimarum uoluntatum & pactorum, quæ illarum naturam induunt.
39 De iuris realis ac perſonalis diſtinctione.
40 De excuſationibus munerum.
41 De ſucceſsione, diuiſione, pactisq; feodalibus.
42 De tranſactione uenditionis generali.
43 De appellationibus & pœnis non admiſſæ appellationis.
44 De legitimatione coniugali & probatione matrimonij ac legitimationis.
45 De regalibus.
46 De repræſalijs.
47 De reddenda adminiſtrationis ratione.
48 De uiſitatione & iure patronatus.
49 De mulieris in bonis mariti præ reliquis creditoribus prærogatiua.
50 De ceſsione bonorum & executione.

MATTHAEI VVESENBECII

TRACTATVS ET RESPONSA, QVAE VVLGO CONSILIA IVRIS appellantur.

SVMMARIA.

1

1 ACTA *faciunt notorium inter partes.*
2 *A ſententia poſſeſſorij non licet appellare.*
3 *Contraria ſunt appellare & dicere ſententiam nullam, nec ſimul audienda.*
4 *A commiſſarijs ad delegantem nequit appellari.*
5 *Vbi praſens eſt copia iudicis, coram notario appellare non licet.*
6 *Appellatio quando fit coram notario, cum proteſtatione facienda eſt.*
7 *Appellari coram aliquibus iudicibus ſufficit, quamuis non omnibus.*
8 *Praſens eſt, qui in eadem prouincia eſt.*
9 *Quod non ritè fit, nulliter fit, & ſolennitas ut forma actus ſeruanda pracisè, neque quicquam ex ea omitti, nec per aquipollens impleri poteſt.*
10 *Apoſtoli niſi intra trigeſimum diem petantur, appellatio fit deſerta.*
11 *Conſuetudo in ſententia ſeruanda, alioqui eſt nulla.*
12 *Iure Canonico regulariter à quolibet grauamine prouocatio eſt permiſſa, niſi in caſibus exceptis.*
13 *Momētanea poſſeſſio ſignificat poſſeſſorium recuperanda.*
14 *Cur in hac ſit interdicta prouocatio.*
15 *Ex omni generalitate iuſta excipitur cauſa.*
16 *A ſententia ſpoliationis licet appellare, & num. 21. 22.*
17 *Iudicium retinenda ſeu recredentia eſt ſummariſſ.*
18 *A quolibet poſſeſſorio inhibetur appellatio, quo ad effectum impedienda executionis, non quo ad effectum deuolutionis.*
19 *Iure Canon. licet à quolibet poſſeſſorio, quo ad utrunq; effectū, appellare, ſicut à quolibet grauamine.*
20 *Ius Canonicum in materia prouocationis derogat iuri Ciuili.*
21 *Sententia in poſſeſſorio lata non eſt interlo-*

2

cutoria, à qua in Camera non niſi certis caſibus licet appellare.
22 *A ſpoliatione notoria itē poſſeſſorij iniuſtitia, licet appellare, etiāſi iudex ſpoliârit.*
23 *A poſſeſſorio, quod implicatam habet proprietatis cauſam, appellare permiſſum.*
24 *Ad petitorium ſpectat adiudicare fructus.*
25 *Fructus iuriſdictionum ſunt mulcta, quas ſuperiores à ſubditis contumacibus exigere poſſunt, & lucrantur.*
26 *Quaſtio nullitatis rectè cum appellationē cumulatur, & tenet: etiam hac praſcripta uel deſerta. & num. ſeq.*
27 *Quaſtio nullitatis num ſuſpendat executionem: praſertim adiecta clauſula: Omni meliore modo.*
28 *A delegatis commiſſarijs rectè appellatur ad delegantem.*
29 *An, & quatenus coràm notario appellari poßit.*
30 *Proteſtatio quādo neceſſaria in appellationibus extraiudicialibus: & an ſufficiat inſinuatio, tempore legitimo facta.*
31 *Apoſtolorum omiſſa petitio, an uitiet appellationem.*
32 *Iuſiurandum an in ſecunda inſtantia praſtetur.*
33 *Pro ſententia praſumitur, & decreto etiam appellatione ſuſpenſo, ſic, ut nō detur contra reſtitutio. & num. 46. in fine.*
34 *Pro filia contra agnatum ſtat iuris praſumtio.*
35 *Hares ab inteſtato mittitur in poſſeßionem officio iudicis: licet non ex l. ult. C. de edic. diu. Adr. & num. 18.*
36 *Filia pra agnato mittenda in bonorum poſſeßionem etiam feudalium. & num. 39.*
37 *Feudalis ſucceßio eſt quadā ab inteſtato, cuius iure regulatur maximè q; poſſeßoria.*
38 *An poſſeßio feudalis tranſmittatur in haredes. & num. 48.*
39 *Prafertur poſſeßio iuſtior, & magis colorata: praſertim fundata in conſuetudine,*

de qua creditur peritis regionis, & Principum primis.

40 *Scriptura priuilegij probat conſuetudinē, & eſt probatio probata: & potior eſt conſuetudine, quia perſonam habilitat: et eſt publicum inſtrumentum: nec opus habet talis notoria conſuetudo probatione, & ſecundum eam iudicandum.*

41 *An ſit ſubditus uaſallus ratione feudi, & quomodo domicilium ac ſubiectio plurib. etiam locis conſtituatur: & nu. 43. 57.*

42 *Bona immobilia regulantur ſecundùm ſtatuta locorum ubi ſunt ſita, etiam quo ad uſumfructum.*

43 *Vſuſfructus eſt pars dominij, et an rei? item an iure rei immobilis reguletur, & cùm à re mobili debetur: & an habitatio patris filia proſit, & in eam tranſeat & qualis?*

44 *Familia an conſuetudinem inducere poſsit: quæ cùm nihil detrahit Iuri, mera eſt Iuris communis obſeruantia.*

45 *In poſſeſſorio obtinet probans antiquiorem & iuſtiorem poſſeſsionem, præſertim qui ſpoliatus eſt, etiam à iudice uel principe, qui non poſſunt ſine iuſta cauſa, & eiuſdē cognitione alicui poſſeſsionem auferre. & num. ſeq.*

46 *Quatenus pro iudice aut principe præſumatur: & quatenus ei reſiſti poſsit, & an ſpoliatus indubitè reſtituatur, nedum cōtra iudicem, à quo ſpoliatus eſt, ſed etiam aduerſus tertiū poſſeſſorem, ad cuius inſtantiam ſpoliatus ſit: ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter ſit ſpoliatus?*

47 *Iudex & princeps etiam ſine cauſa cognitione nulliter procedit: & ab his ita ſpoliatus reſtitui ante omnia debet.*

48 *An ſpoliatus à iudice debeat probare ſe ſpoliatum iniuſtè.*

49 *Inueſtitura quæritur poſſeſsio in nouis: in antiquis per eam confirmatur, & an in ſucceſſorem continuetur.*

50 *Simultaneè inueſtitus præfertur filiæ in poſſeſsione feudorum.*

51 *Poſſeſsione principalis acquiruntur & poſſidentur poſſeſsiones partiū. & num. ſeq.*

52 *Vnio inducitur per longam poſſeſsionem.*

53 *Poſſeſsio feudalis quomodo probetur apprehenſa.*

54 *Conſuetudo & priuilegium in ſpecie probanda ſunt, etiam notoria, et cum qualitate requiſita ad intentionem.*

55 *Fœmina in feudo non admittuntur, quamdiu mas ſupereſt.*

56 *Priuilegia ſtrictè interpretanda, quo ad læſionē tertij, & iuris communis. & nu. 57.*

57 *Subiectus quis dicatur, & quomodo domicilium conſtituatur: & quòd originis ac naturale præferatur aſcititio, cùm à principaliore fiat denominatio, & ducatur iuris æſtimatio.*

58 *Liberi utrum ſequātur originem an domicilium patris, & quod domicilium præferatur: et quod inſpiciatur domiciliū, qđ quis habuit tempore mortis paterna, non quod poſtea ſibi filia quæſiuit.*

59 *Statuta locorum non coarctant mobilia.*

60 *Statutum de uſufructu perſonali non extēditur ad foreuſes.*

61 *Familiæ conſuetudinem & obſeruantiā iudex ſequi debet.*

62 *Quando filia agnato, & hic contrà illi in poſſeſsione feudi præferatur.*

63 *In poſſeſſorijs ordinariè proceditur, excepto ſummariſs. iudicio retinendæ, in quo tamen etiam ordinariè proceditur, quando legitimus eſt contradictor.*

64 *Iudex nō poteſt ſine cauſa iuſta cognitione poſſeſsionē auferre, alioquin ſpoliatus reſtituēdus, & quomodo probetur defectus cognitionis: et de cautione uſufructuaria.*

65 *Statuta excludētia fœminas, an ſint odioſa?*

66 *Familia quatenus conſuetudinem inducere poſsit?*

67 *Vſuſfructus cauſalis non eſt dominij pars.*

68 *Fœmina, an ſeruitia de feudo uſufructuario, & an per ſubſtitutum præſtet.*

69 *Quādo p ſubſtitutū liceat feuda deſeruire.*

DE CONTROVERSA POSSESSIONE FEVDI INTER FILIAM ET AGNATVM IN IVDICIO appellationis.

DEFVNCTO *ſine liberis maribus Iodoco Remo ex nobilitate Marchica, unde oriundus erat, & ubi domicilium habuit, oritur de poſſeſſione feudorum Megapolitanorum lis inter filiam eius relictam: qua prò conſuetudine loci uſumfructũ in illis petit: & agnatum proximum Erneſtum ſimultaneè inueſtitum qui contradicit praeferriq́ filia poſtulat. Commiſſarij Principis ad id delegati, poſſeſſionem filia adiudicarunt, reſeruato petitorio ipſi Erneſto, qui ſentiens illo ſe decreto grauatum appellat: & conſilium pro iuſtificatione ſuæ appellationis petit.*

HVius itaq; prouocationis ius omne uidetur commodiſsimè ſecundum duas
partes poſſe bipartito declarari. Nimirum ſi priũ de formalibus: ſecundo de materialibus agatur. Sicut enim aliæ res, ſic appellationes ex forma materiaq; conſtant. C. Romana. §. ſi uerò. de app. lib. 6. Ant. de S. Georg. in rub. de appel. num. 68. Chilia. in proceſſu cap. 109. num. 1.
Formalibus huius appellationis opponi poteſt: Primò quòd hic tãtùm de poſſeſsione litigetur, ſicut ipſa acta ſatis ſuperq; demon-
1 ſtrant: quæ † faciunt & inducunt notorium. Iaſ. l. eius qui. nu. 3. Si cer. pet. Innoc. & Dd. c. paſtoralis de except. Socin. l. j. num. 5. de except. c. cum olim. de uerb. ſig. Menoch. in remed. recup. 1. num. 213. & quidẽ iuris notorium: Socin. d. l. j. nu. 5. per Innoc. & Dd. in c. ex inſinuatione de appellat. Anton. c. tua. de cohab. cler. etiã in cauſis ſummarijs, Socin. conſ. 96. conſiderata nu. 16. uol. 4. per Ant. de But. in c. ue-
2 ſtrã. de cohab. cler. & mul. A ſententia † porrò poſſeſsionis appellari nequit. l. unic. C. ſi de mo. poſſ. Dec. conſil. 28. num. 4. non tãtum latæ in poſſeſſorio recuperandæ, d. l. unic. C. ſi de mo. poſ. l. quiſquis. C. quor. app. ſed etiam adipiſcendæ, d. l. quiſquis. C. quor. app. Aretin. l. final. §. pen. de appel. Bart. l. j. num. 13. C. quor. bonor. ac retinendæ ſecundum com. Bero. quæſt. 52. num. 8. Tiraq. de morte in 6. parte. decla. 6. num. 5. Cotta memor. uerb. appellari. Seb. uan. tract. de null. ſent. rub. 4. quis poſsit. num. 4. Socin. reg. 18. Duenn. reg. 44. Viuius com. op. lib. 2. uerb. appellatur. quam uſus approbauit. Matth. aff. deciſ. 269. Secundò quod inueniatur hic quæſtio nullitatis appel-
3 lationi permixta. Sunt † autem contraria, dicere ſententiam nullam, & appellare. Ferrar. in for. app. uerb. & in quantum. nu. 3. Contraria porrò deducẽs non eſt audiẽdus l. j. C. de fur. l. contra. C. de inoffic. teſta. l. ult. C. de codicill.
4 Tertiò quod † non potuerit à delegatis commiſſarijs ad delegantem, tanquam ab eodem ad eundem appellari. l. j. §. j. quis à quo app. ubi Bart. c. 2. de conſt. in 6. Dec. rub. de app. nu. 3. 4. 5. Maran. in Spec. aureo parte. 6. tit. de appella. nu. 3. ubi hanc dicit communem. Quae-
5 to cũ copia † iudicis à quo praeſto fuerit, quod parum ritè corã notario & teſtibus appellans hic ſuam inſtituerit prouocationẽ. Nec enim niſi propter ordinariæ iuriſdictionis defectũ eo debet iri: & quoad copia iudicis haberi poteſt, tamdiu apud notarium appellatur perperam. c. ult. ubi gl. uerb. coram c. ut debitus. de appell. Bald. l. apertiſsimi. num. 2. C. de iudic. per l. j §. dies. l. 2. §. quid ergo. quand. appell. ſit. l. j. & 2. C. de his qui per met. iud. clem. j. uerb. maior. de appella. Socin. conſil. 45. uolum. j. ac nullitér d. l. ult. ubi omnes Dd. c. ut debitus. de appell. Innoc. c. cum olim. num. 10. de dol.
6 & contu. Deciſ. Tholoſ. 428. Imo † quoties id ob iudicis abſentiam aut terrorem factitandum eſt, toties corã honeſtis uiris diſertè proteſtandum, nullam iudicis copiam in promtu fuiſſe: gl. d. c. ult. ubi Panor. num. 25. Bal. num. 6. Imol. nu. 4. Anto. de S. Georg. nu. 5. & 6. de app. Bal. d. l. apertiſsimi num. 3. C. de iudic. & l. 2. C. de his qui per me. iud. per l. cum quidã. de appellat. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ubi Bar. num. 20. de oper. no. nunc Lanfr. c. quoniam. uerb. interlocutiones. nu. 21. de probat. Alex. conſ. 16. ponderatis. num. 11. 12. uol. 3. caeteroqui non conſiſtit appellatio. Iaſ. l. properandum. 11. §. ſin autem. nu. 4. C. de iudic. Socin. conſ. 45. uiſa. nu. 1. uol. 1. Alex. conſ. 69. in cauſa. num. 6. uol. 7. Dec. conſ. 356. in cauſa. nu. 4.
7 Cùm igitur † hic tam delegati ſaltẽ magnam partem, quod ſufficit, clem. 1. de appell. quam delegantes, coram quibus etiam appellare licuit cle. 1. ubi Zab. de ſent. & re iudica. Bal. d. l. apertiſsimi. C. de iud. & ad Spec. de app. Bart. l. j. §. ſi quis ff. quis à quo app. & Alex. l. j. §. dies quando appel. fuerint in Megapoli praeſentes
8 (is. n. praeſens † intelligitur eſſe, qui in eadem prouincia degit, ſuiq; copiam praebet. l. cum longi. uerſ. ſancimus. C. de praeſcript. long. tem por. Felin. c. quoniam num. 9. ut lit. non conteſt. Dd. l. j. ff. de proc.) efficitur, friuolè, praeſertim ſine proteſtatione, Erneſtum corã notario prouocaſſe. d. c. ult. d. c. ut debitus. ubi Dd. de
9 appell. Quod enim non † fit cum debita ſolennitate, nulliter ſit. l. j. §. j. cum ſeq. ubi Dd. de

uerbo.oblig.l.ſi unus 12. C. de teſta.l.quoties,
qui ſatiſd.cog. Paria nanq; ſunt nõ fieri & non
ritè fieri.d.l.quoties.ubi gl.l.ubi.in fin.de edẽ.
l.quãuis.§.ſi conueniat: ad S C. Vell. §.3.inſtit.
de ſatiſd.neq; ſolenniter. Schurſ. cõſi.38.num.
6.cent.1. quia ſolennitas eſt forma actus indi-
uidua.l.furioſum.ubi Bar.Bal.& Dd.C.qui te-
ſta.fac.Bal.l.ſi ueritas.in 2.notab.C.de fideicõ.
dãs eſſe rei.l. Iulianus. §.ſi quis rem. ad exhib.
Tiraq.in retrac.lig.§.j.glo.21. num. 11.12.13. &
de legib.connub.in fin.uerb. conſenſus, nu.2.
3. cum ibi alleg. qua deſtructa uitiatáq; etiam
in minimis, d.l.ſi unus 12. C.de teſtamen. An-
to. Pan.& alij c.ult.de reſt.ſpolia.Tiraq.latè,de
retrac.tit 1.§.j.gl.21.nu.11. & tit 2.§.4. gl.6.nu.
30. ac fauorabilibus, Tiraq. præall. loco per l.
qui Romæ.§. Flauius.de uerb.oblig. Bald.l.te-
ſtamentum C.de teſta.text.d.l.ſi unus.12.C.de
teſta. qui de teſtamẽto re utiq; fauorabili agit.
Iaſ.cõnſ.191.placet.in princ. nu.2.lib.2. res ſeu
actio tota deſtruitur. d.l. Iulianus. §. ſi quis rẽ.
ad exhib.§.ſi tamen.Inſt.de rer.diuiſ.l.hæredes
palàm.§.ult.l.ſi is qui.de teſtament.ſic ut nihil
addi detrahiq; formæ poſsit. Bald.l. ult. nu.3.
cum ſeq.C.de ſuis & leg. Tiraq.præall. loc.nec
ea per æquipollens impleri, gl.clem.1.uerb.ter
tio.de uita & ho.cler. Bar. l. non ſunt liberi. de
ſta.hominum. cum alijs adductis per Alex.l j.
in fine de lib.& poſth. Felin.c.cùm delicta. cir-
ca fin. de reſcript. Hipp. Marſil conſ.27. ſolen-
ne.nu.4.lib.1. Tiraquel. prælleg.loc. Quin-
10 to † propterea uidetur hæc uacillare prouo-
catio, quòd apoſtoli intra trigeſimũ diem nõ
inueniũtur hìc petiti: ſicut intra tempus illud
peti debent. gl.l.iudicibus. C.de app. c. ab eo.
ubi gl. uerb. 30. c. cordi. ubi Hoſtienſ. de app.
in 6.latè Mynſing.obſ.36.cen.4. Vnde uideri
debet appellationi renunciatum, præſumtio-
ne iuris & de iure, c.ab eo.de app.lib.6.Chilia.
in prac. cap.130. num.3. & 26. num.2. aut ſal-
tem eam eſſe deſertam. l.unic. de lib. dimiſs.§.
illas. in auth. de iud. c.6. eo.lib.6. cle.1. de ap-
pel. ubi Dd.Bart. l.eos.§. apoſtolis. C.de app.
Mynſing.obſ.36.cent.4.

Ex quibus omnibus exiſtimatũ fuerit pro-
cliue, hanc appellationem in forma non con-
ſiſtere ſua: proindeq; nec ad ſuperiorem eſſe
deuolutam, prout communis ſtylus & obſer-
11 uantia notoria ſeruat: quæ † etiã in iudican-
do retinẽda ſequendaq; eſt. Bal.l. generaliter.
in t.oppoſ. C.de Epiſ. & cler.l.ſi fugitiui. C. de
ſer. fugit.adeò ut ſententia contra lata, ſit ipſo
iure nulla. Guid. pap. in pro. deciſ. circa fin.
per doctrinam Cyn.in l.2. quæſt.3. C.quando
prouo. non eſt neceſs.

Sed his non obſtantibus cõtrarium eſt de-
finiendum. Nam iure Canonico quod nunc
uſu ſeruatur, licet à quolibet grauamine, præ-
ſertim iudiciali prouocare, c.ut debitus.c.cum
ſpeciali.& paſsim, ubi Ant.de S.Geor.de app.
Itaq; niſi probetur hic caſus exceptus, ſtandũ
eſt regulæ. Bart.l.quoties. num.1. ſi quis caut.
Iaſ.poſt Bart.l.2.nu.33.ſi quis in ius uoca.Bal.
c.j.de alien.mutand.iud.cauſ.quæ permittit à
qualibet cauſa appellationem. l. & in maiori-
bus. C.de app.c.1.c.3. de appellat. lib.6. clem.
appellandi. 5.eod.ut. atq; adeò etiam in caſu
dubit. uult eam admitti. l. & in maioribus. C.
de appell.c.ad ueſtram. c.ut debitus.de appel.
ut fauorabilẽ defenſionis cauſam, Menoch.
in 9.remed. recup. num. 318. Bart. Iaſ. num.3.
4.5.in l.3.ff.de iuſt.& iur. cuius pars eſt appel-
latio. Anto.de S. Georg.in rub.de appellatio-
nib. nu. 68. cùm ibi allega. Hunc autẽ caſum
à regula eſſe exceptum nòn ſatis utiq; proba-
tur: ſicut probanda eſt exceptio.l.in exceptio-
nibus.de probat.l.ſiquidem. C.de except. Ti-
12 raq.in trac.de pen. cauſ. 43. nu.9. Quod † e-
nim dicitur à momentanea poſſeſsione non
recipi prouocationem l. unic. C.ſi à mo. poſſ.
13 parum huc quadrat. Momentanea † namq;
poſſeſsio non ſignificat quodlibet poſſeſſoriũ
iudiciũ, ſed tantummodo ſpoliationis l. mo-
mentanea. 8.& to. tit.C.unde ui. (intelligendo
nigrum iuxta rubrum. Dd.l.j.ff. ſi cert.peta.E-
uerear.in loc.legalib. A rubro)l.j.C.ubi de poſ.
pertinens ad uim publicè priuateq; factam l.
hoc iure.de reg.iur. to.tit. C.ad l.Iul.de ui pub.
& priua. Menoch.reme.1.recup.in princ.& ad
poſſeſſionum recuperandæ. gl. c. ei qui appel-
la §.de poſſeſsione uerb.momẽto:2.q.6. Sym.
lib.1.epiſtola. Cuiac.obſer.lib.1.cap.2.& ita ue
teres intellexiſſe d. l. unic. C. ſi de mo.poſſ. te-
ſtatur ibi Salic. num.3. Quapropter manife-
ſtè diſtinguitur ab eo quod adipiſcendæ uo-
cãt,l.ult. C.qui legit.perſ.ſtan.in iud.hab. Fuit
14 autem † ratio ſingularis cur in hac momenta-
nea quæſtione inhiberetur prouocatio: cùm
quia iudicium hoc ex ſe cõuenit eſſe ſumma-
rium, quoniam ſpoliatus ſit antè omnia reſti-
tuendus.l.ſi quis ad fr.7.C.ad l.Iul.l ſi de ui.de
iudi.c.1.c.ex literis, 5.& paſsim, de teſt.ſpolia.
c.1.eo.in 6.l.ſi actori.C. de agric.& cenſ. lib.11.
Menoch.remed.1.recuperan.in princip. & per
tot.tùm, quòd non grauatur ſpolians, etiamſi
inhibita prouocatione reſtituere cogitur tan-
tiſper, dum in petitorio, de re plenius cogno-
ſcatur. Nec enim deteriore in conditione ſic
conſtituitur, quàm qua fuit antequam poſſeſ-
ſorem ſede ſua perturbaret.Bart.l.2.nu.3.4.de
app. recip.Salic.d.l.unic. C.ſi de mo.poſſ.quæ
ſpoliatio, cùm ſit crimẽ, l.hoc iure, de reg.iur.
l.ſi cum exceptione.§. in hac actione. uerb. cri-
mine l. quod dicemus.uerb.ſceleratè quæſiuit
de eo quod met. cauſa. ex eo ſpoliator lucrari
non debet,l.4.§. Marcellus.l.ſi procurator. de
excep. do.ma.l. ne ex dolo. de dol.mal.c.2. de
dol.& contuma. aut duriorem in agendo con
ſtituere aduerſarij conditionem interuerſa eſ
poſſeſsione to.tit.de alie.iud. mut.cauſa. fac.l.
unic.C. eod.tit. mirum ut non ſit, ſi hanc red-
dere ſpoliato cogatur, præciſa omni appella-
tione, cuius hìc nullum iuſtum eſt grauamen
ſicut eſſe debet. c. ut debitus, c.cum ſpirituali.
cum

cum ſimil. de app. Nihil enim ſic ei auſertur,
ſed quod ipſius abſtulerat, reſtituere cogitur:
nec immeritò. l. j. C. ſi per uim. l. meminerint.
C. unde ui. cum ſimil. Hæc autē nihil pertinēt
ad alia iudicia poſſeſſoria, in quibus cum nō
eædem militent rationes nec debet eadem e-
tiam obtinere diſpoſitio. l. adigere. §. quam-
uis. de iure pat. l. quod dictum. de pac. l. inter.
§. ſacram. de uerbor. obligat. Quin imò quod
amplius eſt, etiam in illis momentarijs cauſis
appellationi conceſſum ſemper fuit, quoties
cauſa aut res mométoſior uerteretur. Symma.
lib. 1 epiſtol. Cuiac. præalleg. loc. obſer. lib. 1.
55 cap. 20. Nam ex † omni generalitate cuiuſ-
cunque diſpoſitionis excipitur caſus iuſtæ cau-
ſæ. Tiraquel. latè tract. de pen. in præfa. nu. 12.
& paſsim. multò ergo magis in alijs admitti-
tur appellatio, præſertim ſi nō ſpolians cuius
inhibetur prouocatio, d. l. unic. C. ſi de mom.
poſſ. ſed ſpoliatus appellet, ut in caſu noſtro.
Huic enim nuſquam beneficium appellatio-
nis denegatur. c. ex cōqueſtione. 10. c. cum ad
56 ſedem 15. de reſtit. ſpol. Quamobrē †, ſi Do-
ctorum dicta ſunt intelligenda ſecundum id
quod allegant, Bart. l. non ſolùm. § ſi libera-
tionis. num. 7. de lib. lega. & quātum allegāt,
tantum probant. Euerar. in præamb. loco. le-
ga. in fin. per c. qualiter. 2. de accuſat. c. intelli-
gentia. 6. de uerb. ſign. c. ſecundum. 19. diſtinc.
gl. c. ego. uerb. quātalibet, & paſsim. diſtinct. 9.
fatēdum ſanè eſt, cùm nihil ad ſuæ opinatio-
nis fundamentum prædicti Doctores allegēt,
præter d. l. unic. C. ſi de momen. poſſ. quæ mo-
mētanea dūtaxat à poſſeſsione remouet pro-
uocationem, nihil hoc quippiam huc facere,
ſiue eam conſtitutionem ex ſenſu ueterum ac-
cipias de iudicio ſpoliationis à quo ſpolians
appellare contendit. Salic. d. l. unic. nu. 3. Bart.
d. l. 2. nu. 3. 4. de app. recip. gl. d. c. ei qui. ſiue de
alia momentanea poſſeſsione mométo apud
prouocantē duratura. Maran. in Spec. tit. 6. c.
de app. nu. 301 quod pleriſque placuiſſe uideo,
ut Ripæ c. ſæpè in fin. & Bened. concluſ. 79. de
reſt. ſpoliat. Bal. cōſ. 141. in fin. lib. 1. Menoch.
recup. remed. 9. nu. 319. cū ſeq. & latiſs. in præ-
ludijs eiuſdem tract. nu. 25. cū multis ibi alleg.
57 puta de iudicio † ſummatiſsimo retinendæ,
quas Galli recredentias appellāt. Maſſuet. in
prac. tit. de poſſ. Dida prac. quæſt. cap. 17. Ti-
raq. trac. de morte. part. 6. declar. 9. Guid. pap.
deciſ. 552. cum alijs quos allegat Menoch. in
præludijs recup. num. 27. 28. Bal. num. 2. & 3. l.
unic. C. de proh. ſequeſt. ubi Dd. ſcilicet cùm
ꝓpter timorē armorū perfunctoriè iudex in-
quirit uter poſsideat, inquiſitū poſſeſſorē in-
terim poſsidere iubet, altero accedere uetito,
donec res pleniùs cognoſcatur. Bal. d. l. unic.
nu. 2. & 3. C. ſi de mom. poſ. & l. ordinarij. nu. 9.
C. de rei uend. & c. 1. de ord. cog. Caſt. conſil. 3.
num. 2. lib. 2. Dec. conſ. 366. nu. 13. & alij quos
allegat Menoch. in d. prælud. rec. nu. 25. cum
ſeq. Hæc enim à noſtris terminis longè latèque

diſtant, unde à ſeparatis illatio fieri nequit. l.
ult. de calum. l. Papinianus exult. de minor.
Quod etiamſi Doctores ex malè intellecta d.
l. unic. in aliquem hic errorem impegiſſent, ta-
men rebus melius diſcuſsis, in detecta potius
ueritate, quàm erroneæ opinionis, licet com-
munis, falſitate, deinceps eſſet acquieſcēdum.
Iaſ. l. properandum 11. §. ſiue num. 8. C. de iu-
dic. Panor. c. ad hoc. num. 23. de poſtul. præla-
to. Corat. in com. op. trac. paſsim. Quia tamen
ab immiſsione ſcripti hæredis in poſſeſsionē
bonorū prohibetur prouocatio. l. quiſquis 6.
18 C. quor. app. non recip. & Doctores † ab o-
mni propemodum poſſeſſorio appellationes
excludunt. Bart. l. j. num. 13. C. quor. bonor. &
hanc communem facit Bero. quæſt. 52. num.
8. Tiraq. de morte in 6. part. declar. 6. num. 5.
Cotta. memo. uerb. appellari. Seb. Vant. trac.
de null. ſent. rub. 4. Quis poſsit. nu. 4. Socin.
reg. 18. Duenn. reg. 44. Franc. Viuius com. op.
lib. 2. uerb. appellatur. Maran. in Spec. part. 6.
cap. de appell. nu. 294. Pariſ. conſ. 108. nu. 20.
uol. j. Couar. prac. quæſt. cap. 23. num. 8. lib. 1.
Menoch. remed. recuperand. 9. nu. 322. Ioann.
de Nig. ſuper conſt. reg. cap. 6[illegible]m. 106. cum
multis ſeqq. Afflic. deciſ. 289. [illegible]. quiſquis.
C. quor. appel. ad hæc quoque reſpondendum
eſt. Videtur enim in noſtro hoc caſu filia uelut
proxima patris Iodoci hæres in poſſeſsionem
immiſſa eſſe, ex l. ult. C. de edic. diui Adrian. &
proinde huius poſſeſsionis controuertendæ
ergò appellationē eſſe denegandam. d. l. quiſ-
quis C. quor. app. non recipian. Sanè poteſt
negari ex d. l. ult. hic eſſe natā immiſſam, cùm
illius remediū ab inteſtato (quomodo hîc fi-
lia parenti ſucceſsit) non obtineat. Ita conclu-
dūt Dd. cōmuniter Alex. nu. 22. Iaſ. nu. 23. poſt
Cyn. Bar. Bal. in d. l. ult. cōtra Bal. in c. j. de cōt.
int. maſ. & fœm. Sed & l. quiſquis. C. quo. app.
non recip. loquitur de hærede ſcripto, & ex in-
ſtitutione in poſſeſsionem miſſo, qui non de-
bet prouocationibus extrahi: quia teſtamen-
ti cauſa celeriter eſt expedienda, l. unic. in prin
cip. C. de caduc. toll. & is ex notoria ſcriptura
& fauorabili immittitur. Salic. d. l. quiſquis in
fin. l. 5. C. quor. appella. perque uiam executio-
nis. Salic. ibidem: à qua non eſt prouocandō
l. 5. C. quor. appella. non recipian. l. ab exécu-
tore. D. de appella. quæ rationes cum hic ab-
ſint: abeſſe diſpoſitio quoque debet. d. l. adige-
re. §. quāuis. de iur. patron. Veruntamen quo-
niam Accurſ. in d. l. quiſquis uerb. mittantur
& Dd. ibi. C. quor. appella. ſuffragantibus e-
tiam curijs. deciſ. Neap. 269. Bero. d. quæſt. 52.
d. l. quiſquis. ad alia quoque poſſeſſoria iudi-
cia extendit, ulteriùs progrediendum, & a-
lia refutationis ratio quærenda eſt. Quocir-
ca ſciendum quod traditur d. l. quiſquis. &
d. l. unica, in poſſeſſorijs appellationem in-
hiberi, id tantummodo reſpectu finis execu-
tiui, & ſuſpenſionis, ne ſcilicet impediatur
per eam executio, non uerò reſpectu deuolu-
tionis

tionis à noſtris accipi. Quanquam enim qui-
dā indiſtinctè proſcribant hinc prouocatio-
nes. Ang.cōſ.46.ſtatuto.num.3. uer. ſed à ſen
tentia. Dec.conſ.28.num.4. Iaſ.conſil.187.nu.
6.7.uerſ. hoc aſſumo. lib.2. dicens hanc ſen-
tentiā eſſe receptiorem. Imol.conſ.55.nu.5. A-
lex.conſil.22.in fin. lib.3. qui hanc quoq; fre-
quentiorem eſſe teſtatur. Brun.conſ.98.nu.9.
latè Rolan.à ualle.conſil.77. num.11. lib.2. ex
doctriua præcipuè. Bald.& Salic.d.l.unic.C.ſi
de mom.poſſ. Bal.l.2.nu.22. C.de epiſ.aud. tū
receptiùs eſt iſtud dogma, poſſe quidē à poſ-
ſeſſorij ſententia prouocari, ſed non impediri
propterea executionem quo minus nihil ob-
ſtante appellatione ſit facienda, idq; iure ci-
uili. Bart. Angel.& communiter Dd.l.2.de ap-
pell.recip.& l.unic. ubi Cyn.Bart. Ang.Alber.
C.ſi de mom. poſſ.Panor. qui dicit eſſe cōmu-
nem, num.30. & Cano.in c.cum ad ſedem. de
reſtit. ſpol.Spec. de app.§. in quibus. uerſ.ſex-
to non appellatur. Bal ſibi contrarius.l.2.nu.
22. C.de epiſc.audi. Ripa.cap.ſæpe. num.3.de
reſt.ſpol.deciſ. Thol.ult. & hāc communem ſa
ciūt. Pariſ.cōſ.[illegible]08.nu 20.uol.1. Franc.Viuius
com.op.li[illegible]uerb.appellatur. Anto.Nig. ſu-
per cōſt.reg.cap 6. nu.106. & ita ſeruari teſtatū
Aſſlic.deciſ.269.iudices. nu.3.& 4.Guid.pap.
deciſ. 37. Coraſ.l. naturaliter.§. nihil cōmune
in prin.nu.30.de acq. poſſ. Menoch. in 9.rem.
recuper.nu.322. Pan.cōſ.55.nu.2. uol.2.Barb.
cōſ.82.nu.7.lib.3. Maran.in Spec. c.de appell.
nu.244. Dida. Couar. prac. quæſt.c.23. nu.8.
Rebuff. in com. regia. conſtit. tomo 3. tit. de
materiis poſſ. articul 7. glo.ſ. num.18. 19. qui
ſic in Gallia ſeruari teſtatur, & tomo 1. de ſen-
tent.execut.art.5. glo.3. Angel. ſibi contrarius
19 conſ.107.dicta.in fin. Nam iure Canonico †
prouocare licet ab omni poſſeſſorio. c. ut de-
bitus.de appella. Maran præalleg. loc. de ap-
pell.num.292. Salic.l.unic.num.3.& 4.C.ſi de
momen.poſſeſſ. Angel.conſil.107. dicta.nu.1.
ſicut à quolibet grauamine, d. c. ut debitus c.
cum ſpeciali, & paſsim de appellat. quo ad u-
trunq; effectum: & deuolutionis, ad recogno-
ſcendā cauſam, & ſuſpenſionis, ad inhibēdam
executionē.clem.ſ.ubi gl. Imol. Ancb.Card.&
Cano. de ſequeſt. poſſ.& fruc. quē text.ad hoc
dicit eſſe clarū. Aſſl. deciſ.Neap.269.nu.2.ad-
de tex.c.ex conqueſtione de reſt.ſpo.c.ſignifi-
cauerūt, de teſtib. gl. & Dd.c.cū ad ſedē.de reſt.
ſpol.Spec.& Ioan. And.de app.§.ij.uerſ. 6.Bal.
Curt.& alij l. unic. C.de proh. ſeq. Pan.cōſ.55.
in prin.uol.2. Roman. cōſ.324. in prin.Marā.
Spe.aure.part 6.c.de app. nu.295. Guid.pap.
deciſ.436.nu.98.& hanc communē facit Pan.
d.c.ad ſedē. Salic.d.l. unic.num.3. C.ſi de mo.
poſſ. Aſſl.d.deciſ.269. Dec.conſ.28.licet.nu.5.
Ioan.de Nig.ſuper conſt.reg.cap.6.num.106.
Viuius cō.opin.lib.2. opin.22. nu.3.Menoch.
remed. recup.9. nu 322. Licet.n.iſtud ius Ca-
nonicum quidam intelligere uoluerūt ſecun-
dum opinionem legiſtarum, nempe etiā hoc
iure prouocationem non habere effectum ſu-
ſpenſiuum (executionis ſcilicet) ſed tantūmo-
do deuolutiuum Gozadin. conſ. 50. num.4.
deciſ.Tholo. ult.Pet.de Benint. deciſ.79.num.
126. & 127. cum aliis quos allegat Menoch.
præall.loc. tamen horum ſententia reprobata
eſt, ſuperiore recepta: ꝓpter apertiſsimos tex-
tus.d. clemen. unic. ubi Imol. Lapus & alij de
ſequeſt. cum alijs ſ. allega. Ita Viuius com. o-
pin.lib.2.opin.22.num.3. Etenim ſi contra iu
ris ciuilis ſanctiones, ut l.pen. C.quor.appell.
ius Canonicum in eo frequentatur, ut liceat à
quolibet appellare grauamine, tam iudiciali,
c. ut debitus 59. c. cum ſpeciali 61. & paſsim
de appell. c.1.c.3.eod. in 6.clem. 5. eo.Schurf.
conſ.60. cent.1.quàm extraiudiciali, d.c.ſ.eod.
lib.6.c.bonæ.51.eod. ubi latè Ant. de S.Geor.
& Cano. Marant. Spec.aur. c. de appellat.nu.
267. etiam ſententiæ interlocutoriæ: c. cordi.
de app.lib. 6.cle.de appellante. eod. gl. & Dd.
c. cū Eccleſia. c ut debitus.eod quo ad utrūq;
effectum, & deuolutiuū & ſuſpenſiuū: Maran.
præall.loc. de appell.num.292. Mynſing.obſ.
20 35.centur. 3. quia † ius Canonicum ui poſte-
rius, iuri derogat priori, l.ſ.ad l. Aquil.l.ult.de
conſtitut. in materia præſertim appellationis
tanquam defenſionis. Anto. de S. Georg.nu.
68.cū ſeq. in rub. de app.fauorabili. Menoch.
in 9.remed.recuper.nu.318.cum ibi alleg.& in
dubio admittenda, l.& in maioribus. C.de ap
pel.c.ad noſtrā. c. ex ratione. c. ut debitus.59.
ubi Ant.de But.Ant.de S.Georg.nu.23.24 de
app.c.dilectus.25.ubi Innoc.de reſcrip. & in c.
paſtoralis:nu.4. de off.deleg.gl.ult.in l. qui re
ſtituere. de rei uend. Socin.ſenior. conſil.195.
nu.4.cū ſeq uerſ.ſed pręmiſsis.cōſ.300.in fin.
uerſ.ſecundum eſt:lib.2.conſ.39.nu.1.2.lib.4.
Dec.cōſ.28.nu. 8.cōſ.356. in cauſa.nu.1.2.cōſ.
524.nu.11. conſ.677.num.1.2.Neuiza. Syluæ
nupt.lib.6. nu.46.Crauet.cōſ.203.nu.24.Iaſ.
conſ.187.nu.5.uerſ.confirmātur præmiſſa lib.
2.Tiraq.trac.De morte.6.parte.declar.6.nu.9.
& 10. & hāc facit cōmunē Menoch. in 9. reme.
recup.nu.318. Spec. ti. de app.§. nūc dicemus.
nu.2.uerſ.in dubio deferat. Alex.cōſ.80.nu.7.
uol.7.Roma.conſ.50. ut declarationē.nu.2.&
hāc cōmunē dicit Turza:cō. op.31.incl. appel-
lationi. quātumlibet aliàs in utroujs foro ſuū
ius obſeruetur. Bar.l.priuilegia.nu.2.C.de ſa-
cro.eccleſ. Iaſ.in rub. ſol.matri. & ibi Soc. iun.
ad Dd.per c.ult.de arb. in 6.Dd.c.1.2.de oper.
no.nūc.Bal.l.6.C de ſacr.eccleſ.Caſt.auth. qui
ſemel.nu.10.C.de ꝓbat. Blanc.de cōpr.quæſt.
2.nu.47. Itaq;, ſi, ꝗ conſtat, in his receptū eſt
ius Canonicū in foro cum plurimū ciuili, cur
non hæc etiā appellationis ampliatio multò
magis hoc caſu recipiatur: qui iure ciuili repe-
rit & adhæret diſputabilis. Bart. d.l.2. nu.3.4.
de app.recip. Bal.Sal.d.l.unic. Menoch.reme.
recu.9.nu.322.canonico planè definitus eſt d.
cle.ſ.de ſeq poſ.Viuius præal.lo.dicens eſſe cō
munē. Noiū eſt.n. quoties alterutro iure quid
expreſ-

expreſſum eſt, ꝙ in altero ſit controuerſum. eoues eam definitionem expreſſam, in utroq; foro ualere. c. 1. a. de iureiurā. in 6. Iaſ. l. 2. num. 23. C. ſi con. ius uel util. pub. Blanc. de cōpro. quæſt. 2. nu. 47. Corſ. indag. lib. 2. cap. 6. Alterū enim ius ſuppletur per alterū. Panor. c. ſuper quæſtionum de off. deleg. c. meminimus. de app. gl. c. ult. de iudę. & c. 1. ubi Bal. de pręſc. & c. null⁹. de iureiu. c. fraternitatē. 54. diſt. fac. l. nam ut ait. 12. uerb. ſuppleri. de legib. l. unic.
20 C. de inoff. dotib. maximè † cum ſentētia lata in his poſſeſſorijs, præcipuè citra cumulationē pattorij (quod hîc nō eſt adiunctum) ſimpliciter inſtitutis, c. cùm dilectus. de cauſ. poſſ. & prop. c. 2. de ord. cog. c. accedens. ut lit. non conteſtat. Bart. l. 2. num. 3. de appell. recipi. nō ſit interlocutoria: (à qua camera prouocationē hodie non recipit, Mynſ. obſ. 43. cent. 4. ſecundū ius ciuile: l. generaliter. in fin. prin. C. de nō nu. pec. Lanfr. nu. 60. c. quoniā uerb. appellationes. de prob. niſi in caſib. lege expreſſis qui notant à Bar. d. l. 2. de app. recip. Guid. Pap. deciſ. 75. ubi decē recenſet Spec. de cōpa. fer. § ſ. in fin.) ſed merè & uerè definitiua. Bar. l. a. de app. recip. nu. 3. l. unic. nu. 4. C. ſi de mo. poſs. gl. ad uerb. prætor. uerſ. ſed quid erit. in l. quod iuſsit. 14. de re iudic. gl. ſ. Bar. Bal. & Dd. in l. poſt ſentētiā. C. de ſent. & interlo. d. l. unic. C. ſi de mo. poſſ. quæq; ordinario iudicio habeat opus. l. incerti. ubi Dd. C. de interd. Bar. d. l. 2. nu. 3. de app. recip. Quur igitur hic minùs liceat appellare, ꝙ à reliquis definitiuis? l. & in maiorib. 20. ac paſsim C. de app. An nō idem ius in ſpecie debet eſſe, quod in genere reperitur? Euerar. loco à genere. l. quæ de tota. de rei uēd. Sed demus, opinionē legiſtarū ſeruandā eſſe, & generatim in poſſeſſorijs tātùm quoad effectū deuolutiuū, non ſuſpenſiuū, appellari poſſe. Decii. Neap. 269. gl. & Dd. d. l. quiſquis. C. quor. app. & d. l. unic. C. ſi de mom. poſſeſſ. non tñ tam ad regulam hāc iſto caſu reſpiciendū eſt, quàm ad exceptiones, quæ regulæ derogant. l. omnis. ubi gl. & Dd. de reg. iur. Dec. l. ſ. nu. 20. eod. tit. ubi Cag nu. 31. & l. in toto. eo. tit. Iaſ. l. placuit. in fin. C. de iud. Etenim ſi filia hîc in uacuā poſſeſsionē eſſet miſſa, locus foret huic regulæ. l. quiſquis. C. quo. app. quēadmodum etiāſi ab appellāte ſpoliata foret, d. l. unic. C. ſi de momen. poſ. At hîc ſumus in caſu planè contrario, ubi per decretū Erneſtus, ſua poſſeſsione, quālibet uigore inueſtituræ permiſſuq; ſuperioris apprehēſa, reſcriptisq; prin
22 cipū cōfirmata, ſpoliatus eſt: quo † caſu Dd. omnes fatētur eam regulam d. l. quiſquis. d. l. unic. ceſſare: & ſpoliato, propter graue ſpoliationis præiudiciū, appellationē, ut ab alia definitiua, indiſtinctè, atq; ita quo ad utrunq; effectū, concedi. Bart. l. s. nu. 5. uerſ. Quare ergo non poteſt appellari, ſi cōtra iuſtitiā mihi poſſeſsio auferatur? de app. recip. Panor. conſ. 55. in cauſa in prin. uol. 2. qui dicit, Bar. ita limitare d. l. unic. Pet. Duenn. reg. 44. in 5. fallent. nu. 5. Socin. reg. 18. nu. 1. in 1. fall. allegans c. ex cōqueſtione. de reſt. ſpol. quod de iniuſta ſpoliatione loquitur: quemadmodū & tum, cùm de notoria ſententiæ in iuſtitia conſtat. Bal. d. l. unic. nu. 4. Cod. ſi de mo. poſ. cuiuſmodi eſt, aliquem citra idoneam cauſæ cognitionē ſua deſpoliare poſſeſsione c. licet epiſcopus. de præben. c. cōquerēte. de reſt. ſpol. l. extat. quod met. cauſ. l. memioerint. C. unde ui. latè Menocb. remed. recup. 8. in prin. Felin. c. cū olim. de re iud. Schurſ. conſ. 9. prædicta. num. 3. 4. 5. cent. 1. conſ. 6. & 15. centur. 3. etiāſi à Iudice fiat, d. c. conquerente. de reſtit. ſpol. l. extat. quod met. cauſ. l. meminerint. C. unde ui. Schurſ. cōſ. 6. nu. 7. conſ. 15. quod in præſenti nu. 6. cent. 3. Quem quidē ſpoliatū cùm ante omnia reſtitui conueniens ſit, l. ſ. C. ſi per uim aut alio modo, l. ſi quis ad ſe fundū. C. ad l. Iul. de ui. publ. l. ſi maritus. C. de dona. int. uir. & uxor. l. ſi de ui. de iudic. l. ordinarij. C. de rei uend. c. in literis. de reſt. ſpol. c. ſuper. c. fin. de ord. cog. Roman. conſ. 258. circa. num. 1. Ancho. conſ. 248. ad prædicta. num. 4. & 5. Dec. conſ. 366. nu. 13. Schurſ. d. conſ. 6. nu 8. certè & ad appellationem, qua reſtitutio recuperetur, cōſentaneum eſt admitti. Bart. d. l. 2. nu. 5. Panor. d. conſ. 55. Socin. & Duenn. præall. loc. in fallen. ex reg. l. a. de iuriſd. l. ult. de off. eius. ubi Iaſ. Ale. & Dd. ſicut & aliàs ex quauis generali diſpoſitione caſus iuſtæ cauſæ excipitur. Bart. & Dd. l. ſi hominem. Tiraq. de pœn. in præfat. nu. 16. cū ſeq. Non autē eſſet hic caſus exceptus, quem tamē diſertè Dd. excipiunt. d. l. unic. Socin. Duenn. in fall. niſi hîc appellatio permitteretur quo ad utruiuis effectum. Nam quo ad effectum deuolutiuum, indiſtinctè ſecundum regulam appellari poteſt: nec exceptione eſt opus. ut igitur ſit hæc uerè, ſicut nominatur, exceptio regulæ, d. l. unic. C. ſi de mo. poſſeſſ. neceſſum eſt eam eſſe de regula, & interpretari ſecundū terminos regulæ. Dec. nu. 20. & Dd l. ſ. de reg. iur. & hanc doctorum exceptionem ſic accipi, ſpoliato nimirum præſto eſſe appellationem quo ad utrunq; effectū: nec ea inſtituta poſſe ad executionem iri. tot. tit. Nihil nouan. pend. appell. Quanquā enim regula, Nihil nouandum pendēte appellatione. to. tit. nihil inno. app. interp. ceſſet in caſu d. l. unic. Bal. & Salic. d. l. unic. tamen cùm in eo non ſimus, ſed in eius exceptione Bald. d l. quiſquis & d. l. ult. Panor. d. conſ 55. Bart. d. l. 2. Socin. & Duenn. in fall. præalleg. liquet executionem, hîc pendente appellatione factam, licet à iudice reuocanda eſſe. c. cùm à nobis. de appella. c. auditis. de elec. Anto. de S. Georgio in rub. de appell. nu. 1. 2. 3. & c. bonæ. 51. nu. 33. eo. tāquam aliquod attētatum. l. 3. C. de app. l. ſi quis filio. §. ſi aūt. de iniuſt. rup. teſta. l. ſ. §. fin. ad Turp. c. non ſolum. de app. in 6. Duenn. reg. 42. per totum. c. bonæ. 51. ubi latè Anto. de S. Georg. nu. 30. de app. c. ſignificantibus 49. eo. tit. Lanfranc. c. quoniam uerb. appellationes. nu. 69. de probat.

23 bat. Maran.in Spec.de app.nu.161. Accedit †
huc, quòd à poſſeſſorio implicatam babente
proprietatis cauſam, indiſtinctè, & quo ad u-
trumq; effectum, tum deuolutionis, tum ſu-
ſpenſionis, rectè prouocetur. c.ſæpe. in fin.ubi
Dd.præcipuè Ripa, circa fin. de reſt.ſpol gl. in
princ. l. unic. C. ſi de mom. poſſeſs. Betous in
rub.de iudic. num.51. Bald.conſil. 141. in fin.
lib.1. Latè Menoch. remed.recup.9.num.316.
320. Bald.num.6. Ang.num.1. Alb.num.3.d.l.
unic.C.ſi de mom.poſſeſs. Super parte quippe
quæ recipit appellationem, totū rectè funda-
tur libelli appellatione iudicium. Bal.d.conſi.
141.nu.7. lib.1. & in c.1.in princ. nu.4.de mil.
uaſa.qui con.eſt.& in l. polla. num.7. C.de his
quib.ut indig. ſicut & aliàs. Bald.c.1. nu.4. de
mil.uaſal.Innocen.c.ex parte nu.7.de for.cōp.
24 Pertinet † autem ad petitorium fructus perce
ptos adiudicare, & condemnare eum, qui per-
cepit ad reſtituendum: l. & ex diuerſo 35. §.1.
de rei uend. ubi Bar.& Dd.qui propter ea quo
ad utrunq; effectum poteſt ab illa condemna-
tione, ꝓuocare. Bal.l.unic.nu.6. C.ſi de mom.
poſſeſ. Bar.l.2.num.18.de app.recip. Menoch.
remed.recup.9.num.321. Affl.deciſ. 77.in fin.
Deciſ.Thol.ult.Rol.à ualle cōſ.77. nu.13.lib.2.
25 Sunt † porrò fructus feudorum ac iuriſdictio-
nū mulctæ & pignorationes, Bal.l.1.nu.10. C.de
fruc.& lit.expē. Ale.nu.10.& alij.l.diuortio.§.ſi
uir.ſol.matrim. Bar.nu.2.Bal.Ang.l.ult.eo.tit.
Roma.conſ.70.uiſis.num.11.uerſ.ſecūdo pro-
batē fructus iuriſdictionales percepiſſe ut pœ-
nas, mulctas, &c. Chaſſenæ latè in cōſi.Burg.
rub.9.§.18.uerb.iuſtitiables. num.35.cū mul-
tis ibi allegat.Menoch.conſ.56.quæſtionibus.
nu.5.Boer.deciſ.180. num. 4. Tiraq. de legib.
connub.in gl.ult.num.10. Capit. deciſ.27.nu.
15. cuiuſmodi magiſtratus à cōtumacib. poſ-
ſunt auferre. Caſtr.num.6.poſt Bar. & Dd.l.u-
nic.C.ſi quis ius dic.l.item apud.§.idem ait.de
iniur.l.1.in princ.de ad.tutor. Bal.l.quēadmo-
dum.§.magiſtratus. ad l.Aquil. Iaſ.l.1. §. quod
prætor. num.12. Ne quis in ius uoca. Hoſt. de
mulc.num.2.Imol.l.filiusfamil.§.diui.nu.3.de
lega.1. Roff.in ſumma.ſi quis ius dicent. nu.2.
& 5. Alex.cōſ.35.uiſo.nu.5.6.7.uol.2.Oldrad.
cōſ.15.circa nu.2.& 3.Boſs.de mulc.nu.8.& 17.
ſicut & ſuperiores locorū Dñi. Bal. d.l.quēad-
modum.§.magiſtratus.nu.2.& 3. Ad l. Aquil.
Iaſ.l.quo minus.nu.100. de flum.Panor.nu.4.
& 10.c.cum olim. de reſtit.ſpol. Chaſſe.in cōſi.
Burg.ti.de iuſtit.§.5.uerſ.fil.na.num.85.& 87.
in princ. num.12.ad obedientiā inobedientes
ſubditos ex officio ſuo nobili cogere poſſunt.
Bar.nu.1.Caſt.nu.6. Alex.nu.6.l.unic.§.16.ui-
dē.D.ſi quis ius dicen. Neq; tū in cauſa ſua iu
dicare putāt.cū id fiat ſine figura iudicij, & tūc
dæ publicæ tantùm iuriſdictionis gratia non
in rem priuatam. Bart.l. unic.in princ. num.9.
& 13.& §.fin.num.6. ſi quis ius dicent. Bal.l.ex
quacunq;.nu.3.ſi quis in ius uoca. & d.l.unic.
num.5. Et tales mulctas iure ſuperioritatis iu-
trantur.l.pen.C.de mo.mulc. No.128.Dd.d.l.
unic.ſi quis ius dicent.Panor.& Dd.c.dilectus
de pen.Bart.& alij.l.3. de iuriſdic. Chaſſ.Boer.
Tiraq. præall. loc. ut inde iuriſdictionis ſum-
tus tanto commodius tolerare queant.Iacob.
in inueſt. uerb. & cum mero. nu. 6. *Landtrecht.*
art.28.lib.1. Quod ſi namq; fructus eiuſmodi
bonæ fidei lucratur poſſeſſor. l. bonæ.48. de
acq.dom.Bal.l.1.nu.9.& 10. C.de fruc.& lit.ex-
pen.quantò magis dominus ipſe.d.l.bonæ in
princ. uerb. quia loco domini. qui etiam iure
dominij perceptos fructus quamuis extantes
reſtituere non cogitur ſicut bonæ fidei poſſeſ-
ſor:l.certum.C.de rei uend.l.malæ.C.de cond.
ex lege quālibet reſoluta dominij cauſa, & re
propter eam cauſam ablata.Panor.& Cano.c.
ac ſi clerici. de iudic.c.1. de feud. Ioann. Ign.in
rep.l.dudum.nu.41.C.de cont.emp. Tiraq.de
retrac.prox.§.15. nu.3. & 4. & in l. ſi unquam.
uerb.reuertatur. C. de reuocan. donat. Chaſſ.
in conſ.burg.rub.3.de feud.§.2.in prin.nu.28.
Cùm autem condemnatus ſit hic Erneſtus ap
pellās ad harum reſtitutionem mulctarū, quę
mulctanti præſertim omnimodam, ut hic, iu-
riſdictionem habenti, pleno iure quæruntur,
l.2.§.1.ſi quis in ius uoc.ubi Dd.c.1. quæ ſint re
ga.gl.& Dd.l.unic.ſi quis ius dic. Bart.& Dd.l.
mulctarum.C.de mod.mulcta.& ipſi, ut domi
no feudi ac poſſeſſori legitimo, quæſita ſunt:
liquet hîc implicatam inhærere proprietatis
quæſtionē & ab hac iniuſtitia rectè prouoca-
tū eſſe & prouocatione hac executionē impe-
diti.l.1.§.1.D.Nihil innoua. l.furti. de his q no-
ta.infa.ubi gl. Et ex eiuſmodi etiā cauſa, quā-
uis libello appellatotio non cōprehenſa, poſ-
ſe hanc prouocationem, utpotè à definitiua
inſtitutā iuſtificari. l. per hanc. ubi Dd.de tēp.
app.l.eos.§.ſi quid autem. C.de appella.Bart.
l.eum qui. nu.7. eod. c. fraternitatis. de teſtib.
26 Duenn. reg.48. Quid † quòd hîc quæſtio
nullitatis ſimul deducta eſt, ſicut deduci. (niſi
tres cōformes ſentētiæ latæ ſint. cle.1.de re iud.
ſic accip. Bald. d.l. unic. nu.6. & 7. C.ſi de mo.
poſſ.) per alternatiuā poteſt. Deciſ. Rot.5. nu.
3. de lit.cōteſt. Guid.Pap. deciſ.437.num.68.
Schurf.conſ.60. præſens. num. 9.& 10. cent.1.
& tenet, maximè deducta principaliter ſimul,
non incidenter. Mynſing.reſp.58.cauſa.nu.2.
etiam appellatione deficiente, uel deſerta.Fer.
in for.app.uerb.& in quantum.nu.2.per Bart.
l. ſi expreſsim. de appellat. in poſſeſſorijs etiā
ſummariſsimis.Bal.nu.4.5.6.d.l.unic. C.ſi de
mo.poſſ. Angel.conſ.107.dicta.num.1.2.3. Al-
cia.reſpon.386.num.6.quorum ſententiæ de-
cretaq; ſine cauſæ cognitione lata, ſunt ipſo iu
re nulla: etiamſi iudex ſe cōfirmet adhibuiſſe
idoneam cauſæ diſquiſitionem. Caſt. d.l.cùm
hi.§.ſi prætor.nu.3.de tranſact.Spec.de emtio-
ne.§.nunc dicendum. nu.4.& 5. Iaſ.l.nec quic
quam.§.ubi decretum. num.71.de off.procōſ.
27 Cornæ.conſ.71.nu.3.uol.3. Quanquam † au
tem quæſtio nullitatis per ſe non ſuſpēdit exe-
cutio-

cutionē. Iaſ.poſt Bar.& alios.l.4.§.cōdemna-
tum.nu.5.& 6.de re iudic. Bal.l.ult.nu.5.C.de
ord.cog.& l.j.num.1. C. Ne liceat in una ead.
cauſ.ſecus tamen hic eſſe debet:cùm appella-
tioni ſuper ſpoliatione & manifeſta iniuſtitia
inſtitutæ ſit illigata:quæ regula.d.l.unic.C.ſi
de mom.poſſeſ.non comprebēditur,ſed inde
excipitur.Bal.d.l.unic.nu.3.4.Socin.reg.18.in
8.fallent.& proinde ſuſpendere executionem
per ſe debet,ſemper enim pars idonea totum
iudiciū ſuſtinet,ut antè uidimus.Bald.c.1.nu.
4.de mil.uaſ.quanquam idem etiam quæſtio
nullitatis operetur,quando nullitas & iniuſti
tia, ex ipſis actis quæ faciunt inter partes no-
torium. Socin.l.j.nu.5.de excep. cum alijs ad
hoc alleg ī.in princ.uel aliunde poteſt in con
tinenti demōſtrari, Dd.præall.loc.quod cùm
iſto caſu fieri poſsit,ſicut poſt ad merita cauſę
& materialia reddetur, liquet quo ad utrunq;
effectum appellationē hîc tenere: proindeq;
nō modò ut deuolutam ſubſiſtere in forma-
libus quod communis opinio ſuſtinet & pro-
bat.Deciſ.Neapol.269.iudices.nu.3.& 4.Bar.
Ang.& Dd.l.2.de appel.recip.& in l.unic.ſi de
mo.poſſ.Panor.& Cano.c.cùm ad.de reſt.ſpo
liat.Spec.de appel.§.in quibus.uerſic.8.Bald.
l.a.num.22. C.de epiſc.audiē.& communem
dicūt Pariſ.cōſi.108.nu.20.uol.1.Ant.de Nig.
ſuper conſtitut.209.cap.6.num.106.Viuius
com.op.lib.2.uerb.appellatio.uerùm etiam
in materialibus ad expendēdam executionē
(ſicut uidimus) indebitè factā pondus ſuum
habere. Et tantum de prima oppoſitione.

In alterius refutatione nō inſiſto. Reſerua-
uit enim ſibi quæſtionem nullitatis appellās,
& omni meliore modo, eandem diſertè cum
appellatione deduxit:quæ clauſula facit actū
ualere quomodo poteſt.Iaſ.& Dd.§.omnium.
Inſt.de act. Alexan.conſil.112.nu.2.lib.3.ſicut
& proteſtatio ius conſeruat. Iaſ.l.properan-
dum 11.§.ſi autem utrāq;.num.3. C.de iudic.
l.non ſolum.§.morte.ubi idem Iaſ.poſt Alex.
nu.39.& 48.de oper.no.nunc.c.ult.ubi glo.
uerb.ut rem de emt.Dec.poſt Panor.& Felin.
c.cum M.nu.16.de cōſtit.Port.conſ.47.conti-
git.nu.16.& 24. In quo nulla quidē eſt cōtra-
rietas, quoties unū ponit in defectū alterius.
Bar.& Dd.l.ſi expreſsim.de app.Ferrar.in for.
appel.à ſent.deſ.uerb.& in quantum.num.3.
& à ſentētia quoq; nulla tenet appellatio, de-
uoluitq; rem ad ſuperiorem, Schurf.conſ.60.
pręſens nu.9.cent.j.Ferra.pręall.loc.unà cum
nullitatis cognitione. Deciſ.Rot.5.de lit.con-
teſt.nu.3.ſic, ut iudex appellationis,ſic etiam
competens iudex nullitatis.Guid.papę deciſ.
437.num.68.per Bart.d.l.ſi expreſsim.de ap-
pella.l abſentem.C.de accuſ.de qua perpetuò
quoq;,hoc eſt,30.annis agi poteſt. Specul.de
ſentent.§.iuxta in fin. Salic.l.ſi præſes.in fin.
C.quo.& quan.iud.Ruinus.conſil.62.nu.14.
lib.5. Ferr.præall.loc.nu.2.per doctrinā.Bart.
l.quidam in ſuo.de condit.inſt. Sed nec in

28 tertio refert conſiſtere:quando conſtet à † de-
legato ad delegantem rectè prouocari.l.j.in
princ.ubi Bart. quis à quo app. Spec.de app.
§.nunc tractemus.num.5.Cano.c.ſi quis con-
tra.de for.comp.c.ſi à ſubdelegato.de offi.de-
leg.& à commiſſarijs ad Principem,qui com-
miſit,quotidianas inſtitui appellationes.Im-
ber.inſtit.forenſ.lib.2.cap.3.

Cæterum in contrarium adducta locū ha-
bent,quoties nō ſpecies aliqua iuriſdictionis,
ut hic,delegatur: ſed tota iuriſdictio ſic man-
datur,ut alter alterius nomine,& in tribunali,
tanquā idem ille ius dicat, ſicut conſiliarij, &
locum tenentes ac uicarij in Curia Principis
iudicant uice Principis.l.præcipimus.32.l.in
offerendis.35.cū l.ſeq.C.de app.Bart.& Dd.l.j.
§.j.ff.quis à quo app.quo caſu non idē prouo
cat,(nec enim ab eodē appellat ad eundē, ut
ſuſpicione iuris ſuſpectū,l.6.C.de app.l.præ-
fecti.C.de minorib.c.1.de conſtit.in 6.c.nouit.
de appellat.Iaſ.l.qui iuriſdictioni.nu.6.l.ſo-
let.de iuriſd.om.iud.) ſed eius ſuperior.l.j.§.j.
quis à quo appell.ubi Bar.c.Romana.in prin.
de appellat.in 6. quæ diſtinctio uſu ſeruatur.
Imber.inſt.lib.2.cap.3. Nos autem hîc non in
iſto,ſed ſuperiore caſu ſumus,qui appellatio-
nē eiuſmodi, dubiò procul admittit. Quod
29 aūt hic † non corā iudice, ſed notario fuit ap-
pellatū,in uitio poni nequaquā debet: cōſtat
enim id ſolitū eſſe, quoties iudicis copia habe
ri nequit, Spec.de app.§ nūc dicamus.nu.10.
Bal.auth.quæ ſupplicatio.in prin.C.de prec.
imper.off.c.ult.ubi Dd.de appell.Gemin.me-
mor.2.& Dd.in c.appellatio.eo.lib.6.hoc eſt,
quandocunq; iudex præſens non eſt,neq; pu
blicè in iudicio ſui copiā facit.Philip.Frāc.in
d.c.appellatio.nu.3.pro quo text.in l.j.§.dies.
quand.& intra quę tēp.app.c.biduū.§.ad eun
dem.2.q.6.uel qn̄ dubitat eum cōpellare hoc
nomine prouocās.& horret eius aditū.Guid.
85 Itaq; † ut maximè concedamus, ſatis hîc conſtare de iure dominij & luendi, quod d. cedẽti Principi competierit, quoq; ceſsionarius Comes nũc utitur, quod longè ſcilicet abeſſe demonſtrauimus: tamen eo quoq; poſito illud nihilominus eſt iterũ hîc uidendũ, an non ſit, & ante ceſsionẽ hanc fuerit tale ius ſublatum tanti temporis præſcriptione, ſicut ius offerendi ſeu redimendi præſcribi poſſe textus oſtendit in l. cùm notiſsimi. §. eodẽ iure. l. ſi quis. §. 1. C. de præſcrip. 30. annor. l. 1. C. de annal. except. cui gloſſæ & Doctores accedunt, præſertim ſi, uelut in caſu noſtro, tale ius ex retrouẽditione fluat, gl. notabilis in c. 1. uerb. quãdocunq; & ibi Iſer. Laud. Aluar. Card. Alex. de feu. dat. in uicẽ l. com. ubi in terminis firmãt, q licet debitor quandocunq; ſoluendo poſſit recuperare pignus, intelligat̃ tamen id ita, niſi effluxerint 30. anni, gloſſ. l. 1. uerb. præſcriptionũ. C. de hon. mater. quã ibi Cornæus, ut ſingularem, cõmendat: quanq̃ ad idem aliæ gl. ſunt quinq; relatæ à Schurff. conſil. 90. diligenter. nu. 30. cum ſeq. cent. 3. qui ibi & in omnibus conſilijs eandem ſentẽtiam ſequitur, ut cõmunem. Nec mirũ, cùm melior teſtis haberi non poſsit, quàm gloſſa, ut dicit Bal. l. ult. C. de pœna iud. qui malè iud. & in c. 1. de nat. ſucceſs. feu. Balb. de præſcript. 4. parte quartæ partis principalis, quæſt. princ. 12. nu. 10. cum ibi allegat. idem Schurff. conſil. 47. præmiſſa. nu. 5. cent. 1. quia gl. authoritas pro textu eſt, Bar. nu. 8. & Dd. l. ut uim. de iuſt. & iur. Schurff. conſil. 90. nu. 31. cent. 1. Bart. l. unic. num. 4. de condict. ex leg. Ioan. de Imol. & Dd. in c. quoniam. ut lite non conteſt. Alexan. & Imol. in l. quamdiu. nu. 2. de acq. hær. Iaſ. l. ſi mater. in fi. C. de inſtit. & ſub l. petens. num. 10. C. de pact. Fel. in rub. de præſcript. in c. cùm acceſsiſſent. de conſtit. c. ſi diligenti. de for. compet. Matth. Afflic. tract. protomiſ. uerb. licet. Cag. Goza. & alij l. 2. C. de pac. int. emt. Ang. conſil. 55. ex pacto. nu. 2. 3. Anchor. conſil. 331. & infiniti alij, quos cumulat Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. gl. 2. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. cum ſeq. Ant. Gabriel. Rom. regul. lib. 5. tit. de præſcript. cõcluſ. 6. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. uſq; adeò ut eiuſmodi ſententiam communiter receptam eſſe non pauci teſtentur, Ioan. de Imol. d. c. quoniam. nu. 54. Inſtit. de act. quo in loco dicit pro eo eſſe text. in l. in bello. §. ſi quis ſeruum de captiuis & poſtlim. reuerſ. ac cõcludit tandem, quòd cuilibet iuri offerendi & quidem etiam illi, quod debitori competit, contra ſuum creditorem præſcribatur, ſiue ex pignore, Angel. in d. §. actionem. num. 54. Inſtit. de actionib. per ea quæ tradit Bar. l. 1. de condict. ex lege, quod idem eſſe intendit Imol. d. c. quoniam. nu. 8. item Neguz. tract. de pign. parte 1. memb. 3. quintæ partis nu. 82. & Lud. Gozad. in rep. l. 2. nu. 48. C. de pact. int. emt. Balb. in tract. præſcrip. in 4. part. quintæ partis principalis, q. 2. nu. 1. ad fi. & q. 3. nu. 4. dicens hanc eſſe communiorem, & tenendam tam in iudicando, quàm in cõſulendo, eandemq; cõmuniorem, & à maioris doctrinæ ac grauioris authoritatis doctoribus receptam: nec non in iudicio ſupremæ Curiæ uel Parlamenti Pariſienſis approbatã eſſe teſtatur Tiraq. de retrac. conuen. part. 2. §. 1. gl. 2. nu. 26. & 29. & quòd non ſolùm communis, ſed etiam fortioribus textuum, gloſſarum ac doctorum rationibus & authoritatibus fulcita ſit, probat Schurff. conſil. 90. nu. 31. 33. cent. 3. ubi inter cætera ſcribit, ſe hanc ſententiam, tanq̃ ueriorem, in puncto iuris tum legendo, tum iudicando, tum etiam conſulendo nunquam non ſecutum fuiſſe: quod ipſum liquet etiam ex conſ. 69. præſens. nu. 24. 25. cum ſeq. & conſil. 70 ueritas. nu. [illegible] cent. 1. & ſic iudicari iudicatumq; ſemper fuiſſe in maximis Parlamentis Galliæ, Pariſijs, &c. declarant Tiraq. Chaſſan. Pyrrhus pręalleg. locis. Quanquam autem alij contrà ſtatuant cõmunem, uidelicet iuri luendi non præſcribi, ſaltem quod ex pignore debetur, Henning. God. d. conſ. ult. de pignor. & Ant. Gabr. lib. 5. de præſcrip. concluſ. 7. tamen multi hoc ita accipiunt, quòd non præſcribatur ius luendi 30. annis, ſed bene 40. aut ſaltem tempore immemoriali, per l. cùm notiſsimi. §. eodẽ. C. de præſcrip. 30. annor. Igneus in repet. l cognitione. nu. 83. cum ſeq. de S.C. Sylleian. Tiraq. d. §. 1. de retract. cõuention. gl. 2. nu. 2. & 23. idemq; intelligunt de iure luendi, quod uenit abſq; pacto ex natura obligationis pignoratitiæ, & conſiſtit in mera facultate, nec naſcitur ante quàm ſors ſit ſoluta, ut præſcribi antea non poſsit, Ant. Gabriel. de præſcript. concluſ. 7. nu. 2. concluſ. 10. nu. 8. At hîc ſumus non in iure formando, ſed formato, ubi hæc facultas luendi per pactum & obligationem eſt formata, & in eſſe deducta, ut potiꝰ hîc iuris, quàm meræ facultatis amodò cenſeri debeat, & proinde pręſcriptioni, ut reliqua redemtionis & luitionis pacta, ſubiacère, Dd. præalleg. loc. & Schurff. conſil. 70. ueritas. nu. 34. 35. 36. cent. 1. cum ibi alleg. Deinde in terra Saxonica, ubi diſceptat̃ hæc quæſtio, una tantùm noſcit̃ longa præſcriptio 31. annorum, art. 29. lib. 1. cum ſimil. qua etiam aliàs non præſcriptibilia, & quæ tempus immemoriale requirunt, ut ſeruitutes diſcontinuæ, regalia, &c. gl. & Dd. l. ſeruitutes. 14. de ſeruit. Affl. & Dd. c. 1. quæ ſint reg. c. ſuper. §. 1. de uerb. ſign. tamẽ uniformiter præſcribuntur, gl. art. 29. lib. 1. art. 38. lib. 3. ut conſentaneum ſit hoc iure quoq; ius illud luendi pariter præſcribi:

uerùm etiamſi nullum ſtatuatur inter hoc & ius ciuile diſcrimen: attamẽ inter utrunq; ius luendi, quod ex pignore & retrouenditione proficiſcit, apparet diſcrimen eſſe faciendum, Tiraq de retract. conuent. §. 1. glo. 2. nu. 2. Ant. Gab. Rom. de præſcrip. lib. 5. concluſ. 6. & 7. ut quamuis illud non præſcriberetur, communius tamẽ receptũ ſit, retrouenditionis ius (de quo hic tantũ agi demonſtrauimus) 30. annis præſcribi, ut hanc magis cõmunem facit Ant. Gab. Rom. concluſ. lib. 5. concluſ. 6. nu. 1. uerſ. limita principaliter primã partem magis cõmunẽ. Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. gl. 2. nu. 29. Balh. tract. præſcr. 4. par. 5. partis prin. q. 3. nu. 4. uerſic. ſed præcedẽs opinio uidetur uerior & cõmunior: & tenenda in iudicando ac conſulendo, per prædicta. Nec uiderat iſte dominus Fabianus (qui ſcilicet contrariũ defendit) conſilia Angeli & Petri Anch. de quib. ſuprà, qui nimirũ in eandem ſententiam conſulẽdo determinârũt: ad idem Schurff. conſil. 70. ueritas. per totum, cent. 1. ubi tandem nu. 42. dicit, cõtrarium eſſe falſo falſius, cùm multis ab eo allegat. Atq; huic opinioni uidetur in noſtro caſu, utpote feu[da]li, potiſsimùm eſſe ſtandum, quãdo in feu[do] nõ alia recipiatẽ, quàm 30. annorũ præſcriptio, §. ſi quis ꝑ 30. annos. ſi de feud. deſunc. c. 1. §. præterea. de cap. Corr. ubi Dd. Molinæ. in conſ. Par. tit. de feu. §. 7. nu. 8. Balh. trac. præſcrip. in 4. parte quartæ partis prin. q. 12. nu. 11. 12. maximè quando cum titulo poſsidetur, Cur. ſenior cõſil. pen. capio. nu. 5. ut in caſu noſtro: nam aliàs quando quid obſtat huic ordinariæ præſcriptioni, ualet hic immemorialis, Afflic. & Dd. d. §. ſi quis per 30. annos. in 2. 3. not. ſi de feud. def. & c. 1. in princ. uerb. nulla præſcriptione. de proh. feud. alien. per Fed. Quamobrẽ, ut aliàs maximè cõmunis, alia præualeret opinio, quæ inhibet hîc præſcriptionẽ, nõ tamẽ ad hunc caſum feudalem uidetur extendenda: quia feuda nõ regulantur iure allodialiũ cõmuni, quotieſcunq; ſuper ijs certũ extat ius feudale, c. 1. ubi Dd. de feud. cog. Curt. Molin. & alij in prin. ſeu proœmio feudorũ: quod, ut ſpeciale, derogat generali & cõmuni, Iaſ. l. placet. in fi. C. de pact. per l. in toto. de reg. iur. Quod etiamſi ſpacio 30. annorũ nõ potuiſſet huic iuri præſcribi, tamẽ centenario & longiore ac in primis immemoriali, quæ hîc præſupponitẽ, uideri debet præſcriptom Nam ſic præſcribũtur, quæ aliàs nõ ſunt præſcriptibilia, l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quond. c. ſuper. §. præterea. de uerb. ſignif. Aff. & Dd. c. 1. quæ ſint regal. l. 1. C. ne rei dom cum ſimil. §. 1. in auth. ut de cætero non fiant, ubi gl. uerb. præſcriptionis. & Ang. & in l. annos. ubi etiam Bal. in fi. C. de præſcrip. 30. annor. in l. ſi quis decurio. 3. C. de decur. li. 11. etiam in feudis, Affl. & Dd. d. §. ſi quis per 30. ſi de feud. def. & d. c. 1. in prin. de proh. feud. alie. per Feder. & excluſa præſcriptione omni non intelligitur excluſa talis præſcriptio, d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotid. Dd. l. ſeruitutes. 14. de ſeruit. l. cõperit. C. de præſcript. 30. annor. Panor. Fel. & Canon. in rub. & in c. ult. de præſcrip. Florian. l. an uſusfructus. per illum text. de uſufruct. latiſsimè Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. nu. 23. Schurff. conſil. 70. ueritas. nu. 43. centur. 1. Chaſſanæ. in conſuet. Burg. rub. 4. des droicts, §. 18. uerb. non obſtant. nu. 1. 2. & rub. 4. des mains mortes, §. 2. uerb. par quelques laps. nu. 5. & 6. & rubr. des foretz, §. 8. uerb. præſcriptibiles. num. 1. 2. cum ſequent. cùm potius ſit ſpecies priuilegij & conſtituti ac legis, quàm præſcriptio, d. §. ductus aquæ. c. ſuper. §. preterea. de uerbor. ſignificat. c. 1. ubi gl. & Dd. uerb. non extat. de præſcript. in 6. Matth. de Afflict. & Doctores in §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. defunct. & in c. 1. quæ ſint regal. ac pro lege habeatur, l. 1. in fin. l. 2. l. ult. de aqua pluuia arcend. latiſsimè Ant. Gab. de præſcript. lib. 5. concluſ. 1. quaſi per totum. Qua ratione ad hanc quæſtionẽ ita decidendam potiſsimùm mouentur Doctores præællegatis locis, & etiam Rom. in l. 1. nu. 2. 3. 4. de uſucapion. Tiraq. d. §. 1. gloſſ. 2. num. 23. etiamſi ſubdat nu. 24. ſtudio contradicendi, quoſdam contrarium definiuiſſe, & Schurff. d. conſil. 70. in fin. Itaq; etſi dominus feudi poteſt feudum per uaſallum abalienatum illicitè, nulla obſtante præſcriptione reuocare, c. 1. §. præterea. de cap. Cor. nihilominus quando elapſum eſt tanti temporis ſpacium, cuius initium memoria repeti nequit, dominus nullã habet reuocãdi poteſtatem, propterea quòd hæc uerba Præſcriptione obſtante, non excludant præſcriptionem immemorialem, tanquam priuilegiatam, Matth. de Afflict. num. 24. & Dd. cap. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 23. cum multis ibi adductis: imò 30. etiam ſolùm annis contra dominum feudi tali caſu præſcribi ſaltẽ præſumtiuè, quod ſufficit, uolunt communiter Dd. & ita conciliant d. §. præterea. cum §. ſi quis per 30. ſi de feud. defun ita gloſ. in §. præterea. de cap. Corra. ubi Dd. Bald. nu. 4. Nicol. de Neap. Laud. qui omnes dicunt d. §. præterea. in uerb. non obſtante præſcriptione. tantũ excludere præſcriptionem 10. & 20. annorom, non longiſsimi temporis: ad idem Afflict. decil. Neap. 254. Iaſ. l. 1. nom. 46. C. de ſeruis fugit. Tiraq. de retract. prox. §. 1. gloſſ. 2. num. 12. latè Camerar. in §. præterea ducatus. mihi fol. 876. de prohib. feud. alien. per Feder. idq; multò maximè ponderandum hoc caſu, in quo iſti nobiles titulum non à Principe, ut domino directo, ſed tertio, nempe Comite habuerint, & ab eo uelut domino emerint, ac in feudum acceperint: quamobrem non modò contra hunc, ſed uerum etiam dominum ita pręſcripſerunt utile ſaltem dominium feudale, Balh. tractat. præſcript. in 4. parte quartæ partis principalis, quæſtion. 11, numero 4. ubi dicitur: quòd

quòd ſi quis teneat fundum meum per legi-
timum tempus præſcriptionis, tanquam em-
phyteuta, uel feudatarius, qui titulum hunc
habeatà quodam tertio, præſcribat cõtra me
utile dominium, leg. ult. quemadmod. ſeruit.
amit. c. 1. §. ſi quis per 30. ſi de feu. def. & in ter-
minis, quòd is qui accipit ab emtore ex pacto
retrouenditionis, tertius poſſeſſor uel emtor
poſsit præſcribere contra primum uendito-
rem etiam 10. uel 20. annis, tenet Tiraquell.
præall. loc. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 10. nu.
11. per l. cùm notiſsimi. §. 1. C. de præſcript. 30.
annor. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. cred. & alia multa,
quæ allegat num. 11. 12. 13. cum ſequent. ut hîc
non obſtet, quod dicitur: Pignus tranſire cum
ſua cauſa, l. ſi debitor. 12. C. de diſtrac. pignor.
Iaſ. in §. item Seruiana. nu. 77. Inſtit. de actio-
nib. & retractui locũ eſſe contra tertium: nam
hoc accipiẽdum eſt intra tempus pręſcriptio-
nis ante quàm impleta ſit præſcriptio, gl. l. nec
creditores. 9. uerb. longi temporis. C. de pign.
act. ut in l hæreditatis. C. de pet. hæred. Tiraq.
86 præalleg. loc. Quanquam † autẽ nulla fides
præſcriptionibus obſtet, tamẽ ea hic erat pro-
banda: difficulter autem maximè poſt 30. an-
nos, unde præſumitur bona fides, Bart. nu. 17.
l. ult. C. unde ui. probari poteſt. Balb. in l. Cel-
ſus. part. 3. nu. 15. de uſucap. per doctrinã Bal-
di in rub. de præſcrip. in prin. ex̃. eodem: cùm
econtrariò præſumatur bona fides, gl. & Dd.
c. ſi diligenti. c. ſanctorum. c. ult. de præſcript.
Bart. & Dd. præſertim Balb. parte 3. nu. 2. 3. 4.
in l. Celſus. de uſucap. Iaſ. in §. ſed iſtæ. nu. 99.
Inſt. de actio. Decius conſil. 257. non excedit.
num. 5. Alex. conſil. 200. uiſo. numer. 21. lib. 2.
Curt. ſenior conſil. 71. & 82. ut hanc commu-
nem ſtatuunt Couar. in c. poſſeſſor. parte 2. §.
8. nu. 2. de regul. iur. in 6. quæ cauſatur ex cau
ſis ne dum iuſtis, ſed etiam iniuſtis, Bald. l. 1.
poſt gloſſam ibi nu. 2. C. ubi cauſ. ſtatus. Iaſ. l.
ſi id, quod nu. 35. de iuriſdict. Fel. c. cùm con-
tingat. nu. 2. de reſcript. Alciat. reg. 3. præſum-
tio. 5. num. 4. Nam error etiam iniuſtus excu-
ſat à dolo, l. igitur. de lib. cauſ. & conſequenter
à mala fide, Balb. poſt Caſtr. in d. l. Celſus. in
princ. nu. 13. de uſucap. Quantò magis ergo
ſumi hæc poteſt ex hoc probabili iuris argu-
mento, ex quo nedum milites & equites, ſed
etiam iuriſperiti ordinarii poſſent, nullum ius
luendi d. Principi reſeruatum fuiſſe, cùm tan-
tùm ſint in conditione poſiti, quæ nihil con-
fert, & uerba inſtrumenti non propter ſe, ſed
aliud enunciatiuè ſint poſita, quæ contra ter-
tium non probãt, Crauet. de antiquit. §. 3. nu.
21. Monta. tract. fin. reg. cap. 60. num. 61. Nam
in articulo intricato & dubio iuris non debet
uideri, quis iniuſtam habere cauſam, ſed pro-
babilem opinionem, Iaſ. l. properandũ. §. ſiue
autem alterutra. num. 8. C. de iudic. idq; ma-
ximè in præſcriptione iurium & longiſsimi
temporis, ut per Balb. d. l. Celſus. in princi. 4.
not. num. 15. cum ibi alleg. Cùm tot Doctores
teneant, iuri luendi præſcribi maximè tẽpore
immemoriali, ideo ueriſimile eſt, dato quòd
ſciuiſſent hi poſſeſſores, Principi hoc aliquan
do ius competijſſe, opinatus tamen & proba-
biliter opinari potuiſſe illud iam poſt tantum
temporis ſpacium interijſſe, & præſcriptum eſ
ſe: ut mala fides ex tali pacto poſt decurſum
tanti temporis probari non poſsit, Tiraq. de
retract. conuen. §. 1. glo. 2. num. 27. ex quo tan
tùm intra tempus non apparuit, quòd uen-
ditor redimere uoluerit, Anch. in c. fine poſ-
ſeſsione. Tiraq. præalleg. loco, de retract. con-
uent. §. 1. glo. 2. nu. 27. per doctrinam Panor.
in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, circa fin. de conſtit.
& alia quæ allegat, & in l. ſi unquam. uerb. re-
uertatur. num. 310. cum ſequent. C. de reuo-
can. don. ex quo & ipſo cauſatur bona fides:
quæ tantùm eſt probabilis opinio, ut Balb. d.
l. Celſus. & alij præall. loc. docent: & ita in ter-
minis in hac quæſtione ad obiectionem & ar-
gumentum malę fidei reſpondet Tiraq. de re-
tract. conuent. §. 1. gl. 2. num. 27. Quanquam
poteſt etiam aliter reſponderi, nempe quòd
præſumta mala fides non impediat præſcri-
ptionem, Panor. num. 20. & Canon. in c. illud.
ex̃. de præſcript. ut nec dubitatio de ſuo iure,
Iaſ. l. quamdiu. num. 2. 3. uſq; ad finem, C. qui
admit. & in l. 3. §. genera. num. 16. de uſucapio.
& in l. 1. in fin. num. pen. de cond. indeb. Balb.
de præſcript. parte 3. 6. partis princ. q. 2. num.
3. & 4. & 2. parte 3. partis princ. quæſt. 2. quòd
præſumtio & quæſtio malæ fidei (dato quòd
hic aliqua ſubeſſet) per decurſum 30. annorũ
ſit porrò ſublata, Bart. num. 13. & communi-
ter Dd. in l. ult. C. unde ui. Iaſ. in §. ſed iſtæ. nu.
11. de uſucapio. Dec. conſil. 257. non excedit.
num. 4. & 5. & conſil. 266. 267. 558. & paſsim.
Alexand. conſil. 6. num. 2. lib. 1. conſil. 131. nu.
7. lib. 2. Curt. ſenior. conſil. 82. num. 5. Curt. iu-
nior conſil. 52. num. 2. Iaſ. conſil. 57. in fin. &
conſil. 72. lib. 1. Crauet. de antiq. rem. §. mate-
ria. nu. 16. 17. c. 1. cum multis ibi alleg. conceſ-
ſo etiam, quòd conſtare poſſet de antiquio-
re poſſeſsione, Salic. & Dd. d. l. ult. Fran. Balb.
d. l. Celſus. part. 3. num. 10. & Seyſel. ibidem nu
mer. 13. qui dicunt hanc communem, deciſ.
Neap. 40. numer. 2. Dec. conſil. 558. in cauſa.
numer. 11. 12. 13. eoq; non opus eſt bonæ fidei
probatione poſt tãti temporis poſſeſsionem
continuam & quietam, etiam tum, quando
aliàs non præſumitur, cùm ſatis præſumatur
uel ex ſolo hoc temporis decurſu, & poſſeſsio
nis continuatione, Innoc. c. 2. num. 8. de in in-
teg. reſtit. Franc. Balb. præalleg. loc. numer. 11.
87 Quanquam † autem contra talem præſum-
tionem probatio admittatur in contrarium,
Balb. præalleg. loc. num. 11. Cornæ. conſi. 207.
uidetur. nu. 5. Couar. c. poſſeſſor. parte. 2. §. 8.
num. 3 & 4. Crauet. de antiq. temp. §. materia.
num. 13. & 19. tamen hoc ipſum multi perne-
gant: præſertim ſi, ut hîc, interuenerit præſcri-
ptio immemorialis, Couar. præalleg. loc. d. c.

poſſeſſor. nam ex hac uel maximè bona fides
pręſumitur & inducitur, Balb. de præſcr. part.
s.3. partis princ. quæſt. 6. nu. 18. latè Ant. Ga-
brie. Rom. de præſcrip. lib. 5. concluſ. 1. nu. 55.
cum multis ſequentib. adeò ut taliter pręſcri-
bens nunquam arctetur ad probandum bo-
nam fidem, Ripa in c. cùm eccleſia. nu. 99. de
cauſ. poſſeſſ. Alex. conſil. 6. uiſo. num. 3. uol. 1.
conſil. 198. ſuper. num. 1. uol. 2. Bertran. conſil.
69. in fin. uol. 3. Pariſ. conſil. 27. num. 81. uol. 1.
latè Anton. Gabriel. lib. 5. de præſcript. con-
cluſ. 1. num. 56. Ac quanquam communis po
teſt eſſe opinio, (licet cõtrariam ueriorem ſta-
tuat Couar. ut certè eſt, cùm hæc præſcriptio
ſit priuilegium, contra quod non cadit malæ
fidei allegatio, Bal. ſi ſolennibus. nu. 2. C. de
fid. inſtrument.) quòd & hîc probatio malæ
fidei admittatur, & præſcriptionem impediat,
Felin. c. uigilanti. in fin. de præſcrip. glo. c. 1. in
uerb. niſi extet. & ibi Franc. num. 14. de præ-
ſcrip. in 6. Angel. §. furtiuæ. nu. 1. Inſtit. de uſu-
cap. Calcan. conſil. 6. in fin. & conſil. 53. nu. 3.
deciſ. Neap. 368. in cauſa. num. 10. Balb. tract.
præſcrip. 2. par. 3. partis princ. quæſt. 6. nu. 20.
Boer. deciſ. 211. nu. 17. & 18. Balb. de præſcript.
2. part. 3. partis princ. quæſt. 6. num. 20. Crau.
de antiq. temp. part. 4. §. materia. nu. 19. Pariſ.
conſil. 26. num. 21. conſil. 101. num. 113. libr. 1.
conſil. 66. num. 128. lib. 3. tamen cùm præſum
tio ſit pro bona fide regulariter, ut dixi, longè
porrò maior & uiolentior poſt decurſum 30.
annorum, Barto. num. 17. & Dd. l. ult. C. unde
ui. Iaſ. §. ſed iſtæ. nu. 100. Inſt. de action. Bald. l.
Celſus. parte 3. num. 11. de uſucap. Crauet. de
antiq. temp. parte 4. §. materia. num. 16. 17. 21.
Dec. conſil. 257. non exedit. nu. 4. & 5. Alexa.
conſil. 6. num. 2. lib. 1. conſil. 151. num. 7. libr. 2.
Curt. ſen. conſil. 82. Curt. iun. conſil. 52. nu. 11.
deciſ. Neapol. 40. num. 2. Iaſ. conſil. 57. in fin.
conſil. 72. lib. 1. uiolentiſſima autem poſt tem
pus immemoriale, ut patet ex Couar. c. poſſeſ-
ſor. parte 2. §. 8. Fran. Balb. tractat. præſcript. 2.
parte tertiæ partis principal. ſanè contra tam
multiplices & uiolentiſſimas præſumtiones
difficile hîc fuerit malam fidem probare: ut ne
ceſſe eſt probare tãtam, quæ fortior appareat,
quàm bonæ fidei præſumtio. Crauet. præall.
loc. num. 21. Ant. Gab. de præſcrip. reg. 1. num.
55. 56. in quo uereor, ne incurratur in doctri-
nam I. C. l. duo ſunt Titij. de teſtam. tutel. non
ibi ius, ſed probatio deficit. Cæterùm quia
probatio facti eſt, non iuris, l. ſiue. 16. uerb. fa-
cti probationis neceſſitas. l. act. 23. C. de pro-
bat. l. 3. de teſtib. inſiſtere nolo, contentus indi
caſſe difficilem fore hîc malæ fidei probatio-
nem poſt tempus immemoriale, mutatis tot
ſucceſſoribus, in quibus alioqui bona fides
præſumitur, l. qui in alterius. ubi Cag. de reg.
iur. immutatis etiam à tam longo tempore in
ueſtituris, & pactione retrouenditionis per 30.
annos & amplius omiſſa, & quam poſſiden-
tes ex recitatis modò Dd. opinionibus pro-
babiliter pro præſcripta habere, ac reputare
poſt ſilentium 30. imò centum annorum po-
tuerunt. Quòd ſi uerò per tales replicationes
& probationes non poteſt hîc elidi præſcri-
ptio, ſed illa nihilominus, ut oſtendunt, quæ
diximus, firma manet atq; completa, quis nõ
exiſtimauerit ius præſcriptione ſublatum, nõ
potuiſſe pòſt à Principe d. Comiti nequicquã
cedi, & ex ea ceſsione perperam agi? Præſcri-
ptio enim cùm ſit ſimilis ſolutioni, l. ſi pupil-
lus. in fin. de adminiſt. tut. ubi Bart. num. 2. 3.
Fel. in c. ad aures. num. 4. de præſcrip. tollit o-
mne ius prioris domini, d. c. ad aures. ubi Pa-
nor. Fel. Imol. l. ſi quis emtionis. in princip. C.
de præſcr. 30. annor. ſicut ſolutio, Inſtit. quib.
mod. toll. obl. §. 1. Balb. de pręſcrip. part. 1. q. 6.
num. 4. & 5. addẽs illam rationem, quia præ-
ſcriptio pro ueritate habetur, per gloſſ. l. 1. ubi
& Caſtrenſ. C. de ſeruit. l. 1. in princ. uerſic. ſed ſi
egi. de eden. Bal. & Dd. d. §. ſi quis per triginta
88 annos. ſi de feud. defunct. Quanquam † au-
tem inſpecta iuris ſubtilitate præſcriptio tan-
tùm tollat ciuilem obligationem, & elidat na
turalem, Bart. l. ult. §. 1. num. 1. ff. rem rat. hab.
tamen æquiparatur ſolutioni, quantum ad
hoc, ut excludatur ille, contra quem eſt præ-
ſcriptum, ut dicit Balb. præalleg. loc. num. 4.
ex doctrina Felin. Butrig. Imol. d. c. ad aures.
quia remanens naturalis ex toto eſt inefficax,
quo ad præſcribentem, & pro extincta habe-
tur, adeò ut nec fideiuſſor accedere, & iudex
ex officio repellere agẽtem poſsit nemine op-
ponente, ut pluribus declarat Fel. poſt alios
d. c. ad aures. num. 4. de præſcrip. Franc. Balb.
præſcrip. part. 1. quæſt. 6. num. 4. & 5. quæſt. 8.
num. 1. 2. 3. Couar. in c. poſſeſſ. 3. parte, §. 1. 2. 3.
de reg. iur. Itaq; d. Princeps hoc ius ita extin-
ctum cedere non potuit alij, l. Modeſtinus. in
fin. de ſolut. l. decem. de uerb. oblig. c. ad diſ-
ſoluendum. de deſponſ. impub. l. ſed ſi manẽ-
te. de precar. l. Labeo. de arb. c. de cauſis. de of-
fic. deleg. Soc. conſil. 18. perſequendo. num. 3.
4. lib. 1. Dec. conſil. 502. ex duobus. in fin. Ti-
raquel. de retract. lig. §. 26. gloſ. 1. num. 53. cum
alijs per eum allegat. maximè in præiudicium
eius qui contra eum præſcripſit, quia fortius
ius habet, quàm ipſe, leg. ſi quis emtionis. in
princ. Cod. de præſcrip. 30. annor. & contra
quem eius ius pro planè extinctо habetur: ut
Dd. præalleg. loc. declarant, ita ut præſcriben-
ti ius & dominium quæſitum ne per Princi-
pem quidem tolli poſsit, Felin. num. 49. in c.
quæ in eccleſiarum. de conſtit. Barto. in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantùm. de lib. & poſthu. Co-
uar. in d. c. poſſeſſor. 3. par. §. 2. num. 5. Et tan-
89 tum † de prima quæſtione, quam patet ex his
admodum eſſe dubiam.

Alteram uerò, an Comes ſcilicet poſsit d.
nobilem de facto eijcere propria authoritate,
non arbitror indigere magna diſputatione.
Nemo enim ius ſibi dicere debet in cauſa pro-
pria, tot. tit. Cod. ne quis in ſua cauſa, leg. qui
iuriſ-

iuriſdictioni. ff. de iuriſdic. om. iud. l. Iulianus. 17. ff. de iudicijs: ſicut nec teſtimonium dicere, l. nullus. 10. ff. de teſtibus. l. omnibus. 9. C. eod. tit. Quæ autem cauſa repellit à teſtimonio dando, multò magis à iudicando, c. accedens. ut lite nõ conteſt. c. cùm R. de off. delega. Iaſ. l. 6. §. cogentur. num. 4. ff. de eden. per gl. c. cùm R. Canonicus. de off. delegat. Itaq; ſunt incompatibilia, ſumere ſibi perſonam iudicis & partis, Bal. num. 3. d. l. unic. C. ne quis in ſua cauſa. Panor. c. qualiter. 2. num. 7. de accuſatio. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 2. num. 52. & ideò uigor iudiciorũ publiciq; iuris tutela, in medio eſt conſtituta, ne quiſquam ſibijpſi ſumere ac permittere ualeat uitionem, l. nullus. 13. C. de iudic. Eſt etiam clari iuris, quòd non ſit ab executione incipiendum, l. 1. C. de execut. rei iudic. & nemini abſq; cauſæ cognitione ſua poſſeſsio, etiam iniuſta, ſit auferenda, ne à iudice quidem, nedum a parte aduerſa, Azo num. 2. Butrig. Bald. nu. 2. 3. Sali. Curt. & communiter ſcribentes in l. unica. C. de prohib. ſequeſtra Panor. in c. 2. num. 7. & 16. de ſequeſt. poſſeſſ. & in c. ex literis. num. 10. de dol, & cõtum. Bal. & Imol. in c. in princi. & ibi Hoſtienſ. nu 4. de ſequ poſſ. Ioan. And. in c. locupletari. in princ. & col. 4. de reg. iur. in 6. Iaſ. l. iuſtè. num. 5. cum ſequent. de acquir. poſſeſſ. Ferrar. in forma ſequeſt. ſeu ſaxamenti, num. 1. Rom. conſil. 158. circa. num. 1. Imò nec præponi & iniuſtè poſsidẽti auferri poſſeſsio ſine cauſæ cognitione poteſt, c. in literis. 5. cum ibi notat. de reſtitut. ſpoliat. Dec. conſ. 366, nu. 13. Schurff. conſil. 6. cùm nullitas. nu. 8. cent. 3. ne quidem à Principe, ut ſuprà conſ. 1. fusè probaui. Eſt enim boc commodum poſſeſsionis. ut poſſeſſor in ea manère debeat, donec alter intentionem impleat, & per ſententiã res euincatur, l. ult. C. de rei uend. l. 2. de prob. Quare nec reſcripto quidem Principis auferri illi poſſeſsio poteſt, ne iniuriarum inde naſcatur occaſio, unde iura naſci debent, l. meminerint. C. unde ui, l. exprimere. ubi Bal. notat. nu. 1. C. de duob. reis: ideò rectè reſpondet Imperator in l. ſi pacto. 14. C. de pactis. Bona aduerſarij in te transferri citra ſolennem ordinem iuris fruſtra deſideras. Quare etiã à iudice & magiſtratu ſpoliatus ſua poſſeſsione, ante omnia eſt in integrum reſtituendus, c. cõquerente. ubi Innocen. in fin. de reſtitut. ſpol. l. 1. C. ſi per uim. Anchor. conſil. 248. ad prædicta. num. 5. Rom. conſil. 158. circa num. 1. Et quod dicitur, ſpoliatum à iudice nõ reſtitui, c. in præſentia. de renunc. intelligitur, quãdo ſeruatus eſt ordo iuris, & iudicialiter cum cauſæ cognitione poſſeſsio ablata: non uerò, quando extraiudicialiter proceſſum de facto, Imol. in d. c. conquerente. in fin. Iaſ. nu. 5. & ſequen. poſt Barto, & Dd. l. iuſtè poſsidet. de acquirend. poſſeſſ. Schurff. conſ. 6. cùm nullitas. nu. 7. & conſ. 15. quod in præſenti. num. 6. centur. 3. Nam cùm hoc non liceat iudici, niſi ex cauſa aliqua ſingulari & permiſſa, non eſt præſumtio pro eo, ſi ordinem iuris omittat, ſed præſumitur iniuſtè procedere, etiãſi princeps eſſet, niſi cauſam illam probet, c. quoniã. 11. in fin. de probat. c. tenor. de re iudic. c. 1. de probat. c. nouit. lib. 1. Panor. & Dd. de iudic. Fel. latè in 5. concluſ. & Dd. c. quæ in eccleſiarum. de cõſtit. ubi dicit communem, Dec. conſ. 376. pro reſolutione. in fin. & conſ. 366. nu. 1. & 3. Ang. conſil. 107. in fin. uide ſuprà conſil. 1. Nec authoritas iudicis & magiſtratus excuſat eum à raptu & uiolentia, quando ſine iuris ordine procedit, & abſq; cauſæ cognitione poſſeſsionem alteri aufert, Bart. Iaſ. & Dd. d. l. iuſtè. de acquiren. poſſeſſ. Anchor. conſil. 292. uideretur. num. 2. per l. 2. C. ſi per uim. Roman. conſil 158. circa num. 1. Ideoq; à iudice taliter ſpoliato ante omnia poſſeſsio reſtitui debet, dato etiã quòd eſſet iniuſta, c. 5. de reſtit. ſpoliat. Bart. diſput. 6. Lapus. nu. 1. Dec. conſil. 366. nu. 13. Schurff. d. conſ. 6. nu. 8. cent. 3. Idq; multo magis procederet iſto caſu, ubi Comes in propria cauſa contra d. nobilem de facto procederet, & illi ſuam poſſeſsionem auferret, quòd uideretur poſſe incidere in pœnam. l. meminerint. leg. ſi quis in tantam. Cod. unde ui. leg. extat. 13. ff. quod metus cauſa, cum ſimilibus, quibus iuribus inuaſores poſſeſsionis alienę, tanquam ſuæ, & ſibi ius dicentes ſuo iure priuantur. Et quo tandem res erit abitura, ſi liceat propria authoritate poſſeſſores etiam 100. annorum, cuiuſmodi hîc nobiles ſunt, eijcere ante cauſę cognitionem? Talium conſultorum in conſilium ne ueniat anima mea, ut ille inquit. Itaq; deliberationibus eiuſmodi inceptione calidis, exitu infelicibus, ualere iuſsis, uideamus; num ad ea, quæ ſuprà ſunt in contrarium adducta, commodè reſponderi poſsit: unde ueritas iſtarum quæſtionum fortè poterit faciliùs exhauriri.

Quod igitur ſuprà poſitum, uideri hîc pactum tuitionis ex pignore ſubeſſę, id declaraui, non ſatis poſſe ſumi ex inſtrumentis antiquis: imò contrarium potiùs inde colligi. Nã certè Comites ab antiquo uendiderunt, & in feudum dederunt iſtud caſtrum d. nobilibus. Videtur igitur potiùs ſuum uendidiſſe, qualè habuerunt, quàm alienum, l. in uendẽdo. 66. de contrahend. emt. cum alijs ſ. alleg. l. ſi duo. ubi Bald. & Caſt. de acquir. hæredit. Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 2. nu. 14. nec uerisimile eſt, Principem uiuum & præſentem tot annis hanc conceſsionem ignoraſſe, Bartol. Alexan. Roman. & communiter Dd præcipuè Matan. in repet. l. is poteſt. num. 298. ff. de acquir. hæred. per l. ſi ita. §. fin. de fun. inſtruct. l. ſi uicinis. Cod. de nup. cap. quoſdam. de præſumt. neque probabile eſt, interceſſurum non fuiſſe, ſi putaſſet rem ſuam oppignoratam ſic è ſuo creditore abalienatã: nullus enim præſumitur iactare ſuum, leg. cùm de indebito. in fin. de probatio. nec ſane Comites tam impudenter

denter per omnes inueſtituras nominaſſent
hoc caſtrum ſuum, ſi tantùm pignoris uice te-
nuiſſent, l. ſciendum. §. creditor. qui ſatiſdare
cogan. l. qui pignoris. cum ſequen. de acquir.
90 poſſeſſ. Verba † autem antiquorum inſtru-
mentorum multùm ſunt attendenda: Craue.
de antiq. temp. §. 1. 2. 3. Mont. fin. regund. c. 60.
& 61. & certè ſpeciem contractus ac iuris pro-
bare debent, Bal. c. 1. num. 1. & 2. de feud. dat.
in uic. leg. commiſſ. & in l. quoties. nu. 4. l. ult.
C. de ſuis & legit. & idem conſil. 189. creditor.
nu. 3. uol. 2. ſicut & clauſulæ ac qualitates adie-
ctæ, Iaſ. in prælud. feud. num. 11. & in l. 1. num.
45. C. de iur. emphyt. Iam in præſenti hoc con-
tractus inſtrumento antiquiſſ. non tantùm
nominatur, quod geſtum eſt, uenditio: quod
ipſum hanc probat contractus ſpeciem, Me-
noch. conſ. 27. rigoroſis. nu. 1. ſed etiam quali-
tates adiectæ oſtendũt, de uenditione potius
ac dominij translatione, quàm de pignore a-
ctum eſſe. Nam inſerta eſt obligatio euictio-
nis, quæ uenditioni congruit, l. nõ dubitetur,
C. de euict. non pignoribus. l. 1. C. cred. euict.
91 pig. Deinde † omnes fructus, omniſq; utili-
tas rei, poſſeſſori tribuuntur & aſsignantur,
quod proprium eſt uẽditionis: in qua etiam
ſub pacto retrouenditionis facta, poſſeſſor
fructus percipit & lucratur, nec reſtituit lege
retrouenditionis exercita, quia percipit eoa
iure dominij, Tiraq. de retract. conuen. §. 5. gl.
2. nu. 1. in l. ſi unquã. uerb. reuertatur. C. de re-
uo. don. per communem doctrinam. Bal. Ca-
ſtren. Salic. in l. 2. C. de pact. int. emt. c. 1. ubi Al
uar. in fin. de feud. da. in uic. leg. com. gloſſ. Pa-
nor. & Hoſtien. in c. ad noſtram. de emt. quod
contrà eſt in contractu pignoris, ex quo credi
tor non lucratur fructus, ſed imputat in ſor-
tem, l. reſcriptum. 12. §. 1. de diſtract. pignor. l. 1.
C. eo. tit. l. 1. & 2. C. de pig. act. l. ſi dominium.
C. de pignor. c. illo. c. cùm contrã. ex. eo. c. 1. 2.
de uſur. latè Panor. c. cùm Bertoldus. num. 38.
de ſen. & re iudic. Cornæ. cõſ. 44. in hac. nu. 6.
& 10. uol. 2. ubi dicit hoc communiter appro-
bari, late Neguzan. de pign. quintę partis 5.
memb. nu. 1. cum ſequen. etiamſi alibi in alijs
actibus extra pignus, quando nõ ſit mentio,
quòd fructus reſtitui debeant, intelligantur
relinqui poſſeſſori, leg. terminato. ubi Bald. &
Dd. C. de fruct. & lit. expenſ. l. 4. C. depoſiti. l.
iudex. l. cùm quærebatur. de re iud. l. fin. Cod.
quando prouoc. nõ eſt neceſſe. Quamobrem
fruſtra hic præſumtio leuioris contractus op-
ponitur: præſumtiones enim plures tollunt
unam, & fortior debiliorem, l. diuus. de in in-
teg. reſtit. Crauet. de antiq. temp. part. 4. §. ma-
teria. nu. 51. Boer. deciſ. 711. num. 16. & 17. Imò
præſumtioni non eſt locus, ubi ex uerbis, quę
potiſsimùm inſpicienda, leg. ſi ita. 126. §. pen.
uerſic. plerunq;. de uerb. oblig. conſtat de ſpe-
cie cõtractus, Oldr. conſ. 159. ex præſenti. in 1.
dubio, ex auth. ex teſtamento. nu. 3. C. de col-
lat. Bal. l. 2. C. commod. & rub. de iur. emphyt.

in fin. Pan. c. conſtitutus. in fin. de relig. dom.
Tiraq. retract. prox. §. 30. glo. 2. nu. 8. uerſ. quia
uerba eius clara ſunt. pro quo argum. in l. con
tinuus. §. cùm ita. de uerb. oblig. l. ſiue poſsi-
detis. C. de probat. l. nõ aliter. de legat. 3. Nam
contrahentes intelliguntur inire contractum,
quem nominẽt, Bar. l. cotem. §. qui maximos.
quæſt. 5. de publicã. Anch. & Imol. c. propter
ſterilitatem. in fi. de locat. Barb. c. ad quæſtio-
nes. de rer. per. Angel. conſ. 2. certum eſt. nu. 2.
ubi ad hoc allegat d. l. non aliter. de leg. 3. Are
tin. conſ. 55. in cauſa. circa princip. Tiraq. in re-
tract. prox. §. 30. gl. 2. nu. 7. & l. ſi unquã. uerb.
libertis. nu. 15. C. de reuoc. donat. Quanquam
autem Tiraq. d. §. 30. glo. 2. num. 12. illud limi-
tet, cùm agitur de præiudicio tertij, quia tunc
potius inſpiciatur natura & effectus, quàm
nomen à partibus actui tributum, l. inſulam.
de præſc. uerb. l. ſi olei. C. loca. l. ſi uno. ff. locat.
& d. l. ubi ita. de don. cauſ. mor. c. conſtitutus.
de relig. domib. Oldr. cõſ. 139. ad habendum.
in princ. non tamen id hîc obſtat, quia non de
tertio agitur, uerùm de primorum contrahen
tium ſucceſſoribus, qui pactis maiorũ aſtrin-
guntur & ſtare debent, perinde ac ſi ipſi con-
traxiſſent, leg. 2. ubi Cag. & Dd. C. de pact. int.
emt. Deinde hic natura & effectio huius actus
non diſcrepat à uerbis, ſed in unam ſpeciem,
nempe deſignatæ emtionis conueniunt atq;
congruunt, ut ſuprà probatum: ubi hoc con-
ſtare de ſcripturæ uerbis & clauſulis apertè o-
ſtendimus. Cõtractus enim talis præſumitur,
qualem eius figura demonſtrat, Bald. c. 1. de
feud. dat. in uic. Tiraquell. in fine retract. conſ.
num. 126. Itaque uerbum Luendi (*abloeſung*)
in pacto appoſitum, accipi debet iuxta ſubie-
ctam materiam, l. ſi olei. C. loca. l. ſi uno. ff. eo.
Tiraqu. tract. de retract. lig. §. 30. gl. 2. num. 12.
ut ſcil. ſignificet pactũ retrouenditionis, non
pignoris: quia præcedentia declarantur ex ſe
quẽtibus, l. ſi ſeruus. 50. §. ult. de legat. 1. l. quiſ-
quis. 95. ubi Bart. l. quæſitum. 78. §. 1. de legat.
3. quæ ſemper derogant etiam prioribus, leg.
pacta nouiſsima. ubi præter cæteros Alcia. in
princ. C. de pact. cum ibi alleg. & præualent, d.
l. pacta nouiſsima. Alexan. conſil. 40. ſuper. 1.
nu. 2. uol. 4. adeò ut etiamſi appelletur con-
tractus initiò donatio, uenditio, uel alio no-
mine, quod tamẽ pro tali nõ habeatur, quan-
do ſequentis clauſulæ qualitates & cauſæ aliã
ſpeciem contractus oſtendunt: nam uerba ad
ſpeciem propriantur, & rebus ſeruiunt, non
contrà, d. l. inſulam. de præſcrip. uerb. l. ſi uno.
ff. loca. l. ſi olei. Cod. eo. c. conſtitutus. de relig.
dom. Socin. conſ. 15. uiſis. nu. 38. lib. 1. & conſ.
199. in cauſa. nume. 8. uol. 2. Oldr. conſil. 139.
ad habendum. in prin. & in terminis Purpur.
l. 2. in fin. ſi cert. pet. Ferron. in cõſuet. Burdeg.
tit. de feud. §. 18. & §. 29. Tiraq. de retract. prox.
§. 30. gloſſ. 2. num. 12. & §. 32. num. 34. Hic au-
tem diſertè ponitur, & pòſt ſubijcitur in iſto
antiquiſsimo inſtrumento, Wann der Furſt den
wider-

widerkauff ihm wolte, &c. Quamobrem uerba reliqua ambigua luendi de hoc cõtractu ſunt accipienda, Zaſ. l. de quibus. nu. 30. de legib. & conſil. 1. num. 32. uol. 1. & conſil. 12. num. 11. uol. 1. Soc. d. conſil. 15. nu. 39. nempe de retrouenditionis cõtractu, qui diſertè exprimitur, l. 4. ff. de uſur. d. l. ſi olei. d. l. ſi uno. Iaſ. in prælud. feu. nu. 11. Alex. d. conſ. 40. Socin. conſ. 15. nu. 35. & 36. uol. 1. Zaſ. d. conſ. 12. num. 11. Non enim omnes artificialiter diſtinguere uerba & ſpecies cõtractuum ſciunt, quia proferũtur à contrahentibus, qui iſtas æquipollentias ignorant, ut dicit Bar. l. ſi neceſſarias. §. annua. num. 4. de pign. act. bonus textus in l. ſi cui. 9. ff. de ſeruit. ad idem Bal. in l. 1. nu. 3. C. de fruct. & lit. expen. præcipuè in hoc argumento, ubi magna eſt utriuſq; contractus, pignoris & retrouenditionis ſimilitudo: ſic ut nedum imperiti, uerumetiã periti promiſcuis nominibus eos appellẽt, Mudæ. de pact. pig. nu. 50. Quare ex circumſtantijs perpendendum, de utro ſit actum, & ſecundum id uerba accipienda, Tiraquel. d. tract. retract. proximit. §. 30. nu. 9. 10. 11. 12. 13. cum ibi alleg. ac potiſsimùm de reuenditione, Zaſ. d. conſil. 12. d. conſil. 1. maximè, quoniam retrouenditio excludit delictum, & præſumtionem uſurarum, Tiraqu. de retract. conuent. in fin. nu. 118. 119. 125. 126. cũ ibi alleg. à qua contractus pignoratitius tali caſu, quando creditor fructus lucratur, non omnino abeſt, Neguz. tract. pignor. 5. mem. 5. partis, num. 10. ubi etiam reprobum eſt, tale redemtionis, uelut legis cõmiſſoriæ, pactum, Tiraq. d. retract. con. in fin. num. 118. per l. ult. C. de pac. pign. c. ſignificãte. de pignor. Vnde potiùs præſumendum in partem benigniorem, ut actus in dubio licitus potiùs præſumatur, quàm uſurarius, Bal. l. rogaſti. §. ſi nbi. ſu fin. ubi Dec. in fin. ſi cert. pet. per l. ſi ea pactione. C. de uſur. Iaſ. & Dd. l. 1. C. de ſer. fug. latè Tiraquel. præall. loc. de retract. conuent. in fin. nu. 126. cùm multis ibi alleg. nempe ſubeſſe retrouenditionem magis in dubio, quàm oppignorationem, Soc. conſil. 15. uiſis. nu. 26. cum ſequen. uolum. 1. Zaſ. d. conſ. 12. num. 11. Tiraq. præalleg. loc. num. 126. 127. per l. merito. pro ſoc. cum alijs ibi allegatis, potiſsimùm in hoc antiquiſsimo cõtractu, ubi ex ipſa diuturnitate intelligeretur ex iure contractus pignoratitius, dato quòd initiò interceſsiſſet, tu alium contractum tranſiſſe, & dominium creditori adieciſſe, Iaſ. l. qui Romæ, in princip. num. 26. de uerb. obligar. per l. qui habebat. ubi Bart. de legat. 3. Eſt igitur, ut in ſumma dicam, feudum hoc cum pacto reuẽditionis emtum & uenditum, ſicut nunc receptum eſt feuda pecunià poſſe emi & uendi. Cur. par. 1. feu. quæſt. 6. nu. 16. Kling. tract. feud. in princ. quæ licèt quidam uelint impropriè feuda eſſe. Bal. l. qui ſe patris. in fi. C. unde lib. l. liberti. in fin. C. de bon. lib. Dec. conſ. 390. quoniam. nu. 7. cum multis ibi alleg. Schurff. conſil. 25. caſus. num. 63. cent. 1. tamen receptius eſt, etiam feudum emtum eſſe & manere feudum propriũ, nec degenerare, niſi alia exorbitantia à natura feudi accedant: id quod uſus cõmunis approbauit, gl. & Dd. c. 1. de feud. dat. in uic. l. cõmiſ. c. 1. uerb. niſi à domino redemerit. quem. feud. ad fil. c. unic. de inueſt. in mar. fac. Bal. Aluar. & Feudiſtæ. c. unic. de benef. frat. quæ uerò uſitata ſunt & frequentantur, in naturã contractus tranſeunt, l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. de æd. edict. & cõſuetudo poteſt probare contractum, Bal. l. per diuerſas. in princ. C. mand. ac facere licitũ, l. quis ſit fugitiuus. §. apud. de æd. edict. ubi Bart. latè Tiraqu. in fin. retract. conuent. numer. 127. 128. 129. Quòd ſi porrò nobiles pro emto ex emtione cum pacto reuendendi facta hic poſsident, ut demonſtratum eſt, palàm eſt, eos optimo iure dominos eſſe, caſtrumq; hoc tenere. Etenim clariſsimi iuris eſt, titulum emtionis iuſtiſsimum eſſe, & ad uſucapiendum maximè idoneum, tot. tit. ff. pro emtore: & in feudalibus (prout hic in feudum quoq; caſtrum uenditum, conceſſum eſt) inueſtituram, Afflict. & Dd. d. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. def. c. 1. quid ſic inueſt. c. 1. de nor. feud. c. 1. quibus mod. feud. conſtit. cũ ſimil. Cùm autem fortiùs duo uincula ligent, quàm, unum, auth. itaq; C. com. de ſucceſſ. & utroq; iure d. nobiles poſſederint, liquet eos iure & titulo optimo hactenus poſſediſſe, atq; adeò etiamſi uendens nõ fuiſſet dominus, tamen pridem hîc dominium longiſſ. tempore præſcripſiſſe: quanquã etiam hîc ad præſcriptionem, 30. nimirum annorũ, longiorq; titulus non requiratur, Caſtrenſ. l. ſi aquam. num. 1. & 2. C. de ſeruit. Iaſ. l. Pomponius. §. cùm quis. nu. 22. de acquiren. poſſeſſ. per l. ſi quis emtionis. C. de præſcript. 30. Balb. in l. Celſus. in princip. num. 15. de uſucapio. & tract. præſcript. rer. immo. nu. 11. Alexa. conſil. 48. num. 7. uolum. 5. conſi. 338. num. 2. conſil. 46. num. 13. uolum. 6. conſil. 159. nu. 8. uol. 3. præſertim in feudalibus, Afflict. & Dd. d. §. ſi quis per 30. Panor. & Dd. c. ad audientiam. num. 16. & 17. & Fel. nu. 18. de præſcript. Iaſ. l. 1. numer. 46. Cod. de ſer. fug. Dec. conſil. 257. non exedit. num. 5. Roman. conſil. 166. uiſo nu. 2. & 3. Balb. de præſcript. parte 4. partis quartæ princ. quæſt. 12. num. 7. Crauet. de antiq. temp. part. 4. §. abſoluris. nu. 28. Alex. conſil. 92. nu. 25. uol. 6. conſil. 136. nu. 3. lib. 1. conſil. 15. uiſis. num. 6. conſil. 31. nu. 2. uol. 5. & hanc communem firmat conſil. 34. caſus. nu. 48. conſ. 32. factum. nu. 6. tomo Francofurt. 1. per communem doctrinam d. §. ſi quis per 30.
92 annos. Nam † ex tali poſſeſsione & præſcriptione non modò præſumitur titulus præceſſiſſe iuſtus, Bart. l. litibus. nu. 3. Cod. de agric. & cenſ. lib. 11. Caſtrenſ. l. ſi aquam. numer. 1. 2. Cod. de ſeruit. Balb. de præſcrip. part. 2. quartæ partis princ. quæſtione 2. numer. 7. ubi ait communiter ita teneri, Cæpoll. de ſeruit. urbanor.

banor.prędior.cap.20.num.5. Alexau.conſil. 238.nu.2.& conſil.46.num.13.uol.6.etiam in feudalium præſcriptione, Matth. de Afflict.d. §.ſi quis per 30.in 3.notab.& glo.unic.num.1. Iaſ.l.2.nume.155.C.de iure emphyt. Molin.in conſuet.Par.tit.de feud.§.7.no.19. ſed etiā eo ipſo titulus probatur, quoniam ipſa præſcriptio pro titulo eſt, c. de quarta.de præſcript.c. 1.ex̄.eo.in 6.ut qui titulum allegat & præſcriptionem probat, ſatis titulum probaſſe intelligatur, Pariſ.conſ.25.nu. 18.uol.4. & conſ.32. nu.5.uol.2.etiam in materia feudali, Matt. de Afflic.præall.loc.Curt.ſenior conſil. 82.capio. nu.5.Pariſ.conſil.32.nu.5.uol.2. conſil.13.nu. 17.uol.4.ita ut feudum præſcriptione quæſitum ſortiatur naturam feudi ordinariam, Bal. l. liberti.nu.31.C.de oper.lib.Iacobin.in inueſtit.uerb. itaq; ipſi inueſtiti.num. 14. Balb. de præſcrip.part.4.partis 4. prin.§.primò igitur quæro.nu.1. Quod potiſsimùm uerum eſt in præſcriptione quadraginta annorū, quæ indiſtinctè abſq; titulo currit, etiam cōtra eccleſiam, c.de quarta.ubi omnes Dd.de præſcri.& in auth.quas actiones. C.de ſacroſan. eccl.latè Franciſcus Bal.2.parte 37.partis principal. q.6.nu.9.per l.ſi quis emtionis.in princ.& §.1. C.de præſcrip.30 annor.Multò uerò maximè obtinet in præſcriptione centenaria, uel immemoriali. Cōparantur enim hac in parte, quòd ſine titulo currant, Balb.2.part.3.partis princ. q.6.nu.23.24. etiamſi in centenaria quidam titulum, ſed malè, deſiderent, in c. ſi diligenti. de præſcr.Couar.c.poſſeſſ. parte 2.§.3. nu.6.& §.5.nu.2.de reg.iur.in 6.Crauet. de antiq. tēp. part.4.§.abſolutus.nu.2.3.4.Bal.c. ſi diligenti. nu.9.& 10.de præſcrip.Fel.& Dd.c.de quarta.c.cùm nobis.eo.tit.Sal.l.2.num.3. C.noua uectigal.Rom.l.1. §.deniq;.nu.2.de aq.pluuia arcen.Balb.tract.præſc.rer.immob.nu.52.etiā in feudia.Iacob.in inueſt. uerb.cum mero.nu. 20. Afflic.d.§. ſi quis per 30.in 3.notab.nu.2. Pariſ.conſ.13.nu.15. ubi Molinæ. uol.5. & cōſ. 8.nu.4.uol 1.Curt.iun. conſ.158.nu.12. Rub. conſ.21.in fin.Tiraq.de nobil.c.14.nu.4.latiſſimè Anton.Galb.5.de præſcri. concl.1. num. 44.&45.quia talis præſcriptio par eſt, ut diximus, legi, priuilegio, conſtituto, Principis cōceſsioni, ut copioſè Ant.Gab. d. concluſ.1. demōſtrat: qui procul dubio titulus eſt iuſtiſſimus, leg. boc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotid. c.ſuper.§.præterea. de uerb. ſignific.c. 1.de præſcrip.in 6.Iaſ.l. imperiū. nu.20. de iuriſd.Balb. de præſc.2. parte terttæ partis princip.q.16.nu.10.Couar. d. c. poſſeſſor. parte 2. §.3.uu.7.latiſsimè Ant.Gabr.præall.loc.uum. 1.3.4.5.44.56. cum ſequent.& quidem talis, ut inducat præſumtionē iuris & de iure.Balb. tract.præſcrip.2.parte tertiæ partis princ. q.6. nu.19.per Felin.in c.cùm nobis.nu.56.cū ſeq. de præſcrip.Bal.in l.ſi ſolēnib. C.de fid.inſtrument.nec admittatur probatio tituli cōtrarij, etiamſi probari poſsit, Ant.de Butrio in c.peruenit.nu.30.de cenſibus. Gozad.conſil.8.nu. 37.Soc.iun.conſ.115.nu.38.uol.2.Ant.Gab.d. concluſ.1.nu.50. de præſcr.lib. 5.id quod ſine controuerſia eſt uriſsimum, ex quo iſtæ præſcriptiones, ot probatū eſt, ſine titulo procedant, d.l.ſi quis emtionis.cum alijs ſuprà alleg.ut contrarium probare bîc nihil releuare poſsit. Non eſt autem admittenda probatio eius, quòd probatum nō releuat, Spec.de lib. concep.in ſi.gl.l.ſi creditor.4.in ſi.C.de pign. act.l.ad probationē.22.ubi Bal. C. de probat. c.cùm cōtingat.36.de off.& pot. iud. deleg.ut per bæc iam omnia per ſe concidant, quæ de tituli defectu ſuprà ſunt in contrarium allegata. Cæterùm quòd quis nou poſsit plus iuris transferre, quàm babet, nec meliorem habere titulum, quàm autbor ſuus, hîc deprebenditur non obtinere, ut in l.quod noſtrum.70. de uſufruct. cùm non conſtet alio, qoàm retrouenditionis titulo d. Comites uenditores à Priucipe accepiſſe & poſſediſſe: imò boc de multis pręſumi antè ſatis eſt oſtenſū: nec uerò ea theoria ualet in præſcriptionibus, quibus quiſq; poſſeſſor plus iuris acquirit, uelut ex nouo titulo, quàm author habuit, l. interdū. 21.iu princip. de acquir.poſſ. ubi gloſſ. & Dd. Deinde non eſt uerum, aliquem non poſſe meliore iure poſsidere, quàm ſuum authorem: præſertim ſi ſit ſucceſſor ſingularis, ut eſt hic nobilis, tanquam èmtor, ſeu emtoris, qui à Comite cōparauit, ſucceſſor. Vitia enim realia, quæ rei cobærent, ut furtum, uis, in eum tranſeunt, l. uitia. C.de acqu. poſſ l.apod §.de autboris.de do.except. nou uerò mala fides, aut reliqua uitia perſonalia, de quibus hîc tantùm eſt quæſtio. Itaq; quod uenditor ob malam fidem aut ſimilem cauſam nō potoit uſucapere, id non probibet, quò minus emtor uſucapere poſsit, qui bonæ fidei præſumitur, l.uitium.5.de diuerſ.& tempor præſcript. dum modò non utatur acceſsione ſui authoris, ſed ex ſua poſſeſsione (ut bîc) præſcribat, ita glo.uerb.an uitiū, & ibi Dd.d.l 5.& ita per accidens plus iuris non quidem trāsfert uenditor, ſed tamen cauſat alij, quàm ipſe babet, gl.& Dd.l.traditio. de acquir. rer. dom. Anch. conſ.244.quia quæſtio.in fine, Cagno in l.ex qua perſona.192.nu.4.de reg.iur. Exēpli gratia: Conductor, uel emphyteuta nō uſucapit, l.2.C.de præſcrip.30.ann.l.litibus.C.de agric. lib.11. At tertius, qui ab bis accipit, rectè præſcribit, Dd.ibidem: etiam iure Sax. cōſtit. prouinc.40.parte 2. Sic quæ ſuperiùs de probibita pignoria uenditione ſunt adducta, nibil faciunt, quia non probatur uenditor Comes fuiſſe ſimplex creditor. Imò oſtendimus, eum potiùs ex uēditione cū pacto retrouenditionis fuiſſe dominū: nec enim tale pactum impedit, quin pleuo iure emtor fiat domiuus, & alij uendere poſsit, ut per multa Tiraq. de retr. conuen.§.1.gl.7.& §.3.gl.1.Sed nec uerum eſt, dato quòd fuiſſet hic creditor Comes, ideò

contra-

cōtractum cum nobili geſtum fuiſſe nullum:
nam licet non præiudicet domino, qui rem a-
lienam uendit, tamen, quo ad contrahentes,
contractus ualet, l. rem alienam. de contrahe.
emt. & quæritur emtori bonæ fidei uſucapien
di conditio, gloſſ. d. l. rem alienam. uerſic. du-
bitatio. in fin. & uerſ. ſequitur uſucapio. §. nā-
que ſi cui. Inſtit. de action. Sic etiam ualet con-
tractus, quo res aliena in feudum cōceditur.
quo ad contrahentes, quia dominus pro eui-
ctione uaſallo obligatur, nec hic uſucapere
impeditur, c. 1. de inueſt. de re alien. fac. cum ſi-
mil. imò poteſt in feudum rectè concedi, & ul
terius ſubinfeudari, eo pacto, quo rem quis
habet, (ut hîc factum) & ualet conceſsio, c. 1. §.
uerſus. ubi Bald. nu. 1. de contron. inueſtit. ca.
a. §. 1. qual. olim feud pot. alien. Felin. nu. 69. in
cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Dd. §. calli-
dis. de prohib. feu. alie. per Feder. Iacob. uerb.
ita & quod ipſi. nu. 3. Chaſ. in conſuet. Bur. tit.
de feu. §. 8. uerb. in alienatione. nu. 26. 27. Zaſ.
de feu. alien. num. 175. De poſſeſsione autem
dubitari hic non poteſt, cū pacificè ultra me-
moriam pene hominum d. nobiles eam con-
tinuò habuerint, & quidem formem, quoniā,
ut uaſalli poſſederunt, inueſtiti ſunt, ſeruitia
præſtiterunt, &c. quæ proculdubio poſſeſsio
in feudalibus ea ipſa eſt, quæ præſcriptionem
cauſat, & præſcribit utile dominium, hoc eſt
feudum, tam contra dominum, quàm contra
alios omnes, Afflict. & Dd. d. §. ſi quia per 30.
annos. Balb. tract. præſcript. 4. parte quartæ
partis princip. q. 2. 3. 4. Nec obſtat regula de
poſſeſsione ciuili, quæ obtinet, cū circa idem
uerſantur ciuilis & naturalis poſſeſsio: quod
ſecus eſt in feudali poſſeſsione. Vt enim ſepa-
ratum dominium eſt directum ab utili, ita u-
trumq; ſuam habet poſſeſsionem ciuilē pro-
priam, & uaſallus habet ciuilem, etiam reſpe-
ctu ſui iuris habet ac uſucapit: ut pulcrè decla
rat Iaſ. l. 3. §. ex contrario. 44. 45. de acquiren.
poſſeſſ. Deinde ex uenditione, quæ hic ſub-
eſt, conſtat ciuilem à Principe & Comitibus eſ
ſe translatam in d. emtores nobiles: ſaltem
per immemorialis aut centenarij tēporis poſ-
ſeſsionem. Etenim ne dum tanto tempore, ſed
etiam per decennij ſilentium & patientiam a-
mittitur ciuilis poſſeſsio, ita ut amodò redeat
ad naturaliter poſsidentē, & is uſucapere abſ-
que impedimento poſsit, Bar. l. Celſus. nu. 13.
de uſucap. Iaſ. l. 3. §. ex contrario. nu. 51. 53. de
acq poſſ. l. 1. nu. 45. poſt gl. C. de ſer. fugit. Fel.
cap. uigilanti. nu. 6. de pręſcript. Couar. latè c.
poſſeſſor. §. 1. num. 3. & Crauet. de antiq. parte
9 34. §. abſolutis. numer. 29. Deinde † uaſallus
præſcribit utile dominiū 30. annis, d. §. ſi quis
per 30. tanquam ius quoddam uniuerſale, l.
hæreditatis. C. de petit. hæredit. l. 4. ubi Caſtr.
poſt glo. C. in quib. cauſ. long. temp. præſcrip.
ut eſt caſtrū hoc cum ſuis appertinentijs, Pan.
in c. cùm ſeculum. num. 1. de iur. patron. Curt.
tractat. feud. part. 1. q. 6. & part. 2. quæſt. 2. per
doctrinam Bal. & Feudiſt. in c. 1. de cap. q cur.
uen. latè Henning. Goden. in conſil. de precio
rei feudalis, per totum. Euerard. in loc. leg. de
tanquam. in 26. ampliat. In præſcriptione ue-
rò iurium non conſideratur illa diſtinctio ci-
uilis poſſeſsionis a lterius: imò ſtatim amitti-
tur cum naturali. & eſt penes poſsidentē. Iaſ. l.
1. num. 46. C. de ſer. fug. nec hic locum habet,
quod dicitur, Dominos terrarùm retinere ci-
uilē, Iaſ. l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas.
num. 35. de acqu. poſ. cum ſimil. Nam hoc tm̄
obtinet in materia uiolentiæ, cū per uim deie-
cti ſunt, de quo hîc non quæritur. Quāquam
etiam tum hi amittant per tantū tempus, qua-
le hîc ſubeſt, Bal. l. 1. nu. 13. C. unde ui, cū ſimil.
de quo hic diſputare nihil attinet: cū quòd ea
diſputatio de poſſeſsione ciuili nō obtinet, ut
dixi. in præſcriptione iurium: tum quia hic ex
uenditione cum pacto retrouēditionis facta,
ut antè demonſtratum eſt, ne dum ullam poſ
ſeſsionem, ſed ne dominium quidē Princeps
retinuit, ac ſi quod ius illi reſeruatum eſt, hoc
òmne conſtat in pacto retrouēditionis. Qua-
re hic non rectè quæritur, utrùm directum, an
utile d. nobiles præſcripſerint, cùm præcipuè
de præſcriptione iuris agatur: quanquā illud
certum eſt, eos utile caſtri huius dominiū ex
uenditione & inueſtitura habuiſſe, aut ſaltem
inde præſcripſiſſe, Bal. c. 1. §. rurſus. num. 4. de
contro. inueſt. neq; hic quærendum de cōſen-
ſu domini, quia non requiritur in ſubinfeuda
tione ijſdē legibus facta, c. 1. §. ſimiliter. de lege
Corra. c. 1. §. ſi uerò. qual. olim. feu. pot. alie. Ia-
cob. in inueſt. uerb. & quod ipſi. nu. 3. ſicut ea-
dem pecunia & pactione fuit d. nobilibus uē-
ditum hoc caſtrum, qua ipſi Comites à Prin-
cipe acceperant, quod inſtrumentum uendi-
tionis perſpicuè docet, nec aliud ſanè appa-
ret, etſi requireretur domini conſenſus hic, cer
tè uel per annale ſilentium tacitè talis conſen
ſus domini fuiſſet inductus, & inde præſume-
retur, c. 1. § porrò. qual. olim. feud. pot. alien.
uti Bal. hic notat. Tiraq in retract. lig. §. 1. gloſ.
10. nu. 5. multò magis per ſilentium. 10. 30. an
norum, imò temporis immemorialis, ut ſu-
prà demonſtratum eſt. Et ſanè ex iſto capite ſe
defendere ipſi Comites alienatores non poſ-
ſent, utpote quòd allegarent propriam ſuam
turpitudinē & delictū, cuiuſmodi eſt uendere
ſine domini conſenſu, c. 1. ubi Iſer. nu. 3. de ua-
ſall. qui contra conſti. Loth. cū quo nemo au-
ditur, l. mercalem. C. de condic. ob turp. cauſ.
nec contractū propriū ex eo impugnare poſ-
ſent, quòd non ritè à ſe geſtus eſſet, Andr. Iſer.
d. c. 1. nu. 4. 5. de uaſal. qui cōtra conſt. Loth.
per l. poſt mortē. de adopt. dato quòd aliun-
de ius eius conualuiſſet, l. rem alienam. 41. cū
ibi not. de pign. act. Sed conceſſo etiam, quòd
utile dominium hic nō fuiſſet translatum, tm̄
illud per præſcriptionem quæſitū fuiſſet cōtra
d. inueſtitorē Comitem, d. §. ſi quis per 30. an-
nos, cū ibi not. nec ualeret argumentatio, Co-

mites ipſi non habuerunt utile dominium: ergo contra eos præſcribi non potuiſſet. Imò nunq̃ cadit præſcriptio, niſi quoties author non habuit ius, quod poſſeſſor præſcribit, gl. & Dd. d. l. traditio. de acqu. do. l. 5. de diuerſ. & temp. præſcri. Si enim haberet, translatũ eſſet, nec præſcriptione opus eſſet: uerbi gratia, qñ uenditor dominus eſt, nõ opus eſt uſucaptione, quia dominium in emtorẽ transfert. Id autẽ quod cuiuſq; eſt, amplius ei acquiri nequit, §. ſed ſi rem. π. Inſtit. de actio. §. ſic itaq; Inſtit. de actio. ſed tum demũ res pręſcribitur, quando non eſt author dominus, & ſic beneficio iuris præſcribendo acquirit poſſeſſor emtoe ex longa poſſeſsione, quod author ſuus non habuit, nec transtulit, aut transferre potuit, l. interdũ. in pri. de ac. poſ. tot. tit. de Publicia. Et in hoc fallit regula l. traditio. de acq. re. do. ut gl. ibi uerb. qui tradit. & Dd. annotãt. Non igitur præſcribendo præſcribit unquã poſſeſſor ius, quod author babuit, ſed pręſcribit, quod ipſe ſe ab eo autbore habere putauit. Itaq; præſcriptione completa non intelligitur quæſiuiſſe ius authoris, ſed ex nouo uſucapionis titulo, qui dominiũ adijcit, l. 3. de uſucap. l. traditionib. C. de pact. ſuũ & propriũ, quod amplius ex iure authoris non pendeat, nec eo reſoluto reſoluatur, Bal. c. 1. §. rurſus. nu. 7. de contr. inueſt. Nec huc pertinet regula, quod non eſt in actu, uel potentia, id non tolli præſcriptione: hîc eñ agitur nõ de tollendo, ſed de acquirẽdo, qui acquirendi modus inducitur per præſcriptionem ex inueſtitura, emtione, traditione factã à nõ domino: ut eſt notiſsimũ ex tot. tit. de Public. in rem ac. cũ ſimilib. Hoc igitur poſito, ꝙ præſcripſerint d. nobiles utile dominium, ſaltem tempore immemoriali, uel centenario, contra ſuos inueſtitores Comites, ſequitur cõtra omnes quoſcunq; præſcripſiſſe: cũ pręſcriptio ꝑ ueritate habeatue, l. ubi. Caſt. nu. 12. & Dd. C. de ſeruit. Bal c. ult. nu. 1. & 2. de feu. dat. in uic. leg. cõmiſſ. latè Balb. de præſcr. part. 1. q. 6. nu. 4. & 5. cum ibi alleg. præſertim illa, quæ eſt immemorialis, Bald. in c. cùm cauſam. nu. 5. de probat. Fel. in rubr. de præſc. nu. 4. cum ſeq. fall. 3. Alex. conſi. 6. num. 1. 2. uol. 1. Curt. iun. conſil. 61. num. 3. Lofred. conſil. 40. nu. 48. Pariſ. conſil. 27. nu. 33. uol. 1. Crauet. de antiq. parſ. 4. §. materia. num. 127. 147. Anto. Gab. lib. 5. de præſcr. conſil. 1. num. 96. & inter omnes ius faciat, ac pleniſsimam ſecuritstem præſtet, Par. conſil. 13. nu. 19. & conſ. 101. nu. 81. uol. 1. ideoq; actionẽ omnem contrariaq; iura extinguat, Pariſ. conſ. 32. nu. 5. uol. 2. & conſil. 13. nu. 17. conſil. 82. capio. nu. 9. utileq; dominium præſcriptione quæſitũ directò præſcribat, Iaſ. l. 1. in princ. nu. 57. & l. 3. §. ex pluribus. nu. 33. de acq. poſſ. Et ſanè alioqui nulla præſcriptionis eſſet utilitas, ſi contra unũ, qui ius haberet præſcriptione completa, cõtra alium quemcunq; non prodeſſet pręſcriptio. Imò in præſcriptionibus nõ præſcribitur propriè, niſi quo ad actiones cõtra authorem uel alium: ſed poſſeſſor ſibi poſsidendo uſucapit rem tãq̃ dñs, ita ut ex præſcriptione beneficio legis dominium ei adijciatur, l. 3. de uſucap. l. traditionibus. C. de pact. Couar. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & cõſequenter effectus dominij, nẽpe quòd contra omnes agere uolentes naneiſcatur, & habeat exceptionem, quãdiu poſsidet, qua omnem actionem excludit, c. ad aures. ubi Panor. de præſcript. Balb. de præſcript. 4. pa. te quartæ partis princip. quæſt. 15. princip. quæſt. 24. num. 5. Ea uerò amiſſa, actionem atque adeò uendicationem exercete poſsit etiã cõtra dominum priorem, l. ſi quis. 8. l. penult. C. de præſcr. 30. annor. Balb. de præſcr. rer. immobiliũ, nu. 53. & paſsim, Iaſ. d. l. 1. & 3. de acq. poſſ. & quòd extendatur præſcriptio de perſona ad perſunã, firmant Bald. & Dd. l. ſi quis diuturno. ſi ſeruit. uend. & alij quos cumulat Ant. Gabr. de præſcr. concl. 2. num. 21. Quamobrem etiam contra tertium uendicare pòſt uolentem, à quo cauſam poſſeſſor nõ habet, omnino præſcribit dominium directũ, quando poſsidet eo animo, ut directum ſe putet dominium, latè Balb. tract. præſcrip. 4. par. 4. partis princip. 12. quæſt. princ. quæſt. 4. per totum. Vtile uerò, quando (uelut in præſenti caſu) ut utilis dominus poſſedit, Balb. prædlleg. loc. q. 11. nu. 4. ex doctr. Caſtren. in l. neq; fructuarium. C. de uſufr. cũ alijs ſuprà allegatis, & ita intelligendum, quod obiectum eſt, præſcriptionem contra utilem dominum non nocere iuri directi domini, ſcilicet iure directo, quod habet: quia nec tali animo eſt poſſeſsũ, nam utile æquè cõtra illum ac contra utilem dominũ præſcribi, præfati Dd. ibi reſpondẽt. Quamobrem practica Angeli (quanquã per ſe non uera) hîc locum non habet, cũ etiam rei uẽdicatio, quod quidem ad utile dominium attinet, hîc ſit pręſcripta, ſaltem per 30. annos, & multò magis poſt tẽpus immemoriale, uel centenariũ, l. 3. 4. & tot. tit. C. de præſc. 30. ann. c. ſuper. §. 1. de uerb. ſignific. De iure luendi, an præſcribatur, omnia magis ſunt in dubio poſita: non tamẽ obſtat l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita uenerit. ff. de ædil. edic. quia in perpetuum intelligitur, ut excludat præſcriptionẽ fauorabilem, uidelicet 10. 20. annorũ: nõ uerò odioſam 30. annorũ, l. 4. C. in qui. cauſ. ceſſat long. temp. præſcr. qui eſt ultimus actionum terminus, l. 2. C. de conſt. pec. l. ſicut. C. de præſcr. 30. annor. Inſtit. de perpetuis & temp. act. ut rectẽ reſpondet Ange. ibid. §. ſi quid nu. 1. & in l. nemo poteſt. num. 2. de legat. 1. & ibi Alex. in fin. poſt Bart. ibi & alios Doctores, item Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glo. 2. num. 29. nam Perpetuum, in iure ad 30. annos reſtringitur, l. minor. §. ſtatuliberũ. Inſtit. de perpet. & temp. ac. quæ iura ad hoc elegsnter inducit Tiraq pręall. loc. nu. 11. Bertr. conſ. 46. dudum. nu. 2. & 3. lib. 1. ſecundũ quæ legũ uerba ſunt accipiẽda, Tiraq præall. loc. nu. 2. 10, 11. cũ ſeq. atq; adeò etiam

etiam contrahentium, ut ibidem Tiraq. num. 14. per l. ſi duo. ubi Bar. & Caſtr. de acqu. hær. cum alijs per eum alleg. & eodẽ modo reſpondetur ad l. 1. C. ne rei dom. & ad l. 1. de concuſſ. Quanq; etiam ibidẽ notẽt Bal. Ang. & Doctores, quòd per illa generalia uerba Perpetuo, Quandocunq;, &c. nunquã intelligatur ſublata præſcriptio immemorialis, Tiraq. præallag. loc. nu. 23. Chaſſ. in conſuet. Burg. rub. 9. §. 2. uerb. par quelque laps. de temps. num. 5. & 6. & rub. 13. §. 8. uerb. prẹſcriptibiles. num. 1. 2. Franc. Balb. tract. præſcri. a. parte tertiæ partis princ. quæſt. 6. nu. 21. cum alijs ad idem ſuprà adductis. Quod autem de mala fide obiectũ, ſuprà ſatis diluimus: & ſunt, qui putent ſtatutorias præſcriptiones, ut hîc eſt Sax. nõ impediri mala fide, Bouius, de præſcr. ſtat. in princ. nu. 16. cum ſeq. Sed nec ulla hîc reperitur mala fides, aut deceptio uenditoris, cùm id pactum debeat intelligi ſecundũ ius, ut oſtendimus, nẽpe ut liceat redimere intra 30. annos, uel certẽ intra tempus immemoriale: nõ pôſt, quia hæc præſcriptio nullo pacto excluditur, ut dictum eſt, cùm ſit ſpecies priuilegij potiùs quàm præſcriptionis: & ita in terminis reſpõdet Tiraq. præalleg. loc. num 27. & l. ſi unquã. uerb reuertatur. num. 310. C. de reuoc. donat.

94 Quòd † autem iuribus meræ facultatis non præſcribatur, uerum non eſt, ut oſtendit præſcriptio iuris adeundi, ſe immiſcendi, &c. l. licet. ubi Corn. latè, C. de iur. delib. Balb. tract. præſcr. ideoq; nec in iſto caſu recipiendum id eſt, ut per Tiraq. reſpõdetur præall. loc. nu. 28. Quanquam rectiùs poteſt reſponderi: primũ quòd ea regula procedat tantùm in ijs, quæ ſunt facultatis publicæ, non priuatæ, quo de caſu loquitur d. l. uiam publicã. de uia publ. & ita declarat Bal. l. licet. q. 3. C. de iur. deliber. Cuman. Aret. Iaſ. & Dd. in l. quamdiu. de acq. hæred. Cornæ. conſil. 305. in fi. uol. 3. Et quanquam hãc diſtinctionem conatur impugnare Chaſſan. conſil. 11. num. 51. tamẽ illam eſſe cõmunem & tenendam fatetur Ant. Gabr. lib. 5. de præſcript. concluſ. 10. nu. 15. Secundò tantùm obtinet ea regula in ijs, quæ competunt ex mera uoluntate: ſecus uerò in his, quæ ſimpliciter ſunt facultatis, nec collata in puram & liberam uoluntatem: nam eiuſmodi præſcribuntur l. 1. ubi Bart. ff. de nundin. Anto. de But. in c. ut priuilegia. de priuileg. in fin. Felin. Dec. & Doctores in c. cùm acceſsiſſent. de conſtit. latẽ Ant. Gabr. lib. 5. de præſcr. concluſ. 10. nu. 9. limit. 2. Tertiò tantùm obtinet illa theſis in ijs facultatibus, quæ non ſunt in iudicium deducibiles, & quarum nomine non ſit actio, aut obligatio, quæ præſcribi poſsit, in quibus ſic ceſſet omnis negligẽtia, cuius odio præſcriptiones longiſsimæ ſunt introductæ: ſecus eſt in facultate, quæ in iudicium deduci poteſt, ut eſt ius luendi, retrouenditionis, &c. Ang. Imol. Rom. l. ſi finita. §. ſi autem. de dam. infect. l. pignori. de uſucap. Aretin. Alex. Iaſ. in l. a. de acq. hæred. Corn. conſil. 205. in fin. uol. 3. Dec. conſil. 164. in fi. Crauet. conſ. 111. nu. 13. & in 4. parte, de antiquit. temp. nu. 254. Chaſ. conſil. 11. Barbat. conſ. 22. uol. 4. conſil. 51. uo. 1. & alij, quos cumulat Ant. Gab. lib. 5. de prẹſcript. concluſ. 10. num. 8. in 1. limit. Quartò regula illa tantùm obtinet in ijs, quæ ſunt facultatis & libertatis naturalis: non in illis, quæ ueniunt ex contractu & obligatione: quia hẹc ſunt iuris magis, quàm facultatis, prout ipſa eſt obligatio: qualis enim cauſa, talis effectus, l. 4. de iuſtit. & iure: & proinde huiuſmodi facultates in contractum deductæ, non minus quàm ipſæ obligationes, & agendi facultas, ſunt præſcriptibiles, Fel. in cap. cùm acceſsiſſent. nu. 26. 27. cum multis ſequen. de conſtit. Soc iun. conſil. 145. num. 27. uol. 1. Ant. Gabr. de præſcript. lib. 5. concluſ. 10. num. 11. in 4. limit. Quare quod dicitur, ijs facultatibus nunquam præſcribi, quæ nõ ſunt formatæ, nec in obligationem aut eſſe deductẹ, id de pacto retrouenditionis formato, & ineſſe ac obligationem producto, & in iudicium deducibili, iure dici nequit, Balb. de præſcr. par. 4. quintẹ partis princ quæſt. 1. ut nec de reliquis agendi iuribus, l. ſicut. d. l. omnes. C. de præſcri. 30. ann. quamuis ſunt merẹ facultatis, l. unic. C. ut nemo inuit. l. purẽ. §. ult. de dol. except. Quintò non obtinet illa regula in facultate iuris quẹſiti, quia tunc ius potiùs dicitur, quàm facultas, & præſcribitur, Balb. tract. præſcript. in 4. parte quintæ partis princip. q. 1. & 2. Pariſ. conſil. 7. in fin. uolum. 1. Ant. Gabr. præalleg. loc. num. 10. in 3. limit. Itaq; & ius luendi, quando uenit ex obligatione, & eſt deducibile in iudicium, præſcribitur: dato, quòd non ſit nata actio: ſufficit enim naſci, ſeu quòd naſci poſsit, ſi uelit luere debitor, & ideò ſemper eſt illi negligentia imputanda, cuius odio longiſsimæ præſcriptiones inductẹ, Corn. l. licet. num. 2. 3. C. de iur. delib. Bal. in c. 1. nu. 3. 4 de feu. da. in uic. l. commiſſ. Imol. d. l. quamdiu. n. 3. de acq. hæred. Roman. l. ſi finita. § poſtea autem. n. 4. de dam. infect. bonus text. in l. cũ notiſsimi. §. eodem iure. C. de præſcri. 30. annor. ubi notat Ang. in prin & conſi. 55. nu. 2. & conſ. 241. nu. 3. Sig Homod. cõſi. 139. per totũ, & in hoc Dd. omnes concordant, etiam ij qui uolunt alioq ius luendi non præſcribi, ut teſtantur Cornæ. dict. l. licet. Ant Gabriel. de præſcrip. dict. concluſ. 7. num. 2. & 6. ut quod obiectum eſt de pignoratitia actione nec dum nata, facillimẽ diluatur. Sufficit enim, eam poſſe naſci ex iure debitoris, quod exercere, uel etiam in iudiciũ deducere poteſt, oblata ſorte, ut ſemper illi imputari poſsit negligentia, & ideò præſcriptio currat. Quare quod oppoſitum eſt, conditionem meræ poteſtatiuæ nõ præſcribi, eodẽ modo accipiatur, niſi ſit in obligationẽ deducta: ſemper enim tali caſu eſt negligẽs, qui cũ poſsit, conditione non utitur, eoq; ſemper præſcriptio currit, Franc. Balb. tract. præſcrip. 4. partẽ

quartæ partis princ. per l. 1. §. ſi qui ſub conditione. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. Rom. cõſ. 84. circa. nu. 2. uſq; ad finẽ. Præterea ad omnia rectè reſpõdetur, ſaltẽ tempore immemoriali omnibus & quibuſcunq; iurib. præſcribi: ut eſt procul dubiò communis, quemadmodum patet ex Tiraq. de retract. cõuen. §. 1. gl. 2. nu. 23. cum infinitis ibi adductis. & Schurf. ex conſi. 5. adductis. Sed neq; clauſulæ prægnantes, Quandocunq;, & ſimiles, ſunt hic nullius momenti: ſufficit enim ijs excludi præſcriptionem 10. 20. annorum, quod alioqui eſt diſputabile, & dubium, ut rectè reſpondet Tiraqu. præalleg. loc. nu. 28. eo. & de retract. lig. §. 21. gl. 1. num. 5. Qui uerò perhibẽt, ne immemoriali quidem tempore hoc ius præſcribi, pauci ſunt, reſpectu aliorum, qui hoc pernegant, ut uidere licet apud Tiraq. præal. loc. num. 23. 24. & Ant. Gab. lib. 5. de præſcrip. & diſertè tamen illi ipſi loquuntur de eo caſu, quo expreſsè pacto omnis præſcriptio excluſa eſt: uel prægnantes clauſulæ adiectæ ſunt, in quibus terminis hic non ſunt. Deinde indicant, hoc tantùm obtinere in iuribus, quæ non præſcribũtur 30. uel 40. ann. nã ut tũc aliquid operẽtur tales clauſulæ, uolunt præſcriptionem etiã immemorialem ſemoueri: ſecus uerò eſſe in ijs, quæ regulariter præſcribuntur 40. annis: quoniã tunc aiunt ſolam hãc præſcriptionem remoueri ijs pactis, ut Aret. d. l. cùm ſtipulatus ſum à Proculo. de uerbo. obligat. & conſil. 15. Pan. c. 1. de præſcr. Bal. c. 1. §. præterea. de cap. Corr. Atqui iura redimendi natura ſua ſaltem 40. annis præſcribuntur, d. l. cũ notiſsimi. cum ibi not. eoq; tales clauſulæ nõ eſſent hic fruſtratoriæ, excludentes præſcriptionem 40. annorum, cũ multi teneant tali tẽpore retrouẽditionis ius præſcribi, Tiraq. præall. loc. & cõſequenter nõ poſſent trahi ad tẽpus immemoriale ex prædicta diſtinctione. At qui hic tale pactũ tollẽs omnem præſcriptionẽ, aut habens prægnantes clauſulas, non eſt adiectũ. ſicut diximus, ut hæc nihil faciant hic ad rhombum. Quanq; nec illam diſtinctionem uerã arbitror: nã ſufficeret etiam illo caſu priore, pacta & clauſulas hoc operari, ut excluderent præſcriptionẽ quadragenariam, aut centenariã, quæ alia eſt quàm immemorialis, Crau. de antiq. tẽp. parte 4. §. abſolutus. num. 2. 3. 4. & paſsim Coua. in c. poſſeſſor. 2. parte. §. 3. nu. 8. per text. in c. ſi diligenti. cũ ibi not. de præſcr. cũ alijs infinitis ab eo adductis, & quia excluſa nõ intelligitur propterea excluſa immemorialis, d. c. ſi diligenti. Couar. Crauet. & Dd. præal. loc. Hic autem ſubeſſe non centenariam patet, quia centenaria ad 100. annos ſtrictè exigitur, Couar. Crau. præal. loc. Ad hæc lõgè lateq; exuperat, ſi computes à prima inueſtitura & uenditione d. nobilibus facta anno 1426. Quanquam nec illa prima fuit, cùm ibi narretur ſimili modo d. caſtrum patrem illius Comitis uendentis pridem antea d. nobilibus ita conceſsiſſe, quod quando factũ ſit, ignoratur, atq; ita initium poſſeſsionis d. nobilium haberi nequit, ex quo indubiè cauſatur præſcriptio immemorialis, l. ſi arbiter. ubi Dd. de probat. c. ueniens. ubi Innoc. num. 2. 3. de uerb. ſignifi. Couar. Crauet. præall. loc. Mont. tract. fin. regun. cap. 50. 51. per totum. Non obſtat, quòd quæ non ſunt præſcriptibilia, ne per tempus quidẽ immemoriale præſcriptibilia fieri poſsint. Nam hoc intelligitur de rebus, quas lex afficit propter aliquod uitium, ut præſcribi non poſsint, quales ſunt furtiuæ, ui poſſeſſæ, in quibus terminis hic non ſumus, prout loquitur in talibus terminis Bald. d. l. omnes. C. de præſcr. 30. ann. Felin. c. accedentes. fallen. 3. de præſcr. Balb. trac. præſc. 1. par. 6. partis princ. in prin. nu. 9. Quanquã alij uolunt etiam hæc omnia immemoriali indiſtinctè tẽpore præſcribi, Ang. & Dd. communiter in §. furtiuæ. Inſtit. de uſucap. & in l. 1. ne rei dom. in l. comperit. C. de præſcrip. 30. annor. Cætera autem etiam impræſcriptibilia, quæ lex uitio reali non afficit, ſiunt proculdubio præſcriptibilia ex tanti temporis decurſu, ut Franc. Balb. de præſcript. 2. parte tertiæ partis princ. quæſt. 6. numer. 18. per Panor. conſ. 71. quidam. uolum. 2. Non obſtat Bald. theorica in cap. 1. §. rurſus. numer. 7. de controu. inueſt. quia loquitur de iure domini necdum præſcripto: neque aliter uera eſſe poteſt, ſicut nec ulla lege aut ratione in alijs terminis probari poſsit: à quo themate hic longè abſumus. Nec officit, quòd Comites impediti fuerint agere. Nam regula, quòd impedito agere non currat præſcriptio, tantùm obtinet in eo, qui impedimentum nõ poteſt remouere: ſecus in illo, qui remouere poteſt, cap. ult. de electìon. Roman. conſi. 357. quæritur. numer. 5. ideoq; quamuis alia ſ. poſita in conditione non præſcribantur, donec eueniat conditio, l. cùm notiſsimi. §. illud. C. de præſcript. 30. annorum, l. fin. §. ſin autem. C. com. de leg. attamen illud uerum eſt, niſi talis conditionis implementum foret in poteſtate creditoris, ut quia poteſtatiua: tũc enim ſi implementum per creditorem negligenter differatur, præſcriptio ſumit initium etiam conditione pendente, ut ſunt formalia uerba, Balb. tractat. præſcript. 4. parte 4. partis princip. quæſt. 6. num. 7. per l. 1. §. quæ ſub conditione. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. ubi Bald. & Dd. Roman. conſ. 84. circa nu. 2. cum ſequentibus. Sed nec potuit ius ſemel præſcriptum & extinctum Princeps exin amplius cedere, l. Modeſtinus de ſolut. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 2. nu. 39. Etenim cùm præſcriptio perimat ius prioris domini, certè is cedere nõ poteſt, quod non habet, aut ſaltem quod eſt ſine effectu: cùm exceptione ſubmoueatur præſcriptionis, quæ eſt litis finitæ. c. 1. uerb. finita. ubi Fran. & Dd. de lit. conteſt. in 6. Blanc. de compromiſ. par. 4. de excep. imped. §. præſcriptionis. per totũ. Paria autem ſunt, nec quicquam

inter-

intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat,
an per exceptionẽ infirmetur, l. nihil intereſt.
de regul.iur. ut in terminis de hac re loquitur
Tiraq. de retract. conuent. §.1.gloſ.2. num.39.
Ea autem exceptio perinde obſtat ceſsiona-
rio, atq; cedenti, cùm ſit in rem, nõ perſonam
directa, l. emtor. ubi not. Bald.1.no. C. de hæ-
red. uel act. uend. Rom. cõſ.87. circa nu.3. cum
ſequent. & momentum habeat ex iure poſsi-
dentis contra omnem actionem & quæſtionẽ
quæ moueri poſsit, ut ex ſuperioribus patet.
Quod autem ea, quæ competũt, per modum
exceptionis non præſcribantur, minimè ha-
bet locum in ijs, quæ etiam proponi poſſunt
per modum actionis, ut pactum retrouendi-
tionis, l.2. ubi Dd. C. de pact. inter emt. Anton.
Gab. præal. loc. de præſcrip. concl.7.& 10. hæc
enim præſcribũtur, ut alia iura, cùm æquè hic
imputari poſsit, cur non actum ſit, atq; in a-
lijs actionibus, Bald. Sal. & communiter Dd.
in c. licet.5. cum ll. ſequẽtib. C. de excep. & Bal.
l. ſicut. num.12.& 13. C. de præſcrip.30. annor.
Fel. in c. ſi cautio. num.60. de fid. inſtrument.
Quare quod pręſcriptione fuit acquiſitum d.
nobilibus, & Principi ademtum, non potuit
is cedendo auferre illis, & Comiti dare illud,
quod ipſe non haberet, l. traditio. de acq. rer.
domin. quia quod noſtrum eſt, ſine facto, aut
culpa auferri non poteſt, l. id quod noſtrum.
de reg. iur. Tiraquell. de retract. conuent. §.1.
gl.2. num.39. ut ſuprà probauimus, ex l. Mo-
deſtinus. de ſolut. & quæ cumulat Tiraqu. de
retract. lig. §.26. glo.1. num.53. cum multis ibi
adductis. Nec cõceſsio aut ceſsio prætenſa de
iure tertij accipi poteſt, cuius nulla facta ſit
mentio, Alexan. conſi.15. uiſis. num.9. uolum.
5. & ſi facta eſſet, nihil operaretur, quia pactis
aliorum non poteſt auferri ius tertio iampri-
dem quæſitũ: cùm nemini per alium, ne qui-
dem auctorem ſuum, ius ſuum iam quæſitum
auferri poſsit, l. fin. de pact. cum ſimil. & pro-
bat apertè Tiraq. de retract. conuen. §.1. gloſſ.
2. nu.39. per l. non debet. l. id quod noſtrum.
de reg. iur. ubi demonſtrat poſt præſcriptum
ius retrouenditionis, emtorem & uẽditorem
inter ſe, & in ſuum pręiudicium admittere ius
retractus poſſe, non uerò in præiudicium ter-
tij, cuius ſit ea modò præſcriptione quæſitũ: &
in retract. lig. §.1. glo.10. uerb. ded. Lan. nu.10.
cum ibi allegatis. Itaq; conceſsiones ſaluo iu-
re tertij ſemper intelligantur, ne illi detrahãt,
Iaſ. & Dd. l. beneficia. de conſtit. princ. cum ibi
alleg. l. quo minus. de flum. per l. 2. §. meritò.
ne quid in loc. publ. l. cùm aũus. C. de eman-
cip. Sed dato, quòd hic ius utilis dominij pe-
nes Principẽ adhuc tunc fuiſſet, & utiliter cedi
potuiſſet, tamen non poſſet eo uti Comes, ut-
pote uenditoris ſucceſſor, quem de euictione
tenet actio, & qui cõtra alios d. nobiles defen
dere debet, l. uendicanti. de euict. gl. & D. l. cũ à
matre. C. de rei uen. Itaq; ne ex noua quidẽ &
alia cauſa acquiſiti dominij contra factũ pro-
prium uenire, & inueſtituram à ſe factã impu-
gnare poſſet, ut ſuprà probauimus ex l. etſi. de
diſtrac. pig. l. poſt mortem. de adop. cum alijs
allegatis, & per ea quæ tradit Tiraq. de retrac.
lig. §.1. gl.9. nu.47. ubi addit, idem eſſe, etiãſi
inuentarium hæres fecerit, per l ſer. c.1. an agn.
deciſ. Neap. 240. nu.4. Fulg. conſi. 67. num.5.
quod maximè uerum, quando nihilominus
luctũ ex perſona defuncti hæres fecit, l. ex qua
perſona. 192. ubi Dec. num.6. de reg. iur. in pri
miſq; procedit, quando uenditor diſertè re-
nũciauit iuri retrouẽditionis ex ſua perſona,
& ſe ad euictionem obligauit: quorum utrũq;
hîc interuenit: nam tunc ne filius quidem po-
teſt retrouenditione uti ex cauſa proximita-
tis, ut per multa Tiraq. præal. loc. nu.53.

Hæc de primæ quæſtionis reſolutione, quæ
certè dubia eſt: ad alteram porrò obiecta faci-
limè diluuntur. Non enim conſtat hic de no-
torio iure d. Comitis retrahentis, uel ex con-
feſsione aduerſæ partis, uel aliunde. Imò res
multò eſt maximè dubia & de apicibus iuris:
95 quanquam † nec hoc uerum eſt, quòd in no-
torijs, maximè contractuũ, in quibus hîc uer-
ſamur, non opus ſit cauſæ cognitione, Bald. l.
cùm fratrem. nu.5. C. de his quibus ut indig.
& in l. ea quidem. ubi etiam Salicetus latè, C.
de accuſationibus. Sed nec ex inſtrumẽtis hic
conſtat de iure d. Comitis retrahẽtis, quin po
tius cõtrarium inde colligi poteſt, prout edo-
cuimus, ut fruſtra de inſtrumentis paratã exe-
cutionem habentibus opponatur, quãquam
etiam eiuſmodi inſtrumẽtis exceptio præſcri-
ptionis, quæ hîc eſt efficaciſsima obijci po-
teſt, ut per Dec. & Dd. in c. ex parte 2. de off. de-
96 leg. Et illa † uerba literarũ, *Ohne widerrede*, Sine
exceptione, nõ tollunt defenſionẽ, ne poſſunt
quidẽ, cùm ſit iuris naturæ, Iaſ. l. 3. §. ſi is, pro
quo. nu.3.4.5.6.7. ff. quod quiſq; iuris, & l. 2.
ubi cõmuniter Dd. per illum tex. C. de precib.
Imper. offeren. Anton. de S. Georg. in rubr. de
appell. nu.4.& 5. ac generaliter ſiue in contra-
ctibus ſiue in reſcriptis hæc clauſula apponã-
tur, ſemper tñ ſic intelligitur, ut excludat tñ
exceptiones friuolas, nõ legitimas & iuſtas, c.
ex parte.13. ubi gl. ad uerb. nullę. de off. deleg.
c. licet de uitanda. de elec. Vital. in tract. clauſ.
in clauſula, Nulla obſtãte exceptione, per to-
tum, Bal. l.2. n.3. C. ſent. reſc. non poſſe, Iaſ. l. 3.
§. ſi is pro quo. num. 5. ff. quod quiſq; iur. ad-
dens, nec poſſe quidẽ peremptorias exceptio-
nes, etiã nominatim tolli, niſi de plenitudine
poteſtatis Cæſareæ ex certa ſcientia & motu
proprio, Hipp. in prac. §. incip. paſsim. & conſ.
16. per doctrinã Bart. in l.1. quod ui aut clàm.
l.1. §. à quib. app. non lic. c. paſtoralis. c. ut de-
bitus. de app. ad idẽ lariſsimè. Rebuf. in c. ſine
exceptione. ubi gloſ. uerb. ſine 12. quæſt. 2. Et
in terminis, quòd per talẽ clauſulã non tolla-
tur exceptio præſcriptionis, quæ hîc obijcit,
eſt text. in l. 1. C. ne rei domin. ubi Bald. Sal. &
Dd. & in authent. ut de cæt. non fiant. comm.

ubi Ang. nu. 5. Imò etiamſi nominatim ſubla-
ta ſit exceptio præſcriptionis, tamen intelligi-
tur tm̄ ſubmota ordinaria triū, uel. 10. 20. an-
norum præſcriptio, nō 30. annorum, nō uerò
maior, quæ hîc allegatur, §. 1. ubi glo. de capit.
Corra. Vital. in tract. clauſ. in clauſ. nō obſtāte
præſcriptione: latè Rebuff. in repetit. d. c. ſine
exceptione. ad illa ipſa uerba textus in fin. 12.
q. 2. Itaq; ſatis operatur illa clauſula, quòd tol
lat exceptiones friuolas, d. c. ex parte. ubi præ-
cipuè Dec. de off. del. quemadmodū & alia il-
la: Statim, Incontinenti, & ſimiles excludit ſu-
peruacuam & anxiam ſolennitatem iudicio-
rū, etiamſi legitimas exceptiones & cognitio-
nem iuſtam non excludat, Pan. d. c. quia pro-
pter. de elec. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. iudic. ſol. Nam
per hoc importatur quidem ſummaria proce
dendi forma, attamen nō ordinarij proceſſus
ſubſtantia naturalis aboletur, Dd. præall. loc.
qui ſatis hoc ipſo fatenē cognitione opus eſſe
& iudicio, in quo audiendæ ſint & admitten-
dæ exceptiones peremptoriæ: nam hæ etiam
in ſummarijs omitti non poſſunt, cle. ſæpe. de
uerb. ſign. ubi Zab. & Dd. Multò uerò minus
per hæc intelligi poteſt conceſſa poteſtas pri-
uatim, & citra cognitionē ſibi ipſi ius dicendi,
97 quòd ne†magiſtratibus quidem ac Principi-
bus, q ſuperiorem recognoſcūt, in cauſa pro-
pria licet, l. qui iuriſdictioni. ubi Iaſ. Zaſ. & Dd.
de iuriſd. ubi Zaſius nu. 20. 21. addis, ne Prin-
cipes quidem, Duces aut Comites poſſe iudi-
care ſu cauſa propria ex cōſuetudine, niſi per
ſuos conſiliarios. Iudicare autem, non proceſ-
ſum de facto, ſed cauſæ cognitionem præſup-
ponit, ſine qua iudicium eſſe nullum poteſt, l.
iudices. 9. ubi Iaſ. num 2. 3. C. de iudic. De ciui-
li poſſeſsione antea diximus, oſtendentes hîc
ciuilem nullam poſſeſsionem apud Principē
fuiſſe, nec eam theoricā aliter obtinere, quàm
quādo per uim naturalis poſſeſsio amiſſa eſt,
98 qđ hic abeſt: ſed & dn̄m†feudi non poſſe pri-
uata authoritate uaſallū expellere, cōcludunt
cōmuniter Dd. Iaſ. d. l. 2. nu. 100. cum ſeq. C. de
iur. emph. ſic quòd ſoluta cauſa pignoris de-
bitor dn̄s nequeat priuata authoritate expel-
lere creditorē, neq; arbitrio ſuo citra conuen-
tionem uel præſidalem iuſsionē res auferre, ut
nec contrà durāte pignore creditor debitori:
probat text. apertiſsimus l. pignoris. 10. C. de
pig. act. Dd. l. 3. C. de pig. Ideò. l. nec creditores,
9. eo. nt. C. de pig. act. dicit, debitori ſoluto pi-
gnore rem ſuam repetēti uendicare dominiū
debes. Vendicare aūt eſt actionis & iuris, non
facti & executionis: & ideò datur etiā pigno-
ratitia debitori actio ad rem ſuā repetendam,
tot. tit. ff. & C. de pict. act. qua nō opus eſſet, ſi
dominus priuata authoritate ſoluta ſorte re-
cuperare rē ſuā oppignoratione ſublata poſ-
ſet. Eodemq; modo etiāſi reſoluta per retrouē
ditionem emtione redeat dominiū ad uendi-
torem, non tamē poteſt is rē priuata authori-
tate poſſeſſori eā auferre, ſed debet uendicare,

ut Tiraq. adductis ibi locis aſtruit. Non enim
ſequitur, ad quē ipſo iure res redit, eū propte-
rea poſſe poſſeſsionē auferre, cū aliud ſit ius,
aliud poſſeſsio, quæ plurimum facti habet, l.
poſſeſsio. 41. de acq. poſſ. ideoq; ab eo, penes
quē eſt repetēda, eſt ordinarijs interdictis, nō
priuatim extorquēda, l. meminerint. l. ſi qs. C.
unde ui. t. t. ff. quor. bon. l. cū hæredes. ubi Dd.
de acq. poſſ. Nihil etiam facit, quòd dn̄s feudi
iudex ſit ordinarius ſuper feudo. nam hoc ue-
rum, cū eſt cōtrouerſia feudalis, qualis hic nō
eſt ex retrouenditione. c. cæterū. de iudic. c. ex
99 trāſmiſſa. de for. cōp. Sed et ſi†eſſet iudex com
petens, non ſequitur ipſum iudicare poſſe in
cauſa propria: imò ad pares curiæ tū cognitio
pertineret, ſiue principaliter ad dominū per-
tineat cauſa, ſiue tm̄ ſecundariò, c. 1. ubi Iſer. de
contro. apud par. ter. c. 1. an apud iud. uel cur.
dom. c. 1. de inueſt. de re alien. fac. c. 1. §. ſi autē.
de lege Cort. c. 1. an apud. dom. & ubiq; Feudi
ſtæ, Mynſinger. obſeruat. 99. centur. 1. tantùm
abeſt, ut priuata authoritate ſibi ius dicere, &
de facto poſſeſſorē ſine cognitione expellere
poſſet. Quamobrem etiam cùm uaſallus iure
ſuo cĕcidit, tn̄ non poteſt per dn̄m expelli, niſi
cauſa cognita & probata, c. 1. de feu. ſine culp.
non amitten. hoc eſt, probato dolo uaſalli, &
felonia, Iaſ. l. ult. nu. 127. C. de iur. emph. Mol.
in conſuet. Pariſ. rub. 1. §. 13. glo. 5. nu. 6. per §. ſi
uaſalli. ſi de feu. def. c. unic. de cont. in dom. &
100 em. cuius†euā cognitione ſemper eſt opus, ue
lut & ſententia declaratoria, gloſſ. c. 1. §. Catta-
dis. uerb. reuertatur. & ibi Dd. de prohib. feu.
alien. per Fed. Aluar. Præpoſ. & Dd. c. 1. de feu.
ſine culpa non amit. per illū tex. Bald. in c. 1. §.
uel ſi cū filia. nu. 2. & 3. quib. mod. feud. amitt.
Præpoſ. in c. 1. §. item ſi fidelis. nu. 4. eo. Can. in
c. felicis. de pœn. in 6. Iaſ. l. ſi quis iniquum. §.
quod aūt. nu. 5. quod quiſq; iur. Caſtr. conſil.
160. ad primū in fi. li. 1. Ale. conſ. 124. omiſsis.
nu. 1. & 2. lib. 1. Curt. tract. feud. part. 4. nu. 155.
Zaſ. par. 10. nu. 71. 72. cum ſeq. etiamſi felonia
eſſet notoria. Schurf. conſ. 27. licet. nu. 1. cū ſeq.
cent. 1. & conſ. 10. quod præmiſsi. nu. 24. cent.
3. de quo nō opus eſt diſputare, cū hic non ſi-
mus in tali themate, nec agatur de deteriora-
tione, uel culpa, ex qua feudū ſit cōmiſſum, ut
nec de eo laborandū, quòd iudex poſsit de fa
cto iuriſdictionē ſuā tueri cōtra turbātes: nec
enim de hoc quæritur, & aliud eſt de facto ſe
tueri, quod eſt omni iure permiſſum, l. ſcien-
tiam. 46 §. qui cū aliter. l. 4. l. 5. ad l. Aquil. l. 3.
de iuſt. & iur. aliud de facto aliū poſſeſsione,
& quidē tā longæua atq; immemoriali citra
cauſæ cognitionem expellere: quod eſt omni
iure prohibitū, l. meminerint. l. ſi quis. C. unde
ui. l. extat. quod met. cauſ. Quamobrem in ſe-
cunda quæſtione omnino cōcludendum eſt,
Comitem hic nihil priuata authoritate atten-
tare debere, nec tam diuturni temporis poſſeſ
ſores proprio marte deijcere, niſi pœnam fra-
ctæ pacis attrahere ſibi uelit, poſſe. Itaq; quod
iuſtum

101 iuſtum eſt, iuſtè perſequatur. Quanquã † ex rationibus primæ quæſtionis ſurſum deorſumq́ uolutatis, uix ſatis conſtituere poſsim, an omnino iuſtum ſit poſſeſſores immemorialis temporis tam antiquo ſuo iure deturbari: etiamſi fatear pro Comite quidem ſtare cõſuetudinem Germaniæ, de qua Henningus Goden. d. conſil. ult. de pign. cui, ut experienti practico, meritò creditur, Bart. & Dd. l. de quibus. de ll. Quod etſi conuellant Iaſ. l. de quibus. num. 69. de legib. Bald. l. final. C. de fideicommiſs. Alexan. l. poſt dotem. ſolut. matrim. Rom. ſing. 367. Decius conſil. 402. per c. 2. de conſuet. in 6. & hanc communem contra Bar. ſtatuit Cur. c. ult. quæſt. 5. de cõſue. Mol. in conſue. Pariſ. tit. 2. de cenſib. §. 56. glo. 1. num. 10. tamen in magnis practicis ualet, Anton. Gab. Rom. lib. 4. de probat. concluſ. 4. ut ijs ſcilicet credatur, donec contrarium probetur, Socin. conſil. 161. uiſis. num. 16. uol. 2. Anton. Coraſ. com. opin. lib. 1. cum ſimilibus ſ. allegatis. de quo non attinet pluribus hîc diſputare, cùm notum ſit in Camera Imperij, ſecundum hanc uſurpationem pronunciari, & præſcriptionibus quibuſcunq; etiam centenarijs, (nam im-
102 memoriali † locus hîc eſſe nequit, cum ut de pacto luitionis conſtet, memoriam eius extare neceſſe ſit, quę talem præſcriptionem excludit, Frauc. num. 15. & Dd. c. 1. de præſcrip. in 6. Balb. 2. parte præſcr. 3. partis prin. quæſt. 6. nu. 26. Crauet. de antiquit. temp. parte 4. §. materia. nu. 40.) ius luendi eximi, Mynſing. obſer. 4. centur. 4. obſer. 16. centur. 1. idemq́; nupera conſtitutione in his Saxonicis quoq; regionibus indiſtinctè, quoad pignus & retrouenditionem eſſe confirmatum conſtit. 1. parte 2. q̃ bene, neſcio, contra l. 1. de uſucap. cum ibi not. & quæ cumulat Anton. Gab. Roman. lib. 5. de præſcription. concluſ. 1. cùm res pertineat ad conuellendas antiquiſs. & pacatas poſſeſsiones, & det occaſionem fabricandis fictis eiuſmodi pactorum inſtrumentis, &c. Sed ita lex eſt ſcripta, l. proſpexit. qui & à quib. c. erit autem. diſtinct. 4. Cæterùm ea conſtitutio non de immemoriali loquitur præſcriptione, ſed centenaria, nec poteſt commodè ad immemorialem extendi, ut diximus, quæ tamẽ hîc conuincitur ac probatur ex antiquiſs. inſtrumento demonſtrante, quòd in antea quoq; tempore indefinito maiores illius qui tunc inueſtitus eſt, d. caſtrum à Comitibus ita tenuerint & poſſederint infeudatum: ut non tam perſpicuum mihi ius Comitis uideatur, quàm multi conſulendo determinarunt.

CONSILIVM III.

De contractu rationibúſque fratrum, & reſtitutione minoribus aduerſus eaſdem danda.

SVMMARIA.

1 ¶ *Remedium extraordinarium cum ordinario non cumulandum.*
2 *Rationes & inuentarium non petuntur extraordinaria actione, quamdiu ordinaria ſupereſt.*
3 *Ordinarijs actionibus quibus peti rationes poſſint.*
4 *Reſtitutionis remedia ſunt extraordinaria.*
5 *Diuiſio ſemel facta non retractatur.*
6 *Quietatio nõ præſtatur, niſi ſolutis omnibus, & facta non poteſt impugnari.*
7 *Per ſolutionem approbatur ratio & inuentarium ex quo ſoluitur.*
8 *Ratio ſemel reddita non debet amplius reddi.*
9 *Actiones rationum ſunt perſonales, & ex geſtu alieni negocij oriuntur.*
10 *Qui non geſſit alienum negocium, ad rationes & inuentarium non tenetur.*
11 *Exceptiones quanam ſint impedientes litis ingreſſum.*
12 *Libellus incertus reijcitur.*
13 *Remedia diuerſa, uel cõtraria poſſunt alternatiuè cumulari.*
14 *Reſtitutio per modum exceptionis aut replicationis in ordinaria actione peti poteſt.*
15 *Quæ ualent ad excipiendum, proſunt etiam ad replicandum.*
16 *Incidenter proponitur, quod per modum exceptionis ponitur.*
17 *Principaliter & incidẽter cumulari poſſunt alias incompatibilia.*
18 *Clauſulæ libelli ſalutares & ſaluantes.*
19 *Libellus omni meliore modo & interpretatione ſuſtinendus.*
20 *Actor intelligitur maximè commodam ſibi propoſuiſſe actionem.*
21 *Fructus & alia acceſſoria quando ſublato principali peti, uel non peti poſſint.*
22 *Poſt diuiſionem, quæ non ſunt diuiſa, peti poſſunt.*
23 *Iudicium generale non tollit eadem de re ſpecialia.*
24 *Iudicia quibus ratio petitur, ſunt generalia.*
25 *Quietatio ſpecialis non extenditur ultra perſoluta.*
26 *Tranſactio ſuper quietatione & calculo facta, quatenus poſſit impugnari.*
27 *Quietationes & res iudicata an extendantur*

tur ad ea, de quibus non eſt actum.

28 *Inuentarium poteſt impugnari et ſacramen to eius deferri qui confecit.*

29 *Inſtrumenta ſunt ſtricti iuris.*

30 *Inuẽtarium tutorum & executorum non li berat hæredem ab illius confectione.*

31 *Exceptiones priuilegiatæ non impediunt li tis ingreſſum, niſi probentur incontinẽti.*

32 *Incontinenti quomodo probetur.*

33 *Scriptura priuata recognita publici inſtru menti uim habent.*

34 *Productum ante conteſtationem inſtrumen tum non releuat, niſi poſt litem conteſtatã in uim probationis reproducatur.*

35 *Iudiciũ familiæ herciſcundæ eſt uniuerſale, & ſymbolizat cum petitione hæreditatis.*

36 *Actio rationum & inuentarij, ſicut admi niſtrationis, eſt generalis.*

37 *Libellis generalibus & uniuerſalibus non of cit incertitudo.*

38 *Iuramẽtũ habet uim ſpecifica declarationis.*

39 *Incertitudo, quæ ab aduerſario cauſatur, li bello non obſtat.*

40 *Adminiſtratores priuati an ad inuentariũ teneantur, ut publici.*

41 *Sufficit inuentarium fieri ſemel.*

42 *Tutorum repertorium quando hæredem ab eius confectione liberet.*

43 *Quæ pertinent ad actum cuſtodiæ, non indu cunt animum gerendi.*

44 *Inuentariũ & rationum redditio parifican tur, & qui ad alterutrũ non tenetur, nec alteri obſtrictus eſt.*

45 *Qui nihil geſſit, nõ tenetur ad rationes red dendas.*

46 *Actori non tenetur reus cedere ſuas ratio nes, quamuis eius interſit.*

47 *Omnis adminiſtrator rei alienæ, uel commu nis, etiã ſocius cohæres, frater, poſſeſſor hæ reditatis, ad rationes reddendas tenetur.*

48 *Impugnatio rationum & inuentarij trigin ta annis durat.*

49 *Ratihabitio eſt ſtricti iuris, nec ultra, quàm actum eſt, extenditur.*

50 *Iuſiurandum calumniæ & relatio iuramen ti quando locum habeat.*

51 *Conductor ob fructuum prouentũ ſupra mer cedem an aliquid debeat.*

52 *Iuramentum deciſorium debet eſſe ueritatis, non credulitatis.*

53 *Super articulis iuris probatio, uel iuſiuran dum non admittuntur.*

54 *Nullitatis quæſtio triginta annis durat.*

55 *Authoritas non præſumitur interueniſſe, etiam ex lapſu temporis.*

56 *Contractus minorum ſine authoritate geſti, ſunt nulli.*

57 *Clauſula ſpecialis plus operatur generali, & eam reſtringit.*

58 *Nominatio ſola an tutores faciat, uel ius tribuat.*

59 *Tutores etiam legitimi nihil rectè gerunt ante quàm ſolenniter ijs adminiſtratio ſit decreta.*

60 *Tutela, uel authoritas non retrotrahuntur.*

61 *Authoritas in ipſo actu debet interuenire.*

62 *Etiam per locationem longi temporis fit alienatio.*

63 *Tria in alienandis minorum rebus neceſſaria.*

64 *Donare, aut remittere ius pupilli liquidum tutores prohibentur.*

65 *Quibus ex cauſis minores, aut maiores reſti tuantur: & num 76.*

66 *Ex patris uoluntate ſine decreto etiã ab exe cutoribus alienare bona minorũ poſſunt.*

67 *Cõfirmatio Principis ualidat alienationem rerum minorum, & retrotrahitur, & defectum omnem ſupplet.*

78 *Solicitudines & moleſtiæ in partem merce dis imputandæ.*

99 *Authoritas putatiui tutoris poteſt ex in teruallo actum confirmare.*

70 *Confirmatio retrotrahitur.*

71 *Nominatio magiſtratus probat aliquem eſſe tutorem.*

72 *Pro decreto quatenus præſumatur.*

73 *Gerere pro tutore non uidetur, qui inuentarium facit.*

74 *Decretum magiſtratus ſubſequi actũ poteſt.*

75 *Quando per locationem transferatur utile dominium, uel non.*

76 *Minores, uel maiores ex qua cauſa in integrum reſtituantur.*

IN præſenti cauſa fratres natu minores cum tutoribus ſuis petunt à ſeniore B. inuentarium & ratiocinium bonorum paternorum, quæ per decem & amplius annos intendunt ab eo ſolo poſſeſſa & uſurpata eſſe: & hinc partes ſibi competentes, ut cohæredibus, reſtitui poſtulant. At caſu, quo fundamentum intentionis inficietur reus, totam rem conſcientiæ eius ſacramento manifeſtandæ committunt: ſin autem contra locationes & apochas afferat, aduerſus hæc ſe reſtitui in integrum ratione ætatis minoris & ex clauſula generali Si qua mihi iuſta, &c. oportere intendunt.

EX quo litigio tria iuris dubia, quib. re-
ſpondẽdum ſit, proponunť. Primùm an
talis libellus cõtra d.B. teneat. Secundò,
& ſi procedat, an ad inuẽtarium reus & ratio-
nes teneať. Tertiò, an prætenſus contractus &
apochæ, quas quietationes uocant, aliquo ab
actoribus iure reſcindi & impugnari poſsint.

Quod ad primã quæſtionem attinet, uideri
prima facie poterat, talẽ libellũ ne quidem in
genere, multò minus in ſpecie contra hũc reũ
1 admittendũ eſſe. Non in genere, quia † cumu-
lat remedium ordinarium cum extraordina-
rio, cõtra regulam l. in cauſæ. 17. de minor. l. 1.
§. ſi de his rebus. cum §§. ſeq. de dol. mal. Bar. l.
in prouinciali. §. 1. nu. 2. ubi cõmuniter Dd. de
oper. no. nũc. cũ ſimil. Cumulari porrò utrun-
que patet ex eo, quòd licet nullum nomen a-
ctionis expreſſum ſit, tamen ex circumſtantijs
facilè intelligatur ordinaria actione peti inuẽ-
tarium, rationes, & partes hæreditarias. Nam
2 † hæc extraordinaria actione, aut officio iudi-
cis peti non debẽt, quãdiu actio ordinaria ſu-
pereſt, l. qudam. 9. in princ. ubi Dd. præcipuè
Iaſ. num. 1. ff. de edend. quæ hic præſto eſt a-
3 ctio, nempe † familiæ hereiſcũdæ inter fratres
cohæredes, qua non tantùm portiones hære-
ditariæ rectè & ordinariè petuntur, l. 1. l. bona.
8. l. inter. 11. l. certum. 13. l. ſi familię. 14. l. ſi diui-
ſionẽ. 15. l. filij. 15. l. filiæ. 18. l. ſi cogitatione. 21.
l. antepenult. l. pen. l. ult. C. fam. hercisc. uerum-
etiam rationes, gl. l. quædam. 9. uerb. ſed iudi-
cio. de edend. per l. ſi quæ ſunt cautiones. fam.
hercif. & per conſequens inuentariũ, qđ ratio-
nis pars eſt, l. 1. §. officio. cũ ſeq. de tutel. & rat.
diſtr. atq; adeo caput, Bar. l. cùm tale. §. Titius.
nu. 2. de condit. & demon. Bal. l. ult. §. 1. nu. 14.
C. de iur. delib. & conſ. 137. quædã. nu. 6. uol. 5.
de qua ut parte, l. quæ de tota. de rei uend. l. 1. ſi
pars hær. pet. idem, quod de rationibus iudi-
catur, Bart. l. 1. §. de ſeruis. nu. 1. de tut. & rat. di-
ſtrah. & ibi Bal. d. l. 1. §. officio. nu. 1. Socin. cõſ.
190. memini. num. 2. uol. 2. Quod etſi ceſſaret
hæc actio, tñ nihilominus hic aliæ duæ ordi-
nariæ cõpeterent: uidelicet uel communi diui-
dundo, l. ſi filia. 20. §. familiæ. 4. ff. fam. hercisc.
Herre. in for. lib. pro hæred. uel rei ſing. uerb.
cõmuniter. nu. 4. Pet. Iacob. in ac. fam. her. nu.
3. quæ & ipſa ad rationes exigendas porrigiť,
l. pen. uerb. rationem. C. com. diuid. l. inter. 14.
ff. eo. cùm in eam ueniat, quicquid in iudiciũ
familiæ herciſcundæ uenire ſolet, l. 6. §. fin. l. ar-
bor. 19. §. ult. ff. com. diuid. uel negotiorũ geſto-
rum, l. ſi quis. 6. §. cæterũ. 2. ff. com. diuid. l. qui
alien. §. fin. l. ſi cõmunes. de neg geſt. per quam
& ipſam rationes rectè poſtulanť, Bart. l. a. n. 1.
ff. de neg. geſt. Bal. conſ. 137. quædã. nu. 5. 2. 6.
parte 5. Ex quibus efficitur, extraordinarium
remediũ cum actione eiuſmodi ordinaria cu-
mulari nõ poſſe, ut in terminis Iaſ. d. l. quædã.
in princ. nu. 1. ff. de edend. per illum text. l. doli
clauſula. de uerb. obl. cũ alijs multis ibi per eũ
4 allegat. Atqui cum his † extraordinaria reme-
dia hîc ſimul accumulata reperiunť, uidelicet
reſtitutionis petitæ ratione minoris ætatis iu-
diciũ, quod eſt extraordinariũ, l. in cauſæ. 17.
l. quòd ſi minor. §. fin. de minorib. nec cum or-
dinario cõcurrit, d. l. in cauſæ. Item petitio re-
ſtitutionis ex clauſula generali, Si qua mihi iu-
ſta cauſa: quæ cùm reſtitutioni minorũ com-
paretur, l. ult. C. de tẽp. in integ. reſtit. Iaſ. in §.
rurſus. nu. 81. Inſt. de act. etiã eſt extraordina-
ria, nec cum ordinario remedio conuenire po-
teſt, gl. Bart. & Dd. in l. ſcio. 4. de in integ. reſtit.
& in l. ſi quis ſtipulatus. uerb. officium præto-
ris. ff. ex quib. cauſ. maio. Iaſ. poſt Ang. in d. §.
rurſus. nu. 81. Cæterùm nec in ſpecie cõtra hũc
5 B. competere hæc actio uidebať poſſe, † quia
ſemel diuiſio facta eſt, ut amplius hoc nomi-
ne agi non debeat, nec actio familię herciſcun-
dæ cõpetat, l. ſi filia. 20. §. familiæ herciſcundæ.
4. ff. fam. her. gl. & Dd. l. 1. C. eo. tit. & cùm prin-
cipalis obligatio ſit per diuiſionem & ſubſe-
cutam ſolutionẽ ſublata, §. 1. Inſt. quib. mod.
ſol. ob. non oportet de fructibus & alijs acceſ-
ſionibus amplius admitti quæſtionem, l. 4. C.
de uſur. l. 4. C. depoſ. l. centũ. l. fin. de eo quod
cer. loc. l. 2. C. de uſur. & fruc. lit. ſecũdum regu-
lã, Sublato principali tolli etiã acceſſoriũ, l. cũ
principalis. ff. de reg. iur. l. 1. C. de cõd. ob cauſ.
maximè quando quietatio hîc acceſſerit, con-
tra quam qui ſcripſit, uel ſigillauit, uenire non
debet, cùm ſit confeſsio ſolutionis, Socin. cõſ.
6 119. in præſenti. nu. 11. uol. 2. Quietatio † enim
nõ præſtatur, neq; debetur, niſi omnibus per-
ſolutis, l. diſſolutæ. C. de cõd. ex lege, Caſtren.
conſi. 377. ad primum. nu. 2. uol. 2. Ergo poſt-
quam facta eſt & reddita, intelligitur ſuper ra-
tionibus concluſum, ſolutum ac tranſactum,
quo acquieſcendũ eſt, l. unic. ubi Dd. C. de err.
rat. dato quòd poſtea plus deberi comperiať,
Dd. in d. l. unic. quia trãſactiones ſub prætex-
tu inſtrumentorũ priùs repertorum reſcindi
non poſſunt, l. ſub prætextu. 1. 2. C. de tranſac.
alioqui nullus inueniri poſſet cõputationum
finis, ut dicit Ferrar. in for. lib. quo ag. ut pac.
ſer. in princ. quod maximè procedit, qñ uir-
tute cõputi & inuentarij facti ſolutio eſt acce-
ptata, Cornæ. conſ. 62. quanquam, per totum,
uol. 4. Ca. nu. 4. & 5. in d. l. unic. C. de error. cal.
7 qa † p ſolutionẽ ap̃pbať inuẽtariũ, ex quo ſol-
uiť, l. qdã. 12. ubi gl. uerb. affuerunt. de tut. de-
lib. glo. l. ſi ſeruos. 39. uerb. ſciſſent. de don. int.
uir. & ux. Bar. l. p̃curator. 8. §. ſi p̃curator. nu. 1.
ff. rẽ rat. hab. Pariſ. cõſ. 117. n. 10. uol. 4. & quidẽ
in totũ ap̃pbari intelligiť, cũ partim actus p̃-
bari nequeat, partim im̃pbari: l. Caius. de ma-
numiſ. l. Iulianus. §. ſi qs colludẽte. de ac. emt.
l. cùm quæritur. de admin. tut. Bald. l. obſerua-
re. §. poſt hæc. nu. 6. de off. proconſ. etiam in ra-
tionibus & inuentario, Soarez in recep. ſen-
ten. nu. 10. ex Cornæ. conſ. 81. lib. 4. Viuius in
com. op. lib. 1. opin. 259. Quod aũt ſemel pro-
batũ eſt, id amplius improbari neqoit, l. Pom-
ponius. 10. ubi gl. uerb. ſemel. & Dd. ff. de neg.
geſt.

geſt. neq; licitum eſt uariare, l. poſt diē. l. de le-
ge. de lege commiſſ. l. Aemilius. de minor. glo-
uerb. non uendicarionem. in l. 4. C. de pac. int.
emt. Sed & cùm ſemel factum hîc ſit inuenta-
rium à tutoribus, executoribus & alijs qui do
mam mortuariā & hæreditatem iacentem ad-
miniſtrarūt, uidetur hoc ſufficere debere: cùm
8 † ratio amplius, quàm ſemel reddi nō debeat,
Chaſ. in cōſ. Burg. des enfans, rub. 6. uerb. d'en
rendre compte. nu. 5. 13. 15. ne actum iterum a-
gat, Bal. l. ult. §. 1. nu. 18. C. de iure delib. & ut ui-
tetur infinitas, c. 2. de reſcrip. in 6. & quoniam
ſtandum eſt inuentario ſemel facto etiam pro
ipſis tutoribus, Cor. cōſ. 84. quanquā. uol. 4.
ex ſententia Bart. in l. ex ſententia. de teſta. tut.
Bal. l. iudices. C. de fid. inſt. & in l. 1. C. de cōuen.
fiſ. deb. lib. 10. in rubr. C. de fid. inſtr. num. 34.
Quapropter ſaltem hoc nomine non eſt actio
hîc contra tertium, qui non geſsit, neq; admi-
niſtrauit, Chaſ. præal. lo. nu. 13. ut hic reus. A-
9 ctiones † enim quibus petitur ratio, uel inuen
tariū, ſunt perſonales, dirigūturq; in perſonā,
quæ adminiſtrauit, non in rem, nec uendicant
dominiū rei alicuius, ſed petūt debitum, quæ
propria eſt nota perſonaliū actionum, §. 1. ubi
Iaſ. & Dd. Inſtit. de actio. Et in terminis, quòd
hęc actio ſit perſonalis, probat tex. in l. quędā.
9. §. nibil intereſt. ff. de eden. ubi ſtatuitur, eam
non trāſire nedum in tertium, ſed ne quidem
in ſingularem ſucceſſorem: & ideo Iaſ. ibi poſt
alios nu. 6. uocat hanc actionem perſonalem:
& dicit non tranſire in ſingolarē ſucceſſorem,
10 ſicut nec alias perſonales actiones. Ac † ſanè
cùm unuſquiſq; ad rationes alteri teneat̃, ex
eo quòd negotium eius geſsit, Hoſtienſ. in tit.
de obligat. ad ratio. nu. 2. Socin. conſ. 73. circa.
nu. 1. uol. 1. & conſ. 213. cùm præſenti nu. 2. uol.
2. cum ibi allegat. Panor. conſ. 12. magnificus.
in 6. dubio, Corn. cōſ. 24. nu. 12. uol. 1. Schurff.
conſil. 65. quod in præſentiarum. nu. 4. cent. 1.
Molin. in cōſ. Par. tit. 1. 6. 8. gl. 6. n. 13. ſequitur,
eum, qui non geſsit, ad hoc nō teneri, l. orpha-
notrophos. ubi Bald. & Dd. C. de epiſ. & cler. &
idem Bal. in l. cùm oportet. 6. §. non autem. in
princ. C. de bon. quæ libe. Ceſſante enim cau-
ſa ceſſat effectus, cùm ceſſante. 60. de appell.
gl. uerb. de relictis. in l. generaliter. 40. C. de e-
piſ. & cler. latiſsimè Tiraq. in tract. ceſſante cau
ſa, per totum, cum infinitis ibi alleg. & proin-
de nec ad inuentarium obligatum eſſe ex re-
gula, Quòd qui ad rationes nō tenet̃, idē nec
ad inuentarium conficiendū obſtringatur, d.
l. cùm opus. §. ne autē. ubi poſt Cynum notat
hoc Bald. in princ. C. de bon. quæ lib. Obſta-
11 re † igitur huic petitioni uidētur exceptiones
impedientes litis ingreſſum, Tibi non compe-
tit actio, Bart. l. nam & pòſtea. in princ. ubi Dd.
de iureiur. latè Blan. tract. de compromiſſ. Re-
buf. de excep. cōpro. quæſt. 4. nu. 1. 2. cū ibi al-
legatis, Phil. Franc. in c. 1. nu 204. de lit. cōteſ.
in 6. Item exceptio iuris tertij excluſiua iuris
agentis, de qua Bart. l. loci. §. competit. ſi ſeruit.
uend. in prin. cum ibi allegat. & l. 1. 2. ubi Caſt.
de ex. rei iudic. Et exceptio notoriæ iniuſtitiæ
agenuium, Franc. d. c. 1. nu. 24. Iaſ. poſt Alex. in
l. naturaliter. §. nibil cōe. nu. 105. de acq. poſſ.
Soc. in c. 1. art. 7. except. 10. de lit. conteſt. Felin.
in c. exceptionem. 12. nu. 15. de excep. Aret. in §.
æquē. excep. 15. Inſt. de excep. Item nō teneor,
quia nō poſſedi, neq; poſsideo, Bal. & Angel.
in l. ult. de rei uend. Angel. in d. §. æquē. excep.
30. Francus in d. c. 1. excep. 20. Blanc. præal. lo.
tisfieri non poſsit, &c. l.magis. 5.§.1.2. cũ ſeq.
de reb.eor.& quæ affuiſſe nunq̃ præſumit̃, ni-
ſi probet̃, d.l.magis.§.in primis.7. & de ea per
cauſæ cognitionem conſtet, d.l. magis. §.ſi æs
alienũ.10.iunc.l.cũ hi.8.§.ſi prætor.10. de trãſ.
act. ubi Dd. & c.q̃m cõtra. de ꝓbat. abſq; qua
non creditur ne iudici quidem affirmanti, q̃
talis neceſsitas extiterit, Fel.c.quæ in eccleſia-
rũ.in 5.cõcl.de cõſt. Quanquã enim aliàs ma
giſtratui credatur, & pro eo præſumatur, Iaſ.
l.ſciendũ.nu.21.de uerb.obl.qui ſine cauſæ co
gnitione nõ etiã præſumitur procedere, c.ab-
bate.de uerb. ſign. in 6. Alcia. tract. præſumt.
reg.3. præſumt.9. tñ q̃n non poteſt actum ali-
quem facere, niſi adhibita certa ſolemnitate,
& cauſæ cognitione, tũc ipſi eiuſmodi interue
niſſe atteſtanti non creditur, niſi ex actis, uel
aliunde

aliunde demōſtretur, c.1. de probat. l. ſi dona-
tione. C. de collat. Dec. conſ. 576. ex reſolutio-
ne in fi. Rom. conſ. 436. quod indultum. in fi.
Alex. præalleg. loc. & reg. 3. præſum. 8. num. 3.
4. 5. ubi dicit hanc eſſe communē: & præſumt.
9. nu. 18. cum ibi alleg. Tertium requiſitum, eſt
decretum iudicis, ſine quo talis alienationis
cōtractus nō ualet, l. 1. 3. 5. & tot. tit. de reb. cor.
l. ſi quidē. & tot. tit. C. de præd. minor. tot. tit. C.
quan. decr. non eſt opus: quod etſi poſtmodū
impetrarunt tutores, non tamē apparet cum
cauſæ cognitione interpoſitū eſſe; niſi ex uer-
bis ipſius decreti, quib. tñ, ut ſimplici magiſtra
tus aſſertioni, dixi hac in parte fidem nō adhi
beri. nam text. in l. in minorē. C. de præd. min.
nō modò uult interuenire decretū, ſed etiam
prius cauſas ſufficientes apud acta probari:
& ſic nō eſt contentus ſimplicib. uerbis decre-
ti, ſed requirit per acta conſtare de cauſis, hoc
eſt per ſcripturam actorum, c. qm̄. de probat.
pro quo etiam tex. in l. 1. C. de præd. decur. lib.
10. ubi cùm interponitur decretū, requirit tex.
quòd ſub fide actorū de neceſſitate & cauſa a-
lienationis iuſta appareat. Præterea decretum
eſt pars ſolennitatis, quæ in tali alienatione
requiritur, d. l. 3. d. l. 5. de reb. eo. l. ſi quidē. C. de
præ. min. Solēnia aūt ab actu diuidi nequeūt
nec ſubſequi ex interuallo poſsūt, ut latè per
Tiraq. loc. præal. in ll. connub. in fin. uerb. con
ſentement. nu. 1. 2. 3. cum multa ſeq. Sequens
eſt igitur dicere, nihil iſtud hîc ſubſecutum ad
ualidandū actū initiò nullū, proficere poſſe,
ſecundū reg. l. quod initio. 30. ubi Dec. & Dd.
de reg. iur. c. nō firmatur. ubi Dynus, eo. tit. in
6. Cōtractus enim talis nullus eſt ex omiſsio-
ne formæ, Pariſ. conſ. 18. nu. 22. 50. & conſ. 15.
nu. 25. uol. 2. con. 47. nu. 28. uol. 3. con. 41. nu.
15. uol. 4. Taliter aūt nullus nō poteſt ex poſt
facto ratificari, Par. conſ. 180. nu. 66. conſi. 49.
nu. 12. uol. 1. l. quod initio uitioſum. de reg. iur.
c. non firmatur. eo. in 6. Ponendo etiam, abſq;
imminutione tñ ueritatis, omnia hîc ritè & ſo
lenniter fuiſſe acta, res tamē uidetur in prohi-
bitam donationē incidere, quia remiſſum eſt
ius minorū liquidū, quod in bonis paternis
communib. habebāt, & ſeniori fratri omne ad
tot annos eſt conceſſum. Iuris aūt liquidi re-
miſsio eſt donatio. l. ſi qs delegauerit. ubi Bar.
de nouat. l. 4. C. eo. tit. l. hoc iure. §. 1. de donat.
l. ſi quis obligatione. de reg. iur. Bart. l. ſi quis
cùm aliter. nu. 8. de uerb. obl. & l. Modeſtinus.
nu. 1. ubi Dd. de donat. Alex. conſ. 22. uiſo. n. 8.
64 uol. 1. Donare † uerò cùm ſit non adminiſtra-
re, ſed dilapidare, Bal. l. pactū curatoris. nu. 1.
C. de pact. l. qui fundū. §. ſi tutor. de cur. fur. l. ſi
filiusfam. uerſic. ut perdat. de donat. Bal. in l. pa
ctum curatoris. nu. 1. C. de pact. & in l. 1. nu. 3.
C. ſi aduer. donat. per l. ſi fundū. §. pen. de lega.
2. l. qui fundū. §. ſi tutor. ff. de curat. fur. cum ſi-
milib. ſ. alleg. ideo non permittitur tutori, uel
curatori de bonis minorū aliquid per dona-
tionem alienare, l. non omn. 16. C. de ad. tut. l.
cùm plures. 11. §. non liceat. de adminiſt. tutor.
ne omnib. quidē ſolennib. ſuprà dictis inter-
uenientibus, l. ab agnato. de cur. fur. l. obliga-
ri. 9. de auth. tut. ſed eſt irrita talis donatio, l. 1.
poſt princ. de tutel. & rat. l. non omni. 16. C. de
adminiſt. tut. l. cùm plures. 11. §. non liceat. de
ad. tut. & cōſequenter ne quidem ius liquidū
remittere tutores poſſunt, d. l. 4. C. de noua. c.
2. de donat. c. cùm olim. 32. de off. dele. gl. Bar.
Iaſ. & Dd. in l. Imperatores. de pact. Imol. in c.
1. nu. 19. depoſ. Fred. de Senis. cōſ. 2. quidā. per
tot. Alex. conſ. 22. uiſo. nu. 12. & 14. uol. 1 per l.
creditor. §. Lucius. mand. cū ſim. Nam donare
ꝓhibitus, ꝓhibetᷣ etiā remittere, Soc. cōſ. 114.
uiſo. nu. 2. uol. 1. per doctrinā Bart. l. ſi frauda-
tor. quæ in frau. cre. l. pactū curatoris. ubi Dd.
C. de pact. Caſt. l. 2. in fi. C. ſi ad. donat. cū alijs,
quæ alleg. Sed & qui parū (ut in præſenti caſu
factū eſt) nomine locationis dat, nihil dediſſe,
& proinde donato accepiſſe uideᷣ. Iaſ. Bar. in l.
ſi quis ante. nu. 19. de acqu. poſſ. quia locatio
uno numo, hoc eſt leui pretio facta, præſertim
ꝓ uſu rerū maximi pretij (ut hîc) nulla eſt, & in
donationē incidit. l. ſi quis. 49. l. ſicut. 23. ff. lo-
cat. l. ſi quis ante. §. fi. de acq. poſ. gl. & Dd. d. l. ſi
quis cōduxerit uno numo. 49. ff. locat. Et tm̄
de quæſtione nullitatis. Petitio uerò reſtitutio-
nis, qua petitur cōtractus caſu, quo ualeat, ne-
que ipſo iure nullus ſit, reſcindi, multò uideᷣ
hic eſſe iuſtior ob enormē læſionē, quā ex d.
65 contractu minores acceperūt. Reſtituunᷣ † em̄
cōtra cōtractus ſibi detrimentoſos, licet cū au
thoritate tutoris geſtos, l. 3. l. ult. & t. t. C. ſi tut.
uel. cur. inter l. tutor. 47. ff. de minor. & decre-
to etiā præſidis interueniēte, l. ſi quidē. 11. C. de
præd. minor. Iaſ. in auth. ſacramenta. in pri. C.
ſi aduer. uend. nec opus eſt eſſe læſionē ultra
dimidiū. ſed ſufficit qualiſcunq;, l. q ſi minor.
§. nō ſemper. de minor. l. 4. C. de reſt. in integr.
Sal. l. 1. nu. 1. C. ſi aduer. uend. pig. Scurſ. conſil.
27. quod ſuper. nu. 3. cent. 1. & conſ. 14. ſtante.
nu. 3. cent. 3. ubi in terminis de læſione diui-
ſionis cū authoritate curatoris facta, loquitᷣ,
dū modò nō ſit minor damno duorū aureo-
rū, l. ſi oleū in fi. de dol. mal. quā ad hoc alleg.
gl. l. 4. uerb. ſumma de in integ. reſt. Hoc autē
reſtitutionis beneficiū nedū datᷣ minoribus,
& horum nomine tutorib. eorum ac curatori-
bus, Schurf. d. conſ. 14. cent. 3. ſed etiā maiori-
bus factis intra quadriennium à tempore in-
greſſus maioris ætatis, l. ult. & t. t. C. de temp.
in integ. reſtit. Sed & maioribus ſi in diuiſio-
nibus læſi reperianᷣ, ſolet per reſtitutionis be-
neficiū ſubueniri, l. 3. C. com. utriuſ. iud. l. tres
fratres. de pact. Item & in alijs cōtractibus, gl.
& Dd. d. l. 3. ſiue dolo fraudenᷣ, tot. tit. de dol.
mal. ſiue re ipſa, l. ſi quis cùm aliter. de uerb.
oblig. l. 1. & t. t. ff. & C. ex quib. cauſ. maio. ex iu
ſta cauſa reſtituendi ſunt, ex clauſula genera-
li, Si qua mihi iuſta cauſa, l. 1. in fin. ex quibus
cau. maior. cuiuſmodi iuſta cauſa eſt igno-
rantis, qua quis damnum fecit, gloſſ. l. ſi par-

tem.§. ſi per fundum.& l.ſi ſeruit.uerb. una ſer
uitus.ubi Caſt.quemad.ſer.amit.& in l.2.in fi.
ubi communiter Dd.de iur.emphyt. in l.ſicut
uerb.militiæ.C.de præſcript. 30.anno. Panor.
Fel.Imol. & Dd. in c. ſi uigilanti.c.ult.de præ-
ſcript.latè Tiraq.eo.tractat. de præſcrip. uerb.
ignorans.cum ibi allegat.Nam error facti ne-
mini nocere debet,l.error.7.C.de iur.&fac.ig.
l.1.2.l.error.l.regula.& tot.tit.ff.eo. Quoniam
igitur hîc agentes illo tempore unà cum tuto-
ribus ſuis ignorauerũt ualorẽ bonorũ pater-
norum,& inæquali minimaq; mercede tot an
nis fratri maiori illa utenda, fruenda, conceſ-
ſerunt,unde magnum ille lucrum percepit,ui
dentur uel ex eo ipſo eſſe re fraudati, ac reſti-
tuendi eſſe, & idcirco reſciſſo per reſtitutionẽ
contractu, omnia hinc percepta in cõmunem
diuiſionem eſſe referẽda,d l.3.C.com.utriuſq;
iud. Sed his non obſtantibus breuiter cõtra-
rium eſt reſpondendum.Nam contractus iſte
originem habuit ex paterno teſtamento, in
quo diſertè cautum fuit, ut adminiſtratio &
uſus eorundem bonorum cederet d. B. ut ſe-
niori, donec alij fratres adoleſcerent, alimen-
tis competentibus interea ijſdem decretis.Va
66 let † igitur hic contractus ex authoritate pa-
terni teſtamenti, conſenſu & conuentione te-
ſtamentariorum, executorum, agnatorum &
tutorum factus,l.3. C.quan. decret. non eſt o-
pus,l.Aemylius.39.uerſic. quod patet. de mi-
nor.l.1.§.ſi communis. l.ult.de reb. eor. Nam
& præſentia agnatorum omnem fraudis ſu-
ſpicionem excludit, Bart.Bald. Sal.Iaſ. & Dd.
in l. tranſactionem. C. de tranſact. per illum
tex.l.pacta nouiſsima. C.de pact. & in l.Polla.
ubi gloſſ.uerb.pupilli.Bald.Alexan. C. de his
quibus ut indig Dec.conſil.232.dura.num.3.
Crauet.latè conſil.114.Ioanna.num.3.& exe-
cutores ſecundum uoluntatem teſtatoris con
trahere ac alienare bona minorũ, nedum elo-
care abſq; cauſæ cognitione & decreto potue-
runt,gloſſ.& Dd l.penult. uerb. deprehenda-
tur. per illum tex. C.quan.decret.nõ eſt opus.
Specul.de fid.inſt.§.nunc uerb.aliqua. nu.32.
per l. uir uxori. de dot. prælegat.l.quæ ſub con
ditione.§ mortuo.de condit.inſtit.Bart.l.alio.
nu.2.& 8. ff.de alimen.& cibar. leg. Sed & tu-
tores omnium pupillorum nomine hîc inter-
uenerunt:nam in illo cõductionis inſtrumen
to indefinitè omnium tutores nominantur:
ſemel uerò tantùm tutores liberorum ſecun-
di matrimonij. Sed eſto,quòd omnium tuto-
res tum non fuerint, tamen ipſi agnati tum
præſentes proximi tutores legitimi fuerint, &
unà cum executoribus authoritatem ſupple-
uerunt,quæ tamen nec opus ualde erat, cùm
ex ſententia patris contraheretur, ut antè di-
67 ctum eſt. Deinde † poſtmodum hi tutores o-
mnibus pupillis ſunt ordinati & confirmati:
ut patet ex decreto Principis, quo contractus
ille confirmatur.Ergo ea confirmatio retrotra
hitur ad tempus contractus, perinde atque ſi

tum tutores fuiſſent,& authoritatem interpo-
ſuiſſent:ex quo pòſt legitimè confirmati in id
conſenſerunt & adhuc conſentiunt, Bart. l. de
pupillo.in princ.num.4.quem ſequuntur ibi
Angel. & Imol. & Alexand. & Iaſ. ff. de oper.
no.nunc. Et denique ſi hîc defectus eſſet, ſup-
pleretur tamen ab authoritate & confirma-
tione ſubſecuta ſummi magiſtratus, qui ſum-
mus tutor eſt,& tutoris defectum ſupplet,Bar
tol.l.ſi curatorem.num.6. C.de in integ. reſtit.
l.ſi infans.in fi.C.de iur.delib. Bald.l.quicun-
que in princip.C.de bon. quæ lib.& ratus ni-
hilominus deberet eſſe actus,quem prętor cõ
firmaſſet,l.1.§.penult. uerb. niſi prætor decre-
uerit ſe ratum habiturum. ff.de eo. quod falſ.
tut.aut.ubi hoc pluribus confirmat Albe.nu.
3.Coma.num. 6. & 7. per l.bonorum. C. qui
admitt. l.ſi infanti. C. de iur.deliber. maximè
quando à Principe & quidem à ſummo (ut
hic à Cæſarea M. factum eſt) talis contractus
ſuper rebus minorum ſit confirmatus, Ioan.
And. in addit. ad Spec. de inſtr.edit. §. porrò.
ueri donano,l.2.ff.de reb.eor.ubi Alber.nu.3.
notat, quòd talis confirmatio facit cõtractus
pupillares ſuper alienationibus rerum pupil
larium ualere, qui aliàs ex defectu ſolennita-
tis non ualerent,per l.nam et diuus.de adop.
idem Alber in l. magis.§.non paſsim. num.2.
de reb.eo.ubi addit, ex poſtfacto talem confir
mationem rectè ſequi : & Pariſius eandem in
ſententiam (utcunq; in rationibus diſputãdi
contrà diſputauerat) concludit, ſcilicet quòd
etiam nullus talis actus ex poſtfacto tamen
confirmari à Principe poſsit,in conſil.49.nu.
61.cum ſequentib.uolum.1.Etenim confirma
tio Principis actui accedens, omnem ſolenni-
tatem ſuperat.l,omnium. C.de teſtamen.text.
in terminis l.2.C.quand. decret.non eſt opus,
ubi confirmatio Principis decreti ſolennitatẽ
in alienatione rerũ pupillarũ ſupplet. Quòd
ſi poteſt publicum præſidis ſupplere decre-
tum,multò certè magis priuatam tutoris au-
thoritatem & ſolennitatem. Nam, ut ibi ait
Balb.habens uerbum Superioris, nõ indiget
uerbo Inferioris. Deniq; conſtat etiam hic ex
ratione & computatione fructuum, quos il-
lud prædiũ quotannis producit,item impen-
dijs & oneribus,quæ d.B.perferre coactus eſt,
mercedem hic non ſolùm adæquaſſe, ſed & ſu
peraſſe fructus : ut de nulla læſione aut inæ-
qualitate conqueri minores poſsint. Quan-
quam etiamſi fructus precio maiores fuiſsẽt,
tamen cùm multę ſolicitudines,difficultates,
labores in adminiſtratione eiuſmodi domi-
niorum & territoriorũ poſsidẽti relinqueren-
68 tur : ideo † hæc quoq; in partem mercedis eſ-
ſent computanda, & cum fructibus iure com-
penſanda, nulla ut uideri poſsit hic ſubeſſe
inæqualitas,Negozan.in tracta.pign. quintæ
partis membro 5.num.13.per doctrinam Ho-
ſtien.in ſumma de uſor.§.an aliquo.numer.8.
in 13.fall. Panor.poſt Ioan.Andr.in c.conque-
ſtus.

ſtus.nu.8.caſu.11.de uſur. ad idem.Rom.ſing.
542.nu.1.Soc.in fallen.reg.3.caſu.12.Auguſt.
Bero in c.1.limit.1.de uſur.Boer.deciſ.44.quo
ad.num.24.Couar.reſolu.lib.1.cap.3.num.2.
Tiraq.de tetract.prox.§.15.glo.15.in fin.eu͂ãſi.
induſtria ſua & bona fortuna ex hoc locatio-
nis contractu d.B. rem fecerit,qui euẽtus cùm
ſe in contrarium habere potuerit, non eſt con
ſiderandus, nec propterea læſi minores pu-
tantur,neq; danda reſtitutio eſt,l.uerum.12.§.
ſciendum.cum ſeq.de minorib.l.de fideicom-
miſsis.ubi Caſt.de tranſact. cum alijs ſuprà ſi
legat.Concidunt igitur omnia in contrarium
adducta, ut quod ex defectu authoritatis hic
contractus fuerit nullus.Non enim hîc defuit
ſufficiens authoritas,ut dictum eſt,cõuenien-
tibus in unum contractum ſententia teſtato-
ris teſtamento expreſſa,executoribus,propin
quis,& tutoribus : deniq; ſuprema C. Maieſt.
authoritate,etſi defuiſſet, tamen pòſt ſubſecu
ta eſt idonea tutorum authoritas in confirma
tione,quæ retrotrahitur,ut antè oſtenſum eſt.
69 Quanquam † enim eorum qui uerè tutores
ſunt,authoritas in ipſo actu interponi debet,
uelut ſuprà poſitum eſt, tamen qui pro tuto-
re gerunt, ſi poſtea ueri tutores efficiantur, &
eundem contractum ratificent, alterutrũ duo
rum ſequi neceſſarium eſt, aut contractum ex
nunc ualere, prout ex tunc, quaſi iam recens
conſtitutum ex tutoris authoritate, ut tenent
Rom.& Hieron. Tort.in l.de pupillo. in princ.
de oper.no. nunc. & Tiraquell. quamuis du-
bius,in legibus connub.in fin.uerb.conſente-
70 ment.nu.15. aut † confirmationem ſaltem tra-
hi retrò, & ita ab initio contractum ualere:
quod tenet communis ſchola Dd.antè citata,
Bart.Ang.Imol.Iaſ.in d.l.de pupillo. Vtrum-
uis autem admiſeris hoc caſu,perinde eſt: ſiue
ab initio, ſiue tempore confirmationis cœpe-
rit ualere contractus. Sufficit enim nunc tem-
pore litis perfectum & ualidum eſſe, eoq; nec
reſcindi prætextu deficientis authoritatis poſ
ſe. Quanquam autem ſola priuati inſtrumen
ti nominatione enunciatiuè facta,cõcedo ne-
minem fieri tutorem : in quib. terminis d.cle-
men. & alia iura ſuperiora ad hoc inducta,p-
71 cedunt,tamen † ſecus eſt,quoties ab ipſo ma-
giſtratu, (ut hîc factum eſt) qui dare tutorem
poteſt,in publico inſtrumento licet enuncia-
tiuè tutores nominentur, arg. l. tale pactum.
§.pater.ubi Iaſ.nu.11. de pact.§.ult. Inſtit.de fi-
deiuſſ.l.ſciendum.de uerb.obligat.præſertim
poſt longum tempus, ex quo omnia inſtru-
mento expreſſa præſumuntur ſolenniter in-
terueniſſe,Iaſ.& Dd. d.l. ſciendum, ut ſæpius
memini iudicatum: ſed nec hoc in præſenti a-
liàs quoq; momẽtum habet, neq; quicquam
obſtat : cùm hic non nominentur tantùm tu-
tores,uerumetiam expreſsè in decreto præſi-
dis prouinciæ & ſecuta Cæſ.Maieſt. confirma
tione aſſertiuè dicatur, non enunciatiuè, ſed
diſpoſitiuè,quod omnium pupillorum tuto-
res ad hunc actum ordinati fuerint ac confir-
mati : quibus uerbis aſſertiuis & diſponenti-
bus etiam ſola nominatione meritò fides ad-
hibetur,ut communiter traditur à Bart. Bald.
Caſt. Ang.Sal.in l. non epiſtolis,C. de probat.
l.hæc ſcriptura.de donatio. dato etiam, quòd
aliter de collato munere nõ conſtet, uel etiam
uerè nõ impoſitum antea fuiſſet, Craue.de an
tiq.temp.parte 1.§.ampliatur.num.31.per do-
ctrinam Caſtr.conſil. 406.in 2.dubio, lib.1. &
alia quæ allegat. Quoniam igitur perhiben-
tur à ſummo magiſtratu ordinati & cõfirmati
in publico inſtrumento hi tutores, præſumi-
tur, omnia ſolenniter acta & ritè proceſſum
eſſe.Iaſ.& Dd.d.l.ſciẽdum.nu.21. de uerb.obl.
maximè cùm hoc per decretum, & in decreto
ſit factum,& renouatum in altera Cæſ.Maieſt.
cõfirmatione,unde propter authoritatem iu-
diciariam, l. iuſtè. de acquir. poſſeſſ. l. Heren-
nius de euictionib. Duen.reg.189. & ipſius a-
deò ſummi Principis, de qua Menoch. reme.
recup.8.nu.50.51.Alciat.præſum.regu.3.præ-
ſum.8.9. præſumitur ritè factam. Iaſ. l. pacta
nouiſsima.num.6.cum ſeq. C.de pact. per do
ctrinam Spec.de emt.& uendit. §.nunc dicen-
dum.uerſ.& breuiter. nu.5. ubi in terminis dẽ
decreto minoris ſuper alienationibus rerum
minoris interpoſito, agit, Bald. l.cùm hi. §. ſi
prætor.de tranſact.& c. præſentia.in fin. de re-
nũnc.ad idem Alex.conſ.103 uiſis. nu. 4. uol.
2.Menoch.remed.recuper.8.in prin.& nu.50.
cum ſequ.Duen.in regul.decretum. & talibus
decretis hac in parte ſtandum eſt, non admiſ-
ſa probatione in contrarium, niſi ipſa diſpoſi
tio facta à magiſtratu,præſertim Principe, eſſe
negetur: ut tenet Crauet.præal.loc.nu.29.aut
ſaltem donec ex falſis allegationibus probe-
tur obreptũ magiſtratui, per Spec.præall.loc.
nu.5. idq; maximè obtinet in decreto Princi-
pis,quale hîc ſubſecutum eſt, cùm ſit inſtar ſa-
crilegij diuinis reſcriptis obuiare, l. ſacrilegij.
C.de diuerſ.reſpon.& dicto Principis plus cre
datur,quàm inſtrumento notarij,Iſer. in c.1.§.
ſancimus.num.3.quo temp.miles. Quamuis
72 † autem ſint diſputationes circa præſumtio-
nem pro decreto, Hipp.ſing.438.ut ſuperiùs
conſil. 1. fuſiùs declarauimus, non tamen eſt
dubium,quin ita pro decreto præſumatur, u-
bi nõ requiritur plena cauſæ cognitio, uel nõ
magna,(ut hic)uel quando in decreto expreſ
ſum eſt, cauſæ cognitionem interueniſſe: id
quod hic factũ, ut declarat Alciat. reg. 3. præ-
ſum.10.nu.2. & 5. item quoties ad actum non
requiritur ordinarius proceſſus & ſcriptura a-
ctorum, Alciat. reg.3,præſum.9. nu.10. Duen.
reg.189.incip.decretũ.nu.1. cum ſeq. ex gl.l.1.
uerb.omni ordine. C.de fid.inſtru. & iure ha-
ſtæ.lib.10.l.2. C.de off. ciuil.iud. cum alijs per
eum alleg uelut in præſente caſu.Quod aũt i-
bidẽ Alc.ponit,nõ credi magiſtratui, ne Prin-
cipi quidem de cauſa, qñ ea opus eſt,non ha-
bet locũ in iure poſitiuo, & ijs quę officio ſuo
incum-

incumbunt, ſed quando aliquid cõtra ius di-
uinum uel naturæ uſurpat. Item intelligendũ
eſt de his, quæ ordinariè non pertinent ad of-
ficium iudicis: non uerò de illis, quæ ſunt of-
ficij eius, in quibus ei creditur, præſertim per
inſtrumentum ſuum publicum illud atteſtan
ti, ut Dec. ibi declarat. Tutorem autẽ dare, uel
confirmare ad officium magiſtratus ordina-
rium ſpectat, ut paſsim traditur in l. iure. §. ult.
& tot. tit. de tut. & cur. dat. ab his. & C. qui dar.
tut. Chaſſ. latè in conſue. Burg. rub. 6. §. 4. uer.
ſi par le pere. nu. 9. per c. defenſionis. 87. diſt.
& paulò pòſt nu. 16. uerſic. ideo ad officiũ iu-
dicis ſpectat ſuper his prouidere, &c. nec ma-
gna opus habet cauſæ cognitione: multò ue-
rò minus ordinario iudiciorũ proceſſu, Chaſ.
præalleg. loc. num. 8. uerſic. ſummaria inquiſi-
73 tione. Præterea † cùm tutores hîc inuentarium
fecerint, exinde potuerunt etiam adminiſtra-
re, nec uidẽtur pro tutore geſsiſſe, etiamſi alia
ſolennia nondum interueniſſent, Fab. in l. nõ
utiliter. nu. 1. C. de eo qui pro tutor. Sed neq;
74 † hoc uerum eſt, decretum non poſſe cõſequi,
ut in terminis contrarium decidit Alb. d. l. ma
gis puto. §. non paſsim. nu. 2. de reb. eor. Bal.
in l. 1. nu. 48. C. qui admit. in l. cùm ipſe. 5. nu.
5. C. de contrah. emt. & eſt de mente Bart. in l.
ſi quis mihi bona. §. iuſſum. nu. 5. cùm addit.
Alex. uerb. ſiue ſequatur. ff. de acquir. hæred.
Innoc. nu. 5. & Canoniſtæ in c. dudũ. extrà de
reb. eccleſ. non alien. ſicut & regulariter confir
matio ſuperioris actum ſequi poteſt, nec, ut in
ipſo interueniat, opus eſt, latè Tiraqu. ll. con-
nub. uerb. conſentement. gl. 4. nu. 5. 9. 10. cum
75 infinitis ibi alleg. neq; † hîc ulla alienatio re-
rum pupillarium facta eſt, ut decreto uel cau-
ſæ cognitione fuerit opus. nã locatio tantùm
fuit unius nouennij, quæ nihil iuris transfert,
l. qui rem. C. de locat. l. non ſolet. 42. ff. loc. l. 2.
C. de præſcrip. 30. ut per Dd. d. l. codicilli. §. in-
ſtituto. ubi gloſ. uerb. exutiſſe. Ferrar. in d. for.
lib. ad præſtat. facti, uerb. inueſtiuit. nu. 4. uer.
uſq; ad modicum tempus biennij, triẽnij, aut
nouem annorum, Iaſ. l. ex hoc iure. nu. 41. de
iuſtit. & iur. cle. 1. de reb. alien. Iaſ. l. naturaliter.
nu. 15. de acquir. poſſ. & ideò ſolent ad hoc tẽ-
pus tutores res minorũ elocare, ſicut & abſq;
alia ſolennitate poſſunt, ac uerò debent, Ang.
in §. neq; illud. in auth. de non alien. gl. in l. ex
omni. 22. uerb. inferant. ſeruiendo minori, uel
locando alij, C. de adm. tutor. Molinæ. in trac.
de uſur. nec eſt hæc locatio lõgi temporis, quod
de decennali accipiendum eſt, glo. & Dd. præ-
all. loc. l. ſuprà. C. de long. temp. præſcript. l. 1.
C. de uſucap. transform. ubi Dd. l. Valeria-
nus. 10. ubi gl. uerb. in longum. de pretor. ſtip.
Nec, quod de locatione annorum octo uel no
uem dicunt Dd. utile dominium transferri, in
tali caſu locum habet, ſed cùm de octo uel no-
uem annis, in octo & nouem conſequenter,
atq; ita in perpetuũ ex tali tempore in idem
tempus ſit locatio, ut diſertè de hoc caſu Dd.
loquuntur in præall. locis. Quare in unius no
uennij locatione, qualis hla contracta fuit, il-
la theorica non obtinet: id quod etiã illis lo-
cis Dd. oſtendunt. & Iaſ. in l. manumiſsiones.
4. nu. 77. de iuſt. & iur. ubi dicit, hoc eſſe no-
tandum, propter tutores & alios, qui non poſ
ſunt alienare, niſi cauſa cognita, latè Chaſſ. in
conſuet. Burg. rubr. 9. §. 10. uerb. l'homme de
main morte. nu. 36. cum ſeq. Alex. con. 195. ui-
ſis. nu. 1. 2. 3. & per totum, uol. 2. etiamſi Cuia-
cius inſtit. de locat. putet locationem, quæ ſit
ſupra quinquennium, in contractũ alienatio-
nis tranſire, per Nouel. 120. Sed ea de eccleſia-
ſtica emphyteuſi loquitur, nec ideo ad ſecula-
res locationes extendenda eſt, & hæc opinio
noua uix in praxi recipietur. Et proinde mul-
tò minus hîc dici poteſt, ius aliquod liquidũ
remiſſum, aut donationem factam, cùm loca-
tio cõtineat ſynallagma, Inſtit. de author. tu-
tor. in prin. & reciprocus ſit contractus, in do-
nationẽ minimè cadens, niſi donationis cau-
ſa, aut uno numo fiat, quomodo locatio non
contrahitur, Iaſon poſt Bart. l. ſi quis ante. nu.
19. de acquir. poſſeſſ. l. ſicut. 20. l. ſi quis condu
xerit. 46. ubi Bar. ff. locat. glo. l. ſi uſusfructus.
67. uerb. ad eum. de iur. dot. l. ſi quis ante. 10.
uerb. ſolũ. ubi Alex. per illum tex. de acq. poſſ.
67 nec hîc facta contractáue eſt. Præterea † etſi hic
cõtractus ex accidente & euentu aliquam læ-
ſionem induxiſſet minoribus, quod tñ nõ ap-
paret, nec probatur, imò potiùs liquet hunc
ijs fuiſſe opportunum, tamen quia factus eſt
ex ordinatione patris, qui liberis optimè con
ſultum uoluiſſe, & pro ijs ſalubrius cepiſſe cõ-
ſilium præſumitur, cùm conſenſu nedum tu-
torum, uerũetiam proximiorum, ita ut omnis
fraudis ſuſpicio excludatur, ut antè oſtenſum
eſt, & qui ex affectu optimo præſumuntur, uo
luiſſe conſultum propinquis, l. non ſolùm. §.
1. de rit. nupt. Cornæ. conſil. 52. in hac conſul-
tatione. nu. 18. uol. 2. nec omiſiſſe, quæ ad eo-
rum defenſionem & commodum pertinerẽt,
latè Alciat. reg. 1. præſum. 22. num. 1. cum ſeq.
idcirco non poſſunt hoc nomine ne quidem
tutores ipſi conueniri: tantum abeſt, ut ab ex-
traneo, cum quo tutores contraxerunt, talis
læſionis indemnitas debeatur, gl. 1. 2. uerb. pu
pillo. C. de his, quibus ut indig. quam reputat
ibi Caſt. ſingularẽ, Iaſ. l. 1. 7. C. de tranſac. Boer.
in conſuet. Bitur. §. rub. de conſ. iur. ſtat. perſ.
in gl. hæc conſuetudo. in fin. Chaſſ. in conſue.
Burg. rub. 6. §. uerb. d'en rendre. nu. 12. Nulla
igitur hîc nullitatis quæſtio poteſt obſtare, ne
quidem reſtitutionis contra contractum ex te
ſtamento & ſententia patris geſtum, l. 3. ubi
Dd. c. quan. decr. non eſt opus, d. l. Aemilius.
39. uerſ. quod no. de minor. quia minores con
tra teſtamentum eius non reſtituuntur, Bar. l.
uerba Contraxerũt. nu. 1. de uerb. ſig. l. 1. §. fuit
quæſitũ. nu. 5. 6. ad Treb. Dd. cõmuniter in l. ſi
fratris. in fi. per illum tex. C. qui teſt. fac. & in l.
fi. C. ſi quis aliquẽ teſt. prohib. præſertim quo
læſi

læſi non ſunt, l. quòd. ſi. 24. §. 1. de minor. cum §. ſeq. quæ læſio non modica, ſed enormis eſſe debet, Schurff. conſil. 27. quod ſuper. num. 3. cent. 1. conſil. 14. cent. 3. Nec enim uerum eſt, ob duos aureos poſſe quē reſtitui, ſed hoc arbitrarium eſt, & relinquitur æſtimandum iudici, qui ob modicam læſionem nō reſtituet, gl. & Dd. in d. l. 4. Salic. l. 1. num. 4. C. ſi aduerſ. uen. præſertim perſonas diuites, de quib. hîc agitur: neq; præſumitur ſubeſſe talis læſio, ſed probanda eſt, Cyn. l. 1. C. de in integ. reſt. nec ex euentu penditur, l. ſed an ultrò. cum ll. ſeq. de neg. geſt. ſed ex tempore contractus, d. l. uerum. §. ſciendum. de min. cum ſim. & opus eſt ratione ætatis, uel dolo aduerſarij minorem læſum eſſe, d. l. uerum. §. ſciendum. ubi gloſſ. uerb. probentur. quorum nihil ab actoribus hîc poteſt edoceri. Neq; uerò maiores reſtituuntur contra diuiſionem, aut ſimilem contractum, niſi læſionem probent ultra dimidiam iuſti pretij, l. 2. C. de reſcind. uend. Dd. l. ſi quis. cùm aliter. de uerb. ob. de qua etiam communiter intelligitur l. 3. C. com. utriuſ. iudic. gl. ibi in uerb. uel perperā. & cōmuniter Dd. Schurff. conſil. 28. cent. 1. & hic enormis læſio, de illa, quæ dimidiā ſuperat, eſt interpretanda, Imol. in c. Quintauallis nu. 45. & in c. cùm contingat. nu. 50. de iureiur. Nec iſto caſu ulla poteſt ignorantia probabiliter allegari, cùm bonorum quantitas non potuerit non nota eſſe uicinis, Bal. l. ult. §. 1. nu. 17. C. de iur. delib. per l. dominus horreorum. ff. locat. l. 1. §. 1. de flum. & propinquis tutoribus ac cōiunctis, Corſet. in ſign. incip. mors. nu. 2. 3. l. de tutela. ubi glo. uerb. ignarum. C. de in integ. reſtit. l. octauo. ff. unde cogn. cum alijs per eum alleg. Alex. l. 4. de legat. 1. & conſil. 213. num. 8. uol. 2. conſil. 71. nu. 8. uol. 1. Crauet. conſil. 237. frater. nu. 1. uol. 2. præſertim qui ipſi poſſederunt, gloſſ. uerb. debuerat. l. quiſquis. C. de reſcind. uend. Crauet. prealleg. loc. & matura deliberatione conſideratis & ponderatis omnibus ubuentionibus, oneribus, &c. territorium hoc maiori natu ſit elocatum, idq; ex ſententia & teſtamento patris, cuius qualicunq; uoluntati ſtādum eſt in talibus, quæ ius liberorum non auferunt, ſed diſponunt & conſeruant, l. ult. C. famil. hercïſ. cum alijs ſuprà adductis. Et acceſſit hic decretum præſidis ac Cæſ. Maieſt. cum cauſæ cognitione, quæ omnem hanc quęſtionem tollit, l. omnium. C. de teſtam. & pro quo præſumi diximus, Duenn. d. reg. 189. decretū. per totum: cuiq; ſtandum etiam eſt, niſi obreptū præſidi Principiq;, & falſitas decreti probetur, quæ in æternū probari ab aduerſa parte nunquam hic poterunt. Et deinde, ut antè dictum eſt, in partem pretij ſolicitudines, labores, onera & difficultates, ſeruitia item feudalia & ſimilia, quæ in adminiſtratione caſtri & latè patentis territorij poſſeſſori ſubeunda fuerunt, computari hic, & cum his fructus cōpenſari debent, Neguz. in d. tract. pign. quartæ partis, 5. memb. num. 13. cum ibi alleg. l. 5. l. quoties. C. de rei uen. l. 5. de impen. in res dot. fac. l. uillæ. 16. de fund. inſtruct. leg. ult. ubi Dd. ſolut. matrim. Tiraq de retract. prox. §. 15. gloſſ. 1. nu. 1. Couar. reſol. lib. 1. cap 3. nu. 3. Ex quo facilè apparet, nullam hic læſionem ſubeſſe, & fruſtra de reſtitutione ex cauſa ignorantiæ alicuius hac in quæſtione diſputari: quæ ſanè ignorantia erroris hic nulla eſt, ut nec læſio, neq; alia ulla iuſta cauſa, propter quam ex clauſula generali, indulgeri reſtitutio debeat hic, aut poſsit. Ex quibus omnibus abſq; dubitatione concludendum eſt, contractū hunc ualidum eſſe, & tenere, nec ulla actorum impugnatione reſcindi poſſe, & proinde ratione fructuum ex hac perceptorum, & pro tempore, quo hic contractus durauit, ad nullum inuentarium rationèmue de bonis patris ita conductis, ac conſequenter, ne quidem ad iuramentum pręſtandum nobilem B. reum teneri, per ea quæ ſuperiùs ſunt allegata.

CONSILIVM IIII.

De bonis feudalibus, quæ pro allodialibus creditores defuncti repetunt à ſucceſſore feudali: & an idem pro allodiali hærede habendus ſit, & conueniri poſsit?

SVMMARIA.

1 ¶ *Bona præſumuntur allodialia, donec probentur feudalia: nec ſeruitus aut uaſallagium preſumitur: & nu. 3. 5. 6.*
2 *Argumentum à perſonis ad res.*
3 *Feudum eſt quadam ſeruitus.*
4 *Seruitus non habet cauſam naturalem, ſed aſcititiam, quæ non præſumitur.*
5 *Facta, etiam contractuum, non præſumuntur, ſed probantur.*
6 *Vt nulla alia, ſic nec feudalis ſeruitus præſumitur.*
7 *Comes ſub rege præſumitur habere comitatū iure proprio, non feudali*
8 *Solutio intelligitur fieri in cauſam minus onероſam, atque ita potiùs ex iure cenſuali, quàm emphyteutico, uel feudali.*
9 *Et facere & poſsidere, intelligitur quiſque proprio iure, ut dominus, non alieno.*

10 Ex

10 *Ex ſola ſolutione canonis non probatur emphyteuſis.*
11 *Præſumitur res poſſideri titulo minus oneroſo, etiamſi annuum aliquid ſoluatur.*
12 *Prædium, etiamſi recognoſcatur, tamē præſumitur magis emphyteuticum, quàm feudale.*
13 *Pro confeſſo accipiendum, quod nō negatur.*
14 *Confeſſio eſt loco ſufficientis probationis.*
15 *Bona præſumuntur initio fuiſſe allodialia, et ſic permanſiſſe.*
16 *Mutatio, ut accidens, non præſumitur, niſi probetur.*
17 *Principium & origo attendenda.*
18 *Succeſſores intelliguntur poſſidere titulo & iure maiorum, qui non poſſunt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis.*
19 *Vnio non præſumitur ex diuturnitate temporis, uel uſu, ſed probatur. 38.*
20 *Feuda non conſtituuntur uſu, ſed inueſtitura in nouis, ſucceſſione in antiquis.*
21 *Primæuus rei ſtatus in alterius præiudicium mutari non debet.*
22 *Deſtinatio & uſus non mutant rei qualitatem.*
23 *Res ſacræ propter abuſum non poſſunt uniri prophanis.*
24 *Vnio eſt quædam alienatio.*
25 *Alienari res eccleſiæ ſine certis ſolennibus nequeunt.*
26 *Solennia nō præſumuntur, niſi probentur.*
27 *Ex longo uſu res ſacræ non uniuntur prophanis.*
28 *Poſſeſſio contra ius obtenta nihil probat.*
29 *Præſumtio eſt liquidiſſima probatio, & trāſfert onus.*
30 *Plures præſumtiones plus probant, quàm una, ſicut reliqua geminata.*
31 *Scriptura & inueſtitura non extenduntur ultra uerba.*
32 *Et intelliguntur Saluo tertij iure.*
33 *Generalis diſpōſitio ultra ſuam cauſam non extenditur.*
34 *Feuda habent pertinentias limitatas, ultra quas non extenduntur ad alia, maximè allodialia.*
35 *Diſpenſatio generalis feudorum tantùm pertinet ad legitima & notoriè talia.*
36 *Prima inueſtitura attendenda.*
37 *Generalis locutio intelligitur ſecundum determinationem ſequentem.*
38 *Vnio eſt facti, nec præſumitur, præſertim in Eccleſiaſticis.*
39 *Diuiſio & emtio non mutant rerum naturas.*
40 *Creditorum conditio non mutatur in perſonis ſucceſſorum.*
41 *Pacta, quibus à prædio excluduntur fœminæ, non probant feudum eſſe.*
42 *Pacta talia ualent fauore maſculorum, qui ſuſtinent familias.*
43 *Nobilitas ſine diuitijs manca eſt.*
44 *Feudum non uenit iure hæreditario, nec de eo diſponi poteſt, ne quidem ad piam cauſam, aut inter liberos.*
45 *Teſtator & contrahentes intelliguntur ſe conformare iuri.*
46 *Diſpoſitiones teſtamentariæ de re facta, arguunt eam eſſe allodialem.*
47 *Qualis cauſa, talis effectus.*
48 *Confirmatio an operetur ſupra confirmatū, & nouum ius inducat.*
49 *Sacramentum homagij & fidelitatis quomodo differant.*
50 *Homagiū præſtitum nō arguit territorium, cuius cauſa præſtatur eſſe feudum.*
51 *Probatio de neceſſitate concludere debet.*
52 *Præſcriptio probanda, & quomodo.*
53 *In præſcriptione, maximè feudalium, requiritur poſſeſſio formus & qualificata.*
54 *Solutio collectarum non probat rem eſſe feudalem, ſed magis allodialem, quia ex feudo nō corpus, ſed ſeruitia perſonalia præſtantur.*
55 *Alterum requiſitum præſcriptionis eſt titulus.*
56 *Titulus iniuſtus pro nullo eſt.*
57 *Titulum allegans probare debet.*
58 *In præſcriptionibus feudalibus & alijs magni præiudicij, titulus requiritur.*
59 *Tertium in uſucapione requiſitum, eſt bona fides.*
60 *Bona fides præſumitur ex titulo.*
61 *Bona fides non præſumitur ex 30. uel 100. annis, ubi titulus deficit.*
62 *Mala fides nocet ſucceſſori.*
63 *Mala fides impedit præſcriptionem immemorialem, etiam feudalem.*
64 *Prædia in territorio feudali ſita, non præſumuntur feudalia.*
65 *Præſumtiones & probationes fortiores derogant debilioribus.*
66 *Aditio hæreditatis unde probetur, et quòd hæredem ad æs defuncti obliget.*
67 *Fortior præſumtio & probatio tollit debiliorem.*
68 *Specialis præſumtio, quòd ſit feudum, excludit generale, quòd ſit allodiale.*
69 *Vbi maior bonorum pars eſt feudalis, & reliqua præſumuntur talia: præſertim ita*

per

per 30. annos poſſeſſa, et quando ſine diſtinctione ſeruitia ſunt praſtita.

70 *Pars prouincia intelligitur poſsideri iure totius.*

71 *Domini terrarum habent intentionem fundatam in locis ſubiectis, quòd ſint pars ſui feudi.*

72 *Conſuetudo praualet iuri.*

73 *Feudũ ex diuturna poſſeſſione praſumitur.*

74 *Sufficit domini cõſensũ ex interuallo ſequi.*

75 *Emtum & diuiſum ex feudo, eſt feudale.*

76 *De ſimilibus idem iudicium.*

77 *Inueſtitura generalis comprehendit ſpecialia locà, & optimè probat feudum, quia & conſtituit.*

78 *Titulus praſcriptionis iuſtus, & plena ſecuritatis, pro ueritate ac dominio habetur.*

79 *In praſcriptione 30. annorum nõ requiritur titulus: multò minus in immemoriali.*

80 *Præſcriptio probanda.*

81 *Titulus idoneus, diuiſio, confirmatio, ſucceſſio, inueſtitura.*

82 *Bona fides praſumitur, donec probetur mala*

83 *Succeſſoribus, præſertim non haredibus, an obſtet mala fides?*

84 *Bona fides cauſatur ex cauſis etiam iniuſtis.*

85 *Bona fides praſumitur poſt 30. annos.*

86 *An contra immemorialem mala fides poſſit allegari.*

87 *Vnuſquiſque intelligitur ex præſenti iure poſsidere, unde in prateritum etiam praſumitur.*

88 *Deſtinatio & uſus facit appertinentias.*

89 *Seruitia de omnibus praſtari intelliguntur, & probant feudalem rem eſſe.*

90 *Fama & opinio in antiquis probant.*

91 *Modus probandi poſſeſsiones.*

92 *Melius eſt pro ſe habere probationem, quàm praſumtionem.*

93 *Monaſteria coharent territorio, & pro feudalibus habentur.*

94 *Vaſallus habet directum dominium in reb. particularibus ſui territorij.*

95 *Vtilitas omnis ad uaſallum ſpectat.*

96 *Reditus eccleſia in pios uſus conuerti debẽt.*

97 *Exceptio iuris tertij: &, Tua non intereſt, ſunt priuilegiata.*

98 *Debita de hareditate, nõ de feudo ſoluuntur.*

99 *Proteſtatio tollit animum ab actu, iusq́; conſeruat.*

100 *Proteſtatio impedit animum adeundi.*

101 *Error facit abeſſe conſenſum.*

102 *Hareditas ſemel repudiata, amplius adiri nequit.*

103 *Seruitia perſonalia declarant eſſe feudum.*

104 *Conditio nihil ponit, nec confitetur.*

105 *Vnio probatur ex decurſu 30. annorum.*

106 *Deſtinatio praſcripta facit appertinentias.*

107 *Praſcriptio immemorialis facit unionem, etiam bonorum eccleſia, & ſupplet eorum ſolennitatem.*

108 *Feudum an laxã recipiat interpretationẽ.*

109 *Dominus & uaſallus feudum augmentare ac diuidere poſſunt.*

110 *Pacta, Vt mares tantùm ſuccedant, arguũt rem eſſe feudalem.*

111 *Talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur eſſe à pradicatis.*

112 *Paria ſunt, aliquid eſſe certum per ſe, uel relatione ad aliud.*

113 *Confirmatio confirmat confirmatũ, & quatenus extendat.*

In hac difficili & momentoſa cauſa de duobus in effectu quærẽ. Primùm, an creditores defuncti euincere queãt certas præfecturas, ut allodiales, ab agnato ſucceſſore, qui retẽtis feudis hæreditatẽ illius repudiauit, ſicut poteſt, c. 1. an ag. uel fil. Secũdò, an idem ſucceſſor eo, quòd ſe immiſcuit, adijſſe præmortui propinqui hæreditatem, atq; ita ſe creditoribus obligaſſe uideri poſsit ex l. ult. cum ſimil. C. de iur. delib, & quæ not. §. hæres. Inſtit. de ob. & quaſi contr. & in fi. tit. de hæred. qual.

Quoad primũ uidebatẽ creditorũ intentio ex iuris cõmunis præſumtione ſatis eſſe fundata. Nam quicquid non eſt feudũ, id eſt & iudicari debet allodiale, Alexan. conſ. 129. ponderatis. nu. 1. uol. 1. Soc. iun. conſ. 1. nu. 24. & 39. cõ. 91. nu. 4. uol. 4. ubi hãc dicit cõmunẽ, cùm nõ ſit mediũ, uel tertia aliqua ſpecies interiecta. c. 1. §. 1. ubi gl. uerb. interim. Bal. & Dd. ſi de feud. def. conten. c. unic. de allod. ubi Dd. Matth. de Afflict. §. ult. nu. 68. ex quibus cauſ. feud. amit. Iaſ. l. ſi prius. nu. 41. de oper. no. nunc. Alciat. reg. præſum. 2. præſum. 3. cum ibi alleg. Alex. cõſ. 55. proſpectis. n. 20. uol. 5. ideoq́; rectè infert Decius conſ. 468. nu. 6. & conſ. 424. ppo-
1 nitur. nu. 7. & 8. Bona, de † quibus quæritur, ex quo nõ apparet eſſe feudalia, præſumi allodialia, per doctrinã Hoſt. Pan. & aliorũ. c. nimis. de iureiur. Bal. c. 1. §. inter. in prin. ſi de feu. fue. cõtro. int. dom. & hoc cõmuniter teneri tradit Soc. iun. conſ. 75. illuſtris. nu. 25. uol 1. conſil. 115. in facto. nu. 31. uol. 2. cõſ. 1. n. 24. & 93. uol. 4. per Ioan. And. & Cano. c. nimis. de iureiur. Lauren. Kirchoff. tomo Franc. 1. conſ. 31. nu. 1. 2. Sed hæc bona, de quibus modò quæritur, feuda non ſunt, quia talia nõ probantur. Relinquitur ergo hoc unum, eſſe allodialia, Dec. d. conſ. 468. ſecundum iuris notoriã præſumtionem, l. altiùs. C. de ſer. ubi Dd. Sicut enim nemo præſumitur eſſe ſeruus, aut homo, uel uaſallus alterius, niſi probetur, Bal. l. libertas.

2 nu.1.de ſtat.hom. Ita† arguẽdo à perſonis ad
res,quod argumẽtandi genus in iure firmum
eſt,l. qui iurere. de ſtat.ho.ubi Bal. & Alb. hoc
argumentũ notant,l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita
legatũ.de leg.1.§.ſi qs filio. de iniuſt. rup. teſt.
gl.& Dd:l.cùm quid.ſi cert. pet. Euerar. loc.le-
gali à perſona ad res, bona etiã quælibet præ-
ſumunĩ eſſe libera, & cõſequẽter allodialia,ſi
nõ probeĩ, aut conſtet eſſe feudalia : & ſic ſer-
ua ſeruitijsq; obnoxia,c.1.§.1.ubi gl. uerb. in-
terim.Bal.n.1.& cõmuniter Dd. ſi de feud.def.
cont.c.1.de contr.int.maſc.& fœ Bal.d.l.liber-
tas.nu.1.de ſtat.ho.Iaſ.d.l.ſi prius.in prin.nu.
41.de oper.no.nunc.Cano.præcipuè.Fel.in c.
quę in eccleſiarũ.nu.69.cũ ſeq. de conſtit.c. 1.
c.cæterũ.c.ult.ubi Io.And.& Hoſt.uerb.reſpõ-
dere.de iudic. c.nimis.de iureiur. latè.Matth.
de Affl. c.1.ex quib.cau.feu.amitta.nu. 67.68.
cũ ſeq.Alex.conſ.15.ſuper.nu.1.uol.5.cõſ.129.
põderatis.nu.1.uol.1.cõſ.55.perſpectis.nu.21.
uol.4.Caſt.conſ.180.in cauſa.nu.1.uol.1.Alb.
Brun.conſ.feud.1.erra.nu.1. Dec.conſ. 468.ſu
periore.nu.6.7.& cõſ. 498.uiſo.nu.3. cõſ.588.
nu.9.& 12.conſ.424 ꝓponiẽ. nu.8. Ruin.cõſ.
156.nu 1.uol.1.Schurſ.conſ.69.præſens. nu.1.
3 cent 1. Nam †feudũ quædã ſeruitus eſſe non
abſurdè perhibeĩ,Præpoſ.& Dd.§.inter filiã. ſi
de feu. def.Can.c.nimis. de iureiur. Bal l.liber-
tas.ff.de ſtat.ho.idẽ.Bal.l.ſi uxorẽ. in fin.C.de
cond.inſer.Iaſ.d.l.ſi prius.nu.40.Affl.c.1.in ſi.
nu.68.ex quib. cauſ.feud.amit.& deciſ.Neap.
277.an teſtes.nu.7.Soc.conſ.165.uiſis.nũ.23.
uol.1.Alex.conſ.55.uol 4.Dec. conſ.424.cõſ.
467.Chriſto.Strat.conſ.24.nu.4 tom. Fran.
9.& res feudalis diciĩ ſeruitutẽ debere, glo.l.ſi
cuius.§.ſi uſusfructus. uerb. oportere. de uſu-
fruc.& uaſallus eſſe ſeruus alterius, Bal.l.liber
tas.in princ.de ſtat.hom. Seruitus aũt nullius
rei præſumiĩ,ſed potius libertas,quę rebus o-
mnibus,ut diciĩ l.libertas.16.de reg.iur.eſt fa-
uorabilior, l.inter pares. de re iudic. l. 1. C. de
com.ſeruo manu.in fin. l.lege Iulia. de manu-
miſſ. Præſumtio autẽ & interpretatio iuris ſit
in dubio in partẽ fauorabiliorẽ,l.ſemp in du-
bijs.57.de reg.iur.l.interpretatione.de pœn. I-
deoq; cõſultus ait:quoties dubia eſt interpre-
tatio,ſecudũ libertatẽ, qua nihil eſt fauorabi-
lius,d.l.libertas.de reg.iur. eſſe reſpondendũ,
l.quoties.20.ubi gl.Dec.& Dd. de reg. iur.d.l.
inter pares. de re iud.atq; ita res quælibet prę-
ſumitur libera , donec eius ſeruitus ꝓbetur, l.
altius.ubi gl uerb. ꝓhibeĩ. l.ſi in ædib. 9. cũ l.
ſeq.C.de ſeruit.Bal.l.iudicijs.nu. 4. cũ ſeq. C.
de rei uend. cuius aliam quoq; rationẽ tradit
Iaſ.d.l.ſi prius. nu.40.de oper.no.nunc.per il-
lũ tex.quẽ ad hoc quoq; ponderat Alciat.reg.
4 præſum 2.præſum.1.nu.2.quia †uidelicet ſer-
uitus regulariter non habet cauſam naturalẽ,
(cùm ſit contra naturam)l.4.de iuſt.& iur.ſed
aut impoſititiam aut præſcriptitiã,§. ul. Inſtit.
de iur.perſon. quæ oſtendi debet, Bal. c. cùm
omnes.nu.21.de conſtit.Schurſ.cõſ.69.in pri.
cen.1.cùm mutatio nõ præſumaĩ,niſi probeĩ,
l.eum.22.l.3.de probat.Alciat.d.reg.2.de præ-
ſum.in pri.per gl.l.ſi uerò. §.qui pro rei quali-
5 tate.qui ſatiſd. cogan.& facta †etiã cõtractuũ,
quibus inducĩ ſeruitus,l.4.5. de ſeruit.iunct.
l.3.de uſufr.l.2.de uer.obl.l.3.§.2. de act.emt.l.
conſilio.de curat.fur. nõ præſumanĩ, ſed pro-
bentur,l.aſſeueratio.C.de non num.pec.l.ſiue
poſsidetis.C.de probat. Imò longè minus ac
difficilius præſumitur rerum ſeruitus , q̃ ho-
minũ,q̃m hi poſsũt in ſeruitute naſci ex ſeruo
uentre,quod nõ eſt in reb. Ferrar.in for.conſ.
6 act. Vnde†concluditur,ut aliã ſeruitutẽ rerũ
nullã, ſic nec feudalẽ præſumi, ut idem ex hac
ratione cõfirmãt Matth. §.ul.nu. 68. ex quib.
cauſ.feud.amit.& deciſ.277.nu.7. Dec. d.cõſ.
468.nu.7.Iaſ.d.l.ſi prius.nu.41.Alex. d.conſ.
55.perſpectis.nu.21.uol.4.d.conſ.129.ponde
ratis.Schurſ.d.conſ.96.præſens.nu.1.cen.1.Al
ciat.præſum.reg.2.præſum. 3.& cõſequẽter o-
mnia bona præſumi allodialia , Dec.d.conſil.
468.nu.6.Affl.d.§.ult.Iaſ.d.l.ſi prius. Alcia.d.
reg.2.præſum.3. Itaq; cõtra aſſerentẽ feudum
ſemper eſt præſumtio,quòd res ſit libera & al-
lodialis,donec feudũ probeĩ, c.1.ubi Iſer. hoc
not.nu.7.de contro.intr.maſ.& fœm.§.inter fi-
liã. ubi omnes Dd.ſi de feud.defun.cont.inter
dom.& ag.uaſal.de quo dixi ſ̃.cõſ.1. Id quod
non modò obtinere putandum eſt in bonis
priuatorũ, ſed etiam in dominijs & territorijs
7 ſuperiorũ. Nam†etiam Comes aliquis ſi ha-
beat dominiũ, uel comitatũ ſub Rege, præſu-
miĩ talem comitatũ habere iure proprio, non
feudalẽ, Alciat.d.reg.2.præſum.3.nu.2.per do
ctrinã Hoſt.& Io.And.d.c. ult.uerb.reſpõdeo.
de iudic.c.nimis.ubi An.de But. de iureiur.da
to etiã, q̃ ſeruitia inde præſtitiſſet:quia præſu-
mitur potius,ut ſuperiori pręſtitiſſet,quàm ue
dño feudi, cle. paſtoralis.§. pen. uerſ.eo modo.
de re iud.l.non dubito.uerſ. hoc eñ adijcitur.
de capt.& poſtl.reuer. Vnde dicunt Bald.poſt
Innoc.in c.ult.de cauſ.poſ. & propriet.& Iaſ.in
d.l.ſi prius. n.42.nõ probari ex eo feudũ,licet
8 pro conceſſo ſoluatur aliquid annuũ. Nã†in
dubio ſollutio intelligitur fieri in cauſã ſoluẽ
ti minus oneroſam,l.1.ff. de ſolut.l.1. C.eo.tit.
l.ſi uſuris.C.de uſur.& ſic potius ex cauſa cen-
ſuali,quàm emphyteutica,uel feudali, Matth.
de Affl.§.ſi quis per 30. annos.in 6.notab.nu.
5.& 6.de feud. defun.Pro hoc facit & alia iuris
9 præſumtio, q̃†ut quilibet præſumitur habere
facere ſuo,non alieno nomine, Bar.l.1. §.nun-
ciatio.nu.12.de oper.no.nunc. per l.Papinia-
nus.ff.mand.Caſtr.l.1.nu.5.de ſolut. ſic etiam
intelligatur prædium poſsidere & habere ſuo
proprio iure, non alieno iure , uel beneficio,
Bald.c.cùm cauſam.1,nu.12.13.de teſtib.Pariſ.
conſ.75.nu. 8.uol.4.Alex.conſ.51. uiſo.in fin.
uol.1.Dec.conſ.56. in cauſa.nu.3. & tenere, ut
in ſolidum ac plenè dominus , non ut uaſal-
lus, uel emphyteuta alterius, c.cõſtitutus, ubi
Dd.de relig dom. Spec.de locat. §. nunc uerò
aliqua.

aliqua.nu.80.ubi Speculator in fortiorib. ter-
10 minis dicit, etiamſi † quis canonem quaſi pro
emphyteuſi ſoluat, tamen ſi neget emphyteu-
ſin eſſe, quam poſsidet, abſoluendum eſſe, niſi
illã eſſe à dño doceat: ad idem Alex.con.51.uſ
ſo proceſſu.in fi.uol.1.Dec.con.56.in cauſa.n.
3.Pariſ.conſ.75.nu.7.uol.4.item Mol.in con-
ſuet.Par.tit.2.de cenſib.in fine prin.nu.36.aiti
11 Præſumi † poſsideri rem titulo minus onero-
ſo, etiamſi annuũ quid ſoluat: ideoq; intelligi
magis iure ſuo, & proprio, quàm alieno, & ma
gis, ut rẽ cenſualem, q̃ feudalẽ, uel emphyteu-
12 ticã poſsideri. Imò † etiãſi cõſtet, prædiũ aliun-
de pendere & recognoſci, tñ adhuc non præſu
metur feudale, ſed potius emphyteuticũ, atq;
ita rurſus potius allodiale, quàm feudale, Bal.
l.libern.nu.36.C.de oper.liber. fac.Iaſ.in præ-
lud.feu.nu.66.67.& paſsim, per l.1. de æſtim.
13 act.cũ ſim. Pręttereà † nõ negat à parte ſucceſſo
ris, quin aliquando & ab initio hæc prædia &
præfecturæ, prout intendũt creditores, fuerint
allodialia, (ſicut & iure præſumit) Iaſ.poſt Bar
col.l.ſi prius nu.41.43.de op.no.nũc.Dec.cõſ.
468.nu.6.Alciat.reg.2.præſum.3. ideo pro cõ
feſſo hoc eſt accipiendũ, Iaſ.l.patre.nu.21.27.
de his qui ſunt ſui uel alie.iur. Matan. in Spe.
aur. cap.de contumac.nu.30. per l.de ætate §.
14 qui tacet.de inter.act.cum ſim. Confeſsio † aũt
eſt loco ſufficiẽtis ꝓbationis, uel ponus indu
bitata, Bal.c.1.§.ſacramentũ.nu.15. de conſue.
rect.feu.& in rub.C.de proba.nu.5. & ibidem
Caſt.nu.4.Iaſ.l.cùm te.nu.8.9.10.C.de trãſac.
Pan.nu.3.Fel.nu.6.& Can.in rub. de proba.&
in c.at ſi clerici.in prin.de iudic.Corn.cõſ.261.
de duob.nu.5.6.uol.4.Io.de Bon-amic.conſ.
8.nu.65.con.33.nu.2.Phil.Por. conſ.170.dñs.
nu.20.& melior ꝓbatio de mundo, Io. Bonã.
d.conſ.8.nu.65. Porc.conſ.170.nu.20.proba-
ta, nõ ꝓbanda, Hipp.in rub.C.de probat.nu.
71.ex Bal.in l.Deo nobis.in prin.C.de epiſc.&
cler. Barto.Iaſ.& Dd.l. admonendi.de iureiur.
15 Quamobrẽ † præſumũtur & præſumi debent
hęc bona talia manſiſſe, qualia initiò in origi
nali ſuo libertatis ſtatu fuerũt: Iaſ.l.ſi prius.n.
40.de oper.no.nunc. hoc eſt, allodialia, c.1.§.
1.ubi gl.uerb.interim.& oẽs Dd.ſi de feu.def.l.
circa.ubi gl. uer.ingenuũ. de probat. l.liberis.
§.ſi.de lib.cauſ.Iaſ.poſt Bar.d.l.ſi prius.nu.43.
16 Nec † tẽ præſumitur mutatio, niſi probetur, l.
ſi filius.de probat.l.ſiue poſsidens. C. eod.tit.
cũ alijs ſ.alleg.ſecundũ regulã, Quod nõ mu
tatur, cur ſtare ꝓhibeatr l.ſancimus.C.de teſt.
quia mutare eſt quid accidẽs. Alciat.præſum.
reg.2.in prin. Accidentia aũt nõ præſumũtur,
ut Iaſ.poſt glo.& Dd.in l.ſi uerò. §. qui pro re
qualitate.nu.15.cum ſeq.qui ſatiſd.cogan. Al-
ciat.præſum.reg.2.in prin.& præſum.1.2.cum
multis ſeq.ubi per uaria iura & exempla hanc
17 regulã confirmat & declarat: eoq; principiũ †
rei attendendum eſt, l.1.2.de orig. iur.& origo
ueritatis multũ operatur, ut dicit Bal. l.falſus.
18 nu.1.C.de furt.ac proinde † ſucceſſores intelli-
guntur poſsidere iure & titulo maiorũ. quorũ
iure utuntur, l.q in ius.138.de reg. iur.l. cũ he-
rus.11. de diuer.tẽp.præſc. donec alius titulus
probetur, l.ſiue C.de prob. pręſertim cũ nemo
ſibi ipſam cauſam poſſeſsionis mutare poſsit
l.qui bona.19.§.1.de acq poſſ.ideoq; antiqua
poſſeſsio præſumitur habere iuſtitiam perma
nentẽ, Cyn.l.ſi ſolennib.in §.ſi.de fid.inſt.& in
eadẽ qualitate permanere etiã in feudis.Bald.
c.1.§.cum aũt.nu.4.& 5. de cõtro. inueſt.Caſt.
conſ.176.uidetur.nu.4.uol.1. Itaq; quæ res ab
antiquo poſſeſſa eſt, ut burgẽſatica, adhuc ta-
liter præſumitur poſsideri: dato quòd poſſeſ-
ſor & etiã teſtes dicũt eſſe feudũ, Matt.Affl.de-
ciſ. Neap.277. an teſtes.nu.5.& 6. & in termi-
nis noſtris, Alex.conſ.55. perſpectis. nu. 20.&
21.uol.5.niſi probetur unio facta cũ alio præ-
19 dio feudali: quæ † uelut mutatio non præſu-
mitur, Alex.con.70.in cauſa.nu.1.uol.3.Boer.
deciſ.245.per totũ, ne quidẽ ex temporis diu-
turnitate, Oldr. conſ.296. quia ut tempus nõ
eſt modus inducendæ obligationis, l.obliga-
tionũ ferè. §.placet. de actionib. l. ſi certis an-
nis.C.de pact.l.operis non impoſitis.de oper.
lib.ita nec modus inducẽdæ unionis, Oldr.d.
conſ.296.de iure.nu.3.per doctrinam Hoſt.c.
quia nõnulli. de uita & honeſt. cler.& in ſum-
ma tit.de ſup.neglig. præl.nu.2. qui dicunt, cu
iuſcunq; quãlibet longi tẽporis poſſeſsione
non induci unionẽ, fac. not.Iaſ. l. ſciendũ. nu.
17.19.cũ ſeq.de uerb.oblig. etiãſi poſſeſſor bo
nis allodialibus pro appẽdice & parte feuda-
20 lium uſus ſemper fuerit. Feuda † enim non u-
ſu cõſtituuntur, ſed tñ per inueſtiturã in no-
uis, per ſucceſsionẽ uerò in antiquis, c.1.§.ult.
de feu.cognit. c.1.in prin. de ſucceſ.frat. in pri.
21 c.1.in prin.de conſue.rect.feud. & † primæuus
rei ſtatus non eſt in pręiudiciũ tertij immutan
dus, Bal.l.ult.nu.3.cũ ſeq.C.de ſuis & leg.Præ-
poſ.in c.1.nu.2.an agna.uel fil.per §.præterea.
qui.mod.feu.amit.Dec.conſ.445.nu.23.Cur.
22 part.2.q.2.nu.42.in tract.feu. nec † deſtinatio
aut uſus poſſeſſoris poteſt immutare rerũ na-
turã, uel qualitatẽ, l.cætera. §. ſed ſi ſeparauit.
ubi Bal. Ang. Imol.Iaſ.de legat.1.l.cùm in fun-
do.§.ſi fundus.de iure deliberan. quod maxi-
mè de bonis eccleſiaſticis eſt dicẽdũ: quæ nũc
poſsideri & uniri cũ feudis in hac rerũ licentia
23 eſt uſitatum. Talia † tẽ bona, ſicut ipſæ eccle-
ſiæ, iuris ſunt diuini, eademq; quę eccleſiæ, pri
uilegia habent, l.ult.C.de ſac.ecc.§ pro tempo
ralibus.itẽ auth.de eccl.tit.c.grandi.de ſuppl.
negl.prælat.c.2.de in integ.reſt.lib.6.Tiraq.de
priuil.piæ cauſæ.in princ.& idcirco uelut Deo
dicata, nullius ſunt in bonis, §.nullius.§.ſacrę.
Inſt.de rer.diuiſ.l.1.l.in tantum.l.ſacra.9.& paſ
ſim.ff.eo.tit.ac ab omni priuatorũ iure haben
tur, & ſunt ſeparata.l.ult.C.de ſac.eccle.ideoq;
nec conuerti, nec eſſe in priuatorum dominio
& proprietate poſſunt, d.§.ſacræ. cum alijs ſ.
alleg. & in auth. de alie. & emphyt. & extrà de
reb.eccl.non alien, quia ſacra ſemel facta, am-

plius priuata fieri nequeũt, l. inter. 73. §. ſacrã.
3. de uerb. ob. Schurff. conſ. 48. licet. nu. 3. 4. cũ
ſeq. cent. 1. poſito etiam q̃ abuſus eſſent conſe
cuti: nam tunc non in fiſcũ Principis redigen-
da, ſed in meliorẽ magisq; uerũ uſum ſunt cõ-
uertenda, l. legatũ. 16. de uſu & uſuf. leg. l. lega-
tum. 5. de ad rer. ad ciuit. pertin. l. fin. de oper.
pub. Alb. l. ſi uſufr. in fi. quib. mo. uſusf. Iacob.
de Rodijs nu. 30. idq; cum autoritatẽ conſilij
uel ſuperioris, clem. 2. de relig. dom. Schurf. d.
24 cõſ. 48. licet. nu. 11. Quare † nec uniri propha-
næ rei, eccleſiaſtica omnimodò poſſunt. Eccle-
25 ſiaſticis † uerò rebus non aliter, niſi ex cauſa
manifeſtæ uel neceſſitatis uel utilitatis tracta-
tu habito, & cum conſenſu capituli, ut in alijs
rerũ eccleſiaſticarũ alienationibus, quarũ eſt
ſpecies quędã, c. 2. de reb. eccl. non alie. Boer.
omnes affectionẽ, l. neq; ſolũ. 67. de rit. nupt.
iunc. l. hac edictali. §. 1. de ſecun. nup. l. parẽtib.
C. de inoff. donat. §. pen. in auth. de nup. aut ſi
feciſſent, liberos fuiſſe acquieturos, quia non
præſumitur quis recedere à iure ſuo, gl. in c. pe-
nult. uerb. præſumendum. de cond. appoſ. nec
iactare ſuũ, l. cùm de indebito. §. ul. de probat.
cum ſimil. præſertim in diuiſionibus feudi &
territorij, ubi non poteſt, nec debet uni filiorũ
præ alijs gratificari, cap. 1. de ſucceſſ. feud. ubi
Dd. c. 1. de conſ. tect. feud. c. 1. in ſi. de feud. con.
Curt. trac. feud. parte 4. in prin. Alex. conſ. 12.
perſpectis. nu. 3. lib. 5. Præterea nec opus fuiſ-
ſet, nec requiſitus conſenſus Cæſ. Ma. ut ſupe-
rioris domini directi, ſuper diuiſione iſtarum
præfecturarũ, ſi fuiſſent allodiales: quia eiuſ-
modi diuidere pater ſuo arbitrio inter liberos
poteſt, l. ult. C. fam. her. Ex quo concludẽdum
eſt, ut quod ex titulo emtionis poſsidetur tan-
quam feudũ, præſumitur eſſe feudale, c. 1. uerſ.
ſi ſit inter. de contro. feud. in. maſ. & fœm. ma-
ximè ſi cõſenſu domini ſit alienatum, Matth.
de Affiic. ex quib. cauſ. feud. amit. in princ. nu.
28. & tit. de contro. inueſt. §. cùm aũt. nu. 8. Sic
& illud habẽdũ pro feudo, quod per diuiſio-
nes, ut feudum, & inter feudalia, conſentiente
& approbante ac inueſtiente ſuper his domi-
no, eſt ab antiquo ſemper obtentum & poſſeſ-
ſum. Diuiſio eñ eſt loco emtionis, l. 1. C. com.
utr. iud. l. quid tamen. de contrahen. emt. cum
76 ſimilib. Similium † autem idem iudicium, ea-
demq; natura, Bal. l. humanitatis. nu. 14. C. de
impub. ſubſtit. quæ quidẽ ſufficit ſimilia eſſe
in ratione: & reſpectu eius, de quo agitur, l. ul.
ubi Molin. nu. 4. C. de inoff. donat. l. ubi. C. de
collat. c. conſtitutus. ubi Panor. nu. 3. de appel
lat. licet qualitas facti ſit diuerſa, c. cùm dilecti.
de confir. util. Panor. c. quoniã. §. ſin. nu. 53. ut
lit. non conteſt. Aemilia. conſil. 1. num. 17. præ-
ſertim cùm hic ex talibus diuiſionibus reco-
gnita cum reliquis ſint hæc, quæ nunc cõtro-
uertuntur caſtra, & in feudum accepta: ut e-
tiãſi antè patrimonialia fuiſſent, deinceps tñ
& ſic ante annos centum feudalia eſſent effe-
cta, Curt. trac. feud. parte 2. quæſt. 4. nu. 12. per
doctrinã Bal. ad Spec. tit. de feu. cum alijs per
eum alleg. Diſertè enim poſſeſſores iſti ſem-
per inueſtiti ſunt de his bonis, prout ea poſſe-
derunt, augmentarunt, diuiſerunt: ac in diui-
ſionib. expreſsè hæc litigioſa caſtra uelut pars
territorij nominatim diuiſa ſunt, & deinceps
tales diuiſiones à Cæſarea Maieſtate, ut domi-
no feudi, confirmatæ, & ab eius Maieſt. ſuper
his inueſtituræ ordine ſucceſsiuo & cõtinuo,
ultra centum annos factæ conceſſæq; ſunt. Se-
quitur ergo, hæc quoq; bona per inueſtituras
haſce in feudum recognita & accepta, atq; ita
feuda, ſi nõ antea fuerint, iampridem facta eſ-
ſe. Nam paria ſunt, aliquid eſſe certum per ſe,
uel per relationem ad aliud, l. aſſe toto. de hæ-
re. inſt. ubi Dd. & generalibus ſpecialia inſunt,
l. ſemper. 190. de reg. iur. tantumq; ualet gene-
ralis diſpoſitio, quantum ſi ſingula nominen-
tur, gl. uerb. enumeratæ. l. omnes. 4. per illum
text. C. de præſcr. 30. ann. l. 2. de quad. præſcr.
l. ſi domino. de adm. tut. & qui omne dicit, ni-
77 hil excludit, l. Iulianus. de leg. 3. Vnde † in-
definitæ poſſeſsiones & inueſtituræ feudales
æquipollent uniuerſalibus, Bal. c. 1. num. 2. de
uaſ. qui contra conſt. Loth. & omnes partes in
territorio comprehenſas & ſitas cõplectuntur
ſua

ſua generalitate, Socin.conſ.166. in cauſa.nu. 5.6. uol.5. Nam generalis locutio extendi debet ad ea, quæ ſalua proprietate recti ſermonis comprehēdi poſſunt, l.pluribus. de accep. Bart. & Dd. l.lucis. §. emtor. de pac. l.auchi.§. Caius. de lib.leg.l.ſi de certa. C.de tranſact. Alexan. conſ.11. uiſo. num.9. & 15. uol.2. Pariſ. conſil.20.nu.78.uol.1.ideoq́; quando inueſtitura eſt generaliter facta ſuper toto territorio, loca ſpecialia non debent reclamare, ut rectè Pariſ. conſil.22. num.98. uol.1. & dato, quòd alia accedant, non requiritur tamen noua inueſtitura, ſed intelliguntur & hæc comprehenſa inueſtitura generali, Pariſ. conſil.23. num. 18. uolum.1. cùm feudum, præſertim hoc regale plurium ciuitatum, præfecturarum, agrorum, iurium, ſit corpus quoddam uniuerſale, Panor.c.cùm ſæculum. num.1. de iur. patron. Bal.& Dd.c.1.de cap.qui cur.uend. Curt.tract. feud. parte 1.quæſt.6. parte 2. quæſt.2. Euerar. Io. legal. à Tanquam ſeu reſp. in 26. ampliat. Hen.God.in conſ.feu.de pretio rei feud.per totū, quod genus natura ſua recipit incrementum & decremētum ipſo iure abſq; alteratione & alio facto nouo, l.item uidendū.§.fi.cum ll.ſeq. ubi Bar.& Dd. de pet.hæred. l.2. de hær. uel ac.uend.cum ſimil. Unde & uaſallo feudū ſuum nedum cum domini conſenſu, (ut hîc) ſed etiā abſq; illo, licet augmentare, & meliorare, ita ut illæ acceſsiones exinde pars feudi cenſeantur, & cum feudo ad quemcunq; ſucceſſorem, etiam dominū, cui aperitur, nedum agnatū, tranſeant, §.pen.de inueſt. de re alien. fac.§.ſi uaſallus.hîc fin.lex,§.ſi quis de manſo. ſi de inueſt.feud.cont.fuer. maximè accedente inueſtitura ſuper feudi incremento & diuturna poſſeſsione, ut hîc, d. §. ſi quis de manſo.c. 2.ubi Dd.communiter de cap.qui cur.uen.§.ſi quis per 30.annos. ubi Afflict. & Dd. ſi de feu. defunct. quod potiſsimùm obtinere debet in caſu præſenti, ubi disertè in inueſtituris & cōfirmationibus bona omnia, tam uerè & inde uſq; ab initio, irrefragabiliter feudalia, quàm nunc litigioſa, & quæ aliquando allodialia fuiſſe perhibentur, æqualiter ſunt & inueniuntur determinata. Determinatio enim generalis æqualiter plura determinans, intelligitur ea uniformiter & ſub uno modo ſignificandi determinare, clem.2. in prin. de elect. c.requiris.2.de appellat. Card.cle.cōſtitutione.§.inſuper.q.1.de elec. Bal.l.in teſtamento.1.nu.12.C. de teſt.mil. Iaſ.l.miles.§.decem.nu.4.de re iud. & l.Gallus.§.quidam. num.8. & 9. de uulg. & pup. ita ut æquali iure determinata, æqualiter cenſeantur, Did. Couar.c.poſſeſſor.in princ.3. partis nu.2.uerſic. tertiò eadem ſententia, &c. Nam quæ paria ſunt in diſpoſitione, debent etiā paria eſſe effectu & interpretatione, Alb. in tract.ſtatut.in 2.parte, in prin. num.9. per l. iam hoc iure. de uulg. & pup. l. quæuis. C.de imp.ſubſtit.l.in teſtamento. de teſta. mil. l.eandem. de duobus reis, cum ſimil. Ideoq́; iſtæ inueſtituræ non pro generalibus, ſed magis pro ſpecialibus ſunt habendæ, cùm ſe disertè referant ad ea, quæ antiquitùs ab iſtius gentis maioribus ac poſſeſſoribus fuerunt diuiſa, quæſita, meliorata, & poſſeſſa, ſecundum inſtrumenta diuiſionum, teſtamentorū, &c. Sed hæc ex allodijs quæſita & territorio pridem unita, inter reliqua feuda diuiſa & poſſeſſa ſemper fuerunt, ut antè dictum eſt, & patet ex teſtamentis ac diuiſionibus: unde immota cōſecutione efficitur, quòd ęquè nominatim uideri debeant in inueſtituris expreſſa & cōceſſa, ſicut in diuiſionibus & teſtamentis maiorum expreſſa fuerunt. Nam inueſtitura, ut inſtrumentū quodlibet ſe ad aliud referens, idē cōtinere intelligitˀ, quod illud, ad quòd ſe refert, Menoch.conſ.1. n.83. & dicitˀ contineri in ſcriptura referente idem quod continetˀ in relata, l.aſſe toto. ubi Bar.& communiter Dd.de hæred.inſtit.l.inſtitutio talis. de cond.inſtit.c. uenerabilis. de confir.util. quod maximè obtinere in inueſtituris confirmantibus, (prout hic ſunt) ſcilicet ut cōtineāt nihil aliud, quàm cōfirmatum, ſuprà pluribus eſt oſtēſum in rationibus dubitādi, quæ hic reperi nihil eſt neceſſe, & multis cōfirmat Menoch. d.conſ.1.nu. 83.cum ſeq. Neq; uerò hæ inueſtituræ & cōfirmationes ſunt unicæ & ſimplices, ſed ab annis ferè ducētis, nēpe ab anno 1400. ꝑperunt ſemper à ſingulis ſucceſſoribus datæ & acceptæ, ut res planè ſint ipſo tēpore antiquę, inueteratæ, & tot geminationibus ſupra quàm ſufficienter in feudū cōfirmatæ, d.§.ſi quis de manſo.§.ſi qs per 30.annos.& utrobiq; Dd.cū alijs ſ̄.adductis: additæq́; ſunt iiſdē confirmationibus clauſulæ prægnātes, Ex ſciētia, & De plenitudine poteſtatis: quæ nō tantùm cōfirmant, ſed & extendūt, Iaſ.l.more.nu.40. de iuriſd. om.iud. omneq́; ſolennitatē ſupplēt, Iaſ. præal.loco ꝑ l.omniū. C.de teſtam. c.ex parte. c.poſtulaſti.de reſcri. Eſt aūt inueſtitura optima ꝓbatio, optimūq́; ſignū ad cognoſcendū, ꝙ res ſit feudalis, c.1.§.1.cū ſeq. quid ſit inueſt. c.1.de not.feu. Iaſ.in prælud.feud. nu.12.per c. per tuas.de donat. Innoc.in c.ueritatis. de iureiur. Nam per inueſtiturā feudū cōſtituitur, c.2.de feu.cog.c.1.quid præcedere deb. & ideo uel ſine clauſulis illis optimè probatur, c.1.de not.feud.c.1.qui teſt.ſunt neceſſ. cap.1.de duo. fra. d.§.ſi quis de māſo. cùm ſit forma ſubſtantialis feudi, Bal.d.l.quoties.n.3.& 4. C.de ſuis & legit.c.1.quib.mo.feu.cōſt.c.1. uerb.propter tenorem inueſtituræ.de duob.frat. c.1. de not. feud. Petrus Amicus & Gab. Mudæ.conſil.29. in lite.nu.2. tomo 1. conſil. Franc. qua poſita, rem poni neceſſe eſt, ſicut & deſtructa deſtrui, l.Iulianus.§.ſi quis rem.ad exhiben. l.Seiæ. de anu.leg.l.cùm hi.§.ſi prętor. de tranſact. l.qui uſumfructum.de uſufr. c.ſi motum.de conſec. diſt.1.c.1.2. de cōſecr.eccl. clem.1.§.1.de ſum.trinit.& c.prudentiā.§.t. ubi Io. And. uerb. citra formā.de off.deleg. c.cū ceſsante.de app. Iaſ.l.

uniuerſis.nu.3. C.de prec.imper.off. latè Cra-
uet.conſil.230.nu.3.cum ibi alleg.quod potiſ-
ſimùm in inueſtituris obtinet,ut feudũ conſti
tuant,probent,eiusq; uim omnẽ moderentur
& oſtendant, c.1.in fi.ſi de feud.fue.c.1.§.deni-
que.ubi Bal. quæ fuit pri.cauſ.benef. c.1.quib.
mo.feu.conſt. c.1. de conſt.rer.feu.§.ſciendum.
de feud.cog. c.1.quid ſit inueſt. c.1.ubi Bald. &
Dd.de feu. non hab. prop.nat. c.1. de cog.feu.
Bal.in præl.feud. diuiſ.4. num.46. Alciat.c.1.
nu.2.& 4 de conſt.rer feu.idem Bald. d.l.quo-
ties. nu.3. l.1.§.ſed etſi quis.in 3. notab.C.de l.
al.ubi Iollen.& c.1.§.1. num.3.de feud.marc. &
conſil.207.nu.2.uol.2. Dec.latè cõſil.193. pro
eenui.nu.1. Iaſ.in prælud.feud.diuiſ.4. nu.98.
99.cum ſeq. Cæp.conſ.176.uidetur. nu.1.uol.
1.conſil.146.uiſo. num.1.uol.2. Pariſ.conſil.1.
nu.1.2 cum ſeq & conſ.5. nu.1.2. uol.1. Molin.
latè in cõſuet.Par.rub.1.in prin.n.50. Schurff.
conſil.23.quod illuſtris. nu.1.conſ.98. uiſis.in
prin.cent.1. Hen.God.conſ.feu.27.de feud.cõ
ceſſ. incip. materia. Vnde etiã cùm dubius eſt
actus propter ſimilitudinem naturarum, ta-
men ex inueſtitura præſumitur eſſe feudũ, Iaſ.
præall.loc.in prælud. feu nu.11. quia ex ſignis
actus dubij uerificantur,l.non codicilli. C.de
teſtam. Quanq; hîc nulla dubietas eſt in inue
ſtituris,ad diuiſiones relatis,quæ hæc bona li-
tigioſa diſertè nominant. Quamobrem inten
tionem poſſeſſor hîc habet ſufficiẽter funda-
tam ex inueſtituris,cap.ubi Iſer.n.2.de inueſt.
de re alien.fac. Matth.Afflict. in procœ.feu. nu.
73.præſertim quando, ut hic eſt,antiqua inue
ſtitura,& à maioribus uſq; continuata,Bald.l.
exemplo. nu.2.& 3. C. de probat. ſicut & aliàs
quoq; continuatio iuris feudalis præſumitur,
Caſtr.conſil.17.in cauſa. num.1. uol.3. Alciat.
reg. præſumt. præſumt.3. num. 5. & in primis
quia hæc inueſtitura & poſſeſſionis ac iuris
feudalis in his territorijs litigioſis continua-
tio probatur per cõfirmationes & inſtrumen-
ta publica tot Imperatorum ſigillis conſigna-
ta, quibus meritò fides adhibetur, cùm plus
credatur Regi,quàm notarij inſtrumentũ, Iaſ.
conſil.65.in fin. lib.3. Crauet. de antiq.temp.
§.2.nu.27.cum ibi alleg.& literæ à Principe ſi-
gillatæ (urbæ) plenè probent, etiam contra
tertium, c. cùm cauſa. ubi Panorm.num.4.de
probat. utpote quæ magis publicum ſint in-
ſtrumentum, quàm quod ab notario eſt con-
fectum,Bal.Salic.& Dd.auth.ſi qua.C.de epiſ.
aud. per c. poſt ceſsionem. ubi Cano. de fid.
inſt. Lanfr. c. quoniam. uerb. inſtrumentorũ.
num.2.de probat.Schurff.conſil.7.licet.nu.6.
conſil.39.in præſenti.nu.1.& 2.cent.1. Et ex ta-
li inueſtitura & exiſtimatione publica hacte-
nus in iſtis præfecturis litigioſis, tantũ mares
huius familiæ, nunquam uerò filiæ ſucceſſe-
rũt, ſed ab ijs uelut à feudis cæteris ſemper re-
motæ fuerunt. Sicut autem feudum nouum
conſtituitur,& ideo probatur inueſtitura, c.1.
quibus mod. feud. conſt. cum alijs ſuprà ad-
duct. ſic feudum antiquum (cuiuſmodi hoc
eſt) optimè probatur per ſucceſsionem, præ-
ſertim antiquam, & ſemper ante hominũ me-
moriam de maioribus & aſcendentibus in
deſcendentes & collaterales tantùm maſcu-
los & feudales hæredes continuatam, cap.1.
de ſucceſ.frat.in prin. ubi Dd. cap.1 §.final.de
feud. cognit. ubi etiã Feudiſtæ: quod procul-
dubio hæredes allodiales (ut fœminæ hîc) tot
annis non ita paſsi eſſent, niſi hæc territoria
ſemper, ut ſunt, ita pro feudis & parte territo-
rij, quod indubitatè feudum Imperij eſt, fuiſ-
ſent habita ab antiquo, & ſic ſemper uſurpa-
ta. Vnde etiã optimè probatur exceptio præ-
ſcriptionis, faciens hic cum reo, quando con-
ſtet rem præſcribi, ut feudalẽ, quoties nedum
cẽtum uel 200.annis hic decurſis, ſed uel tan-
tùm 30. annis ſic eſt poſſeſſa, c. ſi quis per 30.
annos. ubi oẽs Dd.ſi de feud. defu. cont. Dec.
78 conſ.498.uiſo. nu.21.22. Eſt † autem præſcri-
ptionis quoque titulus iuſtus, c.de quarta.de
præſcrip.c.1.eo.in 6. Imol.in c.fraternitatis.de
teſtib. Vnde qui allegat titulũ, ſi probet præ-
ſcriptionem,uidetur ſufficienter titulum pro-
baſſe, Pariſ.conſil.25. num.18. uol.4.etiam in
materia feudali,d.§.ſi quis per 30. quia per eã
ius omne contrarium tollitur, Pariſ.conſil.32.
num.5. uol.2. omnisq; actio contraria extin-
guitur,Curt.ſenior.conſ.82.capio.nu.5. Pariſ.
conſil.13. nu.17. uolum.4. Couar.c.poſſeſſor.
parte 2.de reg.iur.in 6. & pleniſsimam ſecuri-
tatem is qui præſcripſit,cõſequitur: ut ibidem
Pariſ.num.19.& conſil.101. num.81. ita ut feu-
dum præſcriptione quæſitum, ſortiatur natu-
ram feudi ordinariam, Bal.l.liberti. uerſ.quæ-
ritur.nu.31.C.de oper.liber.Iacob.de ſ.Georg.
uerb.itaq; ipſi inueſtiti uerſic an autem filius.
num.14. Franc.Balb. de præſcrip.parte 4. par
tis 4.princ.§.primò igitur quæro.num.1. quia
præſcriptio æquiparatur ueritati, l. 1. ubi Ca-
ſtren.& Dd. C.de ſer. & aq. ut in terminis con-
cludunt Bald.c.1. nu.1.& 2. de feud. dat. in ui-
cem legis cõmiſ. Iacob.præal.loc.ad uerb.ipſi
inueſtiti.Laud & Dd.c.1.quib.mod.feud.con-
ſtit. & aliàs quoq; dominium utile per præſcri
ptionem quæſitum,uerum eſt dominium,Iaſ.
l.1.in princ.num.57.& l.2.§.ex pluribus.num.
33.de acquir.poſſ. Vnde poſſeſsione 30.anno-
rum probata, alterius tituli probatione non
eſt opus, cùm ipſa per ſe titulus ſit ſufficiens,
Pariſ.conſil.25.num 18.uol.4.etiam in feuda-
libus,d.§.ſi quis per 30.annos. Bald.§.ult.nu.
1.cum ſequen.de feud.dat.in uicem leg.cõmiſ.
eoq; præſumuntur omnia ſolenniter præceſ-
ſiſſe, Camerar.poſt Iſer. c.1.in princ.uerb. nul-
lo tempore.de proh.feud.alien. per Fed.& in-
ueſtitura debitè eſſe facta,etiamſi nulla appa-
reat, Iaſ.l.2.nu.155.C.de iur.emphyt.per d.§.ſi
quis per 30.ubi Afflic.in 3.notab.Schurff.con
79 ſil.41.& conſil 58. nu.4.cent.1. Nam † etiam-
ſi in uſucapione triennali, uel longi tempo-
ris, alius titulus requiratur, l. diuturna l. nec
peten-

petentē.C.de præſcrip.lōg.temp. Balb.in trac.
uſucap.rer.immob. num.9. cum ſimil. tamen
in præſcriptione longiſsimi tempôris, hoc eſt
30.annorum, eo non eſt opus, quæ cùm ipſa
titulus ſit, alium titulum non deſiderat, Caſt.
l.ſi aquam.num.1.& 2.l.2. C.de ſeruit. Balb.de
præſcript.2. parte 4.partis princ. quæſt.a. nu.
7.bonus tex.l.ſi quis emtionis. C.de præſcrip.
30.annor.& cap.1.de præſcrip.in 6.Balb.l.Cel
ſus.in prin.num.15.de uſucap. & in tract.præ-
ſcrip.rei immob.num.10.11.Iaſ.l.Pomponius.
§.cùm quis.num.22. de acquir. poſſeſſ. Alex.
conſil.48.num.7. uol.5.conſil.238.numer.2.
conſil. 46. num.13. uol.6. conſil.159. num.8.
uol.3.præcipuè in feudis,Lauren.Kirchoff.la-
tè conſil.31.in præſenti. nu.10.11. cum ſequen.
tomo 1. Francofur. conſil. & eod. tom. conſil.
Francofur.ad Oderam,conſi.35. num.25.60.
& paſsim : & quandò præſcribitur contrà ali-
um, quàm dominum, ut hic, Afflict.& Dd.d.§.
ſi quis per 30.annos. Panor.c.ad audientiam.
num.16. & 17. ac ibidem Felin. nu.18. de præ-
ſcrip. Iaſ.l.1.nu.46. C.de ſer.fugit.& Dec.conſ.
257.non excedit.num.5. Rom.conſil.166. ui-
ſo.nu.2.3. Balb.tract.præſcrip.parte 4. 4.par-
tis prin.quæſt.12.nu.8.Crauet.de antiq.temp.
parte 4.§.abſolutis. num.28. Alexand.conſil.
92.num.25.uol.6.conſil.136. nu.3.lib.1. conſ.
15.uiſis.num.6.conſil.31.num.2.uol.5.& hanc
& communem firmat conſil:34. caſus. num.
48.& conſil.32. facti.num.60. tomo Francof.
1. per cōmunem doctrinam d.§.ſi quis per 30.
At ſi aliquādo fortè requiratur à quibuſdam,
non tamen requiritur, ne tum quidem (quod
ipſimet, qui hæc tradunt, fatentur) ad finem
cognoſcēdi probandiq; iuris, ſed tantummo-
dò ad finem inducēdæ quandoq; bonæ fidei,
Bald.l.ſi quis diuturno.nu.4. ff.ſi ſeruit.uend.
Felin. cap. ſi diligenti. num.12. de præſcrip. &
cap.de quarta.eod.de probat. text.in d. cap.1.
de præſcrip. in 6. quem ad hoc ponderat Bal.
in d.l.ſi quis diuturno.in princ. Vnde Baldus
in d.l.ſi quis diuturno. num.4.ſi ſer.uend.ait,
durum eſſe probare de titulo tam longæ poſ-
ſeſsionis : præſertim cùm poſt 30. annos titu-
lus iuſtus præceſsiſſe præſumatur, ut proba-
tione alia non ſit opus, Bart.l. litibus. num.3.
C.de agric. lib.11. Caſtren. l. ſi aquam. num.1.
2. C. de ſer. Balb. parte 2. præſcrip. 4. partis
princ.quæſt.2. num.7. ubi ait communiter ita
teneri,Cæpol.de ſer.urb.prædio.cap.20.num.
5.& 6. Alexand.conſil.238.num.2. conſil.46.
num.13.uol.6. Molin.in conſuet. Pariſ.rubr.1.
§.7.num.19. eaq; re etiam inueſtituram in feu-
dalibus præceſsiſſe, & omnia ſolenniter acta
eſſe poſt tantum tempus præſumātur, Matth.
de Afflict. d.§. ſi quis per 30. annos. in 3. not.
num.3.& gloſſ.unic.num.1.Iaſ.d.l.2.num.155.
C.de iur.emphyt. potiſsimùm uerò, quando
ſubeſt poſſeſsio immemorialis, quæ ipſa titu-
lus eſt optimus maximus, par Principis con-
ceſsioni ac priuilegio atq; adeò legi, l.hoc iu-
re.§.ductus aquæ.ubi gloſſ. Ang.& Dd. de aq.
quotid.c.ſuper.§.præterea. de uerb. ſignif. c.1.
de præſcrip.in 6. Balb. tract. præſcrip.2. parte
3.partis prin.quæſt.6.n.10. Couar.d.c.poſſeſ-
ſor.parte 2.§.3.nu.7.per c.1. ubi gl.uerb.nō ex-
tat.de præſcrip.in 6. Iaſ.l.imperium. nu.20.de
iuriſd.latiſsimè Ant. Gab. Rom.lib.5. de præ-
ſcrip.concluſ.1. Vnde eſt extra omne dubium,
quin talis præſcriptio abſq; omni titulo pro-
cedat & uim habeat,Bal.c.ſi diligenti. num.9.
10.de præſcrip. Balb.tract. præſcr.rer.immob.
nu.52. Felin.c.de quarta.c.cùm nobis.eo.Sal.
l.2.nu.3. C.no.uectig. Rom.l.1.§.deniq. nu.2.
de aq.plu.Imol.l.ſi publicanus.§.in omnib.de
publican. Ant.Gab. Rom.præall.lo.Couar.in
c.poſſeſſor.part.2.§.5.nu.2.Pariſ.conſil.13.nu.
15.uol.4.conſil.101.nu.86.uol.1. Alex.conſil.
16.nu.15.ubi Molin. uol.5. Iacob.de ſ.Georg.
uerb.cum mero.nu.20. Cur.iun.conſ.158.nu.
12. Rub.conſ.21.in ſi. Tiraq.de nobil.c.14.nu.
4.etiam in feudis,ut Iacob.& Dd. præal.loc.&
Matth. Afflic.in d.§.ſi quis per 30.annos. in 3.
not. nu.2. cum ibi alleg. de quo diſputare hic
ſuperuacuum fuerit: cùm titulum quadrupli-
cem, diuiſionum nempe, ſucceſsionum, inue-
ſtiturarum, & confirmationum, ſuper ipſam
præſcriptionem modò cōmemoratam d.poſ-
ſeſſor hic habeat : & ad finem exceptionis tan-
tùm ſuæ roborandæ, præſcriptionē hîc indu-
cat: quam cōſtat nedum ex immemoriali, ſed
etiā 30. annorū poſſeſsione ius feudale abſq;
alio ullo titulo ſatis tueri, Bal.n.7.& 8. Aluar.
nu.4. Iſer.nu.4. d.c.1.§.ſi quis per 30. annos.ſi
de feud. cont.fue.int.dom.& ag. Bened.in rep.
c.Raynutius. uerb.mortuo. nu.70. cum ſeq. &
80 paſsim, ex. de teſtam. Quanquam † autem
probari debet, item ut alia quæuis exceptio, l.
in exceptionibus. de probat. ſic etiam præſcri-
ptionis, quia hæc cùm ſit facti, non præſumi-
tur, ſed ab allegante probari debet, cap.1. ubi
notat Phil.Franc.in 1.notab. de præſcrip.in 6.
cap.ueniens. cap.auditis. ex. eod. cum omni-
bus ſuis neceſſarijs qualitatibus, putà titulo,
(quando is requiritur) bona fide & cōtinua-
tione poſſeſsionis, ita ut uno aliquo barū de-
ficiente, tota præſcriptio deficiat, Iaſ. l.1. num.
40.41. C.de ſer.fug. Balb.tract.præſcrip.parte
3. partis 3.princ. quæſt.3. num.7. & 8. cum ibi
allegat. De eo tamen minus hic eſt laboran-
dum, cùm euidenter iſta probatio pareat ex
prædictis, uel potius ipſa euidentia ſit loco
probationis, c.euidētia.9.de accuſat. Hippol.
in rub. de probat. ubi nu.157. dicit hanc pro-
bationem eſſe multùm priuilegiatam & alijs
omnibus præferri, ex Rom. conſil.164. pater
reuerēde. in ſi.per §.ult. Inſt.de grad. cog.l.te-
ſtiū.de teſtib.l.inde Neratius.§.fin.ad l.Aquil.
cū alijs quæ cumulat nu.158.159. uſq; ad 166.
ubi in notorio idem ſtatuit per l.emtorem. de
act.emt.cum ſimil. Itaq; probatio hic alia non
eſt, cur deſideret. Nam requiſita ad uſucapio-
nem, ut titulus, bona fides, poſſeſsio, cōſertum

81 hîc concurrunt. Titulus † quidem ex diuiſio-
nibus antiquis tam multis, quæ ſunt loco em-
tionis, l. 1. C. com. utr. iud. l. quid tamẽ. de con-
trahen. emt. & ideo cum poſſeſsione præſtant
uſucapiendi conditionẽ, gl. d. l. 1. uerb. placuit.
C. cõ. utr. iud. per l. ſi per errorẽ. de uſucap. itẽ
ꝓbatur titulus ex cõfirmationib. Cæſ. Maieſt.
illas ſubſecutis, quæ ſunt etiam iuſtus titulus:
l. 2. ubi Ang. de adop. §. ult. ubi Bal. Inſt. de tu-
tel l. ſi donatio. ubi idẽ Bal. C. de donat. Matt.
Afflict. in conſt. reg. incip. de quæſtionibus. in
2. notab. & conſt. incip. ſi quando. in 8. notab.
& conſtit. dignũ. in 4. notab. lib. 3. qualificans
& alterãs rem, Bal. l. ex placito. nu. 3. 4. 5. cum
ſeq. C. de rer. permut. cui non obſtat, quòd cõ-
firmatio nihil de nouo tribuat, ſed quòd inue-
niat, confirmet & diſponat, c. quia diuerſitatẽ.
de præben. c. cùm inter. de re iudic. c. dilectus.
de fid. inſt. c. quia. de priuileg. l. Aurelius. § te-
ſtamento. de lib. leg. & ideo in confirmatione
feudorũ intelligantur tantùm cõfirmata, quæ
uerè feuda ſunt, Iaſ. l. more. nu. 38. de iuriſ. om.
iud. Bal. c. 1. in prin num. 2. per quos fiat inue-
ſtit. Nam hîc talia feuda exiſtunt, utpote præ-
ſcripta ex immemoriali poſſeſsione, quam lo-
co priuilegij & cõceſsionis eſſe probauimus.
Deinde fallit ea theorica, ſi aliter cõſtet de in-
tentione cõfirmãtis: ut dicit Bal. d. c. 1. in prin.
per quos fiat inueſt. uerſ. niſi conſtaret de in-
tentione confirmantis. Hîc autem conſtat ex
uerbis ipſarũ confirmationũ, quæ optimè in-
tentionẽ oſtendunt, l. ſi ita. §. Chryſogonus. de
uerb. oblig l. Labeo. de ſup. leg. l. quicquid in
ſtipulation. ubi Dec. Cag. de reg. iur. l. non ali-
ter. de leg. 3. quibus in feudũ confirmaĩ huic il-
luſtri familiæ non tantùm principatus, prout
initiò fuit, ſed prout oẽs eas præfecturas & ſin-
gula dñia hactenus dñi poſſeſſores tenuerũt,
poſſederũt, diuiſerũt, augmentarũt, & ex ordi-
nationibus ac diuiſionibus talibus à parenti-
bus acceperũt: in quibus diuiſionib. cùm hæ
quoq; præfecturæ litigioſæ ſint cõprehenſæ &
inter feuda diuiſæ: dubiũ nõ eſt, quin cõfirma-
tiones hęc quoq; cõprehendãt & feuda faciãt:
præſertim cùm non ſint cõfirmationes ſimpli-
ces, ſed ſimul etiã inueſtituræ, quæ ꝓculdubiò
ius tribuũt, per ea quæ tradit Iaſ. d. l. more. nu.
30. cũ ſeq. de iuriſ. Bald. d. l. ex placito. nu. 4 C.
de rer. permut. Accedit his titulus antiquę ſuc-
ceſsionis pro hærede, uel ſucceſſore, ad uſuca-
pionẽ etiã idoneus, l. 1. ff. & C. pro hærede, ubi
Dd. Nã & ſucceſsio feudalis eſt quædã ab inte-
ſtato ſucceſsio, Alciat. in prin. & Dd. c. 1. de ſuc-
ceſ. feu. Alb. Brun. cõſ. feu. 18 in cauſa. nu. 14. &
15. aut ſaltẽ tertia ſpecies inter teſtamẽtariã &
inteſtatã interiecta, & ideo utriuſq;, aut ſaltem
inteſtatæ particeps, ſicut media ſemper iure
extremorũ, ad quæ magis inclinãt, regulari ſo-
lent, l. quęritur. de ſta. hom. l. repetundarũ. § fi.
de teſtib. ita in terminis de ſucceſ. feu. Caſt. cõſ.
441. ꝓ declaratione. n. 5. uol. 1. Bal. l. cùm anti-
quiorib. n. 7. C. de iur. delib. Quamobrẽ regu-
lis & iure aliarũ ſucceſsionũ regulaĩ, Bal. in c.
nuper. in prin. nu. 19. de prob. feu. alien. ꝑ Fed.
Sigiſ. Neap. conſil. feud. 38. quoniã. nu. 10. cũ
ſimil. Item inueſtituræ iam à ducentis annis,
ut antè dictũ eſt, de his factæ, in feudalibus iu-
ſtiſsimus ſunt titulus, c. 1. quibus mod. feud.
cõſtit. c. 1. de no. feud. cap. 1. quid præced. deb.
& cõſequenter rem feudalem faciunt præſcri-
ptibilem, ut rectè Curt. ſenior conſil. 82. capio.
num. 5. cum ibi alleg dato etiam, quòd uerè
talis titulus non ſubeſſet, ſed putaretur tantũ
ſubeſſe, ut idem Curt. conſil. 71. princeps. nu.
82 12. 13. 14. cum ibi adduct. Cæterùm † quo ad
alterum requiſitum, nempe bonam fidem, ea
præſumitur, ideoq; probatur eo ipſo, quòd
non probetur cõtrarium, gloſſ. cap ſi diligen-
ti. uerb. bona fides. c. ſanctorum uerb. ſincerẽ.
cap. ult. uerb. bona fides. de præſcrip. ex Iaſ.
l. uerius. de probat. & eſt communis doctrina
Bar. & Dd. in l. Celſus. de uſucap. ubi latiſsimẽ
Balb. parte 3. nu. 2. 3. 4. Iaſ. §. ſed iſtæ. num. 99.
Inſtit. de action. Curt. ſen. conſil. 71. princeps.
nu. 5. Alex. conſil. 200. uiſo. num. 2. lib. 2. Dec.
conſil. 257. non excedit. nu. 5. & hanc commu-
nem dicit ac pluribus confirmat Couar. cap.
poſſeſſor. parte 2. §. 8. num. 2. de regul. iur. in 6.
Quanquam & hîc ſatis colligitur ex antiquis
diuiſionibus ac inueſtituris, unde ſucceſſores
habuerunt probabilem cauſam ita opinandi,
l. qui in alterius. 42. ubi Dec. nu. 1. Cag. nu. 2.
cum ſeq. de reg. iur. ubi idem num. 8. declarat
83 idẽ in feudis obtinere. Nec obficit, quòd † ma-
la fides defuncti obſtet hæredi nedum in com-
plenda, uerumetiam inchoanda per ſe uſuca-
pione, ſecundum communem, quam proſe-
quitur Iaſ. in fin. l. Pomponius. §. cùm quis. de
acquir. poſſeſſ. Felin. & Cano. c. ſi diligenti. de
præſcrip. latè Balb. tract. præſcrip. 2. parte 3.
partis prin. q. 12. num. 12. Nam ut demus eam
ſententiam ueram, quæ ferè totidem habet
aduerſantes, ut Ang §. ſed tamen. nu. 2 Inſt. de
uſucap. & alios, quos Balb. allegat: tamen hîc
quoque negatur in defunctis anteceſſoribus
fuiſſe mala fides, ſicut nec præſumitur, l. pen.
C. de euict gl. & Dd. c. ſi diligenti. c. ſanctorum.
c. ult. de pręſcrip. Balb. parte 3. numer. 2. 3. poſt
Bart. l. Celſus. de uſucap. & dato, quòd præſu-
mi poſſet, tamen tantummodò uera & pro-
bata, non etiam præſumta mala fides noce-
ret præſcriptioni hæredis, glo. mag. l. tutor re-
rum. in fi. de admin. tut. quam commendat ut
ſingularẽ & ſequitur Caſt. d. l. Celſus. in princ.
de uſucap. Alex. d. §. cùm quis. nu. 6. Balb. præ-
al. loc. nu. 14. Deinde cùm hîc agatur non de
ſucceſſore hæreditatis, ſed dignitatis, qui non
iure defuncti, uerùm ſuo poſsideat, ſequitur
malam defuncti fidem ei non nocere, c. cura.
ubi glo. & Dd. de iure pat. Alex. d. §. cùm quis.
num. 6. Panor. & Dd. c. de quarta. de præſcrip.
Balb. prælleg. loc. nu. 13. De quo nihil attinet
quærere, cùm hîc de defunctorũ mala fide ni-
84 hil appareat, ſed potiùs de bona, quæ † nedũ
ex

ex iuſtis, uerumetiam ex iniuſtis cauſis gigni-
tur & exiſtit, Iaſ. l. ſi id, quod. nu. 35. de iuriſdic.
om. iud. Bal. poſt gloſſ. l. 1. num. 2. C. ubi cauſ.
ſtat. Felin. c. cùm contingat. num. 2. de reſcrip.
cum alijs adductis ab Alciat. reg. 3. præſumt.
5. præſumt. num. 4. Multò itaq; magis ex tot
iuſtiſsimis titulis, de quibus eſt edictum, tau-
ſatur, Bal. l. ſi quis diuturno. nu. 4. ſi ſer uend.
Felin. num. 12. in c. ſi diligenti. de præſcrip. per
c. 1. eod. in 6. etiamſi eſſent tantùm putatiui,
Curt. d. conſ. 71. princeps. nu. 12. cum ſequen.
85 maximè † poſt 30. annorum poſſeſsionem,
qua omnis mala fidei quæſtio & præſumtio
tollitur, Bart. num. 17. & communiter Dd. C.
unde ui, Iaſ. in §. ſed iſtæ. nu. 100. Inſt. de actio.
Balb. in l. Celſus. parte 3. nu. 11. de uſucap. Dec.
conſ. 257. non excedit. nu. 4. & 5. Alex. conſ. 6.
num. 2. lib. 1. conſil. 151. nu. 7. lib. 2. Iaſ. conſil.
57. in fine, lib. 1. Curt. iunior conſil. 52. nu. 11.
deciſ. Neapol. 40. numer. 2. Crauet. de antiq.
temp. parte 4. §. materia. num. 16. 17. 21. cum
ibi alleg. Quanquã autem poſt 30. annos tan
tùm præſumtio bonæ fidei, & excluſio malæ
inducitur, quæ recipiat probationem in con-
trarium, Imol. l. Celſus. nu. 3. de uſucap. Didac.
Couar. in c. poſſeſſor. parte 2. §. 8. nu. 3. tamen
ut maximè conſtaret de antiquiore alia hîc
poſſeſsione, uel cõtrario iure, non tamẽ conſi-
derari, aut ad reſcindendam præſcriptionem
hanc quicquam illud operari, nec malam ar-
guere fidem poſsit, Panor. d. c. ſi diligenti. nu.
16. de præſcrip. Salic. & Dd. l. ult. C. unde ui,
Balb. d. l. Celſus. in 3. parte, num. 10. & ibidem
Claud. Seyſel. nu. 31. qui dicũt hanc eſſe cõmu
nem, ut etiã tunc non opus ſit alia bonæ fidei
probatione, Innoc. c. 2. nu. 8. de in integ. reſt.
Balb. d. l. Celſus. parte 3. nu. 11. Dec. conſil. 558.
in cauſa. nu. 11. 12. 13. & hanc cõmunem in pra-
xi tenendam ipſe Couar. quamuis contrà di-
ſputet, fatetur in d. c. poſſeſſor. parte 2. §. 8. nu.
3. quod maximè hîc dicendum, ubi ſi quod a-
liquando uitium extitiſſet, (quod tamen non
eſt) omne purgatum eſſet per præſcriptionem
86 immemorialem, contra † quam multi putãt,
nec iniuriâ, non obtinere regulã c. ult. de præ-
ſcrip. quæ tantùm ualeat in præſcriptionibus
ordinarijs, nõ in immemoriali, ut quæ potiùs
ſit priuilegium, quàm præſcriptio, d. l. 2. §. du-
ctus aquæ. de aq. quot. l. 4. ubi Dd. C. de præ-
ſcrip. 30. ann. c. 1. de præſcrip. in 6. nec ꝓhibita
præſcriptione, intelligatur prohibita, in auth.
ut de cætero com. eccleſ. rer. uerſ. illud quoq;.
ubi gl. uerb. nulla temporis præſcriptione. &
Ang. ibi & l. omnes. C. de præſcrip. 30. an. l. nõ
ſolùm. in prin. de uſucap. Fel. & Cano. in rub.
de præſcript. d. c. ſuper, §. præterea. de uerb. ſig.
Dd. l. 4. C. de præſcrip. 30. an. Schurff. cõſ. 70.
ueritas. nu. 43. uol. 1. ideoq; ut in priuilegijs,
ita nec cõtra hanc liceat allegare malã fidem,
Bal. l. ſi ſolennib. nu. 2. C. de fid. inſt. Quanq;
autẽ aliqui contrà diſputant, ut dicam conſil.
ſeq. tamen in hoc conſentiunt omnes hîc diffi
cillimè malam fidem probari poſſe, Ang. §. fur
tiuæ. nu. 1. Inſt. de uſucap. Cagnol. conſ. 6. in fi.
conſ. 53. nu. 3. deciſ. Neap. 366. in cauſa. nu. 10.
Crauet. de antiq. temp. parte 4. §. materia. nu.
19. Pariſ. conſil. 26. nu. 21. conſ. 101. nu. 113. lib.
1. conſ. 66. nu. 128. lib. 3. Couar. c. poſſeſſor. par
te 2. §. 8. nu. 3. Cæterùm, quo ad poſſeſsionem,
nullum eſt dubium, quin hæc illuſtris familia
cum toto ſuo territorio has præfecturas & ca-
ſtella pro feudo & parte ſui dominij hactenus
87 poſſederit. Vnuſquiſq; † enim illo iure poſsi-
dere intelligitur, quem ipſe titulus præ ſe fert
& demonſtrat, Bal. conſil. 377. Otto. nu. 1. & 5.
uol. 1. per l. quædam mulier. cum ibi not. C. de
rei uend. l. 2. C. de acq. poſſ. l. ſi à te. ſi ſer. uend.
Aemil. conſil. 57. in cauſa. num. 5. Pariſ. conſil.
64. luculentè. num. 12. uol. 1. Alciat. præſumt.
23. reg. 2. nu. 1. ſicut & hic poſſeſſor hactenus
pro feudo & parte ſui territorij poſſedit, & ex
præſenti poſſeſsione præſumitur in præteritũ,
donec probetur cõtrarium, Bart. l. Celſus. nu.
22. de uſucap. & qualis nunc reperitur in præ-
ſens rei ſtatus, talis intelligitur & antea ſem-
per fuiſſe, Anchor. cõſ. 162. in quæſtione. nu. 1.
per c. ſi iudex. de ſent. excom. lib. 6. l. moueor.
C. de ſer. exportan. quãdo ſcilicet & quamdiu
contra nõ apparet ueritas alterius ſtatus præ-
cedentis, Alex. conſ. 81. in cauſa. num. 3. uol. 7.
Socin. conſil. 89. in fin. uol. 1. eoq; ſemper pro
præſente poſſeſſore in dubio iudicatur, l. ſi
prius. ubi Bart. Iaſ. & Dd. de oper. no. nunc.
Anchor. d. conſil. 162. in quæſtione. n. 2. Nam
quo in ſtatu & habitu res ſunt, ſecũdum eum
debent iudicari, l. item apud Labeonem. §. ſi
quis uir. ff. de iniur. cum alijs, quos cumulat
Tiraq. de retract prox §. 1. gl 8. nu. 25. iuxta re-
gulam: Qualem te inuenio, talem te iudico, l.
itẽ. 15. §. ſi quis uirgines. de iniur. Spec. de ad-
uocat. §. 2. l. 3. C. ubi cauſa ſtat. c. mandata. c. il-
lud. c. literis. cum ſeq. de præſumt. maximè ſi
ꝓbetur ac appareat (ut hîc) maiores quoq; ſic
poſſediſſe, Alciat. reg. 2. præſumt. 21. nu. 5. per
Bar. & Dd. l. Pomponius. §. ult. de acq. poſſ. Pa-
not. & Cano. c. cùm ad ſedẽ. de reſtit. ſpol. Iaſ. l.
nõ hoc. C. unde legit. Aret. cõſ. 51. Hip. l. 1. C. de
ſicar. nã tunc probatis extremis, uidelicet an-
tiqua & præſenti poſſeſsione, media præſu-
muntur, & ſemper ea ſic intelligitẽ eſſe poſſeſ-
ſio cõtinuata, Bar. & Dd. d. l. Celſus. per l. ſicut.
quib. mo. pig. Socin. conſ. 187. in cõtrouerſia.
nu. 25. uol. 2. & conſil. 16. in cauſa. nu. 7. lib. 3.
Anch. conſ. 5. pro parte. n. 5. Alex. conſ. 89. ex-
cellentiſ. in fi. lib. 5. Alcia. præſumt. reg. 2. præ-
ſumt. 21. & 22. nu. 1. 2. 5. Pariſ. conſil. 3. nu. 22.
88 uol. 3. & † deſtinatio uſuſq; rei pridem in hoc
cõtinuatus, ut ea res ſit alterius pars, magis fa
cit & inducit appertinẽtias, quàm iuriſdictio
uel homagiũ, ut latè firmat Tiraq. de retract.
prox. §. 36 gl. 3. nu. 4. per no. in l. quod in rerũ.
§. ſi quis poſt teſtamẽtum. de leg. 1. l. prædijs. §.
qui domum. de leg. 3. l. quæſitum. §. ſi quis. de
fund. inſt. leg. Cano. c. cùm ad ſedem. de reſtit.

ſpol.& poſt 30. años uerè talis poſſeſsio, qua-
lis eſt continuata tanto tempore, conſtituitur
& perficitur, Bal.l.2.in 2.lect. num.7.& 8.C. de
præſcrip. 30. annor. ſicut etiã in omnibus Im-
perij prouincijs & poſſeſsione territoriorum,
maximè regalium, uſitatum eſt. Vt autem re-
liqui actus intelliguntur ſe habere ſecundum
uſitatã conſuetudinem, l.ſi fundus.6.de euict.
l.ſemper.35. de reg.iur. l. quòd ſi nolit. §.quia
aſsidua.de æd.edic.ita quoq; poſſeſsiones, l.1.
l.ſi manifeſtè. C. de ſeruit.cũ ſimil. Quid mul-
tis? quandoquidem apertum eſt & notorium
harũ præfecturarum, peræquè ac reliquarum
partium, totius dinonis nomine ſeruitia do-
mino præſtita eſſe, quis dubitet eaſdem pro
feudis habitas, & earũ poſſeſsionem eſſe feu-
dalem? Dd.§.ſi quis per 30.annos.ubi Afflict.
3.notab.nu.6.& 7.per illum tex.Iaſ.in prælud.
feud.nu.11.uerſic.item retentio ſeruitij,&c. Nã
propter hæc ſeruitia, & eo fine, feuda cõcedun
tur, cap.nulla.per quos fiat inueſt.§. penult. in
quibus cauſ.feud.amit. ubi Dd. Iaſ.in prælud.
feud.nu.78. Quanquam idem ipſum eo con-
uincitur, quòd non probetur cõtrarium, quæ
& ipſa ſpecies eſt iuſtæ probationis, l.ſuper ſer
uis. 6.ubi gl. C.qui mil.non poſſ.lib.12. gl.c.1.
uerb. mortis. de his quæ ui met. cauſ. Bart. l.
quæ ſub conditione. in princ.de condit.& de-
monſtrat. cui locus eſt, quando ſtat pro parte
iuris præſumtio, quæ ab onere probandi re-
leuat, l.ſiue. C.de probat.l.ab ea. ff.eod. Felin.
in rub.de probat.nu.2. cum multis ibi adduc.
89 Eſt † autem & ſtat hîc præſumtio pro d. poſ-
ſeſſore, ſcilicet quòd ſeruitia præſtita ſint de
omnibus quæ poſsidet, ex quo nullum diſcri-
men, nulla diſtinctio facta eſt, nec apparet, ut
per multa Bald.c.uaſallus.1.num.9.ſi de feud.
fu.cont.int.do.& conſ.225. quæſtio.n.1. uol.1.
Afflict.in §.ſi quis per 30. in 6. not. num.6. de
feud.defunct. Quamobrem ex hoc cõſequen-
te ſumitur antecedẽs, ſcilicet ut hæc uelut feu-
dalia, poſſeſſa eſſe intellgantur, Iaſ.l.1. nu.45.
C.de iur.emphyt.per l.ſi ſtipulatus.de uſur.cũ
ſimil.maximè accedente cõmuni nedum poſ-
ſeſſorum, ſed omnium uicinorum, imò totius
Imperij & Cæſareæ maieſtatis opinione: quæ
90 † in antiquis pro probatione eſt, c. licet cau-
ſam.13. ubi omnes Dd. præſertim Felin. nu.2.
3.7.de probat. l. ſi arbiter. ff. eo. Panor.c.inter
dilectos.nu.6.de fid.inſt. Bar.l.1.in ſi. C.quor.
leg.Bald.l.1.circa fin.C.de ſer.fug. Mont.tract.
fin. regun. cap.50.55.66. Dec. conſil.42. pro
facultate.num.23. Socin. conſil.166.in cauſa.
nu.1.2.3. cum multis ſeq.uol.2. Crauet.de an-
tiq.temp.parte 1.§.ampliatur. num.8.& §.uiſo
in hac prima parte.per totum, præcipuè in feu
dalibus, ut per multa confirmat Bald.in c.ua-
ſallus.1. nu.9. ſi de feud.fuer.conten.int.dom.
Dd.d.§.ſi quis per 30.annos. Alex. conſil. 15.
ſuper. num.2. cum ſeq. uol.5. & antiquis, hoc
eſt, quæ habent durationem 30.uel 40.anno-
rum, potiſsimùm uerò centenariã uel imme-
morialem, ut ſuprà oſtendimus, & pluribus
exponit Crauet.de antiq.temp. §.3. per tot. ex
quibus ſatis conuincitur de poſſeſsione feu-
91 dali abundè hîc conſtare. Quanquam † ſunt
& alij uarij modi probandæ poſſeſsionis, de
quibus Bar.& Dd.l.Titia.de ſolut.l. Celſus.de
uſucap. l.qui uniuerſas.§.quod per colonum.
l.quamuis.de acquir.poſſeſſ. Lanfr.c.quoniã.
uerb.teſtiũ.nu.96.de probat. Bald.conſil.161.
proponebat. nu.3.uol.3. Alex.conſil.88. quo-
niam.conſil.99.uiſis. nu.6. uol.5. Socin.conſ.
137.in præſenti. nu.2.3. cum ſeq. uol.1. & quo-
modo immemorialis poſſeſsio probetur per
teſtes, qui debẽt 60 annis eſſe maiores, quiq;
aſſeuerent ſe uidiſſe ita poſsideri, nec aliter au
diuiſſe à maioribus, & quòd communis opi-
nio eſt non extare memoriam in contrarium,
docent text.cum glo.& Dd.in d.l. ſi arbiter.de
probat. d.c.cùm cauſam. de probat. cap.1. de
præſcrip.in 6. Mont.tract.ſi.reg.c.51. cum ſeq.
Crauet.de antiq.temp. parte 4.§.materia. nu.
38. Didac. Couar.latè c.poſſeſſor. parte 2. §.3.
nu.6.cum infinitis ibi alleg. Cõcludendo igi-
92 tur, cùm † melius ſit habere probationem,
quàm præſumtionem, l.pecuniæ. 14. ubi hoc
notat Bal. C.de ſolut.& hic tam multiplex ne-
dum præſumtio, uerùm & probatio cum reo
faciat, exiſtimo, per hęc tam multa generalem
illam præſumtionem allodialium, quam cre-
ditores adducũt, ſatis elidi ac refutari. Quod
93 † ad monaſteria in d. territorio ſita attinet,
quæ etiam creditores, ut allodialia, uindicare
ſibi intendunt: quanquã ea, ut eccleſiæ, & bo-
na eccleſiaſtica, nullius ſunt in bonis, §. nul-
liũs. Inſt.de rer.diuiſ.cum ſimil. tamẽ accedere
poſſunt uniuerſitati, & ad eam pertinere intel
liguntur, & cum ea transferunt, l. in modicis.
54. ubi gl.& Dd. de contr.emt. l.ſi ſepulcrũ.§.
1.C.de religio.cum alijs per gl.alleg.d.l.in mo
dicis. Innoc.& Cano.in c.ex literis. de iure pa-
tro. Talis aũt uniuerſitas & quidẽ longè maxi
ma, eſt ducatus & feudũ regale, continens ſub
ſe diuerſa territoria, ciuitates, præfecturas, ua-
riaq; regaliũ & iuriſdictionũ iura, Panor. in c.
cùm ſæculum.nu.1.de iure patro.Bal. & Feudi
ſtæ in c.1.de cap.q cur.uend. Ideo non dubiũ,
quin talibus bona eccleſiaſtica adhærere, &
cum ijs ſimul in feudũ cõcedi, atq; ita tranſire
poſsint. Hic autem cum d.prouincia iſtis do-
minis poſſeſſoribus ſic eſſe conceſſa ſemper,
omnes literæ inueſtiturarũ & ſecutarũ confir-
mationũ oſtendũt. Quare uelut acceſſoriũ &
appendix ſeu appertinẽs feudi, pro feudo eſt
habendũ, quòd eius naturam & ius ſequatur,
ut reliquæ feudi acceſsiones, d.c.1.ubi Bald.&
omnes Feudiſtæ, de cap.qui cur.uen.ſecundũ
regulã: Quòd acceſſoriũ ſequatur principale,
l.cùm principalis.de reg.iur.c.acceſſorium.de
reg.iur.in 6. Quocirca creditores nullũ in his
prætendere ius poſſunt, quia nec habent, ut-
pote cùm iſta bona eccleſiaſtica, cuiuſcunque
tandẽ ſint, certè in hæreditate defuncti uaſalli
non

non fuerint, qui non acquiſiuit ea, nec poſſe-
94 dit, ut hæreditarium, ſed uirtute † inueſtitura-
rum antiquarum (quibus domini poſſeſſores
diſertè cum his inueſtiti ſunt) in uniuerſitate
totius ducatus uſurparit, ac uel directum tan-
tùm in his dominium habuerit, ut in reliquis
feudis ſingularibus, quæ inferiores ab eo re-
cognouerunt, Ludo. Gozad. conſ. 50. prima.
nu. 9. ubi diſertè hoc in feudis principū Ger-
maniæ tes dit Euerar. loco à Tanquam ſeu re-
ſpect. in 29. ampliat. & Curt. de feud. parte 1.
quæſt. 6. parte 2. q. 2. quod proculdubio non
ad creditorem, ſed agnatū ſucceſſorem eſt de-
uolutū: uel ſaltem reſpectu ſuperioris domi-
ni, hoc eſt Imperij, utile tantū: quod & ipſum
ad dominum hunc agnatū uirtute eiuſdem
ſimultaneæ inueſtituræ & ſucceſsionis legiti-
95 mæ rediſt. Cuius † quando potiſsimùm finis
& uſus ſit, ut omnis rei utilitas ad utilem do-
minum pertineat, l. 1. & 2. ſi ager uectig. l. 1. de
loc. pub. fruen. l. 1. ubi gl. ult. & Dd. l. ult. C. de
iur. emphy. Spec. eo. tit. nu. 57. & cōſequenter
ad uaſallum, c. 1. uerb. utiliter habet de contr.
int. uaſ. & alium, § præterea. ubi Bald. nu. 2. de
cap. Corr. & reliqui Dd. c. 1. §. 1. de inueſt. de re
alie. fac. c. 1. §. his cōſequenter. hîc fin. lex. cum
ſimil. Innoc. Panor. & Can. in c. ſi diligenti. de
præſcrip. Iaſ. in prælud. feud. nu. 17. 18. cū ſeq.
di aliter nequit, quin etiam monaſteriorū re-
ditus & fructus ad d. utilem dominum & prin
cipem terræ hîc reuertiſſe, l. omnia loca. C. de
96 paga. & ſacr. ita † tamen, ut ad ſuſtentationem
eccleſiæ aliasq́ pias cauſas eiuſmodi reditus,
qui eo fine conſtituti ſunt, cōuertantur, & ab-
uſus in meliorē (ſicut hîc factum eſt) uſum mu
tetur, l. legatū. 16. de uſu & uſufruc. cum alijs
ſuprà ad hoc adductis: non uerò, ut cedāt cre
ditoribus priuatis nuper poſſeſſoris defuncti
in diminutionem directi & utilis dominij, ac
in primis ad damnū eccleſiæ & piarū cauſarū,
quæ hinc ſuſtentandæ ſunt: quod dicere eſſet
abſurdiſsimū & iniuſtiſsimū. Abſurda aūt &
uergentia in eccleſiæ & piarum cauſarū detri-
mentū uitanda ſunt, Euerar. in loc. leg. ab ab-
ſur. & in dubijs fauendū piæ cauſæ, l. ſunt per-
ſonæ. de relig. & ſum. fun. Tirsquel. de priuil.
piæ cauſ. priu. 78. & alibi paſsim. Et eiuſmodi
conuerſionē in melius etiam ordinatio pacis
publicæ in Imperio ducibus permittit, quam
uelle cōuellere ſacrilegiū eſt, l. ſacrilegij. cū ibi
not. C. de diuerſ. reſcrip. Dec. cōſ. 588. uiſo. n. 2.
& crimen fractæ pacis publicæ, in pri. de pace
tenen. inter ſub. in uſib. feud. cum ſimil. Porrò
ſi hoc nomine iuſta cuiquā querela aduerſus
hunc dominū poſſeſſorē eſſet, (eo poſito, non
conceſſo) minimè tñ compereret iſtis credi-
toribus, qui nullū ius hîc habent, non magis
quàm in ipſo feudo regali totius ditionis, cu-
ius uniuerſitate & latitudine hæc eccleſiaſti-
ca, ut & ipſæ Eccleſiæ ac monaſteria, continen-
tur: ſed ea dari fortè poſſet prælatis & alijs ec-
cleſiaſticis ius aliquod utile in iſtiuſmodi præ-

97 tendentibus. Quamobrē † obſtat hîc credito-
ribus exceptio iuris tertij, l. loci. §. competit. ſi
ſer. uend. l. ſi quis emptionis. §. 1. de præſcript.
30. annor. Bar. Caſt. & Dd. l. 1. & 2. de excep. rei
iud. Philipp. Franc. c. 1. fall. 41. de lit. conteſt. in
6. Blan. de compromiſſ. parte 4 de excep. im-
ped. ex pacto, nu. 9. &, Tibi nō cōpetit actio, l.
ſi pupilli. §. fin. de neg. geſt. Soc. c. 1. de lit. con-
teſt. Philip. Franc. & Dd. in c. 1. eo. in 6. Blanc.
præall. loc. ex act. defec. in prin. & nu. 10. cū ibi
allegat. item: Tua nō intereſt, gl. c. ex parte. de
teſtib. Innocen. & Dd. in c. ſuper his. de accu-
ſat. cū multis alijs, quæ adducit Blanc. præall.
loc. nu. 10. in excep. Tua nō intereſt: quæ quia
dem omnes exceptiones ſunt impedientes li-
tis ingreſſum, ut Philipp. Franc. Socin. Blanc.
præall. loc. oſtendunt, maximè ex quo paratā
habent probationē, Bal. l. nā & poſtea. in prin.
nu. 2. 5. 8. 9. de iureiuran. Franc. Balb. nu. 9. &
Dd. d. c. 1. de lit. conteſt. in 6. ut hîc: quoniā ex
actis apparēt. Soc. in l. 1. nu. 5. de excep. & iuris
ſunt, non facti, & quatenus facti ſunt, facti no-
torij exiſtūt, adeò ut negari nō poſsint: quod
genus exceptionū allegari tantùm oportet,
neq́ neceſſe eſt probari, ut per Soc. l. exceptio.
nu. 5. de excep. ex doctrina Innoc. & Dd. c. pa-
ſtoralis. de excep. c. ex inſinuatione. de app. c.
tua. de cohab. cler. Cag. l. pen. C. de tranſac. Si-
cut nec aliás notoriæ cōſuetudines probādæ
ſint, latè Crauet. cōſ. 135. n. 4. 5. cum ibi allega.
Ex quo ſequitur, de his præfecturis ſolutionē
æris alieni, quod defunctus reliquit, peti non
98 poſſe. Debita † enī de bonis hæreditarijs exi-
genda & ſoluēda ſunt, l. ult. §. licētia. C. de iur.
deliber. l. ſubſignatū. §. bona. de uerbor. ſigni-
fic. cum ſimil. nō de feudo, quod agnatus ca-
pit iure inueſtituræ ſimultaneæ, & ex benefi-
cio primi acquirētis, & nō ut hæres, cap. 1. ubi
omnes Dd. ad agnat. uel fil. ideoq́ ad æs alie-
nū, uelut hæres, nō tenetur, etiāſi feudalia uir-
tute inueſtituræ ad ſe recipiat, d. c. 1. ubi Dd.
Caſtrenſ. l. pro hærede. §. ſi quid. num. 4. de ac-
quir. hæred. Iacob. in inueſt. uerb. ita ꝙ ipſi in-
ueſtiti. in princip. præſertim cùm hic expreſsè
proteſtatus ſit, ſe nolle adire hæreditatem de-
functi, nec quicquam pro hærede gerere uelle:
imò apertè & ſolenniter eius hæreditatē repu-
99 diarit. Proteſtatio † enī tollit animū ab actu. l.
6. §. Celſus. de acquir. hæred. l. at ſi quis. § ple-
riq́. de relig. & ſum. fund. l. ſi debitor. §. 1. quib.
mod. pig. uel hypoth. ſol. l. qui in aliena. §. fin.
de acq. hæred. Aemil. conſ. 2. n. 11. Mynſin. obſ.
74. cent. 3. & ius conſeruat. Mynſing. obſ. 59.
cent. 3. Pariſ. conſ. 162. nu. 28. uol. 4. Ruin. cōſ.
64. nu. 11. uol. 1. ita ut quod pòſt fit, cenſeatur
nō alio animo factum eſſe, quàm de quo pro-
teſtatum eſt, l. qui in aliena. §. Celſus. ubi Bart.
nu. 1. 2. Iaſ. n. 27. & cōmuniter Dd. de acq. hær.
c. 1. ubi Can. de his quæ ui, met. cauſ. Nam præ-
ſumitur uolūtas proteſtatione expreſſa, eadē
poſtmodū durare, donec cōtrariū ꝓbetur, d.
c. 1. Aemil. latè. con. 2. n. 2. 3. cū ibi alleg. nec fa-

ctum ſequens proteſtationem præcedentem
tollit, Bar. d. §. Celſus. nu. 5. & 6. quia præſumi-
tur proteſtationis animus durare, d. c. 1. Ae-
myl. d. conſ. 2. Pariſ. conſ. 10. nu. 8. uol. 2. conſi.
150. nu. 8. uol. 3. ſed magis proteſtatio præce-
dens declarat, quo quid animo fiat deinceps,
aut factum ſit, Dd. d. §. Celſus. Cæterùm regu-
la, quæ traditur proteſtationem tolli cõtrario
facto, c. ſolicitudinem. de appel. c. cùm M. Fer
rarienſis. de conſt. Bart. d. l. unic. nu. 14. 15. C.
de lit. cõteſt. Iaſ. l. ſi quis extraneus. num. 8. de
acq. hær. Par. conſ. 11. con. 112. nu. 57. 113. nu. 11.
uol. 10. nu. 48. uol. 1. Ruin. cõſ. 126. nu. 11. uol.
2. cõſ. 15 nu. 5. uol. 4. ſic intelligitur, & tum lo-
cum habet, quando nõ ex ſola uolũtate pen-
det actus, & circa idem factũ ipſum & prote-
ſtatio verſantur, adeò ut nec ſe compati poſ-
ſint: ſecus in actib. ab animo ſolo dependen-
tibus: quia per proteſtationẽ ſemper animus
à facto tollitur, Bart. l. unic. nu. 15. & 16. ac ibi
Dd. de lit. conteſt. & Panor. nu. 17. Fel. nu. 5. in
c. unic. ex. eo. cum ſimil. & idem Bart. d. §. Cel-
ſus. num. 5. & 6. Par. conſ. 29. nu. 41. 44. uol. 1.
proindeq́ non obſtante illa regula, ſemper
prodeſt proteſtatio ad mentem à facto aufe-
rendam, latè Fel. d. c. cùm M. Ferrarienſis. Iaſ.
l. pro hærede. nu. 32. 80. & paſſim, de acquir.
hæred. Mynſing. obſ. 74. cent. 3. & ad ius con-
ſeruandũ, Pariſ. conſ. 70. nu. 20. & con. 87. nu.
12. conſil. 104. nu. 10. conſil. 109. nu. 61. uol. 3.
Ruin. conſil. 45. nu. 1. uol. 4. Nec intereſt, utrũ
præcedat proteſtatio actum, an actui interpo-
natur, dum modò fiat ante quàm actus abſo-
lutus ſit, Iaſ. l. ſi ita ſit aſſcriptum. num. 8. de le-
gat. 3. Ruin. conſil. 64. num. 8. uolum. 1. Pariſ.
conſil. 162. num. 196. uol. 4. Fel. præalleg. loc.
& illum incontinenti ſequatur, uel illi interpo
natur, ut hic, Ruin. conſil. 106. num. 10. uol. 1.
& conſ. 121. nu. 18. uol. 4. maximè quando pa-
làm id fit, ut iſto caſu factum eſt, non clande-
ſtinè, Pariſ. conſ. 5. nu. 194. uol. 4. Ruin. conſil.
109. nu. 12. uol. 1. Quanquã in actu pendente
ab unius uoluntate (ut iſte eſt) etiam clande-
ſtina proteſtatio ſufficiat, Ruin. conſil. 121. nu.
17. & 25. uol. 4. per c. 1. de his quæ ui, me. cauſ.
100 cum ſimil. Animo † autem ſolo & uoluntate
aditur hæreditas, l. pro hærede. ubi gl. & Dd. l.
gerit. ubi Bart. num. 4. de acquiren. hær. §. ult.
Inſt. de hæred. qual. nec abſq́ eo adiri poteſt,
l. qui in aliena. §. ult. de acquiren. hæred. l. nec
emere. C. de iur. delib. Ergo qui proteſtatur ſe
id, quod ſpeciem habere poſſit aditæ hæredi-
tatis, facere nõ animo adeundi, ſed ex alia cau
ſa, non poteſt dici hæreditatem adijſſe, d. l. at
ſi quis. §. plerique. d. l. qui in aliena. §. Celſus,
Ruin. conſil. 157. nu. 1. uol. 4. latè Bart. & Dd.
in l. gerit. l. is poteſt. l. pro hærede. de acquir.
hæred. ſed ab aditione eũ proteſtatio releuat,
d. l. at ſi quis. §. plerique. de relig. & ſum. fun.
Nam aditio conſiſtit in pura uoluntate, quo
in genere proteſtatio præcedens impedit actũ
ſequentem, atq́ ita hæreditatis aditionem: ut
in terminis Bart. nu. 2. & Dd. d. l. qui in aliena.
§. Celſus. de acquir. hæred. nec requiritur hîc
cauſa, ſed ſufficit ſola pro ratione uoluntas,
quoniam actus hîc aditionis à mera uolun-
tate pendet, Bart. d. §. Celſus nu. 3. quod uerũ
eſt, maximè ſi quidem ignorãtia & errore ali-
quo fiat id, quod ſpeciem aditæ hæreditatis
aliter inducere poſſit, Pariſ. conſil. 59. num. 8.
101 uol. 3. & conſil. 69. num. 95. uol. 4. quia † error
facit abeſſe conſenſum, Ruin. conſil. 137. n. 12.
127. nu. 13. & 20. uol. 3. Pariſ. conſil. 72. nu. 60.
conſil. 131. num. 36. uol. 1. conſil. 12. num. 98. &
245. uol. 5. Itaq́ uaſallus ex errore & ignoran
tia faciens, non poteſt uideri cõſenſum & uo-
luntatem adhibuiſſe, glo. c. 1. uerb. permiſſio-
ne. de proh. feud. alien. per Lot. ubi Bal. Laud.
Alex. &c. latè Tiraq. de retract. prox. §. 1. glo. 9.
nu. 115. cum infinitis ibi alleg. Nihil enim tam
contrarium eſt conſenſui, qui in aditione re-
quiritur, l. qui in aliena. §. fin. de acquiren. hæ-
red. l. nec emere. C. de iur. delib. quàm error, l.
ſi per errorem. de iuriſ. om. iud. l. nihil. de reg.
iur. præſertim iuſtam habens cauſam, Ruin.
conſil. 24. nu. 17. uol. 1. qui probatur eo ipſo,
quòd oſtenditur rẽ aliter ſe habere, Pariſ. cõſ.
89. num. 37. conſil. 97. num. 30. conſil 131. nu.
29. uol. 1. nec dicitur ſcire aut ſcienter facere,
qui qualitates & circumſtantias rei præſentis
ignorat, l. in totum. 76 de reg. iur. l. quo enim.
§. Iulianus. ff. rem rat. hab. Dyn. c. ratũ. de reg.
iur. in 6. glo. & Dd. c. concertaturi. uerb. ſciue-
rint. ubi Franc. de appel. in 6. de quo non eſt
hîc diſputandum pluribus: cùm nedum pro-
teſtatio, ut dictum eſt, hîc ab aditione releuet,
ſed etiam expreſſa repudiatio ſimul inſerta: ſi-
cut repudiari hæreditas ſolo animo declara-
to poteſt, d. § ult. Inſt. de hæred. qual. l. is po-
teſt. ubi Iaſ. nu. 12. de acquir. hæred. etiã abſq́
ullius alterius expreſſione cauſæ, Bartol. l. ſed
etſi aliena. num. 2. ad S. C. Trebel. Pariſ. conſil.
1. nu. 73. uol. 1. Rom. conſil. 343. ex propoſito.
in fine: & actus dubius intelligitũ fieri illo mo-
do, qui eſt facienti utilior, Bar. in terminis l. ge-
rit. nu. 21. de acquir. hæred. per l. 1. cũ ſequent.
102 de collat. bon. Quamobrem etſi † error hîc
nullus ſubeſſet, tamen quia conſtat hunc poſ-
ſeſſorem ſtatim ab initio, & antequam ſe im-
miſceret, coram notario & teſtibus hæredita-
tem defuncti diſertè repudiaſſe, ſicut repudia-
rem confirmat Couar. in c. poſſeſſor. parte 2.
§.8.num.3. Cùm autem 30. annis abſoluatur
hæc, de qua tractamus, feudi præſcriptio, §.ſi
quis per 30. annos. ſi de feud. defunc. fruſtra
26 pòſt allegetur mala fides, quæ † completam
non uitiat uſucapionem,glo.Pan.Fel.& com-
muniter Dd.cap. uigilanti.de præſcrip Franc.
Balb.de præſcript. 2. parte ternæ partis princ.
quæſt.9.nu.1.ubi hanc dicit communem: niſi
ſic urgeatur,ut inde probetur impeditam aut
interruptam eſſe præſcriptionem, d c.ult. ubi
27 Dd.de præſcrip. Nam†præſumtio bonæ fidei
de lapſu 30.annorum tamq; longæ poſſeſsio-
nis continuatione ducta, uice aliarum præ-
ſumtionum,l.ſiue. C. de probat. Alc.in prin-
cip.tractat.de præſum.recipit & admittit pro-
bationem malæ fidei contrariam, qua elida-
tur,Balb. d.l. Celſus.3.parte,nu.11.Corn.d.cõſ.
207.uidetur.num.5. uolum.3. Couar. præal-
leg.loc.num.3.& 4.Crauet.de antiquit. temp.
parte 4.§.materia.nu.13.& 19. Felin.in c.uigi-
lanti.circa finem,de præſc.Boer. deciſ.211.nu.
16.17.18. cum multis ibi allegat. dum tamen
28 uera mala fides probetur: nã†præſumta non
ſufficeret,Panor.c.illud.num.20. de præſcrip.
29 Quibus†porrò coniecturis(etenim in animo
cõſiſtit,ut aliter probari nequeat,Bal.d.l.Cel-
ſus.parte 3.nu.23. & de præſcrip.3.parte ſextæ
partis princip.quæſt.4.nu.35.Hipp. ſing.34.
Angel.l.1.nu.3.uerſic.in alijs.C. de uſuc.tranſ-
for.)illa probari poſsit,etiã ſcripturis,glo.art.
29.in prin.Land.lib.1. uel ex communi fama,
Bart.

Bar.nu.16.Balb.parte 3.num.17.in d.l.Celſus.
& notorio, Balb.ibidem, Cæpolla de ſer.urb.
cap.20.nu.2. Aegid.Bella.deciſ.128.uerſ.ſed ſi
probetur publica uox & fama,&c.diſcendum
eſt ex Panor.c.ſanctorum.nu.4.de præſcrip.c.
ſi diligenti.ubi Felin.eod.nt.l.ſi fundum. C.de
rei uend. Ang.l.cum. §. Publiciana. de Pub. in
rem act. Grauet.conſ.146.reſpondi. nu.6.7.&
ex qualitate facti deducendum, Bart. d.l. Cel-
ſus.nu.16.& ibidẽ Balb.parte 3.nu.22.Cæpol-
30 la d.cap.20. nu.2.de ſer.urb. Illud † ſanè uerũ
eſt, difficillimè poſt tantum tempus & contra
iuris præſumtionem, de qua Bart. d.l. ult. nu.
17.C.unde ui, malam tum fidem probari poſ-
ſe, gl.uerb.niſi.& Philip.Franc.num.14.c.1.de
præſcrip. in 6. cum alijs adductis in ſuperiore
conſil.num.86. Nam aduerſus iuris præſum-
tionem euidẽtiſsimæ probationes requirun-
tur,l.ult.ubi Dd. quod met.cauſ. c.quia nõ eſt.
de præſumt. Præſcriptioni porrò actionũ an
ſimiliter obſtet mala fides,eſt,quòd diſceptari
31 queat. In quo † uerisſima uideť eorum ſenten
tia, qui ſentiunt præſcriptionem actionũ cur-
rere 30.annis,& impleri non attenta bona ma
láue fide debitoris, Bart. Caſtr. & alij l.ſequiť.
§.ſi uiam. de uſucap. l.fin.quem.ſer.amittan.l.
hæc autem iura. ubi Ang.de ſer.urb.prædio l.
ait prætor.§.planè. ex quib cauſ.maior. Hoſt.
de præſcrip.§.quæ res præſcribi.in prin.Innoc.
c.cura.in fin.de iure patro.& c.quia pleriq;. de
iur.immunit. & alij multi, quos cumulat Ant.
Gab.Ro.lib. 5. de præſcrip.cõcluſ.3.nu.2.uerſ.
contrariũ. cum qua faciunt l.3.4.7.8. & totus
titulus C. de præſcrip. 30.annor. quia præſcri-
ptiones iſtæ non reſpiciunt poſſeſsionem de-
bitoris: quippe qui nihil iuris poſsideat, ſed
debeat, ut bona maláue fides huius conſide-
rari non poſsit, ſicut nec qualitas abſq; ſubie-
cto,Ioan.And.ad Spec.de contum.nu.2.in gl.
mag.ſed tãtùm negligentiã ſpectãt non agen-
tis,l.1.2. C.de annal.excep.& de uſucap.tranſ-
for.l.2. C.de cõſt.pec. l.neq;. C.in quib. nõ ob.
in princ.Inſt.de perpet.& temp.act. Bal.& Dd.
l. non notiſsimi. l.ſi quis emtionis. C.de præ-
ſcrip. 30.annor. Et quãuis aliter deciſum eſſet
iure canonico, tamen cùm apertum ſit ius ci-
uile,l.omnes. l.ſicut.C.de præſcrip. 30.in foro
ſuo, hoc eſt, ciuili & terris Imperij ſeruandum
eſſet ius ciuile: ſecundum regulam traditã ab
ipſis Canoniſtis in c.1.2. de oper.no.nun.cap.
ult.de arb.in 6.c.1.de iureiur.in 6.Bart.l.priui-
legia.num.2.C.de ſacroſ.eccleſ. Iaſ.in rubr.ſol.
matr.nu.31.Caſtrenſ.auth.qui ſemel.nu.10. C.
de probat. Blanc.trac.de compro.quæſt.2.nu.
47.Quanto magis igitur hoc retinendũ,cùm
non expreſsè ſit illi canonibus derogatum, c.
1.in fin.de iureiu.in 6.d.c.1.2. de oper.no.nũc.
Iaſ.l.2.nu.23. C.ſi cõtra ius,uel util.pub. Nam
qui peccati rationẽ adducunt ex c.ult. de præ-
ſcript. quid illud ſit, & quã uim habeat, intel-
ligere non uidenť. Nam cùm actionibus præ-
ſcribatur 30.tãtùm annis regulariter,l.3.4.C.
de præſcrip.30.annor.l.hæreditatis. C. de pet.
hær.l.4. C.in quib.cauſ.ceſſ.lõg.tẽp præſcrip.
etiam hîc ualere debet,quod ſuprà poſuimus
poſt 30.annorum decurſum bonam fidẽ præ-
ſumi,etiam ab initio iniuſto,Bar. d.l.ult.num.
17.C.unde ui.Deinde ut ponamus hic malã fi
dem,ne ſic quidem euincitur,tamen hoc in ar
gumento præſcriptioni locum non eſſe. Nam
hoc in terminis, nẽpe quòd præſcriptio actio-
num (perſonalium certè) cum mala fide cur-
rat in terris Imperij, cenſuere Bal. c.1. §. ſi quis
per 30.ſi de feud.defunc.fuer.contro.& l.1.nu.
5. C.de ſeruit.& conſ.319. conſ.12.in fin.uol.1.
Angel.l.1.in fi.repetitionis C.de iudic. Philip.
Franc.c.poſſeſſor.nu.3. 4.de reg.iur.in 6.Aret.
d.l.ſequitur.§.ſi uiam.de uſucap. Salic.l.ſicut.
n.2.C.de iur.delib.Ferrar.in for.reſp.rei,uerb.
pſcriptio. Et ita pluries iudicatũ refert Guid.
Pap.deciſ.199.deciſ.Thol.74.Socin.qui hanc
partem dicit communem,conſ.40. in fin. cõſ.
203.in princip.uol.1.Cornæ.conſ.176.nu.2.3.
uol.1.conſ.206.in princ. uol.2. conſ.274. nu.
1.uol.4.Maria.iun.cõſ.13.nu.6.uol.2. Et quo-
modo poteſt aliter certè ſtatui in temporali-
bus actionibus, imò annalibus, ut iniuriarũ
ac ſimilibus,l.ſi nõ cõuicij.C.de iniur. At con-
trariũ tenent gloſſa.ſi Deo placet,in c. fi.uerb.
bona fid.& uerb. quam ciuilis. ac Dd. de præ-
ſcript.& alij,quos cumulat Anto.Gab.Ro.lib.
5. de præſcrip. concluſ.3.nu.1.& 2. quod pro-
cedere uolũt in utroq; foro,tam inter clericos,
quàm laicos,ratione peccati, gl.Panor.& Dd.
d.c.fi.de pręſcrip.& d.c.poſſeſſor.de reg.iur.in
6.& alij, quos cumulat Anto.Gab.Ro.præall.
loc. n.3. niſi debitor ignoret ſe debere, Panor.
Imol.d.c.fin. Franc.Balb.2. parte tertiæ partis
princ.in 3. limitat. cũ alijs quos allegat Anto.
Gab.Ro.præall. loc. num.9. quod facilè cadit
in ſucceſſorem,l.qui in alterius. ubi Dec.Cag.
& Dd.de reg.iur. de quo latè an ſcilicet is præ-
ſcribere poſsit,Ant.Gab.Ro.lib.5.de pręſcrip.
concluſ. 5.per tot. At uerò ſi illa peccati ratio
tam eſt momentoſa, cur ne quidem apud hos
ualet,ſicut ualere debebat generatim:ſed exci
piunt actiones pœnales,Anton.de But. Felin.
Imol.qui dicit hoc communiter teneri, in d.c.
fin.Roma.d.l.4.§ ſi uiam.nu.3.de uſucap.Mat
theſ.ſing.22.Bouer.ſing.19. Balb.prælleg.lo.
Ant.Gab.d.concluſ.3. nu.8. item temporales,
quæ iuxta ſuam naturam certã habent uiuẽdi
metam,Abbas,Anto.de But.Fel.Imol.d.c.fin.
& c.de quarta.ubi Felin.circa finem,Caſtr.d.l.
ſequiť.§.ſi uiã.de uſucap.& l.fin. §.1.in fin.rem
rat.hab.Ant.Gab.Rom.d.cõcl.3. nu.12. quaſi
uerò nõ & certæ uiuẽdi metæ perpetuis actio-
nib.hoc eſt,quę 30.annis finiunť,circũſcriptę
ſint,in princ.Inſt.de perpet.& tẽp.act. Itẽ limi-
tãt in debitore,qui nõ fuit in mora,hoc eſt,nõ
interpellatus,aut per hominẽ,l.mora.de uſur.
aut per diẽ,l.magnam. C.de cõtrah.ſtip. ſicut
declarant Pan.& Dd.d.c.fin.de præſcr.c.quod
clericus, de for. compet. Bouer. ſing.19. Deci.

conſ.554. & alij, quos cumulat Ant.Gab.Ro.
d. concluſ. 3. de præſcrip. num. 10. in 3. limit.
Nam hæ limitationes, quas nolentes uolẽtes
admittunt, ſatis indicant, nihil ſolidi hiſce cõ-
mentis ſubeſſe. Quamobrem in foro Sax. nec
ea memini unquam attẽdi: ſed indiſtinctè 30.
annis & uno actionibus omnibus præſcribi:
fortè uel ex ea ratiõe, quòd hęc ſtatutaria prę-
ſcriptio bonam fidẽ non requirat, ut uult qui-
dem Balb. de pręſcrip. 3. parte ultimę partis in
4. quæſt. nu. 10. & l. Celſus. in princ. nu. 5. de u-
ſucap. Soc. conſ. 166. parte 2. de quo dixi c. 2.
& 8. quod tamen pro conſtãtia non ponit, ac
potiùs in partem contrariam inclinat, gl. ſub
litera B. nu. 1. art. 29. lib. 1. ex Bal. in l. omnes po
puli. de iuſt. & iur. maximè ſi mala fides alle-
getur, & ex productis ſcripturis oſtẽdatur, ut
ibidem in prin. uerſ. etſi. quo loco uult etiã diſ
continuas ſeruitutes nõ præſcribi hoc iure 31.
annis, ſed requiri tempus immemoriale ex iu-
re communi, l. ſeruitutes. 14. ubi Dd. de ſeruit.
Cępoll. de ſer. urb. c. 19. Guid. Pap. deciſ. 375. ſi
hoc allegetur. quod ſeruatum non memini,
ſed cõtrarium potius: uidelicet ut inſtar alia-
rum 31. annis præſcribantur, ex art. 28. lib. 3. Et
certè nec ius quidem cõmune in diſcontinuis
aliud quàm duplicatum tempus ordinarium
requirit, l. ult. C. de ſeruit. l. ſi ſic. 7. quem. ſer. a-
mitt. Nã d. l. ſeruitutes. de ſer. hodie antiqua-
ta eſt, l. 2. l. pen. l. ult. C. de ſeruit. l. ult. C. de lõg.
32 temp. præſcrip. Vtcunq; † ſit, enimuerò ta-
men illud etiam receptũ eſt, contra has quoq;
30. annorũ præſcriptiones dari reſtitutionem
in integrum ijs, qui ius ſuum neſciẽtes ſibi cõ-
petere, præſcribi ſiuerũt ex capite ignorantiæ:
cõtra quam etiã præſcriptio currit, l. fi. in fi. C.
de pręſcrip. tẽp. long. intra quadriennũ à tem
pore ſcientiæ computandũ, gl. l. ſicut. uerb. mi
litiæ. C. de præſcrip. 30. annor. Panor. Felin. &
Dd. c. uigilanti. de præſcrip. Imol. c. fin. in fin.
eod. tit. Roma. conſ. 123. primũ. conſ. 149. con-
cluſionem. conſ. 166. uiſa. Alex. conſ. 7. uidere-
tur. conſ. 84. in cauſa. lib. 1. cõſ. 116. perſpectis.
lib. 5. ubi dicit eſſe communẽ, Tiraq. de retrac.
prox. §. 35. gl 4. nu. 36. nedum contra breuio-
rem, puta longi temporis, uel triennalem, gl. l.
ſi partem. §. ſi per fundũ. & in l. ſi ſic. uerb. una
ſeruitus. quem. ſer. amit. gl. ult. ubi Iaſ. & Dd. l.
fin. C. de iur. emph. uel ſtatutariã, Iaſ. l. quam-
diu. num. 12. C. qui adm. ad bon. poſſ. nam in
annali non opus eſt hac quæſtione uel diſpu-
tatione, cùm illa uel breuior cõtra ignorãtem
nunq̃ currat, c. 1. uerb ex quo ſciuerit. ubi Bal.
notat, qual. olim feud. pot. alien. c. ult. ubi Dd.
de proh. feu. alien. per Lothar. gl. §. ult. Inſt. de
perp. & temp. act. Bart. in rub. de diuerſ. & tẽp.
act. cum alijs, quos cumulat Tiraq. de retract.
prox. § 35. uerb. ignorãs. gloſ. 4. nu. 22. & gloſ.
Sax. art. 28. lib. 1. quæ iñ ait ſecus eſſe in igno-
rãtia iuris, niſi quatenus eam ruſticitas aut ſi-
milis cauſa excuſet. Computatur autem illud
quadriennium, non à cõpleta præſcriptione,
ſed à ſcientia, l. ult. C. de temp. in integ. reſt. c. 1.
eo. in 6. de in integ. reſt. adeò ut ne cẽtum qui-
dẽ annis ignoranti pręſcribatur, Bal. l. falſum.
C. ſi ex fal. alleg. Frãc. Balb. de præſcrip. 4. par-
tis 4. parte princ. quæſt. princ. 29. nu. 99. & in
2. caſu 1. partis ſexta parte princip. in fin. cum
alijs, quos cumulat Tiraq. d. §. 35. gl. 4. nu. 43.
Crauet. de antiq. temp. parte 4. §. materia. nu.
45. cum multis ſequen. quanquam alij com-
muniter concludant cõtra quadragenariam
præſcriptionem huic reſtitutioni non eſſe lo-
cum, gl. l. ait prætor. §. permittitur. uerb. impu
tandũ. de minorib. Alex l. 3. §. Labeo. in fin. de
acq. poſſ. & conſ. 151. in fin. lib. 2. ubi dicit hanc
eſſe cõmunem, Aret. l. qui uniuerſas. §. ult. nu.
3. de acq. poſſ. Dec. conſ. 29. conſ. 154. & in l. 2.
C. qui admit. Curt. ſen. conſ. 82. nu. 8. 9. Barbat.
conſ. 41. nu. 18. uol. 1. Socin. conſ. 2. in fin. lib. 3.
Rub. conſ. 56. nu. 4. Socin. iun. conſ. 54 nu. 9.
conſ. 76. nu. 102. cõſ. 145. nu. 76. uol. 1. Couar.
c. poſſeſſor. parte 3. §. 3. nu. 2. de reg. iur. in 6. e-
tiãſi aliqui contrà hanc quoq; admittant, Bal.
& Balb. præall. loc. Boer. deciſ. 39. nu. 6. Alex.
conſ. 169. nu. 15. lib. 2. conſ. 71. nu. 3. conſ. 84.
nu. 3. lib. 1. Felin. c. uigilanti. nu. 4. & 5. de præ-
ſcrip. Imol. c. ult. in fin. eod. Socin. l. 1 ũm filiuſ-
fam. §. in hac. in fin. de uerb. ob. Crau. pręalleg.
loc. §. materia. nu. 45. At contra centenariã uel
immemorialem non dari receptum eſt, Salic.
auth. quas actiones. nu. 5. 6. C. de ſacr. eccleſ.
Couar. c. poſſeſſor. parte 3. §. 3. nu. 2. 3 de reg.
iur. in 6. Ant. Gab. Ro. lib. 5. de præſcr. concluſ.
1. nu. 64. Barb. conſ. 41. nu. 18. lib. 1. Iaſ. conſ.
209. lib. 2. Socin. iun. d. conſ. 76. nu. 102 conſ.
54. nu. 6. uol. 1. cõſ. 115. nu. 45. uol. 1. Boer. de-
ciſ. 39. nu. 6. ut, quod ſuprà diximus, Baldum
etiam contra centum annorum curriculũ re-
ſtitutioni cõcedere, non uideatur iudicijs poſ-
33 ſe probari. Cæterùm † in peculiari præſcriben
darum actionum quæſtione teneatur & illud,
non ſemper illas 30. annis, ſed alijs atq; alijs
curriculis pro ſua natura uel ſubiecto præſcri
bi, ut duobus menſibus uel ſemeſtri actionib.
redhibitorijs, l. ſi uenditor. 28. l. ædiles. 38. &
paſſim, de ædil. edic. Angel. §. aliquãdo. nu. 3.
Inſt. quib. alien. lic. l. 4. ubi Bar. & Dd. de diſt.
pig. parte 6. memb. 1. in prin. gl. art. 29. in prin.
Land. lib. 1. anno actionibus iniuriarũ, l. ſi nõ
conuicij. C. de iniur. biẽnio actionibus doli, l.
ult. C. de dol. mal. quadriẽnio reſtitutionibus,
l. ult. C. de temp. in integ. reſt. & fiſcalibus dela
tionibus, l. intra 10. de diuerſ. & temp. tot. 1. C.
de quad. præſcrip. quinquennio querelę inof-
ficioſi, l. ſi quis. 34. in fi. C. de inof. teſt. Sic uẽdi
cario licet per ſe non præſcribat niſi 30. annis,
l. 3. in prin. C. de præſcrip. 30. annor. exemplo
aliarũ ciuiliũ, d. l. 3. in princ. Inſtit de uſucap.
l. 2. C. de cõſtit. pec. l. 1. §. 1. C. de annal. excep. ſci
licet quando res ob defectum tituli aut aliam
cauſam uſucapi nequit, l. nullo. 24. C. de rei
uend. tamen re temporius per triennium in
mobilibus, aut in reb. ſoli decẽ 20. annis uſu-
capta

capta, Inſt. de uſucap. quà præſcribitur, l. hæreditatis. 7. in fin. uerſ. ſi non agẽtis intentio per uſucapionẽ exploſa ſit. C. de petit. hęred. idẽq; in confeſſoria præſcripto uſusfructus iure ſtatuit, l. corruptionem. pen. ubi Bal. C. de uſufr. ſic petitio hęreditatis tantùm 30. annis durat, d. l. hæreditatis. l. 4. C. in quib. cauſ. ceſſat lõg. temp. pręſcrip. At liberis aſcendẽtium hęreditatem petentibus ad annos 90. ſecundũ communem: quòd ex triplici capite ueniant, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, & in ſingulis præſcribẽdis 30. annorum ſpacio ſucceſsiuẽ ſit opus, per l. 1. §. uidendum. 5. de ſucceſſ. edic. ita gl. ultima, & Dd. l. 1. C. q admitti, Balb. de præſcrip. parte 4. partis 4. princ. quæſt. 19. nu. 5. qui dicit eſſe communem, latè Iaſ. l. 3. nu. 7. 8. cum ſeq. de acq. hær. ubi oſtendit, difficulter liberis ullo tempore hîc præſcribi. Sed nec currit illud tempus liberis, quãdiu ſunt impuberes, auth. niſi triẽnale. in fin. C. de bon. mater. uel in poteſtate patris, d. auth. niſi tricennale, ubi glo. Bald. C. de bon. mater. & in l. 1. §. ult. C. de annal. excep. uel pater uſumfructum habeat, l. 1. C. de bon. mate. gl. art. 29 lib. 1. hoc eſt iure Sax. donec à patre fuerint in adulta ætate ſeparati, art. 11. lib. 1. & conſt. 10. parte 2. Nec uerò putandum eſt, hæc actionum tempora iure Sax. ſublata, q tantùm duas nouit præſcriptiones, annalem & 31. annorum: nam hoc accipiẽdum eſt de uſucapione rerum, art. 29. lib. 1. item actionũ perpetuarũ, ut ibidem notaſ. Cæterùm actiones, quę breuiorib. ſpacijs iure ciuili terminantur, etiam iure Sax. ita finem accipiunt: alioqui non opus fuiſſet noua conſtitutione, quę quinquennalẽ ab adulterio præſcriptionem remouet: ſecundũ quos tamẽ præſcriptionis terminos antè fuit in his terris iudicatum, ut dicitur conſtit. 19. in fin. parte ult. Licet aũt hæreditas inter res potiùs, quàm actiones numeretur, Inſtit. de reb. corp. & incorp. in fine: & ideo iure Sax. inſtar aliarũ rerum 31. annis præſcribatur, tamen cùm ſpeciali iure liberis ſubueniatur, ut dixi, ex tribus capitibus, putãdum eſt illo iure generali non abrogari hoc ſpeciale, ſed potiùs contrà ab hoc ſecludi ſpeciale, Iaſ. l. placuit. in fin. C. de iudic. l. in toto. de reg. iur. & illud ſtatutum interpretandum eſt ſecundum ius commune, l. 2. C. de nox. cum ibi not. à Bal. & alijs. Fateor enim contra liberos quoq; hanc præſcriptionem currere, ſed quoniam uno capite præſcripto ſubuenitur ex alio, ut dictum eſt, neq; hoc ſingulare ius ſublatum inuenitur, non uideo, cur ſtare prohibeatur, l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. C. de temp. app. etiamſi nũquam meminerint hoc in curijs noſtris occurriſſe, uel dijudicarũ fuiſſe. Criminũ nomine ſi ciuiliter agaſ, ut ex omni crimine ciuiliter uel criminaliter agi poteſt, l. ult. de iniur. l. fin. de furt. Bart. & Dd. l. ult. de pri. delic. l. unic. C. quan. ciuil. act. l. locatio. §. quod illicitè. de publica. l. 3. C. ad l. Aquil. l. qui nomine. ubi Bar. l. qui ho dic. §. 1. de falſ. l. nequicquam. ubi glò. pro ſoc. Maran. Spec. aureo parte 4. diſtinc. 1. num. 33. cum ſeq. Boſſ. in prac. crim. tit. de furt. num. 37. Gand. de falſ. nu. 3. uidetur idem eſſe, quod in ciuilibus, nempe ut niſi breuiore ſpacio ſit circumſcripta legibus actio, ut l. ſi non conuicij. C. de iniur. l. fi. C. de do. mal. l. ul. de popul act. poſsit ad annos 30. actio exerceri, arg. l. Caius. 22. uerſ. cùm ſit pecuniaria. de S. C. Syllan. quã ad hoc allegat Ang. in prac. uerb. & eius bona publicamus. n. 23. quanq; ibi ad decẽ annos, nõ 30. ait durare, niſi corruptũ eſt exẽplar: ſed luculẽtiùs idẽ tenet Boer. deciſ. 26. cũ hęc quęſtio. nu. 5. allegãs ad hoc Ang. in prac. itẽ Caſt. in l. ita demũ. C. de procu. qui parũ id probãt, & ait cõtrà tenere Gand. de falſ. uerſ. cognoſcitur de falſo. qui eſt nu. 3. ubi nullũ de eo uerbũ. Itaq; uerius fortaſsis fuerit dicere, ex delicto ciuilẽ actionẽ non durare lõgiùs criminali, cùm utraq; ex obligatione oriaſ delicti, tot. tit. C de ob. ex delic. def. l. licet. §. ea. de procur. Delicti autẽ omnis quæſtio 20. annis tollatur, l. querela. C. de falſ. niſi ubi breuioribus ſpacijs eſt incluſa, l. 2. 3. de req. reis: ſicut quęſtio adulterij, ſtupri, lenocinij: l. adulter. C. de adult. l. mariti. §. hoc quinquennium. de adulter. niſi eſſet ui factũ, l. mariti § fi. de adulter. Boer. deciſ. 26. nu. 13. & 14. uel cum inceſtu miſtum, l. uim paſſam § præſcriptione. de adulter. nam inceſtus etiam ſimplex non præſcribitur quinquennio, Angel. in d. § pręſcriptione. Boer. deciſ. 26. num. 12. ſed durat 20. annis, ut ibidem Boer. nu. 13. Quoties autem duo delicta ſunt inuicem permixta, magis perpetuum reducit ad ſui perpetuitatẽ minus perpetuũ, Bal. Sal. d. l. adulter. C. de adulter. Boer. dicta deciſ. 26. nu. 13. per l. mariti. §. fin. ad l. Iul. de adul. Cæterùm ubi breuiore ſpacio non concludiſ quæſtio criminalis, putandũ eſt eam 20. annis tolli, d. l. querela. C. de falſ. l. apoſtatarum. C. de apoſt. Bart. Ang. & Dd. l. fin. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſus, Hipp. conſ. 46. omnipotens. nu. 20. cum ſeq. l. 2. 3. de req. reis, Boer. d. deciſ. 26. nu. 1. 2. 3. & per totum, Ang. in pract. uerb. falſario. nu. 41. & uerb. eius bona publicamus. nu. 23. ubi dicit bonorum publicationes durare tantùm quinquennium, ut paſsim tit. de diuerſ. & tẽp. præſcript. licet de homicidio 20. ad annos quæri poſsit. Boſſ. in prac. crim. tit. de iniur. nu. 24. Nec putandũ eſt aliud induci conſtit. 19. parte 4. etiãſi quinquẽnij præſcriptionem, qua neſcio de cauſa, contra ius ſcriptum remoueat: quia ſtatuta præcipuè correctoria ſtrictè ſunt interpretanda, ut quamminimum ius commune lædant, Dd. l ſi rtim dotẽ. l. ſi uerò. §. de uiro. ſol. matr. & cùm officium iudicis inquirentis ſuccedat loco accuſatoris, l. reſcriptum. §. ſi quis accuſatorem. de mun. & hon. c. qualiter. de accuſat. idem etiã de hoc ſtatuendum ac dicendum eſt: utcunq; de hoc titubet Bald. in d. l. querela. nimirũ etiam huic eodem tempore præſcribi, Boer. d. deciſ. 26. nu. 2. & 3.

per

per Angel.in l.ſi uacãtia. C.de bon.uacan.lib. 10.Anchor.conſ.190.Alex.in fin.Iaſ.in 13.limita.l.ita demum.C.de procurat.quoniã omnes exceptiones, & conſequenter præſcriptiones, quæ opponi poſſunt accuſanti, firmiter obijciuntur etiam iudici inquirenti, ut ibidẽ Boer. deciſ.26. nu.4.per Alex.conſ.64.uol.1. Hipp. Mar.ſing.524.inquiſitio.ad idem Iaſ.l.admonendi. in repet. nu.64. de iuretur. addens rationem, quòd iudex non poſsit ſupplere ultra tempus parti conſtitutũ, gl.l.filiusfam.§.ueterani.de procurat. Balb.trac.præſcrip. parte 4. partis 4.princ.quæſt.2.num.1.2.3.ubi num.9. addit, etiam hoc in prçſcriptione breuiore, puta quinquẽnali, adulterij locũ habere: idemq́ obtinet etiam in foro canonico, ut ibidẽ proſequitur Boer. deciſ. 26. nu.7. & 8. niſi quoad impoſitionẽ pœnitẽtiæ, gl. c.admonere.uerb. pœnitentiæ. 33. q.2. Panor. nu.6.& Dd.c.tuæ. in fin.de procurat. Boer.d.deciſ.26.nu.7.8.11. Camer.in c.inquiſitionis. de accuſ. & in c.licet cauſam.de probat. Aufredus deciſ. Thol.188. nam ſpiritualibus nunquã prçſcribitur, Balb. d.tract.præſcrip.parte 4. partis 4.prin.quæſt. 2.n.4.ideoq́ nec pœnis illis canonicis, Bal.in l.1.in fin.C.qui accuſ.Crauet.de antiq.temp.§. materia.nu.8. Franc.Balb.præal.loc.Cæterùm hoc excepto adeo uolũt præſcriptione uicennali quæſtionem omnem criminalem tolli, ut licet aliàs per præſcriptionem ope tantùm exceptionis (quod nomen præſcriptionis indicat, ut dixi tit.de excep.& præſcrip.) obligatio perimat, Bar.Bald.& Dd.l.fin.C.ex quib.cauſ.ma.Felin.c.ad aures.in prin.de prçſcrip.Boer. deciſ.344.nu.1.2.cum alijs, quæ allegat Mynſing.obſ.28.cẽt.3.Boſſ.in prac.crim.tit.de procla.nu.16.hîc tamen ipſo iure tollatur obligatio, Boer.d.deciſ.26. nu.10. quia lex dicit eam aboleri, l.ſed ſi unius.§.ſi ante iudicem. de iniur. Felin.in c.ad aures.nu.3.4.de præſcr.uerſ. limita tñ per Bal. Hipp. conſ.46. omnipotẽs. nu.23.per Bald.in l.ſi pœnç.in fin.de cond.indeb.& d.l.ſed ſi unius. §.ſi ante.addens, cùm l. dicat ibi perimi obligationem, idcirco præſcriptionẽ in criminalibus eſſe intentionis exceptionem & facti, quo de quære Soc. & Dd. in rub. ac l.1. de excep. Quanquam Boer.autem d. deciſ.26. n.16. neget curret hîc præſcriptionem contra ignorantem, ex Ang.in l. genero. de his qui notan. infa. tamen contrarium receptum eſt, ut hæc etiã præſcriptio cõtra ignorãtes, putà crimine occultato, currat, Alex.nu. 3.4.5.l.ult.C.de dol.mal.Boſſ.in prac.crim.tit. de iniur. nu.24. ſicut & in illã partẽ deciſum: quamuis alia ex cauſa fatetur Boer. deciſ. 26. in fin. niſi in pœnis ſtatutis per epiſcopos, comites & Marchiones, ut uult ibidem Alex.nu. 4.quorum ſtatuta ſint ius prætorium, Dd.l.5. de uerb.ob.ideo non præſcribantur continuo tempore, ſed utili, Bart.& Dd.rub. & l.1.de diuerſ.& temp.quod tamen mihi uidetur incurrere in illã theoricam, quoad, in odioſis præſertim & pœnalibus, tempus in dubio ſit continuum, nõ utile, Boſſ.d.c. de iniur.nu.24.25. per Lanf.c.quoniam. uerb. dilationes. col.3.& alibi ſæpe, de probat. Addit etiã Alex. nu.5.in d.l.fin.C.de dol.etiam poſt prçſcriptionẽ poſſe contra confitentem procedi, & eum puniri: quod contrarium ſuperioribus uidetur, & licet probet id remiſsiuè, ſaltem allegãdo Boſſ. in pract.de iniur.nu.27.rectiùs tamen improbat. Hipp.conſ.46.omnipotẽs. nu.20.ex Bal. c.fin.de off.deleg.in fin. quia cõfeſsio facta tẽpore inhabili, non nocet, ut nec facta eius rei nomine, cuius nulla competat actio, l. confeſſionib.de interrog.act.ad idẽ Aret.c.cùm P.de accuſat.Lud.Rom.l.1.§.occiſorum.ad Syll.per Bald.l.genero. de his qui not. infa.quia paria ſunt, ſatisfactum eſſe de crimine, & pœnã ſolutam uel eſſe præſcriptum, per d.l.ſed ſi unius. §.ſi antè.de iniur. Bal.l.ſi eum. in princ.ſi quis cautionib.l.non dubiũ.in fin. de legib. ubi dixit, quòd ſi conſtat ex actis eſſe prçſcriptũ contra cognitionem maleficij, iudicium eſſe cum ſententia inde ſecuta ipſo iure nullum: quãdo præſcriptio obligationem omnem hic tollat, Bal.l.ſi pœnæ.in fi.de cond.indeb.ita Hippol. de Marſ.d.conſ.46. nu.20.21.22.23. cum ſeq. Ex quo cõſequetur, quod ſuprà poſuimus, etiam ciuilem actionẽ tolli: quæ ſublata, quod probauimus, obligatiõe ſupereſſe nequit, l.licet.§.ea.de procur. Tiraq.tract.ceſſante cauſa. ſequitur etiam, iudicem uel non oppoſita exceptione reijcere debere actionem, utpote nullam, quãdo præſcripito ex actis apparet, cõſt. 23. parte 1. ex communi doctrina Panor. Fel. c.ad aures. de præſcrip. Mynſing.obſ.38.cent. 3. etiamſi de hoc dubitẽt in ciuilibus Balb. de præſcrip. parte 1. quæſt.8. num.1.2.Guid.Pap. deciſ.221.Boer.deciſ.344.nu.1.2.3.& in criminalibus non ſuppleri in camera exceptionem præſcriptionis, quamuis ex actis apparẽtem, uelit Mynſing. obſ.28. cẽtur.3. ex ratione hac, quòd tempus nõ tollat crimen. ex Bar. l.eum. §.qui ita.de uerb.obl. quam rationem eſſe falſam oſtendit d.l.ſed ſi unius. §.ſi antè.de uerb. obl.cum alijs ſ.allegat. Cæterùm contra hanc quoq; præſcriptionẽ dari reſtitutionem ex capite ignorantiæ, tradit Alex.d.l.ult.nu. 5. C.de do.ma.& remiſsiuè Boſſ.de iniur.n.27. Quòd uerò eadẽ in criminalibus faciliùs interrumpatur, quàm ciuilibus, nẽpe per petitionem & libelli oblationem ſolam, docẽt Bar.d.l.mariti.§.quinquẽnium.de adulter.& l.naturaliter. circa finem, de uſucap. Boer.d.deciſ.26.nu.15. ſed communis concluſio eſt in cõtrarium, ſcilicet ꝙ non ſufficiat petitio, uel libelli oblatio ſine citatione, ut hanc dicit communem Balb. de præſcrip. 3. parte ſextæ & ult. partis quæſt. 4.princ.nu.24.ex Felin.c.illud. de præſcrip. l. miles. §. ſexaginta. de adulter. Iaſ.in §. pœnales.in fine, Inſtit. de act.Boſſ.de iniurijs, nu.28. Sed de hac interruptionis materia Dd. plura in d.l.naturaliter.de uſucap.d.c.illud. Balb.d.

partis

partis ult. & 6. parte 3. de præſcript. quorũ tamen nullus eſt, quem ego quidẽ uiderim, qui ſatisfaciat. Quamobrem bis nunc omiſsis, ueniamus ad ultimam buius cõtrouerſiæ bypotheſin, in qua diſceptatur, an Marchicum ſtatutũ, quo præciſa præſcriptionis exceptione cogũtur coloni nobilibus aut alijs dominis, quos recognoſcunt, petẽtibus ſuas poſſeſsiones reſtituere, etiam prædia diu antea pro cenſualibus poſſeſſa præſcriptaq; comprebẽdat.
34 Quanquam † autem lex, uel ſtatutum regulariter non trabatur retrò ad præterita, uel pendẽtia, l. leges. 7. C. de legib. l. 1. in fi. C. de curat. fur. l. unic. C. de cad. rollen. c. ult. de conſtitut. gl. c. licet. uerb. de cætêro. de elect. in 6. Iaſ. l. iubemus. nu. 8. C. de teſta. ex ſua natura & proprietate, Bar. l. omnes. nu. 43. de iuſt. & iure: tamen ſecus eſt, quoties in lege, uel ſtatuto diſertẽ præterita uel pendentia comprehendũtur, l. leges. uerb. niſi nominatim. C. de legib. ubi gl. & Bald. nu. 1. per l. antepen. l. pen. l. ult. C. de ſacroſ. eccleſ. Bart. l. omnes. num. 40. de iuſt. & iure, per l. ult. C. de pac. l. ult. C. de pact. pignor. Curt. iun conſ. 108. ſacratiſsimæ. num. 10. Item quando uetus ius tantùm declarat aut confirmat, Bal. n. 3. 4. d. l. leges. C. de legib. Atqui hoc ſtatutum congruit iuri cõmuni, l. 2. C. de præſcrip. 30. annor. ubi gl. uerb. debeât. per l. cùm quidam §. diuus. de uſucap. l. litibus. 19. C. de agr. & cenſ. lib. 10. ubi notant Bart. & Dd. colonum penſiones ſoluentẽ nunquam uſucape-
35 re. Quanquam † etiamſi per 30. annos mercedem non ſoluat, baud tamen iure quoq; communi præſcribit, aut uſucapit fundum conductum, d. l. cùm quidã. §. diuus. de uſucap. Bal. l. Pomponius. nu. 2. quib. mod. uſusfr. Socin. conſ. 106. libenti. nu. 3. & 4. uol. 3. Alciat. præſumt. reg. 2. præſumt. 21. nu. 13. Intelligitur enim nihilo minus eadem poſſeſsio continuata, Bald. Socin. Alciat. præall. loc. quã ſibi mutare colonus nequit ipſe, l. qui bona. 19. §. 1. de acq. poſſ. l. nõ ſolùm. §. quod uulgo. de uſucap. Alciat. præſumt. reg. 2. præſumt. 23. quæq; minimè omniũ babilis eſt ad uſucapionẽ, cùm alieno nomine poſsideat, l. 3. §. quòd ſi ſeruus. l. ſi colonus. 31. de acq. poſſ. l. pignori. 13. de uſucap. l. neq;. C. de uſufruc. & concurrat mala fides, d. l. 2. C. de præſcr. 30. annor. auth. malæ fidei. C. de long. temp. præſcrip. defectusq; tituli ad transferendum dominium idonei, d. l. 2. d. l. litibus. qualis ad uſucapionẽ requiritur, l. Celſus. 27. ubi Bart. Balb. & Dd. de uſucap. l. nul lo. 24. C. de rei uend. l. 3. cum multis ſeq. de Publicia. Iaſ. & Dd. §. nãq; ſi cui. Inſtit. de actionib. quando cõductio nedum dominiũ tranſferre queat, ſed ne quidẽ poſſeſsionem, d. l. 3. §. quòd ſi. l. ſi colonus. 31. de acq. poſſeſ. l. 2. ubi Dd. C. de præſcrip. 30. annor. l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Philip. Porc. cõſ. 171. nu. 25.
36 Quæ † cùm ita ſe babeant, uidetur hæc diſpoſitio non eſſe ſtatutum, ſed mera iuris communis obſeruãtia, Bar. l. de quibus. nu. 5. de legib. l. 1. in fin. ad l. Falc. Chaſſ. in conſ. Burg. rub. 4. §. 1. in fin. nu. 4. ſeu confirmatio iuris, Curt. in c. ult. in prin. num. 10. uerſ. eſt potius cõfirmatio, uel obſeruãtia legis. ex. de conſuet. quæ nihil noui iuris inducit, ſed quod eſt, declarat, Bald. d. l. leges. nu. 5. C. de legib. per §. ult. in authẽ. de filijs ante dot. inſtr. nat. l. hæredes. 21. §. 1. de teſta. Menoch. conſ. 75. nu. 32. ac proinde ad præterita reducitur ac retrotrahitur, Caſtr. d. l. leges. num. 1. per l. non dubium. uerſ. quod ad omnes. C. de legib. Bart. l. omnes. num. 44. de iuſt. & iure, per l. ult. C. de pac. l. ult. C. de trãſact. §. 1. §. ult. in authent de filijs ante dot. inſt. natis, Alex. conſ. 6. uiſis. nu. 5. 6. uol. 1. & caſus præcedentes intelligitur complecti, Bald. d. l. leges. nu. 1. & 5. l. non dubium. num. 2. C. de legib. inſtar cõfirmationis, Bar. l. omnes. nu. 44. de iuſt. & iure, l. de quibus. nu. 4. & 5. de legib. Alb. in trac. ſtatut. 1. parte, quæſt. 2. & 9. per l. bene à Zenone. §. quia igitur. C. de quad. præſcrip. §. omnibus. in authen. de monach. Præ-
37 terea † quãdo ſtatutum procedit annullãdo; tunc ſi habeat cauſam, ex præterito etiam ad præterita extendet, Bar. d. l. omnes. nu. 44. per l. pen. l. ult. C. de inceſt. nup. præſertim ſi cauſa ſit fundata in natura ſeu ratione naturali, d. l. pen. d. l. ult. d. §. & hæc quidem. At hæc diſpoſitio eiuſmodi cauſam & rationẽ babe expreſſam in d. l. litibus C. de agr. & cenſ. lib. 11. l. 2. C. de præſcrip. 30. annor. quòd iniquũ ſit, eum, qui alieno nomine poſsidet, aduerſus eum ipſum, cuius nomine poſsidetur, ſibi cauſam immutare poſſeſsionis ac præſcribere: & quoniam lex eſt naturæ, ne cui ſuũ ſine ſua uoluntate auferatur, l. non enim æquum. ff. rer. amotar. l. nõ debet. 74. l. id, quod noſtrum. de reg. iur. l. nam & boc natura. de cond. ind. gl. uerb: generali. l. ult. C. ſi contra ius, uel util. pub. ubi Iaſ. nu. 2. & Dd. Cùm igitur boc ſtatutum reducat rem ad ius commune, quò facilè ea reuertitur, Bal. l. maximum. nu. 11. C. de lib. præter. & quæ ſunt contra naturæ rationem, repudiet ac auerſetur, meritò porrigitor etiam ad præterita, c. cùm tñ. ubi Dd. de uſur. Bal. l. non dubiũ. in prin. C. de legib. Alex. ad Bart. l. omnes. nu. 39. uerb. an etiam ad præcedentia. de iuſt. & iure. Hæc etſi ſpecioſa ſint, tñ in præſenti quæſtione contrarium uidetur concludẽdum. Et-
38 enim † leges & ordinationes regulariter non trahuntur retrò ad præterita, uel pendentia, l. leges. ubi Bal. num. 5. per l. diui. l. pen. C. de decur. lib. 10. Roman. cõſ. 252. pro deciſione. n. 3. Alex. conſ. 88. num. 5. uol. 6. Ruin. conſ. 49. nu. 1. uol. 3. & penè in terminis Schurff. conſil. 37. pro euidentia. num. 17. uol. 3. Multo minus ad deciſa, finita, acquiſita, ne tum quidẽ, cùm retrò ducuntur ad præterita, niſi confirmando, l. ult. C. de tranſact. Non etiam infirmãdo, uel annullando: quia ius alijs quæſitum auferre nec poſſunt, neq; debẽt, l. cauſas. C. de tranſac. l. pen. C. de ſacroſanct. eccleſ. §. ult. ut ſpõſ. larg. quomodo decidit Bart. l. omnes. nu. 40. & 41.

de

de iuſt.& iure, Bal.l.leges.num.1.uerſ.niſi cau-
ſa eſſet deciſa.& num.2. C.de legib.ubi hãc af-
fert rationem, quòd ius quæſitũ & in eſſe pro-
ductum,nõ oporteat immutari ex caſu ſuper-
ueniente,l.perfecta.C.de donat.quę ſub.mod.
Itaq; ſtatuta intelliguntur de re formãda,non
formata,quæ ſtatuto non indiget,nec per hoc
auferri poteſt ei,cui quæſita eſt,contra l.ult.C.
ſi cõtra ius,Bar.l.2.in fi.C.de fund.patr.lib.11.
ne iniuriarũ occaſio naſcatur, unde iura pro-
dire debẽt,l.meminerint. C.unde ui,l.2. §.me-
39 ritò.ne quid in loc.pub. Vnde † licet noua cõ-
ſtitutio clauſulam cõtineret derogatoriã, non
tamen per hoc auferretur ius alteri quæſitum:
aut ſi auferret,non ualeret,ut factum cõtra ius
naturæ,Angel.conſil.139.uiſis.num.3.per do-
ctrinã Innocen. Panor.Felin.Dec.& Dd.c.quę
in eccleſiarum.de conſtit. Alex.d.conſ.88.uol.
6.num.6.uerſ. non finita. Vt igitur ualeat po-
tius,quàm pereat,eò non debet extendi,ut lę-
dat ius alteri quęſitum, Alex.conſi.154.num.
7.conſ.201.nu.7.& 10. uol.7.per doctrin.Ant.
40 de But.in c.cùm dilectus.de cõſuet. etiam † tã-
tùm utiliter pręſcriptũ, quod ne Princeps qui-
dem auferre cuiquã poteſt, Dec.nu.26. & Fel.
num.49.in c.quæ in eccleſiarum.de cõſt. For-
tun.Garzia in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.nu.
140.de lib.& poſthu. Couar.c.poſſeſſor.3.par
te,§.2.num.5.de reg.iur.in 6. Vnde præſcripta
Bartolus accẽſet iudicatis & trãſactis, ad quæ
ſtatutũ extendi non debeat, in d.l.omnes.nu.
41. de iuſt. & iure, uerſic. præſcriptione uel ſi-
milibus modis, per l. 1. in fin. ad S. C. Tertyl.
Quanquam autem gl. c.1. de lit.cõteſtat. in 6.
uerb. finita. dubitet, an finitis præſcripta de-
beant annumerari,tamen id aliò tendit,an ui-
delicet horum exceptio, ſicut rerũ finitarum,
impediat litis ingreſſum: quod nihilo minus
cõmuniter receptum eſt, Bart.num.3.pro ſuo,
l.5.ubi Iaſ.de iureiuran. l.cùm quærebať. l.uir
bonus.iudic.ſol. Bald.l.ult.in 13.opp. C.de e-
dict.diui Adr. latiſs. Socin.in c.olim. num.19.
de lit.cõteſt.per l.omnes.l.ſicut.C.de præſcrip.
30.ann.qui textus prohibẽt aliquidã præſcri-
ptione moueri: ergo iudicium omne prorſus
excludũt, Blanc.de comprom. parte 4. de ex-
cep.imp.cap.ex defectu actionis num. Quan-
41 quam † præterea diſputãt noſtri, utrùm, ſicut
uſucapio triẽnalis adijcit directũ dominium,
l.3.de uſucap. l.acquiritur.§.nõ ſolùm.de acq.
dom. l. traditionibus. C. de pact.authen. niſi.
C. de bon. mater. ſic etiam præſcriptio 10. 20.
annorum,an potiùs utile duntaxat acquirat:
quod uolunt gl. Bar.& Dd.d.authen.niſi.& d.
l. traditionibus. ubi Iaſ. num. 12. ſtatuit hanc
communem, ſicut etiam Felin. ac Canoniſtæ
in rub. de præſcrip. licet cõtrà directum etiam
acquiri, iure ſaltẽ nouo, poſt uſucapionem à
Iuſtin.trãsformatam,l.unic. C.de uſucap.trãſ-
for. confirment atq; adeò euincant Butrig. &
Petrus à Bella Pert. d.auth.niſi. C.de bon.ma-
ter. Fab. Por. Baro in prin. Inſt.de uſucap. Al-
ciat.in rub.de præſcrip.num.33.& l.ut ſunt. de
uerb.ſignif. Dec.l.ult.in princ. C.de edict.diui
Adria.tollen. Igneus l.1.§. domini ad Syllan.
& l.contractus. nu.130. de reg.iur. Monta.d.l.
traditionibus.num.94.C.de pac. Coraſ.l.ſer-
uitutes.4.nu.13.de ſeruit. & Miſcel.lib.6.c.20.
Couar.d.c.poſſeſſor. parte 3. in princ. num.2.
Cont.diſput. lib.1. cap.12. illud omnes tamen
unis ſuffragijs probant & fatentur, per imme-
morialẽ præſcriptionem, ut quę ſit loco priui-
legij,l.3.§.ductus.de aq.quot.omne ius & dire-
ctum dominium acquiri,omnem contrariam
actionem tolli, Iaſ.l.traditionibus.num.14.in
1.limit. C.de pact. poſt Bald. & Salic.ibi Imol.
l.prætoris.in princ. de dam.infect. Fel.in rub.
de præſcrip.nu.6. Crauet.de antiq. temp. par-
te 4.§.materia.num.25.& 26. quæ quidẽ præ-
ſcriptio cùm hîc ſit notoria,nõ dubium, quin
omnem cõtrariam quæſtionem tollat, Blanc.
præall. loc.nec ſtatutum ſequẽs ius eius retra-
ctare poſsit, Bart. d.l.omnes. num.41. de iuſt.
42 & iure, & Alex.in conſ.ſ.alleg. Præterea † con-
ſtat litem de his tempore ordinationis pepen-
diſſe, cuius poſt cõteſtationem uita perpetua
eſt,l.ult. C.de præſcrip.30.annor.etiam inſtan-
tia iure nouo & moribus, c.pen.c.ult.de iudic.
Mynſing.obſ.49. cent.3.& obſ.48. nu.2. præ-
ſertim in Principum curijs,Matth.Afflic.deciſ.
Neapol.283.num.4. Bald.conſil.217. num.5.
uol.3.per auth.ſed & lis. C.de tẽp.appel.Myn-
ſing.obſ.48.centur.2. & (quod hic factum) re
aſſumta, Iaſ.poſt Bart.l.properandum.nu.23.
C.de iudic.per gl.l.mutari. 24.de pcur. Imol.
c.de cauſis.4.num.7.de off.iudic.deleg.Myn-
ſing. obſer. 49. centur.3. Sufficit autem litẽ in
prima uel ſecunda inſtantia pendere, ad hoc
ne lex noua eò porrigi queat,Bart.d.l.omnes.
nu.40. de iuſt. & iure, per tit. in auth. ut cùm
de appell. & tit. in auth. in medio litis, tot.tit.
C.ut lite penden. & l.decernimus. C.de ſacroſ.
eccleſ.l.bene à Zenone. §. quia igitur. Cod.de
quad.præſcrip. ſed ut ſecundum ius uetus de-
cidi debeat,gl.l.leges.uerb.cautum. ubi Bald.
num.2. Caſtr.Salic.& Dd.C.de legib.Præterea
43 † ſtatutũ hoc de certis feudorũ generibus a-
git: unde, cùm ſit ſtricti iuris, Alex.conſ.144.
num.10.uol.6. Pariſ.conſi.122.num.29.uol.1.
& propriè accipi debeat, Bal.l.maximum.nu.
13. C.de lib.præter.latè Menoch.conſi.5.nu.2.
3.cum multis ſeq.Tiraq.l.ſi unquã.uerb.liber-
tis.num.4. C.de reuoc.donat. Tiraquel.in re-
trac.prox.§.1.gloſ.com.numer.71.nec ulteriùs
extendi ſupra uerba,l.illum.ubi Bald.nu.1.C.
de collat.Schurff.cõſ.15.exploraus.nu.1.2.cen-
tur.1. Menoch.d.cõſ.5.nu.2.per l.quod inſtitu-
tũ.de mil.teſt.l.4. de dam.inf.ſed accipiẽdum
prout iacet, Alex.conſil.45. num.3. uol.7.per
Bal.l.2. C.de patr. qui fil.diſtrax. Nam ubi ſta-
tuti uerba non conueniunt, nec congruit diſ-
poſitio, Bar.l.4. §.prætor.in fin. de dam.infec.
quæ tãtùm obtinet in caſu diſpoſito,gl.l.man-
cipia. C.de ſer.fug. quam ſequũtur Dec. conſ.

501.nu.1. conſ.317. in fin.cõſ.466. nu.8. conſ.
591.nu.3.4. conſil.511.nu.4. Crau.conſil.130.
nu.2.conſil.132. nu.1. conſil.198. nu.4. Curt.
iun.conſil.76.nu.3. conſil.256.nu.9. cõſ.265.
nu.24. Ruin. conſil.60. nu.9. lib.1. Mar.ſing.
339. Menoch. remed. recup.9. nu.161. Alciat.
44 reſpon.560. n.6. & 7. Ideoq; † neceſſariò re-
ſtringitur ad caſum, de quo diſertè loquitur
Alex.conſil.197.n.6.uol.6. Ruin.conſil.43. n.
2.& 9.uol.3.maximè quoad præiudiciũ tertij,
etiãſi eſſet fauorabile & ſecundũ ius cõmune,
Ruin.cõſil.25. nu.6. uol.3. Quanquã autẽ ita
ſit interpretãdum, ut addat aliquid iuri com-
muni, Iaſ l.traditionibus. n.14. C.de pac.per
not.Bar.& Dd.l.2.de uſucap. Alex.conſil.227.
ponderans. nu.11.uol.6. Pariſ.cõſil.84.nu.13.
14.15.uol.2. alioq; fruſtratoriũ foret,l.ſi quan-
do.in pri. de legat.1.c.ſi Papa. de priuileg. lib.
6.c. paſtoralis. ubi Pan. de app. q̃a cùm nihil
addit iuri cõmuni, non eſt ſtatutũ, ut dixi, uel
cõſuetudo: hæc ẽm parificãtur, Crau.cõſ.137.
nu.3. & conſil.251.nu.3. conſil.30.nu.3. Bal.l.
2.in fin.C.de bon.quæ lib.Roch. Curt.c.fin.q.
3.de cõſuet.ſed merũ ius cõmune, Alex.& Dd.
poſt Bart. l.de quibus. nu.5.de legib. per l.ius
ciuile. de iuſt.& iur.Chaſ.in conſ. Burg.rub.4.
§.15.in fin.nu.4. per gl. magnã in c.1. de cõſtit.
lib.6.Rochus Cur.in c. fin.in prin. n.10.de cõ-
ſue. Non tamen propterea detorquendũ eſt à
natiua ſua phraſi uerborũq; ꝓprietate, cùm
ſatis operetur, etiãſi nihil noui iuris inducat,
ſed ius cõmune tantùm confirmet, Bart. l.1.in
fin.ad l.Falc.Bal.l.2.circa fin.C.de cõſt.pecun.
gl.c.1.de conſt.in 6. Caſtr.conſ.376.ſuper.n.2.
uol.2. Ruin.cõſ.27.nu.12. uol.3. Alb.Roſa. de
ſtatut.In princ. q.2.& 9. uel declaret, Caſt.l.le-
ges.n.7.C.de legib.exẽplo prætoriorũ edicto-
rum,l.6.7.de iuſt.& iur.§.1.2. Inſt.de bon.poſ.
quibus ſtatuta cõparantur, Alex.& Dd.l.5.de
uerb.ob. neq; tũ porrigũtur ad præterita, uel
pendentia, ſed ea ex iure ueteri cõfirmato de-
ciduntur, Caſt.nu.7.& Bald.d.l.leges.nu.5.C.
de legib. Alb.præall.loc. Pariſ.cõſ.19. n.16.17.
uol.1. In dubio autẽ ſic ſunt interpretãda ſta-
tuta, ut nihil derogẽt iuri cõmuni, ſiquidẽ ni-
hil aliud exprimãt, Schurff. cõſ.36. in præſen-
ti.n.7.cẽt.2. ſed potiùs ſecundũ hoc interpre-
tanda,l.2.ubi Bal.Sal. C.de nox.act. Iaſ.l.pro-
perandũ.11.in prin.n.6. C.de iudic.& §.in per-
ſonam.n.30.Inſtit.de actio. Panor.c.cùm cau-
ſam.n.6.de reſcrip.per c.cùm dilectus.de con-
ſue.Schurff.cõſ.9.prædicta. nu.8. cent.1. Porc.
conſ.88.nu.3.Mynſ.obſ.5.cent.1.Menoch.latè
cõſ.4.ambigitur. nu.3. ex communi doctrina
Bar. & aliorum in l.1. §.lex Falcidia. ad l. Falc.
Crau.cõſ.236.nu.9.conſ.59.nu.2. Ruin.57.in
fin.lib.3. cõſ.84. n.16. lib.2. ſit ut quàm mini-
mum illud lædãt, Bar.Alex.& Dd.l.ſi cùm do-
tem.l.ſi uerò.§.de uiro.ſol.mat. Alex.cõſ.140.
uidetur.nu.4.uol.2.conſ.32.nu.7.uol.7.conſ.
50.nu.12.uol.1.& in primis, ne ius tertiò quæ-
ſitũ auferat, adeò ut uerba ſtatuti potiùs tum
ſint impropriãda, quàm ad ius alieni aufe-
rendum extendenda, gl.magna in fin. l.ult. §.
in cõputatione. ubi Bart. Ang.Sal. Caſt. Alex.
eam cõmendant, C.de iur.delib.per c.cùm di-
lectus. de cõſ. c. ad audientiã. de cler. nõ reſid.
Decius c.ſup eo.in prin. de off.delegat. Alex.l.
3.§.prætor.nu.11.12.de dam.infect. & cõſ.154.
nu.7.cõſ.201.nu.11.uol.7.cõſ.107. perſpectis.
in fin.cõſ.5.nu.5.cõſ.35.n.2.cõſ.197.nu.8.uol.
5.cõſ.36.nu.11.uol.4. Iaſ.cõſ.239. in fin.lib.2.
conſ.12.nu.4.lib.3.cõſ.50.lib.1.Crau.cõſ.259.
uerba.n.2.latè Schurff.cõſ.36. in præſenti. nu.
7. cẽt.2. Cùm igit̃ d. ſtatutũ tãtùm declaret &
cõfirmet ius commune, l.2. C. de præſcrip.30.
ann. l.litibus. C.de agric. & cenſit. non poteſt
nec debet extẽdi ad bona ruſticorũ cenſualia,
& pro talibus ante 30. annos, imò hominum
memoriã ꝓ uniformi penſione hactenus poſ-
45 ſeſſa. Et † in dubio præſumitur potiùs titu-
lus cenſualis, quàm emphyteuticus, uel loca-
tionis, c. conſtitutus. de relig. dom. Molin. in
cõſ. Par.tit.2.de cenſib.in prin.n.36. Pariſ.cõſ.
75.nu.7.uol.4. Et præſumit̃ ſuo quiſq; nomi-
ne potiùs poſsidere, hoc eſt, ex cõtractu cen-
ſuali, d.c. conſtitutus. quàm alieno, ut in em-
phyteuſi,d.l.2.& locato, d.l.litibus.ut conclu-
dunt Bart.l.1.§.nũciatio.n.12. de op.nou.nũc.
Caſt.l.1.nu.5.ſol.mat. Alex.cõſ.21. uiſo.in fin.
uol.1.Dec.cõſ.56.in cauſa.n.3.dato etiã, quòd
pẽſio annua inde ſoluat̃, d.c.cõſtitutus. Spec.
de locat.§.nũc uerò aliqua.n.80. Iaſ.l.ſi priùs.
nu.42.de oper. nou.nũc. Balb.l.Celſus. parte
4.q.1.n.4.dum modò, ut hîc, uniformis ſem-
per ſoluta,Iaſ.l.2.n.155. C.de iur.emph. Ruin.
cõſ.157.n.23. uol.1. Balb.tract. præſc.quæſt.9.
quart. partis in 4. parte, circa princ. Crau.de
antiq.parte 4.§.materia.num.105. quomodo
præſcribitur, ut Dd.ibidẽ & l.2. C.de præſcrip.
30.annor. cõſtit.pro.40. parte 2. quia ex tam
longo tẽpore etiã locatio tranſit in aliã ſpeciẽ
contractus, Cur.tract.feud.parte 4.n.92.Dd.
cle.1. de reb.eccleſ.nõ alienan.l.codicillis.§.in-
ſtituto.de legat.2. l.1.ſi ager uectig.c.1.§.dona-
re.qual.olim feu.pot.alien. Iaſ.l.2.nu.39.C.de
iur.emph. Ferr.in for.lib. de fict.præſtar.uerb.
46 inueſtiuit. Quod, † etſi ſtatutũ diſertè face-
ret mentionẽ rerũ præſcriptarũ, eaſq; cõpre-
hẽderet, tamẽ nõ ualeret, ut antè oſtenſum, q̃a
ius alteri auferret, l.ult. ubi Dd. C.ſi cõtra ius:
& ſi ualeret, tamen hoc traheretur ad præſcri-
ptiones breuioris tẽporis, nõ 30. annorũ, Ti-
raq.de retract.cõuent. §.1. gl.2. nu.20.21. Iaſ.&
Dd.auth.quas actiones. Cod.de ſacroſ.eccleſ.
Chaſ.in cõſ. Burg.tit. des mains mortes.uerb.
par quelques laps.nu.16.multo minus exten-
di poſſet ad ea, quæ ex præſcriptione imme-
moriali poſsiderẽtur, Bald. l.1. nu.6.l.omnes.
l.cõperit.C.de præſcrip.30.annor.Feudiſt.c.1.
de cap. Corr.Imol.l.nemo. de legat.1. Schurff.
cõſ.14.pro clariore. nu.6.in fin. cent.1. Tiraq.
præall.loc.nu.23. Felin.in rub. de præſcrip.in
fin.Dec.cõſ.271.nu.2.3. cõſ.496.latè Crauet.

de antiq temp. parte 4. §. materia. n. 43. Quãto minus de talibus bonis tamdiu poſſeſsis ac præſcriptis intelligi debet hoc ſtatutũ, qđ nullã præſcriptionis facit mentionẽ: nec uerò dubiũ eſt, quin ſi ſtatuentes rogati fuiſſent, nũ uellẽt de præſcriptis quoq; bonis diſponere,
47 omnino illud fuerint inficiaturi. Itaq; † pro expreſſo debet illud haberi, gl. Bar. & Dd. l. tale pactũ. §. ult. de pact. & l. Titius. §. 1. de lib. & poſth. Bal. l. 1. nu. 2. C. quæ res pig. l. hæredes. §. cùm ita. ubi Soc. ad Trebel. latè Alex. cõſ. 36. uiſo. nu. 16. uol. 6. Socin. iun. conſ. 78. nu. 31. & cõſ. 122. uol. 3. Summâ cùm l. 2. C. de præſcrip. 30. ann. & l. litibus. C. de agr. & cenſ. lib. 11. nõ pertineant ad bona præſcriptione quæſita, ut Dd. ibidẽ oſtendũt: certè nec ſtatutũ hoc, qđ illa iura cõfirmat, interpretatur & declarat, eò porrigi cũ inenarrabili uetuſtiſs. poſſeſſorum interrimẽto debet, gl. l. ult. §. in cõputatione. ubi Bart. & Dd. C. de iur. delib. Imol. & Ro. l. 4. §. prætor ait. de dam. inf. c. cùm dilectus. c. ad audientiã. de cler. nõ reſiden. ubi Anton. Buc. & Imol. Iaſ. conſ. 50. lib. 1. Ruin. cõſ. 138. nu. 15. lib. 3. Soc. iun. cõſ. 1. nu. 131. lib. 1. Crauet. conſ. 221. nu. 5. 6. conſ. 241. in fin. conſ. 259. uerba. num. 2. Menoch. conſil. 5. excitatur. num. 4.

CONSILIVM VI.

De cauſa poſſeſsionis & proprietatis ad repetitionem bonorum proſcriptorum inſtituta.

SVMMARIA.

1 ¶ *Sine litis conteſtatione non poteſt procedi.*
2 *Litis conteſtatio omiſſa, reddit proceſſũ nullũ, nec poteſt à iudice, uel partibus omitti.*
3 *Eſt præcipuum iudicij fundamentum.*
4 *In omni iudicio prima inſtantia eſt neceſſaria, non ſecunda,*
5 *Etiam in poſſeſſorijs.*
6 *Exceptiones priuilegiatæ quãdo intelligantur in uim dilatoriæ opponi.*
7 *Abſq; animo conteſtãdi non inducitur conteſtatio.*
8 *Proteſtatio tollit animum ab actu.*
9 *Exceptio præſcriptionis an ſit litis finita.*
10 *Qui excipiendo petit ſe abſolui, in uim peremtoriæ, non dilatoriæ uidetur excipere, & litem conteſtari.*
11 *Non enim ſimul & dilatoriè & peremtoriè exceptum.*
12 *Quod plus eſt atq; dignius, trahit ad ſe minus dignum.*
13 *Quæ numero præualẽt, reliqua ad ſe trahũt.*
14 *Exceptiones priuilegiatæ non impediunt litis ingreſſum, niſi reus incõtinenti ſe probaturum offerat.*
15 *Quando reus non ſtat in puris terminis exceptionis, ſed procedit ulterius negãdo, uidetur litem conteſtari.*
16 *Secũdum Canoniſtas per exceptionem peremtoriã, lis conteſtatur.*
17 *Sufficit per æquipollentia negationi, litem conteſtari.*
18 *Quomodo inducatur litis conteſtatio.*
19 *Animus litẽ conteſtandi colligitur ex contradictione.*
20 *Quando uerba ſunt apta ad litis cõteſtationem, præſumitur animus conueniens.*
21 *Ex uerbis factisq; intentio iudicatur.*
22 *Proteſtatio eſt facti, nec præſumitur.*
23 *Proteſtanti ſuper eo, quod non apparet, credi non debet.*
24 *Proteſtatio poſt litem conteſtatam fruſtra fit.*
25 *In iudicijs quaſi contrahitur, & fit nouatio, nec pœnitentiæ locus eſt.*
26 *Proteſtationes non trahuntur retrò: ideo procedere actus debent.*
27 *Factum cõtrarium tollit proteſtationem præcedentem.*
28 *Partes concludentes in cauſa, renunciare intelliguntur omni ulteriori productioni.*
29 *Eo ipſo quòd iudex cognoſcit de meritis cauſæ, lis uidetur conteſtata.*
30 *Quod ordine prius eſt, primò expediri debet.*
31 *Poſſeſſorium prius uacuari debet, q̃ petitoriũ.*
32 *Iure utrumq; ſimul definiri, quando utrumq; deductum.*
33 *Cauſæ continentia diuidi non debet.*
34 *Super exceptionibus dilatorijs non intelligitur lis cõteſtari, ſed bene ſuper peremtorijs.*
35 *Super quo lis non eſt conteſtata, de eo cognoſci nequit.*
36 *Super exceptionibus peremtorijs ſententia ferenda eſt.*
37 *Canon, redintegranda. in iudicio recuperanda intelligitur in dubio propoſitus, & eſt locupletiſs. remedium.*
38 *Remedium illud intelligitur intentatũ, quod cauſæ maximè eſt conſentaneum.*
39 *Actor omne ius ſuum intelligitur deduxiſſe in realibus.*
40 *Pro actore libellus eſt latiſsimè interpretandus.*
41 *Eius eſt in iudicio interpretari, qui dixit uſq; ad ſententiam.*
42 *Diuerſæ actiones ex diuerſis cauſis uno cumulari libello poſſunt.*

43 Poſ-

43 Poſſeſſorium recuperandæ & adipiſcẽdæ de diuerſis rebus uno libello cumulari poſſũt.

44 Priuatio præſupponit habitum.

45 Notoria ſufficit allegari, nec opus eſt ꝓbari.

46 Exceptio rei iudicatæ tam petitorio, quàm poſſeſſorio obſtat.

47 Annus & dies ad iuſtificandam poſſeßionem iure Sax. ſufficit.

48 Præſcriptio tribus annis iure Bohemiæ completur.

49 Iuſtè poßidet, qui autore Principe poßidet.

50 Notoria exceptio iuris agendi excludit remedium recuperandæ, & obſtat. & 64.

51 In iudicio recuperandæ duo probanda, antiquior poſſeßio, & ſpoliatio.

52 Quando duo probanda ſunt, non ſufficit unum probari.

53 Qui duo allegat, utrũq; probare debet: aliàs ſuccumbit.

54 Remedium Can. redintegrandæ tantùm in terris Imperij locum habet.

55 Ab actione inepta reus cum expẽſis abſoluendus.

56 Spoliati non coguntur de iure ſuo reſpondere, prius quàm reſtituantur.

57 Regula Dolo facis, &c. non obtinet in iudicio recuperandæ.

58 Reſtitutio nedum à ſpoliatore, ſed quolibet eius ſucceſſore eſt facienda.

59 Etiamſi nõ probetur ſpoliatio, tamẽ reſtitutio facienda ab eo, qui alienũ occupauit.

60 Etiam à iudice ſpoliatus, ſine cauſa cognitione eſt reſtituendus.

61 Antiquiorẽ poſſeßionẽ ꝓbãs, obtinere debet.

62 Exceptio rei iudicatæ nõ obſtat recuperãdæ.

63 Sentẽtia inter eaſdem partes, facit notoriũ.

64 Doctorum dicta accipienda ſecundũ eorum allegata.

65 Quando exceptio notorij iuris obſtat petitorio, nõ poſſeſſorio, tũc ſpoliatus reſtituitur.

66 Quod nullũ eſt, nullũ párere poteſt effectũ.

67 Exceptio iuris notorij obſtat, quãdo illud ſtatim probari poteſt.

68 Incontinenti quæ dicantur probari.

69 Ius Sax. per annum tantùm iuſtificat poſſeſſionem bonæ fidei, & duntaxat in mobilibus, non rebus ſoli.

70 Poſſeßio quamuis diuturna non iuſtificatur contra ſpoliatum.

71 Etiã iure ciuili annua poſſeßio tuetur poßidentem.

72 Non tamen cõtra dominum aut ſpoliatum.

73 Iudicium recuperandæ, eſt perpetuum.

74 Condictiones ſunt perpetuæ.

75 Poſſeßio anni non obſtat recuperandæ.

76 Spoliatus reſtituẽdus, antequàm de eius iure cognoſcatur, nec poteſt ei referri ꝓprietatis quæſtio, etiamſi de commiſſo agatur.

77 Etiã à Principe, uel magiſtratu indebitè ſpoliatus, ante omnia reſtitui debet. & n. 82.

78 Antiquiorem probantes poſſeßionem, præſumuntur ſpoliati. & nu. 81.

79 Remedia recuperãdæ nõ modò ſpoliatis dantur, ſed omnib. qui iniuſte amiſerunt, præſertim minoribus, & cõtra quoſcunq; poſſeſſores & ſucceſſores.

80 Probatio antiquioris poſſeßionis ſufficit ad uictoriam.

83 Princeps non debet uiolentã poſſeßionẽ confirmare.

84 Spoliatus intelligitur, qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli.

85 Narratum in libello, quod non mutat qualitatem actionis, non eſt probandum.

86 Remedium Can. redintegrãdæ, habet in terris Imperij locum.

87 Generalis officij imploratio competit minoribus poſſeßione deiectis, etiãſi alia remedia non habeant.

88 Clauſula petẽs ius & iuſtitiam adminiſtrari, facit, ne quis adſtringatur ad omnia narrata probanda.

89 Iure communi uerius eſt, neminem cogi plus probare, quàm eſt neceſſe.

90 In ſucceſſores etiam feudales ius dominij, nõ etiam poſſeßio abſq; apprehenſione trãſit.

91 Verba libelli impropriantur, quando imploratur iudicis officium.

92 Verbum Reſtitui, pertinet etiã ad poſſeßiones nondum adeptas.

93 Interdictum ex l. fin. C. de edic. diu. Adr. & quor. bonor. datur etiã ab inteſtato ſucceſſoribus ad res hæreditarias, uel feudales.

94 Feudalis ſucceßio, quædam ſucceßio ab inteſtato eſt.

95 Pactis inueſtituræ dantur ſucceßiones feudales.

96 In feudis utiliter agi poteſt ex d. l. final.

97 An cõtra titulo poßidentẽ detur petitio hæreditatis, interdictũ Quor. bon. & d. l. fin.

98 Petitio hæreditatis & interd. præmiſſa dantur contra iniuſtè titulo poßidentẽ, eiusq; ſucceſſores. & num. 99.

99 Paria ſunt, nullũ habere titulũ, uel iniuſtũ.

100 Agenti hæredi ex d. l. fin. ſtatim reſtitutio faciẽda, niſi incontinẽti ius probari poßit.

101 In reſtitutione recuperãdæ ueniũt pertinẽtia, res quæ ibi tẽpore ſpoliationis fuerũt: fructus, qui percipi potuerũt, damna, &c.

102 Perueniſſe omnia à patre ad filios ꝓ'æſumũtur.

103 Lite conteſtata in iudicio recuperandæ hæres ad omnia, ut defunctus, tenetur.

104 *Etſi inſtantia perit, non tamen lis ſemel per litis conteſt. perpetuata.*

105 *Cautio in iudicijs tam retinendæ, quàm recuperandæ præſtanda.*

106 *Fructus in iudicijs adipiſcenda an ueniant ante litẽ conteſtatam, præſertim cõtra malæ fidei poſſeſſorem: & nu. ſeq. (næ fidei.*

107 *Vſq; ad litẽ cõteſtatã quiſq; præſumitur bo-*

108 *Malæ fidei poſſeſſor quando ad omnes fructus teneatur.*

109 *Error iuris an excuſet à præſtatione fructuum, uel titulus putatiuus.*

110 *Iuris error eſt mediũ inter bonã et malã fidẽ.*

111 *In mala fide eſt, qui ſcit rem eſſe alienam.*

112 *Cõtrouerſia iudicialis in mala fide cõſtituit præſumtionem iuris, & de iure.*

113 *An fructus debeantur peremta prima inſtantia & quieſcente lite percepti.*

114 *Finita inſtantia finitur iudicis officium.*

115 *Interdicta Quor. bon. & l. ſi habẽtur inſtar petitionis hæreditatis, et ſunt uniuerſalia.*

116 *Fructus hæreditatem augent ipſo iure.*

117 *Taxatio fructuum & damnorum an fieri poßit iuramento agentis.*

118 *Feuda per feloniam ipſo iure committũtur.*

119 *Quãdo in pœnis nõ opus ſit ſentẽtia, ut quãdo lex utitur uerbis præteriti temporis.*

120 *Et quid in feudis.*

121 *Minores ex delicto tenentur: etiam pupilli doli capaces amittere ſeudum poſſunt.*

122 *Publicatum bannum quiſq; ſcire debet.*

123 *In omni iuramẽto fidelitatis Imperator excipitur. (ratorem.*

124 *Iuſſus ſuperioris non excuſat contra Impe-*

125 *Indulgentia bona commiſſa non reſtituit.*

126 *Reſtitutio nou aufert ius tertio quæſitum.*

127 *Præſcriptio dominium adijcit.*

128 *Res præſumitur à parẽtib. ad liberos deuoluta, niſi poſſeſſores titulũ ꝓbent ſingularẽ.*

129 *Iuſſus ſuperioris à dolo excuſat, etiã in grauiß. num. 131. (tur.*

130 *Crimen læſæ maieſtatis ſine dolo nõ cõmitti-*

132 *Minori ætati pœna mitigatur.*

133 *Verba ſub pœna non ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ. (attendenda.*

134 *Clauſula & concluſio in omnibus præcipuè*

135 *Banni forma diligenter ſeruanda.*

136 *Pœnalia ſtatuta ſunt odioſa. (ria.*

137 *Pœna non definita, intelligitur eſſe arbitra-*

138 *Bannum minans pœnam non inducit commißionem, niſi ſententia ſecuta.*

139 *Feuda quamuis ipſo iure cõmittantur, opus tamen eſt ſententia declaratoria.*

140 *In dubio lex magis eſt ſententiæ ferendæ, quàm latæ.*

141 *Reſtitutio bannitorum latè interpretanda.*

142 *Exceptio debet eſſe de regula.*

143 *Confirmatq; regulam in caſibus nõ exceptis.*

144 *Indefinitum æquipollet uniuerſali, quando à lege profertur.*

145 *Abſurdæ interpretationes ſunt uitandæ.*

146 *Vaſallus ſine delicto non eſt priuandus.*

147 *Conſignans, uel ſigillans actum, uidetur approbare & conſentire.*

148 *Conſentiens uidetur ius ſuum remittere, quod actui repugnat.*

149 *Reſtitutione facta ipſo iure bona ad priorem dominum redeunt.*

150 *Literæ Principũ hanc habent conditionem, Si preces ueritate nitantur.*

151 *Vnius delictum alteri nocere non debet.*

152 *Frater ob delictum fratris non amittit: imò potius delinquentis pars ipſi accreſcit*

153 *Pacta de transferendo feudo in alium feudi dominũ abſq; conſenſu imperij non ualet.*

154 *Cõſenſus domini in alienatione an ſeq; pꝛſit.*

155 *Obligationes de rebus incertis conditionem habent ante quàm nihil operantur.*

156 *Ex ſolo pacto nou quæritur ius reale, ne ex principis quidem contractu.*

157 *Vaſalli non conſentiẽtes non poſſunt alienari in dominum duriorem.*

158 *Ex tractatu præambulo nullũ ius quæritur.*

159 *Conditio non retrotrahitur ad tempus contractus, quoad dominium.*

160 *In incorporalibus abſq; traditione, lex quaſi nullum ius transfert.*

161 *Confirmatio non poteſt trahi ad actum, qui ab initio non ualuit.*

162 *Tractatus propter extrema inhabilia non poteſt confirmari.*

163 *Confirmationes non poſſunt retrotrahi in præiudicium tertij.*

164 *Confirmationes principis intelliguntur Saluo iure tertij.*

165 *Sine dolo uel lata culpa uaſallus feudum nõ committit.*

166 *Ne Imperator quidem ſine culpa uaſallum priuare poteſt.*

167 *Error alieni facti excuſat.*

168 *Lata culpa ignorantiæ aſcribi nequit.*

169 *Remittere iniuriam quis dicatur.*

1,0 *Honorifica appellatione cenſetur iniuria remiſſa.*

171 *Succeſſor non poteſt punire, quod author nõ puniendum putauit.*

172 *Nemo præſumitur plus iuris trãsferre uelle, quàm ipſius habeat.*

173 *Diplomata Principum falſis cauſis nixa, ſunt nulla: quia ſubreptitia.*

147 Diplo-

174 *Diplomata falſis cauſis nixa, præſertim in præiudiciũ tertij, præſumũtur ſubreptitia.*
175 *Inueſtitura & reſcripta intelliguntur iure tertij.*
176 *Inueſtitura non prodeſt in rebus iniuſtè poſſeßis.*
177 *An reſtitutio trahatur ad bona in alium tranſlata.*
178 *Simultanea inueſtitura quid ſit.*
179 *Iura conditionalia & caſus futuri non ueniunt in publicationem.*
180 *Reſtitutus indiſtinctè eſt capax iuris conditionalis.*
181 *Agnato inuito non poteſt alienãdo, ne conſentiente quidem domino, ius auferri.*
182 *Agnati fortius ius habẽt, quàm dominus.*
183 *Domini confirmatio non poteſt tertio ius auferre.*
184 *Princeps in conceßionibus intelligitur ius tertij uelle eſſe ſaluum.*
185 *Bannum non reſcindit acta priora.*
186 *Qualis poſſeßio in uſucapione requiratur.*
187 *Interruptio uſucapionis naturalis & ciuilis quæ.*
188 *Mala fide poßidens non præſcribit.*
189 *Sine titulo non præſcribitur.*
190 *Titulus iuſtus cum poſſeßione iniuſta nõ inducit præſcriptionem.*
191 *Præſcriptio aduerſus minorẽ non currit minor 30. annis, ne ſtatuaria quidem.*
192 *Sententia nulla nõ eſt ſentẽtia, nec trãſit in rem iudicatã, nec impedit exercitiũ iuris.*
193 *Sententia à recuſato iudice lata, recuſante non comparente, eſt nulla.*
194 *Quando ſuſpectus eſt iudex ſuper petitione iuris, ſententia abſq; recuſatione eſt nulla.*
195 *Iudicis ſuſpecti recuſatio eſt iuris naturæ.*
196 *Princeps non poteſt tollere legitimam recuſationem.*
197 *Vnumquemq; pro ſuſtentatione ſuorũ actorum, & quos promouit, laborare notũ eſt.*
198 *Cùm caput eſt ſuſpectum, tota uniuerſitas ſuſpecta redditur.*
199 *Suſpicionem probabilem magna amicitia facit, pœnitentia & authoritas.*
200 *Suſpicionis minor cauſa repellit iudicem, quàm teſtem.*
201 *Recuſari quilibet iudex, tã delegatus, quàm ordinarius, poteſt.*
202 *In dubijs iure ciuili & deciſis iure canonico huic ſtãdum eſt.*
203 *Sentẽtia ab incõpetente iudice lata, eſt nulla.*
204 *Conſuetudo non confirmat ſententias nullas.*
205 *Potiſsima nullitas eſt ex iuriſdictionis defectu,*
206 *Sententia lata ab incompetente, præſertim extra territorium, eſt nulla.*
207 *Qualibet cauſa feudalis cognoſcẽda eſt à domino & paribus in loco, ubi ſitum, nec poteſt dominus alibi cognoſcere, aut alijs paribus cognoſcendam cauſam tradere.*
208 *Ordo ab Imperatore iudicio datus, eſt ſubſtantialis & ſolennis.*
209 *Sentẽtia contra ordinem iuris lata, eſt nulla.*
210 *Contra rẽ iudicatã amplius iudicari nequit.*
211 *Decretum & ſententia quid differant.*
212 *Lex, diffamari etiã in realibus locum habet.*
213 *Agens ex l. diffamari. coram ſuo iudice id remedij proponere poteſt.*
214 *Reus non, niſi poſt ternam denunciationem, ex contumacia poteſt damnari.*
215 *Ex l. diffamari. & cauſis feudalibus nemò poteſt damnari, niſi poſt tertiam denunciationem.*
216 *In ijs, quæ ſunt magni momenti, & de plenò præiudicio tractatur, non ſufficit una peremtoria.*
217 *Non debent melioris eſſe conditionis contumaces, quàm comparentes.*
218 *Proceſſus l. diffamari. fundatus eſt ſuper contumacia emanentis.*
219 *Contumax dici nequit, qui excuſationibus etiã declinatorijs declinauit iuriſdictionẽ.*
220 *Sentẽtia ſup nulla cõtumacia lata, eſt nulla.*
221 *Per recuſationem conſtringitur iudicis poteſtas, ut ſententia lata ſit nulla.*
222 *Falſitas cauſa expreſſa ſententiam uitiat.*
223 *Sententia nulla non poteſt à Principe confirmari.*
224 *Minor ob ætatem reſtituitur contra ſententiam, maior ex iuſta cauſa, putà ex ficta contumacia latam.*
225 *Vtrunq; remedium nullitatis & reſtitutionis poteſt cumulari.*

IN hac ardua generoſorũ & nobilium Baronum cauſa, quorũ dominia tẽpore belli proximiores agnati ꝑtextu bãni ſeu proſcriptionis occuparũt, excutiendum eſt primò, an lis eò perducta uideri debeat, ut definitiua ſententia ferẽda ſit: Secundò, & ſi ſit, an una ſententia tam petitorium, quàm poſſeſſorium terminari cõueniat: Tertiò, quæ ſentẽtia tam in poſſeſſorio, quàm petitorio ſit expectanda.

Quòd ad primam quæſtionem attinet, uideri prima facie poterat, neq; dum ad definitionem cauſæ progrediendum eſſe: propterea quòd in illâ lis non inuenitur conteſtata, qua
1 † non præcedente, nec ad probationem perueniri poteſt, tot. tit. extrà ut lit. non cont. ubi Hoſtien. & alij, præcipuè Socinus in c. 3. & c.

 quod

quoniam.nu.8. eod.tit.neq; ad ſententiam, d.
rubr. ut lit. nõ conteſt. Spec.de ſentẽtia, §.nũc
uidendum. Maran.de iudic.6.parte 1. par.10.
memb. n.9. per §. ſi uerò ſemel. in auth. de ex.
2 rei iud. C.cuiuſq; † omiſsio reddit proceſſum
retrò nullũ, c.unic.in fin.de lit.cõt. lib.6. l.ult.
§.illud.C.de temp.app. Bart.l.inter. §.1. n.1.de
3 uerb.oblig. Mynſ.obſ.74.cẽt.3. ut † quæ pars
ſit iudicij ſubſtantialis, Mynſ.d.obſ.74. cẽt.3.
4 ſaltem † in prima, de qua hîc agitur, inſtãtia,
(nã in ſecũda omitti poteſt, Mynſ.cẽt.1. obſ.1.
& 38.) & præcipuũ fundamẽtum iudicij, Soc.
5 in c.unic. in fin.de lit.conteſt. non † modò in
petitorijs, uerumetiã in poſſeſſorijs, §.quorũ.
uerb.litis cõteſtatæ tẽpore. Inſt.de interdic.l.1.
§.inter.ubi gl.& Bar. de itin.actu.priu.gl.in l.1.
& Bart.ff. utrobi, & in l.fin. C.ſi per uim,tex.cũ
gl.in l.de interdictis.de interdictis, gl.in l.ſi de
fundo.de ui arm. Bar.in l.naturaliter.11.§. ni-
hil cõmune.1. nu.34.de acqui.poſſ. Can.in d.
c.unic. de lit. conteſt. quod à partibus & iudi-
ce uix eſt ut omitti poſsit, Soc. latè in d.c.un.
nu.8. per l.prolatã. C.de ſententijs, l.ſi non ſe-
cundũ. ff.de don.int.uir.& ux. cũ not. in l.1. &
auth.offeratur. C.de lit. cont. ne tacitè quidẽ,
Mynſ.d.obſ.74. cẽt.3. Hîc autẽ litem nunquã
fuiſſe conteſtatã, duobus probari poſſe uide-
6 tur. Primo, quia † defenſores rei iudicatæ &
præſcriptionis exceptiones mox ipſo in adi-
tu obiecerunt, quas litis eſſe finitæ, eiusq; in-
greſſum ac conteſtationem impedire, notiſsi-
mum eſt, c.1.de lit.conteſt. in 6. Blan de com-
promiſ.parte 4. c.de imped.excep.in pri. cùm
in uim dilatoriæ, non peremtoriæ opponun-
tur,d.c.1. Bart.l.ult.n.3. pro ſuo, & l.nã poſtea.
nu.5. ubi Iaſ.& Dd. de iureiuran. ut cùm pro-
pterea reus intẽdit actori perpetuum ſilẽtium
imponendũ, ſe uerò ab eius impetitione (ue-
lut hîc utrumq; poſtulatum eſt) abſoluẽdum
eſſe, Soc.d.c.unic.nu.47. cũ ibi allegat. de lit.
cõteſt. Secundo,quoniam negare rei uidẽtur
7 ſe litẽ eſſe conteſtatos, aut † animo conteſtãdi
(abſq; quo non fit cõteſtatio,c.pen. de iur.cal.
Hoſtienſ.de lit.conteſt. nu.2.) aliquid reſpon-
diſſe, Hoſtienſ.præall.loc. glo.in d.c.unic.Dd.
præcipuè Soc.n.68. gl.in l.1.uerb. cùm iudex.
8 C.eod. Quæ negatio † ſeu proteſtatio animũ
ab actu, in quo ea fit, tollere meritò perhibe-
tur,l.at ſi quis. §.pleriq;. de relig. & ſumt. fun.
l.6.§. Celſus. ubi Bart.de acq. hæred. Sed bre-
uiter, ne in his præparatorijs adhæreamus,
ſtatuendũ eſt hîc cõtrarium, dicendumq; litẽ
eò perductã,ut definiri omnino debeat. Nam
ut maximè illæ exceptiones ſint litis finitæ,
9 (quanquã † de præſcriptionis obiectu dubi-
tatur,Soc.latè in d.c.unic. nu.19. gl.& Dd. c.1.
uerb.finitæ. de lit.conteſt.in 6.) tamẽ apparet,
reos his,nõ ut dilatorijs,ſed potiùs ut perem-
torijs, uſos eſſe. Etenim non modò has, ſed
omnes ſuas exceptiones, omnia iura, & quæ-
cunq; ad ſtabiliendũ ſuam cauſam exculpere
potuerunt,argumenta in mediũ ad actionem
euertendam & excludendam adduxerunt: &
in cumulatis ad hũc modum ſuis iuribus, pe-
runt ſe à Regia Maieſtate manu teneri ac de-
fendi, & ſuper ijs ius dici, *und clegern inhalts er-
ſtandens rechtens von ſolchen jren unbeſüchter zuſpre-
chen und anforderung, ernſtlichen und endtlichen abzu-
weyſen.* Itaq; cùm dictæ exceptiones rei iudi-
catæ, & præſcriptionis inter alias peremto-
rias non priuilegiatas oppoſitæ ſint, non ad
dilationem litis, ſed per modũ iuſtitiæ obti-
nendæ, & in uim peremtoriæ: dicendum eſt,
potiùs inductã eſſe his exceptionibus, quàm
impeditã litis cõteſtationem, Cyn.in l.1.nu.2.
in fine, C.de litis cõteſt. Bart. in l. cùm quære-
batur. nu.4. ff.iudicatũ ſolui, & in l. fin. nu.3.
ff. pro ſuo, Caſtrenſ. & Moderni in l. nã & po-
ſtea. de iureiurando, Angel.in l. uir bonus. ff.
iud.ſol. Soc.in d.cap.unic. nu.43.de litis con-
10 teſt. ubi amplius dicit: cùm † propoſitis his
exceptionibus reus petit(ſicut hîc eſt factum)
ſe abſolui, uel definitiuè pronũciari, uel ſe ad
id,quod petit actor,non teneri, uel quãdo his
ſimilia propouit, ipſum uideri in uim perem-
toriæ obieciſſe, atq; ita non ad impediendum
ſed inchoandũ litis ingreſſum excepiſſe. Præ-
11 terea † abſurdum eſſet dicere, cùm in hac cu-
mulatione pleræq; exceptiones ſint propoſi-
tæ peremtoriæ, ad iuſtitiam cauſæ & conte-
ſtandam litem, aliquas unà tantùm dilatoriè
ad impediendum litis ingreſſum uideri in-
ductas, cùm duo contraria in eodem ſe ſub-
iecto non compatiantur, l.ſi,ut certo.§.ſi duo-
bus. ff. commodati, l.ſi inter me. de excep. rei
iud. l.Pomponius. §.ſi is. in fin. de procurat.l.
hæc uerba. de uerb.ſignif. Et cõtraria allegãs,
non ſit audiendus, l.1. C.de furt.l.Titiæ.99.de
condict.& demonſt. Et cùm pleraq; iura à reis
propoſita,nõ ſint priuilegiata, nec niſi in uim
peremtoriæ proponi poſsint, ideo debent ad
ſe trahere duas reliquas exceptiones, uideli-
12 cet rei iudicatæ & præſcriptionis, ſicut † ſem-
per quod plus eſt atq; dignius, trahit ad ſe
minus dignum, §.præterea. §. quòd ſi partim.
cum §.ſeq. & ibi not. Inſt.de rerũ diuiſ. c.cùm
in diuerſis. de relig. & ſumt. fun. l. eum qui.ff.
de uſuc. l.lege. de diuerſ. & temp.præſcr. Tira-
quel. latè in retract. §.1. gl.7.numer.8. & §.30.
13 glo.2. num. 15. Et quæ † numero præualent,
reliqua numero inferiora ad ſe trahunt, l. &
ſuum.8.§.final. ubi Iaſ. cũ l.ſequen. ff. de pact.
leg.ſancimus.34.§. ne autem. Cod. de donat.
Cumq; hæ duæ exceptiones, uel dilatoriè uel
peremtoriè proponi poſsint, & ſint cum pere-
mptorijs propoſitæ, ſatis ex eo liquet, non
animo impediendæ, ſed potiùs conteſtandæ
litis eſſe has in iudicium deductas, per not.
Bart. nu. 5. cum ſeq. l. gerit. de acquir. hæred.
14 Deinde † tunc demum impediũt litis ingreſ-
ſum dictæ exceptiones, cùm reus offert ſe in-
continenti eas probaturum: aliàs ſecus, ſi ui-
delicet requirant altiorem indaginem, l. nam
& poſtea. ubi gloſ. ſuper uerbo, exceptioni. &
Caſtrenſ.

Caſtren. de iureiur. Bart. in d. l. fin. ff. pro ſuo,
& in d. l. cùm quærebatur. num. 3. ind ſol. So-
cinus in d. c. unic. num. 47. de litis conteſt. At-
qui has exceptiones in præſenti cauſa, nō mo-
dò non incontinenti probari poſſe, ſed altio-
rem requirere indaginē, ex inſpectione acto-
rum liquidè patet. Nam in reliquis ſequenti-
bus omnibus ſcripturis & diſputationib. ma
ximè diſceptatur, utrùm dicta ſententia ua-
leat, nec ne, & præſcriptio ulla fuerit cōpleta,
an nō fuerit? Ac neq; ſententiam ualuiſſe, neq;
ullam præſcriptionem ualidam cucurriſſe, ue
ris iuris fundamentis poſtea demōſtrabitur.
Ex hoc itaque capite, litis conteſtationem eſ-
ſe factam, negari non poteſt. Nec his obſtat,
quod in quadruplica rei afferunt, ſe litem nō
eſſe conteſtatos, neq; exceptiones propoſuiſ-
ſe, quo lis conteſtaretur, præſertim ſuper peti-
torio, ac inhærere ſeſe præcedēti ſuæ proteſta-
tioni uelle. Nam nulla in præcedentibus actis
eiuſmodi proteſtatio, nec in exceptionibus ta
lis ſignificatio animi uolentis cōteſtari litem
inuenitur: imò rei, ſicuti dictum eſt, propoſue
rāt omnes exceptiones peremptorias, negan-
tes etiam ſpolium & minoritatem, atque alia
eiuſmodi in libello ab actoribus allegata, nec
ullo unquam tempore probari ea poſſe con-
15 firmant. Illud † autem inter omnes Doctores
conuenit, quando reus non ſtat in puris ter-
minis peremptoriæ, ſed ultrà progreditur ne-
gando, uel confitendo, aut ſimile quid propo
nendo, uideri litē cōteſtari, gl. & Dd. in c. 2. de
lit. cont. lib. 6. Soc. præall. loc. & ſic intelligunt
Dd. c. prout. de dol. & contu. c. cùm cauſam. de
appellat. c. cùm uenerabilis. de excep. c. Ray-
nutius. de teſtam. in quib. omnib. dicitur, per
obiectionem peremptoriæ exceptionis conte
16 ſtationem induci. Et † in hoc caſu Canon. con-
ueniunt cum Legiſtis, quorum pleriq; indi-
ſtinctè & ſimpliciter tenent, per obiectionem
peremptoriæ exceptionis litē conteſtari, gl. in
l. 1. C. de litis conteſt. ubi Bald. nu. 3. dicit hanc
eſſe communem Legiſtarum opinionem, e-
tiamſi Bar. in d. l. 1. diſtinguat, cuius diſtinctio
reprobata eſt deciſ. Rot. 354. incip. item ſi da-
ro. quam deciſ. dicunt in foro ſeruari Panor.
in d. c. unico, Socin. in d. cap. quoniam. nu. 76.
ut lit. non conteſt. de quo Dec. conſil. 302. Sed
in hoc non opus eſt hic quidem inquiri dili-
gentiùs, cùm in cauſa præſenti non modò ex-
ceptiones peremptoriæ ſint propoſitæ, ſed e-
tiam negentur eſſe uera, quæ in libello actorū
17 continentur. Quanquam † autem rei non ſim
pliciter reſpondeant per uerbum Non credo,
uel Nego: tamen cùm per æquipollentia re-
ſponſum appareat, uidelicet quòd allegatum
ſpolium non ſit factum, neque hoc rei, aut eo-
rum parentes unquam in animū induxerint:
quodq́ue dictum ſpolium unà cum allegata
ſua minoritate in æternum actores probare
non poſsint, atq; ita effectu rei negent conten
ta in libello, lis dici debet conteſtata, cap. cùm
ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. cap. ex literis. de di-
uort. gloſſ. & Dd. in d. c. 1. & in d. cap. unic. per
illum téxt. de litis conteſt. & in d. c. quoniam.
ubi Socin. num. 67. cum ſequent. & 79. 81. 82.
83. 84. 85. ut lit. non conteſtat. Specul. in tit. de
18 lit. conteſt. Per † propoſitam enim in libello
narrationem, & contradictionem rei quibuſ-
cunq; uerbis factam, inducitur litis conteſta-
tio, l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. l.
1. ubi Bart. Bald. & Salic. C. de litis conteſt. l. 2.
in princ. C. de iur. cal. d. c. cùm ad ſedem. Hoſt.
19 in rub. de lit. conteſta. nu. 2. in fine. Vnde † nec
requiritur, ut reus dicat ſe animo litem con-
teſtandi contradicere, ſed animus hic colligi-
tur ex contradictione ac reſponſione ipſa, Pa-
nor. nu. 5. & alij in cap. penult. de iur. cal. Spec.
de litis conteſt. §. 2. num. 17. Domini de Rota
deciſ. 2. aliàs 12. de litis conteſt. in nouis, per l.
rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. & in d.
l. 2. in princip. C. de iur. calum. d. cap. unico, de
lit. conteſtat. d. c. cùm ad ſedem. cap. dudum. 2.
de elect. Quæ omnia iura cùm tantummodò
requirāt à parte actoris petitionem, & reſpon-
ſionem à parte rei, nos quoq; amplius requi-
rere non debemus, l. de pretio. de Publicia.
20 Sed † quando uerba ſunt apta ad litem conte-
ſtandā, præſumendus eſt animus uerbis con-
ueniens, Innoc. & Dd. in c. cùm M. de conſtit.
Socin. in d. c. unic. num. 68. ſicuti in reliquis a-
ctionibus humanis nemo præſumitur uerbis
expreſsiſſe, quod animo non agitarit, l. La-
beo. de ſupel. legat. cap. in obſcuris. de reg. iur.
in 6. Coraſ. l. cùm uirum. in princip. C. de fi-
deicommi. Quòd ſi uerò quis aliud propoſi-
tum habeat, quàm factis uerbiſq; exprimat;
21 in conſiderationem id non uenit, ſed † ex uer
bis factiſq; intentio iudicatur, l. quod quis.
de condict. indeb. l. ſi repetendi. C. de condict.
ob cauſ. dator. cum ſimilibus: ac rectè Socin.
poſt Martinum dixit in d. c. unic. ſi non præſu
meretur animus litem conteſtandi ex ſimpli-
ci reſponſione, non opus eſſet proteſtatione,
quando quis reſpondere uult animo nō con
teſtandi litem. Porrò hanc proteſtationem in-
terueniſſe, in exceptione nuſquam apparet, &
22 cùm † ſit facti, ſicut omnes cōtractus, uel qua-
ſi, l. conſilio. §. fin. de cur. fur. non eſt præſumē-
da, ſed probanda, Bal. l. ſi quis. in ult. not. C.
depoſ. ſicut reliqua facta, l. aſſeueratio. C. de
non. num. pec. Itaque fruſtra & nimis ſerò in
quadruplica primùm proponunt rei (ſi mo-
dò hoc uolunt) litem ſe non conteſtatos eſſe.
Cùm enim proteſtatio nulla facta inueniatur
23 ante litem reſponſione cōteſtatam, nec † pro-
teſtanti ſuper eo, quod non apparet, credi de-
24 bet, l. apud eos. C. de fide inſtrumen. poſt † li-
tem autem iam conteſtatam fruſtra proteſta-
25 tiones fiunt: quoniam in † iudicijs quaſi con-
trahitur, §. illud. in authent. de exhib. re. l. 3. §.
idem ſcribit. de pecul. fitq; quædam nouatio,
l. aliā. de nouat. l. non ſolet. de reg. iur. nec pœ-
nitentiæ locus eſt, auth. qui ſemel. C. quom. &

 quan-

dicendũ eſt, ſuper utroq; & litem cõteſtatam,
& ſimul pronũciandum eſſe. Nec ſanè dubiũ
eſt, cùm Cæſ. Maieſt. omne ius in iudicium uo
luerit deduci, & una ſententia terminari, cũq;
ſuper utroq; probationes receperit, quin iudi
catura ſit litem ſuper utroq; eſſe conteſtatam,
& utrunq; ſimul in iudicium deductũ, ideoq;
una ſententia terminandum.

Ad tertiam quæſtionem expediẽdam præ-
mittendum eſt, pro ratione diuerſatũ poſſeſ-
ſionum duo diuerſa interdictorum remedia
propoſita uideri: nam actores poſſeſsionem
baronatus A. quam eorum maiores atq; ipſi
longiſsimo tempore pacificè tenuerunt, ſupe
rioribus bellis amiſſam, & à patre reorum oc-
cupatam, ab eius filijs detineri adhuc iniuſtè
conqueruntur, & proinde petũt ſibi Barona-
tum illum reddi, ſeq; ut ſpoliatos ante omnia
in integrum reſtitui. Porrò baronatum B. qui
nunquam poſſeſſus ab ipſis eſt, ſed à tempo-
re ſpoliationis iure ſimultaneæ inueſtituræ
ad actores principales per mortem comitis a-
gnati deuolutus, alia petere actione uidẽtur,
cùm poſtulent eius poſſeſsionem pro portio-
nibus hæreditarijs adipiſci, & ſibi tradi, *einzu-
reumen, einzuweiſen, und zu immutiren, und ſie der ſel-
bigen habhafftig zumachen.* Ad quam adeptio-
nem & immiſsionem impetrãdam propunũt
37 canon. redintegranda. quod † generaliſs. eſt
remedium & in dubio intelligitur eſſe propo
ſitum. Alex. cõſ. 117. n. 1. 2. 3. 4. uol. 2. & omnia
alia canonica ciuiliaq; remedia complectitur,
quæ maximè huic cauſæ cõuenire, & propria
eſſe poſſunt, Menoch. 15. remed. recup. in prin.
38 & paſsim. Quando † aũt ſic generaliter cumu-
lantur remedia poſſeſſoria, cenſentur intenta
ea, quæ maximè ſunt cauſę cõſentanea. Inno.
in d. c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. in fine, & in c. con
querente. nu. 2. 3. & 7. de off. ordin. Panor. in c.
dilecti. nu. 13. de iudic. Iaſ. in §. omniũ. nu. 148.
cum ſeq. Inſt. de act. Socin. in c. ſignificãtibus.
nu. 62. de libel. oblat. Rom. conſil. 245. ad pri-
mam. nu. 8. facit tex. in l. ſed etſi. §. de iureiuran
do. & melior in l. ſolemus. ubi glo. & Dd. de iu-
dic. & quæ diſputat Ferra. in lib. cauſ. ſpol. poſ
39 ſeſ. in princip. nu. 10. Ratio eſt, quia † actor ui-
detur omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe,
l. in. fine, C. de annal. excep. c. abbate. uerſicul.
ſecus autem. de ſenten. & re iudic. lib. 6. l. ſi ma
ter. §. eandem. d. c. abbate. gl. & Dd. in l. 2. de li-
40 bel. oblat. Vt interim taceam, pro † actore li-
bellum eſſe latiſsimè interpretandum, Bar. in
d. l. ſolemus. nu. 1. cum addit ad uerbũ, ipſius
proferentis. & in l. rerum. nu. 4. ff. rer. amot. In-
noc. in c. licet cauſam. nu. 18. de probat. Iaſ. in
l. inter §. Stichũ. n. 8. de uerb. obli. Dyn. in c. cõ-
trà. nu. 7. de reg. iur. in 6. Quod cùm ita ſit, ad
poſſeſsionem dominij A. reuocandam, reme-
dia recuperandæ: ad poſſeſsionem uerò do-
minij B. cùm eam nũquam habuerint actores
conſequendam, remedia adipiſcẽdæ eſſe pro-
poſita, cùm hoc ipſarum rerum natura poſtu-
let, dicendum eſt: idq; ita declarant ipſi acto-
res in quintuplica, quod quidem facere poſ-
41 ſunt: eius † enim eſt interpretari, præſertim in
iudicijs, qui dixit, l. ſi quis intentione. 66. d. l.
ſolemus. cum ibi not. per Salic. & Dd. ff. de iu-
dic. l. Neratius. de reg. iur. Alexan. conſil. 183.
uiſo. n. 4. uol. 5. & quidem uſq; ad ſententiam,
Dd. præſertim Salic. num. 10. in l. edita. C. de
edendo, Bar. nu. 7. & 8. quem ſequitur Dyn. in
l. inter. §. ſi Stichum. de uerb. oblig. facit gl. fin.
ubi & Dd. in l. idem Pomponius. §. fin. de rei
uendic. c. cùm dilectus. de accuſat. c. literis. de
dilat. Neq; uerò hoc iuri conſonum non eſt:
42 etſi † enim diſputari ſolet in l. 3. C. de eden. an
plures actiones ad eandem rem competen-
tes, poſsint uno libello cumulari, tamen id ex
tra controuerſiam eſt, neq; dubitatur, quin di
uerſæ actiones ad diuerſas res conſequendas
rectè coniungantur una petitione, præſertim
aduerſus eundem, cùm ad breuiandas id lites
pertineat, l. ſi idem cum eodem de iuriſdict. o-
mnium iud. l. hæredes. §. de pluribus. ubi glo.
ff. famil. hercíſ. l. cùm duobus. §. ſi plures. ff. p
ſocio, l. ſi. C. de annal. excep. l. nullus pluribus.
de reg. iur. eaq; eſt communis opinio Dd. Bal.
Caſt. Iaſ. & aliorum in d. l. 3. & in d. l. ſi idem cũ
eodem. Dd. & Can. in c. 2. de libel. oblat. Soc.
latè in c. 3. nu. 17. eod. tit. & eſt de mente Spec.
tit. de libel. concep. §. furta. nu. 11. etiam in rea-
libus, c. querelam. ubi Innoc. in prin. & alij, de
elect. Bar. in d. §. nihil commune. Caſtr. conſil.
287. uidetur dicendum. Spec. de petit. & poſ-
43 ſeſſ. §. 1. ac † poſſeſſorijs retinendæ cum poſſeſ-
ſorio adipiſcendæ cumulandis, Bald. l. ſi pro-
prietate. nu. 15. C. ſi à non comp. iud. Innoc. c.
ex tenore. in prin. de reſcrip. Panor. c. ueniens.
nu. 3. & 29. de præſcrip. Fely. c. licet. in 10. limit.
de ſimon. Pariſ. conſi. 126. nullitas num. 7. uel
4. deciſ. Neapol. 156. pro parte. nu. 2. His ita
præmiſsis, cuius cauſa in poſſeſsione iuſtior
ſit, nunc conſequenter eſt inueſtigandum. In
quo facilioris intelligentiæ gratia, diſcernen-
dum eſt interdictum recuperandæ à remedio
adipiſcendæ poſſeſsionis: utrunq; enim inten
tatum eſſe, paulo antè, uelut per tranſennam,
ſtrictim indicaui. Quod igitur ad baronatum
A. attinet, affirmant actores, illum à maiori-
bus iure hæreditario ſe accepiſſe, & pacificè
poſſediſſe, idq; probatur inueſtitura ab ipſis
reis producta, qua Cæſ. Maieſt. patrem actorũ
hoc baronatu inueſtiuit. Item ex literis inue-
ſtituræ antiquioribus anno 37. datis, quas e-
tiam actores produxerunt: quibus cauetur,
ut illum teneant, poſsideant, habeant, ſicuti
maiores eorum tenere, poſsidere, habere ſint
ſoliti. Item probatur ipſorum reorum confeſ-
ſione: qui cùm fateantur paſsim in actis acto-
res hunc baronatum cõmiſiſſe per feloniam,
quia cõtra Imperatoriam & Regiam M. rebel-
larunt, & uelut ipſis iure ademtum eſſe, ſinè
dubio præſupponunt hoc ipſo eos antea ius
& poſſeſsionem habuiſſe. Etſi enim qui exci-
pit,

pit,non uſquequaq; fatetur intentionẽ, l.non
utiq; 9.ubi Socin.& Dd.de excep. c.exceptio-
nem.ubi Dyn.de regul. iur.in 6.c.uenerabilis.
ubi Fel.& Canon. de excep.Panor.n.26. Soc.
44 nu.77.de lit.conteſt.cum ſimil.tamen† quum
hîc præcisè fateantur priuationem rei, & in
hac ſe fundent,neceſſe eſt,ut præſupponant &
confiteantur habitum, l. decem. de uerb.obl.
l.nam etſi.in princ.de iniuſt. rupt.& irrit. l.3.§.
45 fi.de cap.dimin. Deinde† res eſt ita notoria,&
uulgò cognita, ut probatione nulla opus ha-
beat,c.3.ubi Dd. de teſtib. cog.c.euidentia.de
accuſat.c.fin.de cohab.cler.& mulier.c.3. & 4.
de diuortio,l.emtio.in princip.& §.1.ubi Bart.
de act.emt.l.eius.ubi Bart. C.de accuſat.gloſſ.
ſing.in clem.appellanti.de appellat. Quan-
quam autem ex his liquidè patet, negari non
poſſe, quin actores habuerint antiquiorem
poſſeſsionem in d. baronatu A, tamen uideri
prima facie nihilominus poterat reorum cau
ſa in poſſeſsione eſſe potior, idq; ex rationib.
ſubſequentib. Primùm quia res antea eſt iu-
dicata,& æternum ſilentium agentibus impo
ſitum:ergo amplius audiri de ea non debent,
46 l.ſub ſpecie.& tot.t. C.de re iud. Exceptio † e-
nim rei iudicatæ tam poſſeſſorio, quàm peti-
torio obſtat,c.cùm eccleſia.in fin.c.cùm olim.
de cauſa poſſeſſ.& propriet.Secundò,quia nõ
ſolùm poſſederunt per annum & diem, quod
47 † ad iuſtificandam poſſeſsionẽ Sax. more ſuf
48 ficit, ſed † etiã præſcrip ſerunt iure regni, unde
hæc feuda dependent,& cuius regni conſuetu
do ideo attendenda eſt,Hoſt.de feud.in fi. Al-
uar.nu.4.c.1.de feud.cog.Chaſſan.in conſue.
Burg.de feud.nu.17.Molin.de feu.in prin.cir-
ca finem,Boer.in conſuet.Bitur.de præſcrip.§.
2.gl.2.gl.art.30.in fi.Land.lib.1.Illud enim ad
præſcriptionem tm̃ requirit pacificam trium
annorum & 18. ſeptimanarum poſſeſsionem.
At rei per annos multò plures, uidelicet octo
& amplius, pacificè in poſſeſsione cum iuſto
49 titulo,& bona fide fuerunt.Iuſtè † enim poſsi-
det, qui authore Principe & Rege, à quo eo-
rum pater eſt inueſtitus, poſsidet, l. iuſtè, de
acqu.poſſ.l.1.§.qui authore.de reg.iur. Sequi
igitur uidetur, quòd non modò eorum poſ-
ſeſsio ſit iuſtificata,ſed etiam omnimodo præ-
ſcripta,ita ut agentes exceptione præſcriptio-
nis repelli debeant & poſsint: Bart. l.ult.nu.3.
ff.pro ſuo,gl.& Fran.ac Dd.c.1. uerb. finita. de
50 lit.conteſt.in 6. Tertiò, quòd† notoria exce-
ptio excludens ius agentis, ut cùm notoriè
cõſtat, ſpoliatum iuſtè ſpoliationem paſſum,
excludit reſtitutionem poſſeſsionis, c. ſignifi-
caſti.de diuort. c.ad decimas.de reſtit.ſpoliat.
in 6.Abb. in c. cùm dilectus. nu. 19. de ordin.
cognit.& in c.intelleximus. de adult. Cremo-
nen.in c.frequens. §.fin.& cap.ad decimas.de
reſtit.ſpol.in 6.gl Bald.in c. ex conqueſtione.
de reſtit. ſpoliat.Iaſ.latè in d.l.naturaliter.§.ni-
hil commune.nu. 44. 45. ubi latiſsimè Soc.
iun.de acquir. poſſeſſ. Dyn. unà cum addit.in

c.qui ad agendum.61.de reg.iur.in 6.gl.ſingu
laris in l.ſi de eo.ubi Bar. nu. 2. & Caſtrẽſis de
acq.poſſeſſ.Ang.in §.quadrupli.nu.50. Inſtit.
de act.At notorium eſſe proponitur,Barones
rebellaſſe contra Regiam & Cæſaream Maie-
ſtatem,eoq; per feloniam feuda hæc ipſo iure
commiſſa,pridem amiſiſſe. Quartò,quia rei
negãt à ſe Barones eſſe actores ſpoliatos, quo
rum idcirco eſt probare, l.actor. C.de probat.
l.qui accuſare. C.de edendo: nec poſſunt ali-
51 ter obtinere in iudicio recuperandæ, in † quo
hæc duo, ſcilicet prior poſſeſsio, & ſpoliatio
ſubſecuta,ſunt probanda,c.cùm olim. ubi Pa
norm. num 3.de reſtit.ſpoliat. gloſ.& Dd. in c.
ſi.eo.tit.lib.6.Ferrarien.in forma libel.in cauſ.
ſpol.poſ.ad uerbum Ingreſſus,& uerbum Te-
52 net, cum ibi allegat. Quoties † autem duo
probanda ſunt, non ſufficit unum probare,
gl.& Dd.in l.diuus.de re iud. & text. in c. licet.
de probat.l.Titia. ubi Bart.& Ang.ſolut.matr.
l.3.§.item interdicta.de iun. actuq; priu.quod
maximè hac in cauſa procedit,in qua actores
ad utrunq; probandũ apertè ſe aſtrinxerunt,
utrunq; in libello allegando, & fundando ſe
in eo, quòd ipſi fuerunt à patre reorum ſpo-
53 liati. Qui† autem duo allegat, aſtringit ſe ad
probandum utrũq;, ut ſi unum tantùm dun-
taxat probet,ſuccumbere debeat, Dd.in d.c.li
cet.Bar.in l.habebat.de inſtit.act.Iaſ.poſt Bar.
in d.l.diuus.nu.19.& 20. de re iud. latè Rom.
conſ.110.quæſtio cõſultationis.n.1.& 2.Quin
tò, quoniam actores diſertè agunt ex Cano.
54 redintegrãda. At† hoc remedium tantùm in
terris eccleſiæ,nõ in Imperio locũ habet,Legi-
ſtæ in l.rem quæ nobis. & in d. l.naturaliter.§.
55 nihil commune.de acq.poſſeſſ. Itaq; cùm † in-
competẽs inſtituta ſit actio,abſoluẽdi ſunt rei
cum refuſione expenſarum, l.1.§.1 ſi mẽſ.falſ.
mo.c.examinata.11.ubi Panor & Fel.de iudic.
cum ſimilib. His tamen omnibus nõ obſtan-
tibus de iure uerius eſſe, & in pronunciando
tenendum iudico, quòd agentibus reſtituen-
da ſit dicti baronatus poſſeſsio. Nam cùm cõ-
ſtet ea deiectos eſſe d. Barones, ante omnia &
priusq̃ quæratur, iure, an iniuria deiecti ſint,
56 tanquam ſpoliati,ſunt reſtituẽdi. Nec †cogũ-
tur ante reſtitutionem aduerſarijs de ſuo iure
aut ſuper exceptionibus reſpõdere. Neq; ijs
57 obijci poteſt regula:Dolo† facis,&c.ut hæc p-
bantur in l.ſi quis ad ſe fundũ. C.ad l.Iul.de ui
publ.l.ſi qs cõductionis.C.locat.l.1. ubi Dd.ff.
unde ui,c.ſi.c.2.c.1.de ord.cog.c.t.c. in literis.
c.ex cõqueſtione.c.cõquerente.ubi ubiq; Dd.
de reſtit.ſpol.c.ad eccleſiã.de cauſ. poſſ. Spec.
de pet.& poſſ.§.1.per Lothũ.Oldr.cõſ.224.iu-
ſtæ ſunt allegationes.nu.1. Alex.conſil. 6.cùm
58 proceſſum.nu.8.uol.3. Reſtitutio† autem fa-
cienda eſt,nõ modò ab ipſo ſpoliatore,ſed ab
omni eius ſucceſſore, ſiue uniuerſali, ſiue ſin-
gulari, qui quocunq; modo poſsidet,præſer-
tim ſi mala fide & ſcienter poſsideat,Panor.in
c.cùm ad ſedem.nu.24.& 26.de reſtit.ſpoliat.
Innoc.

Innoc. & Dd. in c. ſæpe. per illum text. de reſtit.
59 ſpoliat. ubi Innoc. n. 3. etiamſi † nulla probe-
tur ſpoliatio, Innoc. d. c. ſæpe de reſt. ſpol. per
illũ tex. & l. ſi coloni. C. de agr. & cenſ. lib. 11. d.
cap. redintegranda. 3. q. 1. Panor. in c. cùm ad
ſedem. nu. 28. de reſtit. ſpol. ad idem Innoc. in
60 c. querelã. nu. 11. de elect. ubi probat hoc † tenã
locum habere, quando aliquis ſpoliatur à iu-
dice, aut magiſtratu, ſine legitima cauſæ co-
gnitione, de quo text. in c. conquerente. de re-
ſtit. ſpoliat. ubi Panor. in prin. Dec. in l. non ui-
dentur. §. qui iuſſu. nu. 4. de reg. iur. Schurff.
conſ. 6. & conſ. 15. cent. 3. Menoch. latè remed.
8. recup. num. 3. cum ſeq. etiamſi uel à ſummo
quis Principe ſine iuſta cauſa, eiuſdemq́; co-
gnitione, ſpoliatus ſit, ſecundum cõmunem,
deciſ. Neap. 361. nu. 35. Iaſ. conſil. 38. in fi. lib. 3.
Bald. conſil. 135. in cauſa. in fi. lib. 2. Fran. c. li-
cet. in 3. notab. de præben. in 6. Ferrar. conſil.
4. nu. 5. conſil. 7. nu. 11. conſil. 10. nu. 10. conſil.
27. nu. 10. conſil. 30. nu. 1. 2. ut hanc fatetur cõ-
munem Menoch. remed. recup. 8. nu. 65. Nam
61 † hoc ipſo quòd quis antiquiorem poſſeſſio-
nem probat, & nunc ea inuitus caret, ſpolia-
tio facta præſumitur, Bal. in l. pen. nu. 15. C. ſi à
non comp. iud. Cyn. in l. non ignorabit. 4. C.
ad exhib. & in l. ſuper 11. C. de long. tem. præ-
ſcrip. Bart. in l. iuſto. §. non mutat. de uſucap.
Innoc. in c. ſuborta. ad uerbum, decernimus.
de re iudic. Bald. Caſtr. & Dd. l. fi. C. de probat.
Anchor. conſil. 274. ad declarationem. nu. 2.
bonus text. in c. licet cauſam. ubi Dd. de pro-
bat. & in l. ſi quis conductionis. C. de locat. &
melior in c. fin. de reſtitut. ſpoliat. in 6. Ferrar.
for. libr. de cauſa ſpoliat. poſſeſſ. in uerbo, ſæ-
pius. Ex quibus fundamentis concludẽdum
eſt, prout antè poſui, dictum baronatũ, acto-
ribus, utpote ſpoliatis, ante omnia reſtituen-
dum eſſe. Quod ut euidentiùs conſtet, ratio-
nes à reis in contrarium adductas ſigillatim
excutiamus. Principiò non obſtat hîc agenti-
62 bus rei † iudicatæ exceptio, quoniam illa poſ-
ſeſſorio recuperandæ obijci nequit, Bart. in d.
l. naturaliter. §. nihil commune. num. 3. Dyn. in
c. qui ad agendum. de reg. iur. in 6. Et hãc opi-
nionem latè multis argumentis confirmat &
tenet Iaſ. in d. §. nihil commune. num. 46. & i-
bidem Socin. iun. cùm ſpoliatus ante omnia
ſit reſtituendus, l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l.
Iul. de ui, c. porrò. de diuort. Quanquam au-
tem contrarium teneant Raph. Caſtr. Alex. in
d. l. naturaliter. §. nihil commune. & Caſtr. in l.
2. C. de edict. diui Adrian. toll. l. permiſceri. de
acquir. poſſeſſ. Ioan. And. Hoſt. in c. 2. de cauſa
poſſeſſ. & propriet. Ant. de Butr. in c. cùm dile-
ctus. eod. tit. & Ioan. And. in addit. ad Spec. de
petit. & poſſeſſ. §. 1. uerſic. ſed quid ſi. Oldr. con
ſil. 274. in cauſa quæ uertitur ſuper. & conſil.
224. iſtæ ſunt allegationes. num. 2. & hanc eſ-
ſe communem opinionem uult Alexa. tamen
hi omnes loquuntur contra Barto. in eo caſu,
quando reus abſolutus eſt, eo quòd probauit
ſe eſſe dominum. Hanc enim ſuæ opinationis
afferũt cauſam, per ſententiam latam in fauo-
rem rei, qua pronũciatum eſt eum eſſe domi-
num, notoriè cõſtare de eius dominio. Quia
63 ſententia † inter eaſdem partes facit notoriũ,
c. ueſtra. c. fi. de cohab. cler. & mulier. Sed no-
torij dominij exceptio excludit agẽtem inter-
dicto recuperãdæ, c. 5. c. 6. de cauſ. poſſ. & pro-
priet. l. pen. l. ult. de Public. in rem act. c. ad de-
cimas. de reſt. ſpol. in 6. Ergo, &c. Cùm autem
64 Dd. opinio † accipienda ſit ſecundũ rationem
& iura quæ allegant, c. intelligentia. de uerb.
ſig. Bar. in l. nõ ſolùm. §. liberationis uerba. de
lib. leg. facilè apparet, d. ſcribentes in eo dun-
taxat caſu diſſentire à Bartol. & eius ſectatori-
bus, quãdo ſententia rei ad iudicatoria in pe-
titorio pro reo lata eſt, unde oritur neceſſariò
perimens dominij exceptio, ut & Alexan. ipſe
præalle. loco declarat. At res iudicata, de qua
hîc agitur, longè alia eſt. Non enim notorium
facit ius reorum, quippe qui tantùm abſoluti
ſint ab impetitione actoris, ratione contuma-
ciæ, quòd d. actores citati ad curiam Bohemi-
cam non comparuerint. Cùm igitur ceſſet hîc
ratio deciſionis Dd. uidelicet notorietas iuris
reorum, ceſſat etiã dicta deciſio l. quod dictũ.
de pact. l. adigere. §. quãuis. de iur. patr. c. cùm
ceſſante. de appella. c. etſi Chriſtus. de iureiur.
meritoq́; retinenda hîc erit Bart. ſententia, ut
ſpoliatus ante omnia reſtituatur, præſertim
cũm iſta exceptio rei iudicatæ concernat ma-
65 gis petitorium, quàm poſſeſſorium. Cũ † aũt
exceptio notorij iuris rei obſtat petitorio, nõ
poſſeſſorio, tunc nõ impedit, quo minus ſpo-
liatus ante omnia ſit reſtituendus, d. c. porrò.
de diuor. quẽ tex. per hãc diſtinctionẽ cõciliãt
Cano. cum c. ſignificaſti. eo. tit. ut explicat Iaſ.
in d. §. nihil cõmune. nu. 46. Deinde quod di-
66 citur, exceptionẽ † notorij iuris rei impedire
reſtitutionem, intelligendũ eſt de exceptione,
quæ facit notoriũ, & incõtinenti probari po-
teſt, nec altiorem requirit indaginẽ: ſecus eſt
in ijs, quæ incõtinenti nõ probantur, & nõ fa-
ciũt ius notorium, c. literas. in fi. de reſtit. ſpol.
Pan. in c. in literis. nu. 27. & 30. eo. tit. Bal. in l. ſi
de proprietate. nu. 17. C. ſi à non compet. iud.
Oldr. in præallegat. conſil. 124. num. 22. Iaſ. in
d. §. nihil commune. num. 46. in princ. Ioan.
And. Philip. Franc. num. 11. Anchor. num. 4. &
communiter ſcribentes in c. fin. de reſtit. ſpol.
in 6. & in cap. ſignificaſti. de diuort. c. poſt ele-
ctionem. de conceſſ. præben. facit text. in l. is, à
quo. ut in poſſeſſ. leg. l. 3. §. ibidem. ad exhib.
Alioqui in fraudem ad differẽdam litem poſ-
ſit opponi eiuſmodi exceptio, ut rectè inquit
Panor. in d. c. in literis. num. 30. de reſtit. ſpo-
liat. At hîc oppoſita rei iudicatæ exceptio ne-
que inducit notorium, nec in continenti pro-
batur. Actores enim rem iudicatam oppu-
gnant & aſſerunt ſententiam nullam, ſic ut ef-
fectum nullum, nedum notorium pârere poſ-
67 ſit, iuxta regulam: Quod † nullum eſt, nullum

pârere

pârere poteſt effectum, c. non pręſtat. de regul.
iur. in 6. l. nō putauit. §. nō quæuis. 2. ubi Bart.
de bon. poſſ. con. tab. l. 4. §. condamnatū. ubi
poſt alios Iaſ. de re iud. l. non dubium. in fi. C.
de legib. §. ſi aduerſus. Inſt. de nup. Soc. conſil.
215. uidebatur. nu. 15. uol. 4. nec conualeſcere
ex poſtfacto poteſt, l. 1. l. filio. 17. de iniuſt. rup.
teſt. l. ſi filius. 7. de lib. & poſth. l. 1. de reg. Cato.
l. quod initio. 30. de regul. iur. ubi Dec. Cag. &
68 Dd. c. nō firmatur. ubi Dyn. eo. tit. in 6. Illa † au
tem dicuntur incontinenti probari, quæ ſine
mora iudicij, ſtatim atq; proponũtur, demon
ſtrari poſsint, l. is à quo. ut in poſſ. legat. nom.
Bald. in l. 2. in prin. C. dę edict. diui Adria. toll.
aut ſaltem breui temporis ſpatio, c. 1. de reſt.
ſpol. in 6. l. ult. C. de erro. ad l. ult. C. de iudic. ar
bitrio iudicis ſtatuendo, Bart. l. 4. §. cōdemna-
tum. nu. 4. de re iud. l. ult. nu. 4. de compenſ. &
in extrauag. ad reprimendũ. uerb. ſummariè.
nu. 4. qui fini reb. Salic. Alex. & Dd. l. 2. C. de e-
dict. diui Adria. Alex. conſ. 166. nu. 6. 7. lib. 2.
Fel. c. cùm contingat. nu. 18. de off. deleg. Non
igitur agenti recuperandæ, obſtare hæc exce-
ptio poteſt: ſequitúrque obiectu huius exce-
ptionis rei iudicatæ, quæ impugnatur & dici-
tur nulla, ita ut cauſæ cognitione ſit opus, ſen
tentiam reſtitutionis in poſſeſſorio recuperã-
dæ, & cauſa ſpoliationis impediri non poſſe.
69 Eodem † modo ad ſecundam dubitandi ra-
tionem & obiectam præſcriptionis exceptio-
nem reſpondendum puto. Negatur enim ul-
la hîc cucurriſſe præſcriptio: quia non inter-
uenit bona fides, ſine qua nulla hodie præſcri
ptio currit, c. ult. ubi omnes Dd. de præſcript.
etiam feudalis, Matth. Afflict. in 1. notab. nu. 1.
2. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. def. Tiraq.
de præſcrip. §. 1. gl. 2. Franc. Balb. de præſcript.
2 parte 3. partis prin. quæſt. 14. num. 6. uel ſta-
tutaria, Cornæ. conſil. 86. in cauſa. circa fi. lib.
1. Fulg. conſil. 64. nu. 3. Bouer. de præſcrip. ſta-
tut. glo. 2. & alibi paſsim, & in Specul. Saxon.
gloſſ. artic. 29. lib. 1. cum ibi allegat. Item quia
deficit hîc continuò quieta & pacifica poſſeſ-
ſio, l. ſine. 25. de uſucap. l. ſuper. 11. C. de long.
temp. præſcrip. præcipuè ciuilis, Bart. Iaſon &
communiter Dd. l. clàm poſsidere. §. qui ad
nundinas. de acquir. poſſeſſ. Soc. iun. l. 1. num.
293. cum ſequen & num. 314. eod. tit. Did. Co
uar. c. poſſeſſor. in princip. num. 7. de reg. iur.
Balb. de præſcrip. 3. parte 3. partis prin. quæſt.
3. numer. 1. Pariſ. conſil. 113. num. 25. uolum. 1.
ſine qua naturalis ad uſucapionem non ſuf-
ficit, Bart. l. 1. num. 8. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. l. 3.
§. ex contrario. num. 25. eod. tit. Couar. præal-
leg. loc. Ad hæc, quoniam defecit poſsidentea
per uim iuſtus titulus, l. ult. C. unde ui, l. diuti-
na. C. de præſcrip. long. tempor. Balb. de præ-
ſcript. parte 2. partis 4. princ. quæſt. 2. num. 1:
quorum uno aliquo, ne dum omnibus, ut
hîc, deficientibus, euaneſcit pręſcriptio, Iaſ. l.
1. nu. 40. 41. C. de ſer. fug. Balb. tract. præſcrip.
parte 3. tertiæ partis princ. quæſt. 3. num. 7. 8.

Deficiunt autem, quoniam ab allegante præ-
ſcriptionem non probantur, c. 1. de præſcript.
in 6. ubi Fran. in 1. not. c. ueniens. c. auditis. de
præſcrip. Neque probantur ex illa Bohemica
cōſuetudine, quã & hæc, utpote negata ab ad-
uerſa parte, probari debuit, l. 4. ubi Bartol. de
cuſt. reor. quamlibet iactaretur notoria, Cra-
uet. conſil. 37. nu. 5. ſed & aduerſus antiquio-
res notoriè poſſeſſores fruſtrà allegatur paci-
fica unius anni poſſeſsio, quando per metum
potentiæ ſilere tum actores cogerentur. Sed &
adductum ad hanc colorandam ius Saxonic.
loqui tantùm in rebus mobilibus, non ſoli, &
de poſſeſsione bonæ fidei quieta, nec per ullã
contentionem interrupta, ut in rerum immo-
bilium poſſeſsione, & quidem malę fidei uio-
lenta & inquieta locum habere non poſsit. Il-
70 lud † etiam conſtat, nullo iure talem poſſeſ-
ſionem tanti eſſe momenti, ut antiquiorẽ poſ-
ſeſſorem ſpoliatũ, de cuius iure liquet, exclu-
dere poſsit, d. c. redintegranda. in uerbis, qua
cunq; conditione temporis. c. licet. de probat.
71 Nam † & iure ciuili annua uel alterius tempo-
ris quieta poſſeſsio tueri poſsidentẽ ſolẽt, tam
quam iuſta, l. 1. in prin. de itin. actuq; priuat. l.
1. de aqua quot. l. 1. de fon. l. 1. de cloac. cum ſi-
72 milibus. non † tamen aduerſus dominum, l.
penult. l. fin. de Publicia. in rem. act. c. 5. c. 6. in
fi. ubi gl. de cauſ. poſſ. & prop. aut ſpoliatum,
etiamſi quis plurib. annis poſſederit, l. ult. ubi
Dd. C. unde ui: quæ tantũ per 30. annos actio-
nem excludit, c. licet. de probat. Imò hodie ne
30. quidem anni ſufficiunt, cùm, ut dixi, malæ
fides uiolenti poſſeſſoris omnẽ præſcriptionẽ
impediat, d. c. ult. de præſcri. tex. in c. uigilanti.
5. eo. tit. Vnde perpetua eſt contra eũ aut eius
ſucceſſorẽ, c. ſæpe. de reſt. ſpol. ſpoliatis actio,
73 c. reintegranda. 3. q. 1. Cuius † remedium hîc
propoſitum eſt perpetuum, Menoch. remed.
13. recuper. Nam & interdictum Vnde ui, per-
petuò datur contra ſpoliatorem & eius hære-
des, de eo quod ad eos peruenit, l. 1. in prin. &
§. annus. ff. de ui & ui arm. l. 2. ubi gl. & Dd. C.
unde ui, Panor. nu. 56. & 57. Innoc. & commu
niter Cano. in c. cùm dilectus. de ord. cognit.
74 & condictiones † ex c. ſæpe. &c. redintegran-
da. & aliæ ex legibus & Canonibus ad recupe
randam poſſeſsionem perpetuæ ſunt, ſicut cæ
teræ condictiones, l. 2. C. de conſtit. pec. & offi-
cium iudicis, l. 3. ubi gl. C. de præſcr. 30. annor.
l. querela. ubi gl. Bar. Bal. & Dd. C. de fal. Boer.
deciſ. 26. Ferrar. in for. oppugn. ſen. uerb. eſſe
75 nullam. nu. 2. 3. ut unius † anni poſſeſsio recu-
perandæ remedijs obſtare nequeat, Alex. in
terminis conſ. 6. circa proceſſum. nu. 11. uol. 3.
Menoch. remed. 15. recup. nu. 398. cum multis
ſeq. Ioan. Andr. & Ant. de But. in c. ſollicitè. de
reſtitut. ſpoliat. Rofred. in lib. de bon. poſſeſſ.
ex edict. diui Adr. nu. 8. Eadem ratione conuel
litur tertium acroama reorum. Quod em̃ di-
cunt notoriũ eſſe, actores, ut rebelles, amiſiſſe
feuda, id nō modò nō notoriũ eſt, ſed multò
maximè

maximè controuérſum. Nam primò negant
ſe rebelles fuiſſe actores, neq; eiuſmodi fuiſſe
declaratos: adduntq; etſi fuiſſent, ſine tamen
ueritatis præiudicio) ſe tñ in integrũ eſſe prius
reſtitutos, quàm poſſeſsio iſta ſibi fuerit abla-
ta. Ac cùm in eo uertaẽ petitorij iudicij cardo,
nõ obſtat poſſeſſorio recuperandę. Spoliatus
76 enim†eſt reſtituẽdus, antè quàm de iure eius
cognoſcatur, l. 1. in uerbis, ſine ulla cunctatio-
ne reſtituāt. C. ſi per uim, uel alio modo. l. ſi qs
ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui pub. l. ſi mari-
tus. de don. inter uir. & uxor. nec ante reſtitu-
tionem cogitur de iure ſuo recedere, c. ſuper. c.
fin. de ord. cognit. c. in literis. ubi Panor. de re-
ſtit. ſpol. Innoc. Dyn. in d. c. qui ad agẽdum. de
regul. iur. in 6. Bal. in l. ſi de ui. ubi Caſt. & Dd.
de iudic. neq; poteſt ei referri ꝓprietatis quæ-
ſtio, d. l. ſi de ui. de iudic. d. l. ſi quis ad ſe fun-
dum. C. ad l. Iul. l. ſiquis cõductionis. C. de lo-
cat. l. ordinarij. C. de rei uendic. l. 1. §. 1. ubi gloſ.
ad uerbũ, recuperandam. de ui & ui arm. Soc.
iun. poſt alios in l. naturaliter. §. nihil commu-
ne. de acquir. poſſ. Menoch. 15. remed. recupe.
Vnde & prędo ante omnia eſt reſtituendus, d.
l. 1. §. qui à me. d. l. momẽtaneæ. c. in literis. ubi
Dd. de reſt. ſpol. Dyn. in regula, Dolo petit. de
reg. iur. in 6. Hippol. ſingul. 11. & 199. Alexan.
conſ. 117. uiſo proceſſu. num. 4. uol. 2. Bal. cõſ.
84. libelli. in princi. uolum. 1. Boer. deciſ. 238.
num. 2. Cornæ. conſ. 271. num. 1. uol. 3. & conſ.
282. num. 10. uol. 1. Quocirca licet obijciant
rei feudum propter delictum in commiſſum
cecidiſſe, prius tamen poſſeſsio feudi illis re-
ſtituẽda eſt, qui poſſeſsionẽ antiquiorẽ pro-
bauerint, & ſpoliati ſunt: quæſtione commiſsi
ad petitorium reiecta reſeruataq;, Pet. Iac. in ſe
cundo libel. l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. etiã
77 cùm quis † à magiſtratu & Principe ſpoliaẽ,
deciſ. Neap. 361. nu. 35. Iaſ. conſ. 38. in fin. lib. 3.
Bal. conſ. 135. in cauſa. in fi. lib. 2. Philip. Fran.
c. licet. in 3. not. de præb. in 6. Ferret. conſ. 4. n.
5. conſ. 7. num. 11. conſil. 10. nu. 10. conſ. 27. n.
10. conſ. 30. nu. 1. 2. & hãc cõmunem eſſe, quan
do Princeps ſiue iuſta cauſa & cognitione ꝓ-
cedit, teſtatur Menoch. recuper. rem. 8. nu. 50.
51. 65. 66. cum ſeq. Idem uerò multo magis, ſi
quis à iudice uel magiſtratu ſit ſpoliatus, ordi
ne iuris non ſeruato, c. conquerente. ubi Dd.
de reſtit. ſpol. l. meminerint. C. unde ui, c. refe-
rente. ubi Dec. num. 2. de præben. Bald. conſil.
335. copioſè eſt allegatum. uolum. 1. & conſil.
348. ſpoliatus uirtute ſententiæ. & conſil. 356.
proponitur. eodem uol. Lucas de Pen. in g. l. ſi
coloni. C. de agric. & cenſ. lib. 11. colum. 5. par.
med. uerſ. unde ſi quis ſpoliatur. Socin. in re-
gula, ſpoliatus. 9. fallen. Oldr. in d. conſ. 124.
iſtæ ſunt in princ. gl. ult. in c. præſentiã. ubi Ar
chid. nu. 7. 9. 11. pulcherrimè Boer. multa alle-
gans deciſ. 238. num. 4. Schurff. conſil. 6. & 15.
centur. 3. Quod ad quartũ attinet, quãquam
appareat ex inueſtitura, Regem tanq̃ de com-
78 miſſo patrem reorum inueſtiuiſſe: tamen † cũ
de iure illius inueſtituræ quæratur, cũq; acto-
res probarint ſe antiquiores poſſeſſores, ea re
præſumũtur ſpoliati, & uiolẽta eſſe iudicatur
reorum poſſeſsio, d. c. licet cauſam. de probat.
Cæpoll. in tract. ſeruit. ruſt. præd. tit. de aquæ-
duct. nu. 53. Et ut maximè rei non ſpoliaſſent,
aut non eſſent ſpoliatoris hæredes, tamen ni-
hilominus, cùm poſsideant ea, quæ amiſerũt
actores, meritò ad reſtitutionem compellen-
79 di ſunt. Remedia † enim recuperandæ, præſer-
tim ex Can. redintegranda, & c. ſæpe. de reſtit.
ſpol. non modò dantur ſpoliatis, ſed omni-
bus ijs, qui iniuſtè poſſeſsionem amiſerunt,
d. c. redintegranda. etiãſi is, cũ quo agitur, nõ
per uim occupauerit, Panor. in d. c. cùm ad ſe-
dem. nu. 26. cum ſequent. de reſt. ſpol. Cornæ.
conſil. 18. uiſa pet. nu. 1. uol. 1. præſertim mino-
ribus, cuiuſmodi fuerũt actores hic tempore
ſpoliationis, Panor. in c. accedẽs. ut lit. nõ con
teſt. per Anto. de Butr. in d. c. ſæpe. de reſt. ſpol.
non modò aduerſus ſpoliatores, ſed qualeſ-
cũq; eorum ſucceſſores, etiam tertios poſſeſſo
res, ſiue bonæ, ſiue malæ fidei exiſtãt, d. c. ſæpe.
ubi Inn. Panor. & cæteri Can. & in d. c. cùm ad
ſedem. ubi Pan. nu. 29. de reſt. ſpol. d. c. redinte
granda. Corn. conſil. 18. uiſa pet. numer. 1. uol.
1. Meno. d. remed. 15. recup. ut probare factam
præciſè ſpoliationem, minimè hic actores ha
beant neceſſe: cùm quia antiquiorem poſſeſ-
ſionem probarũt, unde præſumitur ſpoliatio
ſecuta, c. licet cauſam. ubi omnes Dd. de pro-
bat. c. ult. de reſt. ſpoliat. Bar. l. 1. §. quod ait. nu.
13. 18. ff. uti poſsidet. Iaſ. l. 4. C. unde legit. Bal.
l. pen. nu. 15. C. ſi à nõ comp. iud. Couar. c. poſ-
ſeſſor. parte 2. §. 1. nu. 1. & 3. Alex. conſ. 100. nu.
1. lib. 7. Dec. conſ. 282. agitur. nu. 1. Iaſ. conſil. 6.
ſpectatiſs. lib. 1. Ferrar. in for. lib. turb. poſſ. uer
bo, hodie tenet. num. 34. quæ præſumtio locò
probationis eſt, l. ſiue. C. de probat. tum, quia
contra poſsidentes quoſcunq;, etiam nõ ſpo-
liatores, hæc remedia recuperandæ, quæ ſunt
intẽtata, danẽ, ut paulò antè diximus. Et hanc
80 † probationem antiquioris poſſeſsionis ad ui
ctoriam ſufficere in iudicijs recuperãdæ, etiãſi
non probetur ſpoliũ, tenet Innoc. & cõmuni-
ter Dd. in d. c. ſæpe. de reſt. ſpol. Ale. cõſ. 103. ſu-
per eo. nu. 1. uol. 7. & conſil. 6. proceſſum. nu. 5.
uol. 3. ubi uult in terminis noſtris, quando a-
gens ex Can. redintegranda: allegauit ſpoliũ,
ꝙ plene intentionẽ & ſufficiẽter probabit de-
mõſtrata poſſeſsione antiquiore, & conſ. 117.
uiſo proceſſu. nu. 4. uol. 2. Dec. conſ. 302. & ꝓ
tenui. nu. 12. pro quo facit Bald. in l. pen. circa
fin. C. ſi à non comp. iud. ubi definit, ſatis dici
81 quem † probari ſpoliatũ eo ipſo, quòd probat
ſe habuiſſe antiquiorem poſſeſsionẽ, & nunc
nõ habere: ſed ab aduerſario eam teneri, quia
ſic oſtenditur ſpoliatus reipſa, l. ſi coloni. C. de
agri. & cenſit. lib. 11. ſequitur Cor. conſil. 35. cir
ca primam. nu. 17. uol. 1. & conſil. 18. uiſa. nu. 3.
uol. 1. Franc. Balb. in repetit. l. Celſus. in princ.
nu. 48. de uſucap. & ita deciſum eſſe, ut quan-

do agitur ex Can. redintegranda. nō opus ſit
probare ſpoliū,ſed ſufficiat probare antiquio
rem poſſeſsionē teſtatur Matth. de Aff. deciſ.
Neapol.327. fuit bene. num. 2. idemq́; ſeruari
in feudalibus quæſtionibus, tenet Henning.
God.conſil.13.quidam.nu.7.& 8. Nec obſtat,
82 ſi dicatur, cùm † qui regis authoritate poſsi-
det,non cōmiſiſſe ſpolium,Cyn.in l. meminerint.
ubi cōmuniter Bald.Sal.ac alij Dd. C.unde ui,& per not.in l.iuſtè.de acquit.poſſ. Nam
hoc uerū eſſet, ſi inueſtituræ regiæ nihil poſsit
obijci, & facta eſſet ordine iuris ſeruato: alioqui ſi nō cōſtet ſatis de iure inueſtituræ regiæ,
ante omnia ſpoliatus eſt reſtituendus,ut in ſimili deducitur deciſ. Neap.302. aliud dubiū.
& docuimus ſuprà ex Menoc.remed.recup.8.
nu.50.cum multis ſequentib. Non autē ſeruatum hîc eſſe iuris ordinem,ex eo liquet, quòd
reorū pater d. dominiū occupauit & poſſedit
ante quàm dicta inueſtitura fieret, & actores
declarati eſſent cōtumaces,ut literæ euidenter
83 docent. Hanc † igit uiolentā poſſeſsionē non
debuit Princeps ſuis literis confirmare, l.3.C.
unde ui. Violentam autē fuiſſe ex d.inſtrumento apparet,quo ſignificatur reorum patrē occupaſſe d.Baronatū, & per conſequēs ſpoliaſſe d. actores ante quàm ius illi à Rege ullū inueſtituræ eſſet conceſſum:ut etiāſi per probationem antiquioris poſſeſsionis non ſatis hîc
conſtaret de ſpoliatione: tamen hinc liqueret
actores intentionem ſuam impleuiſſe. Spolia-
84 tus † enim nō ſolū cenſetur is, qui per uim deiectus eſt,ſed etiā is, qui ſuſpicat ſe poſſe repelli ab eo, qui poſſeſsionē clandeſtinè, uel per
uim,aut manu militari(prout hîc factū eſt) occupauit,adeò ut ille amittat poſſeſsionem,l.ſi
id quod.§.fi.de acquit. poſſ.& qui occupauit,
tunc incipiat ui poſsidere, ſic ut contra eum
quaſi ſpoliatorē agere prior poſſeſſor, tanq̃
ſpoliatus,poſsit,l.clam poſsidere.§.qui ad nūdinas.in fi.de acquit.poſ.ubi gloſ.& Dd.Bart.
in l.1.§.ſiue autem de ui & ui arm. Et hanc probationem ſpoliationis ſufficere hîc in terminis noſtris tenet & pluribus firmat Corn.in d.
conſ.18.uiſa petitione.num. 4. uol.1. Quamobrē etiamſi uerū eſſet actores hîc ſe aſtrinxiſſe ad probandam ſpoliationem, tamen ex ſuprà dictis iudicandum foret ipſos intentionē
impleuiſſe:ſed non ſe coarctaſſe ad hoc præciſè probandum, quamuis in libello poſuerūt
ſpoliationem factam,uerius eſt. Nam quoties
85 † aliquid narrat in libello, quod probatū nihil releuat, nec mutat qualitatem actionis,ad
id probandum non debet uideri actor ſe deuinxiſſe,Bar.in l.denunciaſſe.§. quid tamē.n.
2.de adult. & eſt de mente. Cyn. Bald.Caſt.in
l.2.C.de prob.Iaſ.in d.l.diuus.nu.20.de re iu.
Ang.con.123.uiſo libello.Rom.conſ.110.quæſtio conſultationis. Sed hîc,ſiue probetur ſpoliatio, ſiue non probetur,nihil mutat: quia agens ex c.redintegranda.ſemper eſt reſtituendus,Corn.d.conſil.18.uiſa petitione.uolum.1.
cū ibi allegat.& iuribus ſ.deductis. Ergo,&c.
86 Non † obſtat, quod ultimo loco adductum
eſt,remedium d.canon.redintegranda. nō habere locum in terris Imperij: nam communiter Dd.tenēt contrarium, ſcilicet in terris etiā
Imperij ex eo agi poſſe, Bar. in l.ſi coloni.nu.
2.C.de agric.& cenſi. lib. 11. Iaſ. poſt alios in l.
rem,quæ nobis.num.20.21.22.de acquir.poſſeſ. Innoc.in c.cùm ad ſedem. de reſtit. ſpoliat.
Angel.conſil. 157.in prædicta quæſtione. nu.
1. Alexan. conſil.5 uiſo & diſcuſſo. num. 1.uolum.1.& conſil.117. uiſo proceſſu. uol.2.& conſil.200. uiſo &, diſcuſſo. in princip. ubi dicit,
ſiunc eſſe communem ſtilum & obſeruātiam,
Corn.conſil.35.primum.num.17. uol.1. Et ita
in terris Imperij hodie practicari teſtatur quotidiana experientia atque conſuetudo, quæ
eſt optima legum interpres, l.ſi de interpretatione.de legib.Mynſin.obſer. 85.centur.3.addens hoc remedium dari quoq; contra titulo,cumq́; bona fide poſsidentem tertium, &
ſic ſuo tempore (quo nimirum aſſeſſor erat)
Cameram ſeruaſſe teſtatur ex communi doctrina Alexan.& Dd.contra Bart.in l.rem quæ
nobis.de acquir. poſſ. Lapus allegat.52.cum
alijs per eum allegat. Henning. God.conſil.1.
de interdict. reſt.nu.9.cum ſeq. Quod etiamſi
87 † non haberet locū hîc.d.Canon redintegranda.tamen generale officium iudicis competeret minoribus,qui poſſeſsione ceciderūt, not.
Panor.in c.accedens.1.ut lit.non conteſt. Ant.
de Butr.in c.ſæpe. de reſtit.ſpoliat. Molinæ. in
conſuc.Pariſ.tit.1.§.1.gloſ.4. num.39. Menoc.
remed.recupe.8.num.30. Dictum eſt autē hîc
non modò ex d.canon. redintegrāda. actum,
ſed officium etiam iudicis imploratum,& alia
omnia remedia idonea, quæ competere poſ-
88 ſent,in genere propoſita eſſe. Deinde hîc † libello eſt addita ſalutaris clauſula,qua procurator agēs, omnia & ſingula idonea remedia
producit,petēs ſuper ijs ius & iuſtitiam adminiſtrari,& implorando officium R.M. Hæ autem clauſulæ faciunt, ut ſi actor nō omnia probet,ſed tantum, quantū ſufficit ad uictoriam,
obtinere debeat: ita in terminis tenet Alexan.
conſil.6.circa proceſſum. nu.6.& 7. uol. 3. facit tex.not.c.2.ubi Ant.de Butr.Abb.& Dd.de
ord.cognit. Bald.in l. 2.C. de probat. Iaſ. in §.
omnium.num.148.Inſtit. de act. & in l. petēs.
num.3.de pact.Boer.deciſ.74. dico in fin. Ve-
89 † etiamſi uerū eſſet,eum,qui duo allegat,quōuis alterutrum ad uictoriam ſufficiat, utrūq;
probare debere: quod durum tamen eſt, & à
multis,ut dixi,improbatum,Bald.in l.1. C.de
cond.inſert.& in l.fin.C.ſi ex falſ.inſtru. Caſtr.
in d.l.diuus.Boer.d.deciſ.74. per l.fin.§.in recuſatorijs.C.de appellat.c.ſignificant. c.ſignificante. de appellat. tamen per rationes iam ſuprà dictas nihil hîc obſtaret,quo minus actores iudicandi ſint intentionē ſuam impleuiſſe.Quòd cùm ita ſit,conſequens eſt,poſſeſsionem d.baronatus A.actoribus ex Can. redintegran-

tegranda agentibus, ante omnia reſtituendā
eſſe. Expedito hunc ad modum interdicto Re
cuperandæ, nunc alterum poſſeſſorium Adi-
piſcendæ exequamur, intentatū ad poſſeſsio-
nem adipiſcendā baronatus B. ex ſucceſsione
& per obitum ultimi domini ſine liberis mor-
tui, ad actores, uelut proximos cum reis agna
tos ſucceſſores, pro portionibus uirilibus ex
æquo deuoluti. Qua quidem in parte actum
eſſe interdicto adipiſcendæ, & libellus oſten-
dit, & natura rei exigit, cùm actores d. baro-
natus poſſeſsionem nunquam habuerint, ſed
eam à morte ultimi domini in totum pater d.
reorum occuparit. Quanquam enim iure ſi-
multaneæ inueſtituræ actoribus, ut proximis
hæredibus feudalibus, ius dominij iuris in-
terpretatione poſt mortem d. domini quæſi-
tum eſt, tamen poſſeſsionem, quæ plurimum
facti habet, l. poſſeſsio. de acquiren. poſſeſs.
non ſunt adepti, nulla traditione aut occupa-
tione inſecuta, l. cùm hæredes. §. 3. de acqui-
90 rend. poſſeſſ. Ius † enim dominij per aditio-
nem tranſit in hæredes, non etiam naturalis
poſſeſsio, d. l. cùm hæredes. l. Pomponius. §.
quæſitum. ubi Bartol. l. qui uniuerſas. §. per co
lonum. de acquirend poſſeſſ. l. ſi homo. de u-
ſucap. l. 2. §. apparet. de crimine expilat. hære-
ditatis, l. 1. §. 1. ſi quis teſtamento lib. l. ſi ſorori.
ubi Bald. Iaſ. & Dd. C. de iur. delib. & in l. fin.
C. de edict. diui Adrian. toll. Chaſſan. in con-
ſuetud. Burgund. tit. de ſucceſsionib. in princ.
& latiſsimè Tiraquellus in tractat. de morte,
ſua lingua, le mort ſaiſit, in 3. declarat. præfat.
num. 2. & 3. idq; in feudali ſucceſsione non ad
liberos, ſed ad collaterales agnatos (ut in præ-
ſenti caſu deuoluta eſt) obtinere, ſcilicet quòd
ſucceſſores adeundo tantùm ius dominij, nō
etiam poſſeſsionem abſq; naturali apprehen-
ſione conſequantur: eſt communis opinio Ia-
cob. in tractat. de inueſt. feudali, ad uerbū, ita
quòd ipſi inueſtiti. num. 13. Iaſon. in l. ſi ſoro-
ri. num. 2. C. de iure delib. ex doctrina Bald. in
c. 1. an mut. uel imperfect. Maſſuer. tit. de feud.
§. item ſucceſſor. cum §. ſequente, prout pluri-
bus oſtendit Tiraquell. in d. tract. de morte, in
4. declar. præfat. numer. 3. & 4. cum multis ſe-
quentib. Cùm itaq; actores poſſeſsionē huius
baronatus nunquā habuerint, utpote quam
reorū pater ſtatim à morte d. domini ſolus oc
cupauerit: ſequitur, nō poſſe eos petere à reis,
ut ea poſſeſsio quam nunquā habuerunt, ſibi
reſtituatur: ſed tm̄ ut ea tradatur, §. adipiſcen-
dæ. uerſ. ideo. Inſt. de interdi. Itaq; hac in parte
uerbis adipiſcendæ poſſeſsionis actoris rectè
uſi ſunt: *ihren angefelten antheil einzureumen, &c.*
Item, und auß richterlichem ampt in derſelben poſſeßion
einzuweiſen, und zu immutiren, und ſie derſelbigen hab
91 *haſſtig zumachen, &c.* Quanquam † etſi petijſſent
reſtitui, libellus ſuſtineri poſſet: quoniam e-
ius uerba impropriari debent ad eum ſuſti-
nendum, Bartol. in l. ſi olei. C. de locato & con
ducto, Roman. latè conſil. 245. ad primum.

num. 4. maximè quando imploratum eſt iu-
dicis officium ad ius & iuſtitiam adminiſtran
dam, Iaſon in §. omnium. nume. 140. Inſtitut.
92 de action. Et † uerbum Reſtitui, etiam pertine-
re ad poſſeſsiones nondum adeptas, & in ter-
minis ad hoc interdictum adipiſcendæ ſucceſ
ſoriæ poſſeſsionis, oſtendit text. in l. 1, in uer-
bis, id illi reſtituas. ff. quorum bon. ubi prætor
iubet hæredi reſtitui poſſeſsionem, quam nū-
quam habuit. Sed cùm apertè propoſitum
hîc ſit adipiſcendæ interdictum, imploratúm-
que officium iudicis ad faciendam immiſsio-
nem, conſentaneum eſt, hîc actum eſſe inter-
dicto Quorum bonorum, aut ex l. fin. C. de e-
93 dict. diui Adrian. tollend. Vtrunque † autem
hoc remedium hæredibus ab inteſtato datur,
ſaltem utiliter ad poſſeſsionem rerum hære-
ditariarum conſequendam, Bald. & alij in l. 1.
C. quorum bonorum, & in l. 1. ff. eodem tit.
Petrus Iacob. poſt Rofred. in pract. primi libel
li, ad d. l. fin. in princip. Bartol. Bald. Iaſ. & Dd.
in d. l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. A-
lexand. conſil. 183. uiſo puncto. num. 3. uol. 5.
etiam feudalium, Bald. in cap. 1. num. 5. de ſuc
94 ceſs. Quia † ſucceſsio feudalis eſt quædam ab
inteſtato ſucceſsio, ut teſtatur Aluarot. in d. c.
1. de ſucceſ. feud cum alijs ſuprà conſil. 1. alle-
95 gat. Ad actores † autem pertinere iure ſucceſ-
ſionis quotas partes in d. baronatu, apparet
ex ſimultanea inueſtitura facta anno 1534. &
tranſactione ann. 1537. qua dari ſucceſsiones
feudorum certi iuris eſt, cap. 1. de feud. march.
c. 1. §. 2. de his qui feud. dar. poſſ. ut iure mili-
tari, ad quod feuda pertinēt, c. 1. ex quib. cauſ.
feud. amit. c. 1. quo temp. mil. ſucceſsiones pa-
ctis deuolui poſſunt, l. licet. ubi Dd. C. de pact.
idq; iure Saxon. imprimis clarum eſt, & noto-
96 rium. Et pro † feudis ſaltem utiliter agi poſſe,
ex dict. l. fin. ad poſſeſsionem adipiſcendam,
apertè tenet Iacob. in 2. libell. num. 7. ad d. l.
fin. & Bald. in d. c. 1. num. 5. de feud. ſucc. Cùm
itaque conſtet hîc ad actores iure ſucceſsionis
feudalis partes legitimas in d. baronatu eſſe
deuolutas: liquet hanc actionem rectè eſſe in-
tentatam, & ſecundum eam reſtitui actoribus
poſſeſsionem oportere, ex dict. l. 1. ff. & C. quo-
rum bonorum, & d. l. fin. cum ibi not. C. de e-
dict. diui Adrian. tollend. Rofred. in lib. de bo
norum poſſeſsion. ex edict. diui Adria. nu. 4.
97 cum ſequentib. Nec obſtat † titulo poſsidere
re eos: contra titulo autem poſsidentem hæc
interdicta non dari, gloſ. & Dd. l. ult. uerbo, le-
gitimo. C. de edict. diui Adrian ſicut nec peti-
tionem hæreditatis, l. regulariter. cū ll. ſequen
tib. de petit. hæreditat. Nam hoc eſt intelligen
dum de titulo, quem poſſeſſor aliunde habet,
quàm ab eo, de cuius ſucceſsione quæritur: &
quando non pro hærede poſsidet, l. regulari-
ter. l. pro hærede. ubi Bartol. & alij, de petitio-
ne hæredit. hîc autem rei titulo pro hærede, ac
iure ſimultaneæ inueſtituræ poſsident. Nam
& in literas inueſtituræ diſertè relatum eſt, ea

quoque de cauſa inueſtitum de hoc barona-
tu fuiſſe reorum patrem, quòd ſimultaneam
cum domino demortuo inueſtituram habue
rit. Huic tamen ſolutioni iterum occurreretur,
quòd non ſolùm hanc ob cauſam, ſed potiſ-
ſimùm ob benemerita hæc inueſtitura ſit fa-
cta, ſaltem quòd hanc portionem actorum
commiſſam attinet, quam non iure ſucceſsio-
nis, quippe cùm uiuant adhuc actores, ſed iu-
re commiſsi, & ex beneficio Regis d. reorum
98 pater accepit & poſſedit: uerùm reſponderi
poteſt, petitionem † etiam hæreditatis dari
aduerſus inualido titulo & mala fide poſsi-
dentes, etiam à fiſco, l. nec ullam. §. 1. l. etiamſi.
99 §. 2. de petit. hæred. l. 2. C. eodẽ tit. quia † pa-
ria ſunt uitioſum habere & iniuſtum titulum,
aut omnino nullum, Bald. in l. inciuilem. nu-
mer. 2. C. de furt. Panormit. in cap. grauis. nu-
mer. 7. de reſtit. ſpol. Matthæſ. Afflict. & Feudi-
ſtæ in §. ſi quis per triginta annos. ſi de feud.
defunct. contro. Franciſc. Balb. in tractatu præ-
ſcriptionum primâ parte tertiæ partis princi-
palis quæſt. 8. numer. 2. 3. & in repet. l. Celſus.
in princip. de uſucap. Vnde & contra horum
hæredes & ſucceſſores datur, l. Neratius. ff. eo-
dem. Quamobrem eadem ratione aduerſus
eoſdem locum habere interdicta, ſiue actio-
nes adipiſcendæ, iam commemoratas, con-
ſentaneum eſt, Dd. in l. 1. ff. & C. quorum bon.
Actores autem aſſerunt titulum reorum ui-
tioſum ex prætenſa inueſtitura ſumi atq; du-
ci, ut ſanè altiorem indaginem & cauſæ cogni
tionem res deſideret. Itaque hoc non obſtan-
te, poſſeſsio reſtituenda eſt ei, quem ſucceſſo-
100 rem eſſe conſtat, præſertim † agenti ex d. l. fin.
cuius remedium aduerſus quemcunque poſ-
ſeſſorem competit, qui reſtituere debet hære-
di, niſi probare incontinenti iuſtum titulum
poſsit, d. l. fin. in uerbo, non autem legitimo
modo. C. de edict. diui Adria. ubi gloſ. & Dd.
tradunt communiter, quòd ſi res altiorem re-
quirat indaginem, tunc non obſtante quali-
bet exceptione tituli, mittendus ſit actor in
poſſeſsionem, Petr. Iacob. latè in primo libro
ad d. l. fin. numer. 3. uerſicul. ſi autem. cum ſe-
quentibus. C. de edict. diui Adrian. tollen. Ex
101 † his ergo nunc omnibus apparet, in poſſeſ-
ſorio hoc utroque iudicio agentium cauſam
eſſe potiorem, ideòque poſſeſsionem d. baro-
natus A. pro portione uirili reſtituendam il-
lis eſſe, unà cum pertinentijs & rebus ibi re-
pertis: item fructibus, ex die occupationis tã
perceptis, quàm qui percipi potuerunt, & da-
mnorum præſtatione, quæ hoc nomine illata
ſunt, ſimul & cautione de liberando dictum
dominium ab omni obligatione & hypothe-
ca, ſi fortè rei aut reorum pater aliquo onere
d. baronatum A. grauarit. Nam etiam horum
in his interdictis tam recuperandæ, quàm a-
dipiſcendæ poſſeſsionem rationem haberi o-
portere, facile probatu eſt. De pertinentijs u-
tique reſtituendis in iudicio recuperandæ eſt
text. in cap. cùm ad ſedem. ubi gloſſ. & Inno-
cent. ad uerbum, cum pertinentijs. Panormit.
numer. 8. & 9. de reſtitut. ſpoliat. De rebus quæ
tempore occupationis ibi fuerunt, quòd ſint
reſtituendæ, ſiue peruenerint ad occupato-
rem, ſiue non, text in l. 1. in princip. & §. uerſi-
cul. planè. & §. ſi fundus. de ui & ui arm. l. ſi de
poſſeſsione. ubi Cyn. & Doctores, C. unde ui,
cap. grauis. ubi Canoniſtæ, de reſtitut. De fru-
ctibus perceptis, ſiue qui percipi potuerunt,
quod debeantur ex die ſpoliationis & occu-
pationis, text. in l. 1. §. ex die. 11. de ui & ui arm.
l. uideamus. 2. §. in Fauiana. de uſur. & text. o-
ptimus. in l. ſi de poſſeſsione. ubi Doctores,
C. unde ui, ubi Imperator uult, etiam fructus,
qui percipi potuerunt, & omnem cauſam re-
ſtitui à tempore uiolentiæ, hoc eſt, ut dicit tex-
tus in d. l. 1. §. ex die. omnia quæcunque habi-
turus uel aſſecuturus is erat, qui ui deiectus
eſt. quibus addatur text. in cap. grauis. ubi Ca
noniſt. de reſtit. ſpoliat. latè Menoch. in 15. re-
med. recuper. num. 601. cum multis ſequent.
etiãſi motam ante litem tales fructus fuerint
conſumti, Menoch. ibidem numer. 602. §. etſi
Inſtit. de offic. iudic. Berous cap grauis. num.
34. de reſtitut. ſpol. Loriot. l. fructus. in fin. de
reg. iur. Natta conſil. 536. num. 17. lib. 3. cum
alijs, quæ cumulat Menoch. d. remed. 15. num.
602. De damnis illatis, text. in d. cap. grauis.
de reſtit. ſpol. & in l. 1. §. quod autem ait præ-
tor. de ui & ui arm. Papien. in for. libell. in cau-
ſa ſpoliat. poſſeſsionis, ad uerbum, ſimul cum
omnibus damnis. Nec modò hæc obtinere
in ſpoliatore, ſed etiam quolibet quomodo-
cunq; occupante, ex eo apparet, quòd occu-
pans rem ſcienter alienã, perinde tenetur reſti-
tuere, atq; ſpolians & prædo, l. inuaſorij. l. fin.
ubi Bal. in princ. C. unde ui, puniturq; eadem
pœna, qua ſpolians, gl. in l. ſi quis in tantam.
ubi Bal. nu. 8. C. unde ui. Deinde quòd idẽ ob
tineat in quouis iudicio recuperandæ, innuit
Panor. in d. c. grauis. in primo not. de reſt. ſpo.
etiam quando agitur ex Can. redintegranda.
gloſ. & Archid. in d. Can. redintegranda. præ-
ſertim aduerſus malæ fidei poſſeſſorem, etiam
non uiolentum, ut expreſsè Panor. prælleg.
loc. d. c. grauis. num. 7. per not. Bart. in l. ex di-
uerſo. de rei uendic. Amplius quòd malæ fi-
dei poſſeſſor teneatur de ijs etiam fructib. qui
percipi potuerunt, nec ſunt percepti, proba-
tur in l. domũ. C. de rei uendicat. l. ſi nauis. ff.
eod. c. non liceat. 12. q. 2. latiſsimè Menoch. re-
med. recuper. 15. num. 606. cum multis ibi al-
legatis. Quod itũ maximè uolunt procedere
Dd. quando malæ fidei poſſeſſor titulum nul
lum habet: aut ſi talem titulũ habeat, qui pro
nullo putetur, Panorm. in d. c. grauis. nu. 7. de
reſtit. ſpol. gloſ. & Dd. in l. fructus. l. ſi naues. §.
fin. de rei uendic. & l. ſi fundum. C. eod. tit. de-
ci. Rotæ 4. aliàs 24. de reſtitut. ſpoliat. in no-
uis. Tenentur itaque ad hæc ſuo rei nomine
ab eo tempore quo poſſederunt: exinde enim
uiden-

uidentur eieciſſe, ut rectè inquit Archid. in d.
Can. redintegranda. in fin. latè Menoch. in re-
med. 15. recup. num. 580. cum multis ſequent.
Pro tempore aũt præterito, quo pater reorum
occupauit & detinuit, obligati ſunt ad idẽ no-
mine patris, cuius in uicem & malam fidem,
etiamſi alioqui eſſent bonæ fidei, ſucceſſerũt,
l. litigator: ubi Bal. num. 6. C. de fruct. & lit. ex-
penſ. l. uitia. l. nemo. C. de acquir. poſſeſſ. l. 1. C.
de petit. hæredit. l. mala. C. de cond. ex lege, l.
ſi fundum. de rei uendic. Panor. in d. c. grauis.
num. 10. & Innocen. ibidem num. 7. de reſtit.
ſpol. per l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. l. cùm hæ-
res. de diuer. & temp. præſcrip. gloſ. in l. ſequi-
tur. §. fructus. de uſucap. Nec modò tenentur
102 de eo, quod ad eos peruenit, (quanquam † o-
mnia perueniſſe à patre ad filios præſumun-
tur, l. in ſuis. de lib. & poſth. l. ſiue poſsidetis. u-
103 bi Dd. C. de probat.) ſed de † omnibus, ad quę
pater eorum obſtringebatur, cum quo adhuc
ſuperſtite, lis fuit cõteſtata, ut uerba ſentẽtiæ à
R. M. prolatæ indicant. Quæ litis conteſtatio
facit, ut in interdictis recuperandæ hæres non
modò de eo, quod ad eum peruenit, ſed de o-
mnibus teneatur, ad quæ defunctus erat obli-
gatus, l. 2. ubi Bald. in fin. C. unde ui, per l. u-
nic. C. ex delict. defunct. §. pœnalis. Inſt. de per
pet. & temp. actio. l. ſciendum. de action. Bart.
104 in l. 1. de priuat. delic. Nec mouet, † quòd in-
ſtantia cum defuncto aliquando fuerit finita.
Cùm enim lis ſemper durauerit, aut fuerit re-
ſumta, certè perpetuata eſt in hæredes actio.
Mynſing. obſer. 45. centur. 3. Inſtit. de perpet.
& tempor. action. cum alijs ab eo allegat. etiã-
ſi inſtantia fuerit finita, ut eleganter in propo
ſito caſu explicat Bald. in d. l. litigator. num. 5.
C. de fruct. & lit. expen. & apertè Bart. in l. cùm
lite. num. 3. ff. iudic. ſolui, Canon. in cap. cauſę.
de teſtib. Bald. Salic. Iaſon in l. properandum.
in prin. C. de iudic. & in l. final. C. de præſcript.
30. annor. quod maximè in hac cauſa ciuili,
nempe petitorio & poſſeſſorio procedit: Myn
ſing. obſer. 44. 49. centur. 3. obſeru. 42. cent.
105 1. obſer. 48. centur. 2. De cautione † præſtanda
textus eſt in c. fin. in uerbis, ſufficiente cautio-
ne, ubi gloſ. & Dd. de reſt. ſpoliat. c. ex tranſmiſ
ſa. uerb. plura, ff. eodem titulo, Bart. & Dd. in
l. unica. C. uti poſsid. Et hæc eadem obtinere
in interdicto adipiſcendæ & reſtitutione baro
natus B. ut nempe fructus à tempore occupa-
tionis, id eſt, à tempore mortis Baronis pro-
xime defuncti, cum quo actores ſimultaneè
fuerunt inueſtiti, reſundendi ſint, uerius uide-
106 tur. Quanquam enim † iure deciſum eſt in reli-
quis interdictis, ubi non de ui quæritur, ueni-
re fructus à tempore redditi demum interdi-
cti, id eſt, ut interpretantur, litis conteſtatæ, l. 3.
de interdict. l. quæſitũ. §. ex hoc. de precar. ſpe
cialiter in interdicto adipiſcẽdæ, ex l. ult. C. de
edict. diui Adr. Spec. tit. de teſta. §. ſequitur. nu.
38. Iacob. de S. Georg. in fin. d. l. ult. C. de edict.
diui Adria. & Alb. ibidem num. 19. Menoch.

ibidem in 4. remed. adipiſc. nu. 800. Alex. cõſ.
174. nu. 9. lib. 5. tamen cùm hic pater reorum
mala fide & ſine iuſto titulo occuparit dictum
dominium, in quo ſciuerat inueſtitos unà eſſe
actores, ideo perinde tenetur fructus reſtitue-
re, ac uiolentus poſſeſſor, qui ſpoliauit, Archi.
in d. c. redintegranda. d. l. inuaſor. d. l. fin. C.
107 unde ui. Nam † quod dicitur poſſeſſorem in
interdictis reliquis tantùm teneri ad fructus
à tempore litis conteſtatæ, uerum eſt, qñ dubi
tatur de mala fide, quia præſumitur quiſq; uſ
que ad litem conteſtatam bonæ fidei eſſe, l. 1.
2. C. de petit. hæred. l. ſed etſi. 25. §. ſi ante. ff. de
petit. hær. l. pen. C. de euict. gl. & Dd. c. ſi diligẽ-
ti. c. ſanctorũ. c. ult. de præſcr. ſecus, quoties a-
pertè de mala fide cõſtat, ut hîc, quia tunc ab
initio tenetur, Pan. in d. c. grauis. n. 7. in fin. de
reſt. ſpol. allegans Ant. de Butr. ita ibi tenentẽ,
& not. per gl. in c. de multa. de præben. & in c.
ſuper. de cauſa poſſ. & prop. Deinde ea regula
poſt litem demum conteſtatam fructus ueni-
re, l. cùm fundus. in princ. ubi Dd. ſi cert. pet. l.
certum. C. de rei uend. l. malæ. C. de condict. ex
lege, non habet locum, quando alteri res, ut
108 ſua, eſt reſtituenda. Tunc † enim à malæ fidei
poſſeſſore omnes ab initio fructus reſtituendi
ſunt, l. uideamus. 2. §. ſi actionem. de uſur. d. l.
fructus. d. l. ex diuerſo. d. l. ſi nauis. de rei uen.
qui etiam idcirco hoc caſu hæreditatẽ augẽt,
l. item ueniunt. §. 2. l. ſed etſi. §. ult. de petit. hær.
At hic poſſeſsio huius territorij B. reſtituenda
eſt actoribus, quia probarunt in hoc iudicio,
illud dominiũ iure ſucceſsionis & ſimultaneę
inueſtituræ, ad ſe pro parte eſſe deuolutum &
pertinere, & iniuſtè à reorum patre, malaq; fi-
de, fuiſſe occupatum, & ſibi interuerſum. Er-
go & fructus omnes à malæ fidei poſſeſſorib.
109 ſunt ijs reſtituendi. Nec obſtat, quòd † reorũ
pater habuit titulum inueſtituræ ſaltem puta
tiuum: unde eum titulus ille putatiuus & er-
ror iuris excuſare uidetur à mala fide, & per
conſequens à reddendis fructibus, gl. & Dd.
in l. ſi ſuo. de uſuc. Dyn. in c. poſſeſſor. de regul.
iuris, in 6. Bar. in l. ſed etſi. §. ſemper. per illum
tex. de petit. hæred. ubi Dd. nã titulus talis ex
interuallo ſed poſtfacto procuratus, nõ excu-
ſat, quo minus fructus ueniant & reſtituendi
ſint, Rom. conſ. 324. & ſing. 543. præſertim li-
te (ſicut hic factũ) pendẽte ꝓcuratus, Menoch.
in 15. rem. recup. n. 605. Deinde præcedens a-
xioma uerum eſt, qñ iuris error ſimplex eſt,
nec aliud accedit, qđ cauſet malã fidẽ. Eſt em̃
110 † iuris error aut ignorantia mediũ inter bonã
& malã fidẽ, Pan. in d. c. grauis. nu. 17. de reſtit.
ſpol. Sed hic alia acceſſerũt, quæ euidẽter pro-
bant malã fidem. Primùm, quia d. reorum pa
111 ter ſciuit actores fuiſſe inueſtitos. Qui † autem
ſcit alienũ, nõ poteſt nõ eſſe in mala fide, Pan.
in d. c. grauis. ſ. n. 17. l. fi. C. unde ui. Et hoc ius
inueſtituræ illis nunquam iure fuiſſe ademtũ,
ignorare non potuit. Adhæc eo nomine litem
rum temporis cũ occupauit, & ſe inueſtiri cu-

rauit, ab actoribus patiebatur: quare titulus
ſuperueniens, etiamſi iuſtus fuiſſet, (qui uerò
iuſtus eſſe potuit durante lite, in qua nihil no
uandum, procuratus?) non tamen excuſaret
à reſtitutione fructuum etiam induſtrialium,
l. certum. ubi Dd. C. de rei uend. l. 1. §. ex die. de
ui armat. c. grauis. ubi Bero. num. 34. de reſtit.
ſpoliat. Copus de fruct. lib. 2. tit. 4. cap. 1. ut in
terminis de titulo in litis pendentia emendi-
cato, &, ut loquuntur, practicato, Rom. conſil.
324. & ſing. 324. Menoch. d. remed. recuper.
112 num. 605. Certum † enim eſt, omnes poſſeſſo-
res qualeſcunque per controuerſiam iudicia-
lem conſtitui in mala fide, etiam quo ad fru-
ctus, præſumtione iuris & de iure, non obſtan
te qualicunque iuſta cauſa litigandi, text. ele-
gans in l. ſed etſi lege. §. etiam. ubi Bart. §. ante.
de petit. hæredit. Tiraquell. de retract. proxim.
§. 15. gloſ. 2. num. 1. 2. 3. cum ſequentib. idem in
retract. conuen. §. 5. gloſ. 2. num. 5. per l. 2. ubi
Dd. C. de pact. int. emt. in fin. l. uideamus. de u-
ſur. Panor. in d. c. grauis. num. 15. de reſt. ſpol.
l. non ambigitur. C. de acquireu. poſſeſſ. l. cer-
tum. C. de rei uendic. maximè quo ad fructuũ
reſtitutionem, Menoch. præallegat. loco num.
595. 596. quia cõdemnatio retrotrahitur per-
inde facienda, atq; ſi tempore cõteſtationis o-
mnis cauſa actori reſtituta fuiſſet, d. l. cùm fun
dus. ſi cert. pet. l. ſi poſt. de rei uendic. Nec po-
113 teſt † dici, quòd ſaltem pro eo tempore, quo
peremta prima inſtantia & lite quieſcente, pa-
ter reorum poſſedit, fructus non debeantur,
per not. Bald. in d. cap. grauis. numer. 13. Nam
præterquam quòd ab ea ſententia recedere
uidetur Bald. in dict. l. litigator. ubi hæc plenè
examinat, non etiam obtinere poteſt illa theo
rica in eo, quem conſtat eſſe malæ fidei & eius
hæredibus in uitium ſuccedentibus, quia ma
læ fidei poſſeſſores coguntur ab initio omnes
fructus refundere, prout ſuprà probatum eſt
ex l. 3. C. de condic. ex lege, l. certum. C. de rei
uend. & utrobiq; Dd. Menoc. d. remed. 15. re-
cup. nu. 194. 197. 601. Præterea ſuperior theo-
rica procedit, quando debẽtur fructus officio
iudicis, non iure actionis. Hæc enim eſt eius
114 ratio, quia † finita inſtantia finitur iudicis of-
ficium, l. 4. C. depoſiti, per ea quæ allegat Bal.
in d. l. litigator. nu. 5. in prin. l. iudex. de re iud.
Atqui fructus dominij B. hîc non petuntur of
ficio iudicis mercenario, ſed iure actionis: nã
in uniuerſalibus iudicijs ueniunt fructus iure
actionis, ut in petitione hæreditatis, l. item ue-
niunt. §. 1. & 2. l. ſed etſi lege. §. fin. cum duabus
ll. ſeqq. de petit. hæred. Pano. in d. c. grauis. nu-
115 mer. 19. de reſtit. ſpol. Hîc aũt † propoſita ſunt
uniuerſalia iudicia poſſeſſoria adipiſcendæ,
quorum bonorum, & ex l. fin. C. de edict. diui
Adria. tol. ut antea oſtenſum eſt, quæ uniuer-
ſalia ſunt, & inſtar petitionis hæreditatis ha-
bent, Dd. in l. 1. ff. & C. quorum bon. itaq; ut iu
re actionis in petitionem hæreditatis fructus
ueniunt: ita etiam in iſta iudicia, quibus peti-
tur hæreditatis poſſeſsio, Bart. & Dd. ff. & C.
116 6. quor. bon. maximè cùm † fructus hæredita-
tem augeant ipſo iure, d. l. itẽ ueniunt. §. 2. uer.
fructus. d. l. ſed etſi. §. fin. cum ll. ſeqq. & per cõ-
ſequẽs ceſſat dicta theorica, uerumq; hic per-
manet, etiam in hoc iudicio adipiſcendæ fru-
ctus ab initio occupationis atque malæ fidei
deberi, & litem cũ defuncto conteſtatam, per-
petuamq; actionem in hæredes eſſe, quamuis
prior inſtantia finita fuerit, ut ſuprà dictũ eſt.
117 Taxationem † autem fructuum & damnorum
conſtat iuramẽto petitoris eſſe faciendã, cùm
alter probatio haberi nequeat, non modò in
recuperandæ iudicio, ubi de ſpoliatione quę-
ritur, l. ſi quando. C. unde ui: ſed etiam in iſto
adipiſcendæ. Nam & in hoc agitur de illicita
occupatione, propter quam poſſeſſor eodem
modo conuenitur, quo is, qui ſpoliauit, ſicuti
dictum eſt d. l. ſi quando. eiusq; taxatio ſem-
per habet locũ, quãdo ſubeſt difficultas pro-
bationis, & poſſeſſor eſt in dolo & mala fide,
ut ibi not. Bald. num. 3. per gl. in §. pen. Inſt. de
uerbor. obliga. Sed hic ſubeſt difficultas pro-
bationis, quia actores, qui nunquam compo-
tes facti ſunt huius poſſeſsionis, neſciũt, quan
tum fuerit ex fructibus perceptũ, & quæ res i-
bi extiterint: & poſſeſſores in mala fide ex ui-
tio, cui ſucceſſerunt, ſui patris reperiuntur: er-
go & in dolo, l. ſi dolus. cum gloſ. fin. ff. mãda-
ti. auth. quia in prouincia. C. ubi de crim. etiã
iure Sax. Land. lib. 3. art. 47. Et hæc de utroq;
poſſeſſorio. Quod ad petitoriũ attinet, ex o-
mnibus rebus in ſuperiore bello deincepsq;
geſtis, uidebatur prima facie iudicandum, iu-
ſtam hîc eſſe reorum cauſam, & dictos litigio-
ſos baronatus, de quibus, utpote cõmiſsis &
apertis R. M. reorum patrẽ inueſtiuit, ijs nullo
modo auferri oportere. Nam conſtat ſuperio-
re bello quoſdam Duces declaratos læſæ Ma-
ieſtatis reos & rebelles, & omnibus eorum at-
que regni ſubditis prohibitum ſub pœna re-
bellionis, amiſsionis bonorũ omnium, tam
feudalium quàm allodialium quotumcunq;,
etiam uitæ & corporis, ne tectè uel apertè ag-
gregarent ſe cauſæ dictorum ducum, aut opẽ
ferrent aliquam, idq; publicũ bannum R. M.
confirmaſſe, & de eo monitorias literas emiſiſ
118 ſe. Deinde † ex inſtrumẽtis colligitur, nempe
literis R. M. hinc inde miſsis, & ex inueſtitura
d. reorũ parentis dictos actores contra & ad-
uerſus prædictum mandatum inſeruijſſe ban
nitis, & opem tuliſſe: ex quo ſequitur, eos tan-
quam rebelles crimen læſæ Maieſtatis cõmi-
ſiſſe contra feudi dominum, latè Menoch. con
ſil. 99. nu. 97. 99. 100. 101. cum ſequen. ex Bart.
in ex̃. contra rebelles. uerb. rebellando. nu. 8.
& per feloniam idcirco amiſiſſe ipſo iure feu-
da regalia, Bal. in c. 1. §. callidis. nu. 7. de proh.
feu. alie. per Frid. & in c. 1. §. porrò. num. 3. quæ
fuit prim. cauſa benef. amittend. abſq; ulla ſen
tentia declaratoria, Archid. Io. Andr. & Phil.
Franc. nu. 3. in c. felicis. de pœn. in 6. Salic. in l.
fin.

fin. C.de præſcrip.long.temp.ubi dicit,ipſo fa
cto læſa Maieſt. fiſco applicata: & eſt text. in l.
quiſquis. C.ad l.Iul.Maieſt.in uerbis,bonis fi-
119 ſco noſtro additis: quæ cũ † ſint præteriti tem
poris, non requirunt aliam ſententiam, Bart.
120 in l.1. ad l.Iul. de ui priuat. etiam † quoad feu-
da,tex.in c.1.§.porrò. quæ fuit prima cauſa be
ne.amit. Iacob. de S.Georg.in tract.feudali,ſu-
per uerbo,& dicti uaſalli.nu.35.cum ibi alleg.
Menoch.d. conſ.99. atq; adeò ſpem etiam fu-
turæ ſucceſsionis, Affl.§.præterea uaſallus. gl.
3. num.14. quæ fuit prima cauſa benef.amitt.
Menoch.conſ.101.nu.10.& 11.& 25. cum mul-
121 tis ſeq. Neque uerò † minor ætas excuſare a-
ctores in pręſenti caſu poteſt,cũ fuerint maio-
res 14.annis, doli capaces, qui iure Sax. poſt
13.annũ in feudalibus pro adultis habentur,
Lehenrecht cap.26.gl.art.23.uerb.uſque ad an-
nos pubertatis.& art.42.lib.1.cùm arma tum
gerere & militare poſsint, Menoch. conſ. 102.
num.46. cum ſequen. quiq; crimen læſæ Ma-
ieſtatis committere potuerunt, ſicut & alia cri
mina,in quibus illi ætati non parcitur,l.auxi-
lium.de minorib. tot.tit. C.ſi aduer.delict. l.u-
nic.in fin.C.de falſ.mon.Iaſ.& Dd.authent.ſa-
cramẽta puberum. C.ſi aduerſ.uend. Imò per
delicta commiſsionis, licet non omiſsionis,
nedum adulti minores, ſed etiam impuberes
doli capaces feudum amittere poſſunt, Ang.
& Fab.§.1. Inſt.quib.mod.tutel. Feudiſtæ in §.
præterea.de probib.feud.alien.per Feder. Me-
noch.conſil.102.per totum,ubi concludit nu.
45. quòd amittere poſsit committendo, licet
non omittẽdo,& de arb.iud.lib.2.caſ.329.per
Dd.c.1. §.præterea. de proh.feud.alie.per Fed.
ſicut eſt arma cõtra dominum ferre, Menoch.
ibidem num.33. per l.1. ad l.Iul.maieſt. Gigas
lib.1.læſæ maieſt. quæſt. 37. uel hoſti Cæſaris
ſeruire:cũ nemo duobus dominis ſeruire poſ-
ſit contrarijs, ut Menoch.latè d.conſi.102.nu.
122 29.30.31.32.33.34. cum ſeq. Nec † ignoran-
tia banni iiſdem excuſationem præſtat, quia
cùm fuerit publicatum, id ſcire quiſq; præſu-
mitur, Innoc.c.1.num.9.de poſtul.prælat. Bal.
in auth. qui ſemel. nu.11. quomodo & quãdo
iud.& ſcire certè debet,l.leges. C. de legib. Pa-
ria autem ſunt, ſcire, aut ſcire debere, l. quod
te.ſi cert.pet.l.quiſquis.ubi gl.C.de reſc.uend.
Sed nec iuſſus banniti ducis, ut domini feu-
dorũ inferioris,eos excuſare potuit,cùm quia
ab eius obedientia liberauerat ſubditos ſupe-
rior, tũ quòd magis ſupremo feudi domino
& magiſtratui,utpote Regi, quàm inferiori, e-
123 rat parẽdum. Imperator † enim & Reges, qui
ſuo in regno ꝓ Imperatoribus ſunt & haben-
tur, Chaſ.in conſ.Burg.in prin.uerb.ſainct em
pire.nu.2.3.& uerb. par la grace. nu.3. & uerb.
Duc.num.3.& rub.1. des iuſtices. §.5. uerb.du
Prince. nu.14.uerb.droictz. nu.106. & tit.des
ſucceſſ.des baſtards,§.3.uerb.ab inteſtato.nu-
mer.3. Henn.Goden.conſi.1.de argentifodin.
num.4. per c.ſcitote.6. quæſt.3. c.in apibus.7.
quæſt.1. Bald. Iſer. Aluar.c.1.quæ ſint regal.in
omni iuramento fidelitatis intelliguntur ex-
cepti,c.1.in prin.cum gl.de no.for.fid. c.impe-
rialem.§.illud quoq;. de probib.feud.alie. per
124 Fed. Itaq; † excuſationem non habẽt, qui re-
gis aduerſus mandatum obtẽperauerunt pa-
trono inferiori,§.illud. Inſtit.mãdati,l.cũ fun-
dus.§.pen.de ui & ui arm.l.liber homo.ubi gl.
ad leg.Aquil.& gl.in l.ad ea.de reg.iur. Dec.in
l.uelle nõ creditur. eodẽ tit. Dyn.in cap. quod
quis mandato.eod.tit.in 6. Bart.in l.2. de no-
xal.act. Iaſ.latè conſil.136.dubitatur.uol.1.Cũ
itaq; dicta feuda fuerint ex hac felonia actorũ
commiſſa, & aperta domino feudi, uidelicet
Regi, iure rex potuit inueſtire de iis aliũ,nem-
pe reorum patrem: imò uerò debuit,cùm be-
neficia ad ſe redeuntia dominus non retine-
re,ſed ad ſuam traducere naturam, & ius com
mune,quò res facilè redeũt, l.ſi unus. §. quod
de ſpecie.de pact. Bart.l.maximũ. nu.11. C.de
lib.præter. & de iis alijs facere gratiã teneatur,
Bald. cap. 1. §. ſi uerò. qual. ol. uaſ. pot.alien.
Chaſſ.in conſuet. Burg.rub.2.§.3.nu.8. Quod
cùm hîc ſit factum,certè nec feudum iam alte-
ri acquiſitum ſine cauſa ſucceſſoribus eius au
ferri poteſt,etiam reſtitutione Principis impe-
trata.Minimè iuuat igitẽ actores trãſactio poſt
bellum facta, quaſi per eam in integrum ſint
125 reſtituti. Nam † cùm ea ſit tantùm indulgen-
tia, ideo bona commiſſa non reſtituit, l.2. l.ſi
ademtis. C. de ſentent. paſſ. Et poſito, quòd
complecteretur bonorum reſtitutionẽ,tamen
cùm loquatur tantùm de inquilinis oppido-
rum & ſubditis, qui bona habent allodialia,
nihil pertinet ad feuda per feloniam cõmiſſa:
quod ut maximè ad hæc quoq; extenderetur,
tamen cùm hęc feuda Regi fuerint commiſſa,
& deinceps Rex ea trãſtulerit,& alios infeudâ-
126 rit, ipſa † reſtitutione non potuit, aut uoluit
ius tertio acquiſitum auferre, §.3.4. quo tẽp.
mil. §.ſi uerò. de mil. uaſal. qui contu.eſt, Bel-
lan.deciſ.743. Panor.in c. ſolitæ. nu.2. de ma-
ior. & obedien. Iaſ.& Dd. l.Gallus. §.& quid ſi
tantùm.num.70.de lib.& poſthu. Chaſſan.in
conſuetud. Burg.de feu.§.2.num.20.Præterea
non modò inueſtitus eſt reorum pater à Rege
de dictis baronatibus, ſed etiam eos pacificè
poſſedit ꝑ annos 8.aut amplius. Itaq; iamdiu
præſcripſit iure regni, ſecundũ quod hæc feu-
da gubernari debẽt,cùm inde pendeant & re-
cognoſcantur,c.1.qui teſtes ſint neceſſ. Iſer.c.1.
de feud.cognit.Iure autem illius regni præſcri
buntur feuda poſſeſsione pacifica & cõtinua
trium annorum & 18. ſeptimanarum. Quam-
obrem excluſi actores tempore,non uidentur
127 audiendi,poſtquam † pręſcriptio dominium
poſſeſſoribus adiecit,l.traditionib. C.de pact.
in prin. Inſtit.de uſucap.l.eum qui.de uſucap.
auth. niſi triennali. C. de bon. mater.c.clerici.
in fin.16. quæſt.3. Didac. Couar. & Canon. in
c.poſſeſſor.de reg.iu.in 6.Vltimò fuit hęc con
trouerſia pridem tranſlata in curiã Regalem,

ubi cùm actores tum temporis rei & conuēti,
ex l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. fuerint
propter contumaciam condēnati, æternumq́;
ijs impoſitum ſit ſilentium, iuxta practicam e-
ius legis, quam Cagno. Blar. & alij repetentes
ibi copioſiùs exequuntur, his de cauſis non
poſſunt amplius hac de re agere, cõtra conſue
tudines eius regni, remq́; iudicatam, quæ pro
ueritate habeť, l. 4. C. de re iud. l. ingenuū. de
ſta. hom. Itaq; hæc ſentētia cū tranſierit in rem
iudicatā, ac poſtmodum ſit à R. M. confirma-
ta, nullo modo retractari, neq; de eadē re am-
plius diſceptari poteſt, ne lites ſint immorta-
les, l. ſub ſpecie. & tot. tit. C. de re iudic. Et quia
ſacrilegij inſtar eſt, ſentētias & mandata Prin-
cipum uelle retractare, l. ſacrilegij. 5. C. de di-
uerſ. reſcrip. His tamen omnibus non obſtan-
tibus, iudicandū eſt in petitorio, dictos baro-
natus ad actores omni iure pertinere, ideoq́;
ijſdem à reis conuentis eſſe reſtituendos tan-
128 quā proprios. Cùm † enim probauerint hos
ad ſe iure ſucceſsionis, à patre patruoq́; eſſe
deuolutos, meritò ijs debētur, & in eos præſu-
muntur eſſe tranſlati: niſi rei probare poſsint
iuſtum aliquem & ſingularem ac ſufficiētem
titulum atq; acquiſitionis modum, l. ſiue poſ-
ſidetis. ubi communiter Dd. C. de probat. quē
quidem titulum, aut iuſtum acquirendi mo-
dum hîc reos non habere, ex infraſcriptis pa-
tet. Nam principiò, quòd ad crimen læſæ ma-
ieſtatis attinet, negant actores ſe tale quid in
Regiam maieſtatem commiſiſſe: & ſi cõmiſiſ-
ſent, non propterea feuda amiſiſſe: aut ſi ami-
ſisſēt, certè per reſtitutionē recuperaſſe. Nam
id quidem apertum eſt, tēpore illius, de quo
ſuprà mētio facta eſt, belli dictos Barones a-
ctores ætate fuiſſe impuberes, & miniſtros à
pedib. ſeu pediſſequos, ut nobiles pueros, d.
ducis proſcripti: cuius ductum & auſpicia ſe-
cuti ſunt ad bellum non animo rebellādi aut
reſiſtēdi ſupremæ poteſtati, ſed ut dño ſuo iu-
benti debita miniſteria pro more facerēt: idq́;
uel ex eo apparet, quòd nullum in bello me-
ruerint ſalarium, quòd non euocarint ſubdi-
tos ſuos ad bellum, ac ne potuerunt quidem,
utpote nullam tum temporis habentes admi-
niſtrationē bonorum, fratre maiore (qui non
eſt in hac lite) tanq̃ curatore legitimo omnia
tum adminiſtrante, item quòd non uterque
uſq; ad finē belli in caſtris permanſerit: quòd
ſtatim ac adoleuiſſent, adminiſtrationis non
ritè geſtę nomine fratrem maiorem conuene-
rint, cum quo etiamnum ea de re litigant. Ex
quibus omnibus intelligi licet, eos nō habuiſ-
ſe animum inferendi arma, & rebellandi: neq;
129 fuiſſe in dolo, cū † iuſſus ſuperioris etiam ma
giſtratus, qui poteſtatē iubēdi habeat, etiamſi
ſummus non ſit, parère coactum à dolo excu
ſet, l. ſi quis ab alio. de iuriſd. omniū iud. l. non
uidentur. §. qui iuſſu. de reg. iur. c. quod quis.
de reg. iuris. in 6. præſertim eius q cogere poſ-
ſit, quemadmodū proculdubio cogi à d. Du-
ce actores, ſi detrectaſſent parère, potuiſſent:
itaq; ſi quid fecerunt, nō poſſunt dici hoc do-
lo & uoluntate rebellandi feciſſe, Bald. in l. no
uiſsimè. ff. qđ' falſ. tut. aut. Dec. in l. uelle non
creditur. n. 2. de reg. iur. & per conſequēs non
ſunt rei læſæ maieſtatis, quia hoc crimen ſine
dolo non committitur, l. 1. l. 4. l. pen. l. famoſi.
ad l. Iul. maieſtat. & citra machinationē rebel-
landi: extrauag. qui ſint rebel. §. itaq;. ubi Bar.
130 ad uerb. rebellando. ubi uult, eum † non com
mittere crimen læſæ maieſtatis, qui alia inten-
tione, quàm rebellandi contra mandatū Cæ-
ſaris facit. Sed & textus in d. extrau. qui ſint re
bell. apertè opera rebellionis requirit, in uer-
bis, rebellionis opera faciunt. & ibid. gl. in uer
bo, machinantur. Qualia cùm nulla hîc facta
ſint ab actoribus, & ij priuatim ſeruiēdo apud
dominum ſuum remanſerint, non poſſunt ui-
131 deri maieſtatem læſiſſe: & ſi lęſiſſent, tamē † mi-
tiùs cum ipſis eſſet agēdum, cùm quia iuſſus
& authoritas domini aliquo modo excuſat e-
tiam in grauiſsimis delictis, c. miles. 23. q. 5. l.
ſeruos. ubi Bal. & Salic. C. ad l. Iul. de ui publ.
gl. in d. l. liber homo. Dec. in d. l. uelle. num. 7.
Cæpoll. cautel. 66. Iaſ. conſ. 136. dubitatur. cir-
ca finem, ubi etiam incendiarijs hac ex ratio-
132 ne uult pœnā mitigari: tum quia † ætati eo-
rum impuberi, in qua tunc fuerunt, meritò eſt
ignoſcendum, l. unic. C. de falſ. mo. l. ferè. ubi
Decius nu. 3. ait, hoc etiam in minoribus 25.
annis obtinere, de reg. iur. l. ſi adulterium. §. ſi
fratres. de adulterijs, l. auxilium. de minorib.
Iaſ. & Dd. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi
aduerſ. uendit. Sed poſito, non tamen conceſ-
ſo, quòd rebellionē aduerſus Regem actores
hîc feciſſent, non tñ feuda eorum deberent di-
ci fuiſſe commiſſa & aperta, quia Rex nõ con
fiſcauit aut publicauit ſubditorum dicti du-
cis proſcripti bona, uel feuda, ut apparet ex
eo, quòd ſub pœna commiſſionis prohibeat
133 eos d. duci auxilio eſſe. Nam † uerba eiuſmo-
di ſub pœna tali non ſunt latæ ſententiæ, ſed
ferēdæ, ſi contrà fiat, nec ipſo iure pœnam in-
fligunt: imò tum opus eſt ſentēna, c. relatum.
quem text. ibi ad hoc notat gl. fin. Panor. Ho-
ſtien. Io. Andr. ex̄. de iur. patro. gl. in c. dolētes.
in uerb. ſub pœna. de celebr. miſſ. & in c. cū eſ-
ſes. in glo. ult. ubi etiam Innocen. Hoſtienſ. Io.
Andr. de teſt. & in c. cùm Eccleſia. in uerb. ana-
thematis. & ibi Hoſtien. Io. And. de immunit.
eccleſ. & in cap. ſicut tuis. ubi Panor. de ſimon.
& hanc eſſe dicit communē opinionem, Imol.
num. 11. in c. 1. extrà de locat. & conduct. Præ-
134 terea † in cõcluſione banni, quæ præcipuè eſt,
ut in cæteris, attendenda, l. ſi uoluntate. in fin.
ubi Bald. C. de reſcind. uend. l. emtor. 48. de
pact. Iaſ. Zaſ. & Dd. in §. 1. Inſtit. de act. diſertè
ſibi iudiciū ea de re Princeps reſeruat, ac ſen-
tentiam ſuſpēdit his uerbis, *Gegen denen* (ſub-
ditus ſcilicet, qui dicto duci proſcripto adhæ-
rerent & opitularētur) *wollen wir uns mit ernſt-
licher ſtraaff, nach ungnaden zuuerfaren, vorbehal-*
ten

135 *ten haben, &c.* Cùm † autem forma banni di-
ligenter ſit obſeruanda, Bald. in l. 3. num 4. C.
de fid. inſtrumentorum, nec extendendum il-
lud ſit, ultra quàm uerba ſe extendunt, cùm
136 † pœnalia ſtatuta omnia ſint odioſa & re-
ſtringenda, Bal. in l. illud. nu. 4. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. Bartol. in l. furti. §. fin. de his qui notan. in-
fam. & in l. tranſigere. C. de tranſact. aliter dici
non poteſt, quin nulla confiſcatio hoc banno
ſit inducta, ſed potiùs comminatio fuerit, tam
de publicãdo, quàm de puniendo arbitrariè
137 facta. Nam pœna † quoniam illo mandato
non exprimitur, intelligitur ea mandantis ar-
bitrio reſeruari, gl. & Dd. in l. 3. C. de ſacroſ. ec-
138 cleſ. l. 1. in fin. C. de ſumm. trinit. Itaque † tale
bannum ſine dubio per ſe nullam habet, aut
importat executionem, præſertim cùm nulla
ſit ſecuta ſententia declaratoria, Bal. in l. 1. nu.
9. 10. 11. 12. C. de hæred. inſt. ut fruſtra hic diſpu
cetur, an ipſo iure feuda committantur & trãſ-
eant ſine ulla ſententia declaratoria. Nam ex
uerbis banni euidenter apparet, Regium ani-
mum pro ſua clementia noluiſſe hoc iure uti,
neq; tam duriter agere cum ſubditis d. ducis
proſcripti, quos uidebat uolẽtes nolẽtes coa-
139 ctum iri poſſe. Quanquam † & alioqui cõmu
niter in eam ſententiam itum eſt, ut exiſtimẽt
Dd. quãuis ipſo iure per feloniam feuda com-
mittantur, tamẽ ſentẽtia declaratoria nihilo-
minus opus eſſe, Bald. in c. 1. §. uel ſi cum filia.
nu. 2. & 3. quib. mod. feud. Præpoſ. in c. 1. §. ſi fi-
delis quib. mod. feud amit. Iaſ. in l. ſi quis ini-
quum. §. quod autem. nu. 5. ff. quod quiſq; iur.
& l. 2. nu. 12. cum ſeq. C. de iure emphyt. Cano-
niſtæ, præſertim Gemin. & Phil. Franc. in c. fe-
licis. de pœn. lib. 6. Caſtr. cõſ. 160. ad primum
quæſitum. in fin. part. 1. Panor. conſil. 3. nitar.
quæſt. 3. lib. 2. Alex. conſ. 124. omiſsis. in prin-
cip. lib. 1. Cur. iun. parte 4. nu. 155. in tract. feu.
Zaſ. in eodem tract part. 10. num. 73. uerſ. an
autem uaſallus. Schurff. conſil. 10. quod præ-
miſsi. nu. 24. & 25. centur. 3. quæ Dd. commu-
nis opinio cùm ſit æquitati conſentanea, in
pœnis eſt ſequenda, c. in pœnis. de reg. iur. in
140 6. l. pen. de pœn. maximè cũ † alioquin etiam
propter benignitatẽ in dubio debeamus con
ſtitutionem iudicare, & habere pro canone fe-
rendæ ſententiæ, magis quàm latæ, glo. in d. c.
in pœnis. quam dicit ibi ſingularem Philipp.
Franc. de reg. iur. in 6. Tiraq. l. ſi unquã. uerb.
reuertatur. nu. 16. 17. cum multis ſequen. C. de
reuocan. donat. idem uult gl. in c. cupientes. §.
ſi uerò. in uerbo, priuentur. de elect. lib. 6. & in
c. 2. §. inhibemus. in uerb. innodetur. de hæret.
lib. 6. & idem uoluerunt Cyn. Bald. qui hoc di-
cit notabile in l. quæ ex relationib. in fin. C. de
legibus, & in auth. qui ſemel. C. quomodo &
quando iud. Iaſon in l. rem quæ nobis. nu. 35.
cum ſequen. de acquir. poſſeſ. Alex. conſil. 103.
uidetur prima conſideratione. nu. 23. lib. 1. &
conſi. 124. ſuperfluis omiſsis. in princ. nu. 2. &
3. eo. lib. 1. quib. in locis diſertè de uaſallo diſ-
putat: ſcilicet quòd ſine ſententia propter cul-
pam priuari nequeat. Quocirca cũ in propo-
ſito caſu nulla ſentẽtia declaratoria ſit bannũ
iſtud conſecuta, liquidò ſequitur, nunquam
in commiſſum ſubditorum d. ducis bona ce-
cidiſſe: & per conſequens, nec agentium Baro
num feuda unquam fuiſſe commiſſa. Verùm
poſito, non tamẽ cõceſſo, quòd ipſo iure com
miſſa fuiſſent, tamẽ tranſactio ſubſecuta, qua
generatim omnes ſubditi ſunt reſtituti, certè
etiam d. Barones in primum ſtatum repoſuit.
141 Nã † beneficia Principũ latiſsimè ſunt inter-
pretanda, l. 1. l. fin. & ibi Bar. & Bald. C. de ſent.
paſſ. l. beneficium. ubi Iaſ. de conſtit. princip.
Nec uerum eſt, dictã reſtitutionem loqui tan-
tùm de ciuibus, aut bona allodialia poſsiden
tibus: ſic enim mutila fuiſſet reſtitutio, plus
profutura ignobilibus, quàm nobilibus, qui-
bus potiùs indulgendum fuit & remittẽdum
propter dignitatem, Tiraq. de nobil. c. 20. l. in
ſeruorum. l. 1. in fin. de pœn. & qui remiſsione
magis, quàm ciues, opus habebant, cùm no-
biles pleriq; ratione feudorum, unde ſeruitiæ
militaria debentur, c. 1. de mil. uaſ. qui arm. c. 1.
§. 2. quę fuit pri. cau. c. 1. de noua for. fidel. ſup-
petias tuliſſent d. Duci, nõ etiam ciues, qui in
armis nunquam fuiſſent. Accipienda eſt itaq;
tranſactio de omnibus omnino ſubditis in-
tra & extra ciuitatem, prout uerba eius ſonãt,
Oder andere, die auſſerthalb der ſtatt wohnen. Item,
an jhren und andren underthanen. Itẽ, *wo die ſein.* Et
de Baronibus nobilibus, & alijs etiam feuda
habentibus Regiam Maieſt. uoluiſſe illam re-
ſtitutionem intelligi & accipi, euidenter ex il-
lo oſtenditur, quòd ex d. reſtitutione excepti
ſunt nominatim quidã Comites, Barones &
Nobiles, qui omnes habuerunt Comitatus,
aut feuda à Duce proſcripto mouentia: ut ma
nifeſtum ſit, uoluiſſe etiam Regem, Comites,
Barones, alioſq; nobiles reſtituere: alioquin
142 † exceptio hæc non eſſet de regula: quod di-
cere fuerit abſurdum, Dec. in l. 1. nu. 20. & poſt
eum Cagnol. nu. 29. cum ibi alleg. de reg. iur.
Anchor. Dyn. in rub. no. lib. 6. Bart. Bald. in l. ſi
eum. §. qui iniuriarũ. ſi quis caut. Iaſ. conſ. 69.
143 quod ſecunda. uol. 3. Porrò † quoniam ex-
ceptio cõfirmat regulam in caſibus non exce-
ptis, Dd. in d. l. 1. numer. 21. cum ibi alleg. de
reg. iur. Bart. in l. quæſitum. §. deniq;. de fund.
inſtr. leg. actores autem non inueniuntur ex-
144 cepti à generali regula, & † indefinitum uer-
bum poſitum in tranſactione, *underthanen*, æ-
quipollet uniuerſali, præſertim quãdo à lege
aut conſtitutione Principis (ut hîc) profertur,
gl. Bart. Dec. num. 12. in d. l. 1. de regul. iur. Bar.
in l. ſi pluribus. de legat. 1. Dyn. Ancho. Philip.
Franc. in rubr. de reg. iur. in 6. Dd. in l. ſi ita. de
leg. 2. ideo dubium nõ eſt, quin d. actores illa
tranſactionis gratia comprehendãtur, & ſint
reſtituti: ac profectò ſequeretur infinita cõfu-
ſio & abſurditas, ſi hanc reſtitutionẽ nõ perin
de ad nobiles feuda habẽtes, atq; ignobiles,
perti-

pertinera interpretaremur, & melioris eſſent
conditionis uiles & plebeij, quàm illuſtres: cùm tñ
poriſsimum nobilium, ut dictũ eſt, cauſa, qui
ducem ad bellum ſecuti erant, ea reſtitutio ſit
facta, non ciuiũ aut agricolarũ grana, qui bel-
lo non interſuerant, nec quicqoã cõtra Regiæ
Maieſt. mandatum commiſerant, eoq; ne re-
ſtitutione quidem opus babebant: abſurdæ
145 † autem interpretationes & intellectus ſunt
uitandi, l. 1. §. nunc quæritur. de publican. l. nã
abſurdum. de bon. libert. l. obſignare. §. fin. de
offic. proconſ. latè Euerard. in loco ab abſur-
do. Quòd autem aiunt rei, dictam tranſactio-
nem eſſe indulgẽtiam ſimplicem, nec reſtitue-
re bona, apertè refotatur his uerbis dictę trãſ-
actionis, quæ diſertè bona reſtituunt ac tuen-
tur: *Was belanget die verſicherung der jenigen, weib,
kindt, haab und guter, &c. Item auch an jhren weib,
kindt, haab und guter, niemandt vergreiffen, ſollen auch
widerumb in jhre guter, und gewarſam kommen und
gelaſſen werden, wo die ſein, außgeſchloſſen die in der
capitulation außgezogen, &c.* Ex quibus ultimis
etiam uerbis apparet euidentiſsimè, ſi opor-
tet exceptionem eſſe de regula, ut certè opor-
tet, hanc reſtitutionem, quæ mentionem facit
bonorum, ad Comites, Barones & Nobiles
quoq; pertinere, cùm, qui ſint excepti, omnes
habeant Comitatus aut feuda à d. duce pro-
ſcripto mouentia. Et ita tum interpretatam
fuiſſe d. pacificationem ex eo liquet, quòd de-
inceps omnes nobiles & uaſalli d. ducem ſe-
cuti, redierint ad ſua bona, & ſine controuer-
ſia hactenus poſſederint. Minimè autem ſunt
immutanda, quæ certam interpretationẽ ſem
per habuerunt, l. minimè. l. ſi de interpretatio-
dilecta. c. ad audientiam. ubi Fel. nu. 18. de re-
ſcript. Iaſ. l. a. in prin. C. ſi contra ius uel utilit.
pub. Surreptitiè, quia celata totius cauſæ ue-
ritas, & quidem illa, in quibus cardo rerum
uertebatur, c. ſuper literis. de reſcrip. Vnde ra-
tione obreptitionis pro nihilo duci debet, Fe-
lin. d. c. ad audientiam. a. nu. 18. in 1. fallen. Bel-
la. deciſ. 8. reſpectu uerò ſurreptionis, aut nul-
la, aut per exceptionem ſaltem annullanda,
Iaſ. num. 22. in l. a. C. ſi cõtra ius, uel util. pub.
Canon. c. ſuper literis. de reſcrip. Bellamer. de-
ciſ. 46. incip. exceptio. Fel. c. ad audientiam. a.
nu. 20. fallen. 6. de reſcri. Nam & alioqui Prin-
ceps cenſetur deceptus, quando contra prio-
rem ſuam ſententiam uenit, Dec. l. nemo. 75.
nu. 4. de reg. iur. Bald. conſil. 277. pridie. lib. 3.
quæ decepto decipienti ad alterius iniuriam
& detrimentũ prodeſſe non debet, c. 2. de dol.
& contu. c. ſedes. 15. de reſcrip. c. pen. de emt.
l. 2. de eo per quem fac. Deinde ut maximè ua
luiſſet hæc incompetentis curiæ ſententia, ta-
224 men † aduerſus eam actores eſſent reſtituen-
di, alter ut minor, t. t. C. ſi aduerſ. rem iud. Pa-
nor. in c. cùm ex literis. 5. n. 4. 5. in 7. not. de in
integ. reſt. l. minor. 25. annis. de minor. & qui-
dem ad totã cauſam, Bar. Bal. l. ult. de in integ.
reſt. Iaſ. l. cùm quidã. nu. 8. de acq. hered. Guid.
Pap. deciſ. 142. num. 1. Mynſing. obſ. 84. lib. 3.
obſer. 21. lib. 4. Barbat. conſil. 11. lib. 2. quomo
do minor etiam ex contumacia cõdemnatus
reſtituitur, l. minor. ubi gl. & Dd. ff. de minor.
maximè allegando ſuæ ætatis infirmitatẽ ad-
uerſarij dolo deceptam, ex quo capite contra
ſummi quoq; Principis ſententiam ei reſtitu-
tio datur, Bal. l. minor autem. nu. 4. de mino-
ribus. Alter ex capite, Si qua mihi iuſta cauſa
uidetur: cùm enim non fuerit in uera cõtuma-
cia, qui recuſauit iudicem, & rationes recuſa-
tionis ꝓpoſuit, ac nihilominus abſens & non
auditus eſt cõdemnatus, æquum eſſe eum ad-
uerſus ſententiam, ex ficta & non uera contu-
macia reſtitui, l. diuus. ubi gl. ad uerbum, reſti-
tuere. de in integ. præſertim ex falſa aduerſarij
ſuggeſtione latam, l. diuus. de in integ. reſt. l. 1.
2. & tot. tit. C. ſi ex falſ. alleg. Quod quidem be
neficiũ rectè petunt, & petere iure actores poſ-
ſunt, quantumuis propoſita nullitatis exce-
225 ptione: utrumq; † enim remedium poteſt al-
ternatiuè cumulari, c. conſtitutus. de in integ.
reſtit. Socin. conſil. 64. nu. 3. Deci. in l. nemo
ex his. nu. 3. de reg. iur. Liquet igitur ex tã mul
tis nullitatis cauſis ſententiam hanc allegatã,
ipſo iure eſſe nullã: & proinde nullam quoq;
exceptionem reis parere poſſe. Ex quibus o-
mnibus iam patet, actores horũ baronatuum
ueros dominos eſſe, & iniuſtè poſſeſsione ho-
rum dominiorum fuiſſe ſpoliatos: ac ideo
utrunq; baronatum, unà cum fructibus & in-
tereſſe, unaq; cum cautione, ut ſuprà deductũ
eſt, ipſis à d. reis conuentis reſtituendum eſſe:
& in hanc ſententiam tandem iudicatum fuit,
fructibus ac intereſſe tamen demtis præteri-
tisq́;: id quod regijs inueſtituris, & quia rei ni-
hil abſurdi feciſſent, ſed hæc dominia à patre
relicta poſſediſſent, ac propugnaſſent, datum
exiſtimo fuiſſe.

CON-

CONSILIVM VII.

De iure ſequeſtrationis, & quibus ex cauſis fieri poſsit, uel relaxari debeat.

SVMMARIA.

1 ¶ *Sequeſtri nomine datur petitorium & poſſeſſorium.*
2 *An agens petitorio, renunciet poſſeſſorio.*
3 *Quali petitorio & poſſeſſorio, quoad ſequeſtri relaxationem, agi poſsit.*
4 *Miſsio in bonorũ poſſeſsionem & ſequeſtratio, an & quando poſſeſsionem auferant.*
5 *Poſſeſſorium Retinendæ & Recuperãdæ quomodo poſsint cumulari.*
6 *Officio iudicis implorato poteſt peti relaxari ſequeſtrum: & cur expediat ſic potius relaxationem, quàm poſſeſſorio, uel petitorio.*
7 *Defendens ſequeſtrum debet probare id ex iuſta cauſa, & ordine iuris ſeruato factũ eſſe, quia contrà præſumitur, etiam in iudice: ideoq́, illis non probatis ſequeſtrum relaxandũ quaſi nulliter factũ: latiſs. uſq; ad finem.*
8 *Per ſatiſdationẽ poteſt ſequeſtrum relaxari.*

CVIVSDAM nobilis ſine filijs defuncti molendinum & alia quædam bona Princeps ſequeſtrauit, quaſi non ad illius filiam, ſed caſtrum ſuum propinquum ſpectantia. Vnde proponuntur duæ potiſsimùm quæſtiones. Primùm, qua actione d. nobilis filia agere, & cuiuſmodi iudicio, utrùm petitorio, an poſſeſſorio d. Principem conuenire poſſit? Secundò, qua forma agendi, probandi, quibus argumentis, medijs, rationibus, meritis cauſę principalis, iudicium inſtrui, & unde uictoria ſperari & obtineri poſſit?

QVod ad primã attinet, non eundo per
emendicata ſuffragia, dubiũ eſt, quin
hîc tã petitorio, quàm poſſeſſorio agi
1 poſsit. De † petitorio eſt in terminis text. in c.
examinata. de iudic. ubi poſt glo. Pan. nu. 14.
& alij Dd. determinant aduerſus ſequeſtrum
rerum corporaliũ agi poſſe, petitorio rei uendicationis:
rerum uerò incorporalium nomine actione cõfeſſoria & negatoria, & idem Panor.
in cap. 1. nu. 6. de ſeq. ait, In electione eſſe
actoris, utrùm petitorio uel poſſeſſorio agere
hîc uelit. Poſſeſſoriũ quoq; rectè ad retractandam
ſequeſtrationem proponi, oſtendit text.
in cap. 2. uerb. poſtulantibus ſibi reſtitui. ex.
de dol. & contum. Nuda enim petitio reſtitutionis
rei ſonat in poſſeſſorium, atq; ita Innocen.
& Dd. id uerbum in d. cap. 2. accipiunt &
interpretantur: ad idem tex. in cap. ad ſedem.
de reſtit. ſpol. Panor. in cap. 1. num. 12. de ſequ.
poſſeſſ. Zab. in clemen. 1. nu. 4. de reſtitu. ſpol.
Quinetiam nõ modò alterutro horum iudiciorum
agi: ſed etiam utroq; ſimul petitorio
uidelicet & poſſeſſorio, poſſe, conſentaneum
eſt. Quanquam enim bene longa eſt diſputa-
2 tio, an † agens petitorio uideatur renunciare
poſſeſſorio, ut uidere licet apud Angel. n. 10.
Iaſ. poſt Fab. num. 110. in §. 1. Inſtit. de actio. idem
Iaſ. l. naturaliter. 11. §. 1. nu. 4. 5. 6. 32. qui
tandem num. 39. haud ſcio, an uerè, concludit,
cõmunem eſſe, quòd uideatur renonciaſſe,
ff. de acquiren. poſſeſſ. tamen illud dubium
non eſt, quin petitorio poſſeſſorium cumulari
poſsit, ſaltem utrunq; recuperandæ & adipiſcendæ:
ut Bartol. num. 14. cum ſequen. Iaſ.
num. 97. & communiter Dd. in d. §. nihil commune.
1. conclu. in l. naturaliter. de acquiren.
poſſeſſ. Etſi autem de poſſeſſorio Retinendæ
propter contrarietatem dubitatur, ut uidere
licet apud Bartol. ibidem numer. 14. & 18. Iaſ.
num. 37. & 98. cum ſequen. in d. l. naturaliter.
§. nihil commune: tamen plerIq; in id conſentiunt,
ut poſsit etiam poſſeſſorium retinendæ
diuerſis reſpectibus, & in caſu dubio, quãdo
ſcilicet de poſſeſsione diſceptatur, cum petitorio
cumulari, Bartol. ibidem num. 19. ac lateſ
Iaſ. in d. §. naturaliter. num. 98. Cuiac. obſer.
7. cap. 38. Quod cùm ita ſit, & fruſtra fiat per
plura, quod fieri poteſt per pauciora, l. ultim.
§. 1. C. de appellat. l. 1. in princip. ubi Bald. de
dol. mal. liquet utrunq; iudicium, & petitorium
& poſſeſſorium, rectè hîc poſſe coniungi:
tametſi primò quæſtio poſſeſſorij iuxta ſolennem
iudiciorũ ordinem ſit expedienda, l.
ſi de ui. de iudic. l. ordinarij. C. de rei uend. ex
ratione l. is qui deſtinauit. de rei uend. & ſanè
poſſeſſorio tollitur faciliùs ſequeſtrũ, quàm
iudicio petitorio, ut uult Rebuff. in l. litibus.
nu. 3. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. per cap. que-
3 relam. in fin. de elect. Cuiuſmodi † aũt poſſeſſorium,
recuperandæ ne an retinendæ, (nam
adipiſcendę in rebus tamdiu poſſeſsis, & iam
olim adeptis, locum hîc habere nequit) iſtbic
inſtitui uel cumulari cũ petitorio poſsit, merito
dubites. Nam recuperandæ dari nõ poſſe
uidetur, cũ ſequeſtratione neceſſaria, poſſeſſorio
non ſit amiſſa: quæ nõ item, ut per ſequeſtrationem
uoluntariã amittitur, l. intereſſe.
ubi Bart. num. 1. 4. de acquir. poſſeſſ. l. licet.
ubi Bartol. in princ. depoſ. & eſt communis
cõcluſio Cyni, Butrigarij, Bald. Salic. Dec.

Curtij & aliorum in l. unica. C. de prohib. ſequeſt. Ferrat. in lorm. ſequeſt. ſic etiam per neceſſariam, quando hoc nõ eſt à iudice expreſſum, ut eſt communis conrluſio Bar. in d. l. intereſſe. num. 4. & in d. l. licet. num. 1. & Dd. in l. unica. C. de prohib. ſeq. & Ferrat. loco præallegat. quia ſine cauſæ cognitione nemini ui poſſeſsionem auferre debet, cap. conquerante. de reſt. Spol. Schurff. conſil. 1. 6. & 15. cent. 3. Quare nec eam ſuſtuliſſe per eiuſmodi decretũ ſeu interlocutoriam de ſequeſtratione latam præſumitur, Dd. præallegat. loco, Menoch. remed. recup. 8. l. 1. C. ſi per uim, l. meminerint. C. unde ui: quoniam iniuſtitia in iudice præſumi non debet, l. 2. Cod. de offic. ciuil. iud. in princ. in authen. ut def. ſeu. feu. c. cùm olim. ubi gloſ. antepenul. de priuil. cap. cùm Ioannes. de fid. inſtr. cap. in ueſtra. de procur. cap. niſi eſſent.
4 de præben. Ar † quamuis miſsio in poſſeſsionem bonorum ex primo decreto poſt annum in realibus poſſeſsionẽ priori poſſeſſori auferat, huic autẽ miſsioni ſequeſtratio ſuccedat, cap. 2. ubi Panor. num. 10. 11. 12. Imol. num. 3. per illum text. de dol. & contum. Ioan. Andr. in c. locupletari. de regul. iur. in 6. & ideo ſurrogatum ſapere debeat naturam eius, cui ſurrogatur, l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. ubi gl. uerb. danda concordantias allegat. ff. ſi quis caut. l. 1. §. hic autem. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. fuer. ac per conſequens uideri poſsit, hac ſequeſtratione, quæ non uno tantùm anno, ſed 13. annis durauit, omne poſſeſsionis ius priori poſſeſſori ablatum eſſe, cùm etiam ciuilis, nedum naturalis, ſpacio decennali perdatur, Dd. præalleg. loc. in l. 1. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ubi Iaſ. num. 30. cum ſeq. de acquir. poſſ. & in l. 1. nu. 45. C. de ſer. fug. Couar. c. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. Matth. ſing. 110. nota mirabilem. Alcia. reg. 2. præſcri. 22. nu. 2. tamen omnibus huius cauſæ circumſtantijs rectè ponderatis, contrà uidetur ſtatuendum. Nam ſequeſtratio in locum miſsionis tum demum ſurrogatur, cùm propter contumaciam rei non competentis in bona mitti actor poteſt, ut tex. & Dd. in d. c. 2. exponunt: in quibus terminis hîc non ſumus, quando ex nulla tali contumacia refugientis & fruſtrantis citationem hæc ſequeſtratio facta ſit. Imò ne allegari quidem iſthic, nedum probari eiuſmodi fruſtratio, uel etiam citatio iudicialis poſsit: cùm nullum hîc ante ſequeſtrationem hoc nomine iudicium fuerit oblatum, nedum intentatum. Deinde etiam illo caſu, quo ſequeſtratio loco miſsionis fit & fieri poteſt, certũ eſt poſt annum non adimi eodem modo poſſeſsionẽ priori poſſeſſori ex ſequeſtratione, ſicut contingit ex miſsione, cùm id nullo iure cautum ſit, & alioqui ſequeſtrationes ſint odioſæ, M. Man. ſing. 388. num. 2. ac per conſequens, ne quidem ex ratione ſimilitudinis extendendę, Pariſ. conſil. 107. num. 48. uol. 3. & ita concludit Innoc. quem ſequũtur Dd. in d. c. 2. de dol. & contum. ad uerbum, reſtitui, hoc eſt, inquit, aſsignari poſt lapſum annum, ſed bene non petebant, cùm hoc iure cautum nõ ſit, ut poſt lapſum anni quis debeat fieri uerus poſſeſſor rerum ſequeſtratarum: ad idem Bal. in c. 1. nu. 9. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. ex doctrina communi Dd. in d. c. 2. & Archidiaconi in c. quia res. 11. quæſt. 1. concludens per ſequeſtrationem nõ poſſe ueniri ad ſecundum decretum adiudicandæ poſſeſsionis, & poſt annum ſequeſtri actorem, ad cuius petitionem ſequeſtratio facta eſt, non effici uerum poſſeſſorem in reali, propterea quòd per ſequeſtrationem non ſit, nec uideri debeat in poſſeſsionẽ miſſus: ſequitur Felin. in d. c. examinata. nu. 19. de iudic. Deinde, ut maxime auferreĩ per ſequeſtrationem poſſeſsio, conſtat tamen commodum poſſeſsionis non auferri, quin ſemper prior poſſeſſor in omnibus iudicij partibus, actione, probatione, &c. pro poſſeſſore habeatur, Bal. in c. 1. num. 12, 13. 15. de ſequeſt. Cyn. in l. unica, in fin. & ibid. Salicet. num. 2. Curt. nu. 49. C. de probib. ſequeſt. Raphael Fulg. in l. ſi oleum. in princ. de dol. mal. Ex quibus uideri poterat per eiuſmodi neceſſariam ſequeſtrationem, qualis hic facta eſt, turbatam magis poſſeſsionem, quàm ablatam & ſpoliatã eſſe, Bald. in c. 1. nu. 12. de ſeq. poſſ. ac conſequenter potius interdictum Retinendæ, (quod etiam utilius eſt propter commodum poſſeſsionis, §. commodum. Inſt. de interdic. l. is qui deſtinauit. de rei uendicat.) quàm recuperandę intentari hic oportere: per ea quæ tradit Pariſ. conſil. 126. nullitas. num. 2. uol. 4. ex doctrina Felin. in c. licet cauſa. num. 21. de probat. cum alijs per eum allegatis. Verùm eo non obſtante dici poteſt etiã poſſeſſorium Recuperandæ, quatenus poſſeſsio de facto ſpoliata eſt, rectè hac in cauſa proponi: ut in terminis decidit Anch. conſil. 248. ad prædicta. num. 4. Nam ſequeſtrum tale, quod impedit libertatẽ poſſeſsionis, habet uim ſpoliationis. Sola enim denegatio rei debitæ inducit effectum ſpoliationis: ut patet in colono, depoſitario, cõmodatario, & ſimilibus detentoribus rei alienæ denegantibus domino reſtitutionem poſſeſsionis rei ſuæ, l. ſi quis conductionis. C. de locat. c. qui ad agendum. de regulis iur. in 6. Dſ. & Dd. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. de acquiren. poſ. Nam detentio alienæ rei domino inuito, pro ſpoliatione eſt, l. 1. §. 1. & §. ſi. ff. de ui & ui arm. ſicut & ſimplex reſtitutionis denegatio, l. colonus. eod. tit. Quare ſequeſtrũ quoq;, per quod poſſeſsio impeditur, quo minus priori poſſeſſori libera ſit, habet uim ſpoliationis. Nam ſpoliatus eſt poſſeſſor ſaltem reipſa, ut loquitur Baldus in l. ſi proprietate. num. 15. C. ſi à non comp. iudic. Patet, quoniã interdictum Vnde ui, competit contra eum, qui liberam poſſeſsionem aduerſario non relinquit, l. uim facit. de ui & ui arma. c. Piſanis. de reſtit. ſpol. ut pluribus confirmat Anchor.

præ-

præalleg.loc.ex doctrina Innocen.in c.quere-
lam.de elect.& alijs per eum allegatis, ad quē
5 remitto. Nec † tamen de hoc diſputare inſiſto,
ideo quòd caſu, quo hîc poſſeſſorium eſſet in-
rentandum, rectè poſſet utrunq; cumulari: ui-
delicet & recuperandæ & retinendæ: ſicut di-
uerſis reſpectibus, & præſertim in dubio poſ-
ſeſsionis cōiungi poſſunt, Iaſ.in l.naturaliter.
§.nihil commune. nu.154. de acquir. poſſeſſ.
petendo ſcilicet reſtitui poſſeſsionem, quate-
nus de facto & re ipſa ſpoliata, & poſſeſſori a-
dempta eſt, Bald.in d.l. ſi proprietate. num.15.
& retineri ac relinqui imperturbatam, quate-
nus ex iure ciuilis præſertim poſſeſsio retine-
tur, & animo retenta hîc fuit, ſicut retineri ani
mo ciuilis, quamuis amiſſa naturali, poteſt,
gl.magna, quam ſequuntur Dd.l.1. uerb.præ-
ſcriptionem.ubi Batt. Bald. Sal.Iaſ. nu.45.C.
de ſer.fug. Batt.num.7.& 8.in l.1.ubi latiſsimè
Socin.iun.nu.115.& 263. cum multis ſequen-
tib.l.3.§ ex contrar.ubi Iaſon,num. 22.32.54.l.
clam poſsidere.ubi Iaſ.no. 22. de acquir. poſ-
ſeſſ. Couar.in c.poſſeſſor.in prin. num.4. & 5.
de reg.iur.in 6 Franc.Balb.in tract.præſcript.
parte 3.partis 3.princ.quæſt.3. num.1. 2.3. & i-
ta in terminis noſtris plerīq; deciderunt, Pa-
uſ.conſil.126.nullitas.num.7. uolum. 4 pro
quo deciſ. Neapol.156.pro parte.numer.2.ex
doctrina Panor.in c.ueniens. num.3. & 29.de
præſcrip. Innoc.in c. ex tenore. in princ. de re-
ſcrip.Felin.in c.licet.in 10.limit.de ſimon. Ve-
rùm nec de illo quidem anxiè diſputandum
6 hîc arbitror: nam in † præſente caſu è re uide-
tur magis futurum agentis, ut omiſſo utroq;,
tam petitorio, quàm poſſeſſorio iudicio, in
ſimplicem ſequeſtri facti relaxationem ante
omnia dirigat intentionem agendo. Nam pri
mùm quod ad petitorium attinet, uix eſt con
ſultum, ut hoc iudicio omne ius in iudicium
ſtatim deducatur, cùm dubius ſit, ut dicitur,
litis euentus, l.quod debetur.de pecul. ubi gl.
fin.in l.Lucius.78.§.ult.ad S. C. Trebel. Bald.
poſt gl.in l.1.in princ.de dol. mal. & petitorio
uacuato nulla amplius poſt conclusionem in
cauſa rei aliter recuperādæ ſpes ſupereſſe poſ-
ſit, Panor.in terminis in c.1. nu. 12. de ſequeſt.
poſſ. Iaſ. poſt gl.& Batt.in l.naturaliter. §.nihil
commune.num.25.cum multis ſequen.& nu.
79.de acquir.poſſeſſ. Præterea ſi per ſequeſtrū
neceſſarium nō auferetur poſſeſsio, quemad-
modum oſtendimus, obſtabit uendicanti ex-
ceptio, quòd poſsidenti nō detur in rē actio,
§.1.in fi.Inſt.de actio.l.1.§.interdictum.uti poſ-
ſi.c.examinata.de iudic.ubi Dd. Quod etſi di-
ſputari in utranq; partem poteſt, per ea quæ
tradit Iaſ.poſt Ang.Fab.& alios in §.1.nu.100.
104.109.cum ſequen.Inſtit. de actio. & in d.l.
naturaliter. §. nihil commune. num. 79. cum
ſequen.tamen quid opus eſt, ubi commodius
& planius remediū præſtò ſit, in tam dubiæ &
intricatæ diſputationis arenam ſe demittere?
Præterea qui petitoriū inſtituit, ſeipſum acto-
rem conſtituit, ut iuxta regulam. l.qui accuſa
re.C.de eden.l.actor.C.de prob. probare fun-
damentum intentionis ſuæ, nempe dominiū
teneatur, leg.2.C.de probat.l. dom.l.ult. C.de
rei uend.Iaſ.l.5.§. qui pro rei.num. 15. qui ſa-
tiſd.cogan. Etſi uerò ſequeſtrum etiam caſu,
quo aufert poſſeſsionem, non tamen auferat
commodum poſsidendi, ita ut poſſeſſor ni-
hilominus fructus percipere debeat, Iaſ.l.ſi fi-
deiuſſor. §.ſi ſatiſdatum. in fin. qui ſatiſd. co-
gan.Aemyl.conſil.126.quæritur.num. 3.conſ.
151.uxor.num.14.& dominium probare non
teneatur, Bal.in c.1.nu.12. 13. & 16. de ſequeſt.
Cyn.in l.unic.in fin.C.de prob. ſeq. ubi diſer-
tè inquit, quòd etiāſi is, cuius res ſequeſtrata
eſt, agat petitorio, non tamen probare tenea-
tur: ſequitur ibidem Salic.num.2. Curt. num.
49.Raph.Fulgoſ.in l.ſi oleum.in princ per il-
lum text.de dol.mal. tamen diligentèr aduer-
tendum eſt, hoc uerum eſſe, quando petitor
nihil intendit aut petit ſibi adiudicari, ſed tan
tùm rem reſtitui, & ob poſſeſsionis commo-
dum ſeſe abſolui. Nam poſſeſſor qui contrà
ſibi uult rē adiudicari, probare debet ius ſuū,
l. circa. cum ibi not. à gloſſ. Bartol. & Dd. de
probat. Nunc ad propoſitum, ſi hic actor pe-
tendo rem, tantùm uelit eam ſibi reſtitui, &
cōmodo poſſeſsionis frui, poterit id certiùs
& rectius cōſequi iudicio poſſeſſorio, aut alio,
de quo poſtea dicam, quàm petitorio: quod
plenam cauſæ cognitionē deſiderat, & omnis
generis exceptiones admittit: quodq; rectius
ad ultimum reſeruatur, quia poſt illud am-
plius nullum moueri, ſicut oſtendimus, po-
teſt. Sin aūt uelit ſibi rem adiudicari, ut ſuam,
probatione dominij omnino opus habebit,
d.l.circa.de probat.l.2.& paſsim, C. eod. l. an-
cillam.l.ult.C.de rei uend. Huius autem pro-
batio quàm ſit difficilis, eruditi norunt, & tra-
ditur à Batt.in l.rem quæ nobis. num.2.in fin.
de acquir.poſſeſſ. Iaſ.in §.item Seruianu.num.
88.Inſt. de action.& communiter in l.cùm res.
& l.actor.C.de proba. Quanquam autem hic
dominium uidetur faciliè poſſe probari, pri-
mò per inueſtituræ inſtrumentum; ſecundò
per præſcriptionem, tū utrunq; nō caritur um
eſt difficultate & oppoſitione. Nā inueſtitura
per ſe non probat dominium, ſed tantùm ti-
tulum, quia nec dominium, nec poſſeſsio-
nem uerè transfert, Iaſ.in l.quoties. n.31.C de
rei uen. Panor.& Dd.in c.2.de conſuet. Bal. in
rub.de contra.em. num.17. Aemyl. conſil. 81.
duo.no.4. Schurff conſil.53. quod in præſen-
ti. nu.5.cent.1. Titulus autem per ſe non pro-
bat dominiū, niſi à quo titulus acceptus eſt,
probetur dominus fuiſſe, glo. ad uerb. in ua-
cuam.& Dd.in l.cùm res. C. de probat.per l.&
quæ nondum.§.quod dicitur.de pig.l.eum. §.
Publiciana.de Pub.in rem act. Non autē fuiſ-
ſe illum priorem poſſeſſorem, à quo traditio
hic facta eſt, dominum, ex eo conijcitur, quod
in inſtrumento inueſtituræ poſitū eſt, pro an-
nua

nua eum penſione & cẽſu d. bona tenuiſſe potius ut uideatur conductor fuiſſe, quàm proprietarius: & bona hæc uelut ad præfecturam pertinentia, ſub annuis penſionibus fuiſſe elocata. Tametſi uerò à d. Principe conceſsio & donatio horum bonorum in eadem inueſtitura facta, & ex illa traditio ſubſecuta eſt, atq; ex eo probari poſsit dominium contra ſucceſſorem filium d. Principis, qui ſequeſtrationẽ hanc fecit, per ea quæ tradunt gl. & Dd. in d. l. cùm res. C. de probat. quia refricare dominij quæſtionem nequit, quem euictio tenet, l. uendicanti. de euict. l. cum à matre. ubi glo. & Dd. C. de rei uend. toto tit. de except. rei iudic. & ſucceſſor etiam Principis cõtractus & conceſsiones prædeceſſoris ratas babere cogit, Bald. in l. digna uox. nu. 3. C. de legib. per l. pen. C. de donat. int. uir. & uxor. Iacob. in tract. feud. uerb. princeps. nu. 4. & uerb. ſed an princeps. num. 1. & 2. latè Schurff. conſil. 72. caſus. nu. 8. centur. 2. & inueſtiio poſt adeptam poſſeſsionem datur rei uendicatio, c. 1. de inueſt. de re alien. fac. Fab. in §. interdict. nu. 4. Inſt. de rer. diuiſ. & in l. quoties. nu. 8. & 9. C. de rei uend. ubi & Iaſ. num. 30. atq; regreſſus de euictione aduerſus inueſtientem hæredemq; eius, c. 1. §. in ſucceſſo feud. c. 1. de inueſt. de re alien. c. 1. ſi uaſall. ab aliquo interpellat. tamen hæc ipſa quoq; ſuas babent exceptiones & limitationes. Et ex illo quoq; hæc donatio impugnari perrexit, quòd licet ſupremus Princeps donare poſsit ſine inſinuatione, gloſ. in §. ſi minus. ad uerb. firma. in authen. de non alienandis, quia non habet ſuperiorem, quẽ adeat, l. ſancimus. 19. 34. ibi gl. ad uerb. propriũ. & auth. item C. de don. non tamen inferiori, licet Duci, ſit idem permiſſum, quãdo ſuperiorem adire poſsit, neque ſimul pars & iudex eſſe queat inſinuationis, Bald. in d. l. ſancimus. num. 5. & 6. in princ. num. 5. & 6. Quanquam autem hoc refelli ea ratione poteſt, quòd in inueſtitura & conceſsione feudali, tanquã donatione non pura neq; ſimplici, nunquam requiratur inſinuatio, Bal. in c. peruenit. 3. nu. 4. de iureiur. Tiraq. in repet. l. ſi unquam. uerb. donatoriè largitus mihi. num. 275. C. de reuoc. don. quia multum intereſt inter donationem & inueſtituram, etiamſi liberum feudum ab omni onere & ſeruitute concedatur, ut Tiraq. ibid. num. 274. latè probat. Item quòd etiam donatio, quando ſit ob cauſam, nõ requirat inſinuationem, Bart. & Dd. in l. Aquil. de don. latè Tiraq. præallegat. loco, num. 133. maximè ſi ſit onerosa, & donatarium ad aliquid obliget, ut hîc, quod firmat idem Tiraquell. num. 120. tamen iſta diſputationem hîc haberent ex his, quæ pro & contrà à Tiraquell. & alijs modis allegatis differuntur. Cum Principe uerò tanquam potentiore aduerſario litigare, ſemper durum eſt, quia potentioribus pares eſſe non poſſumus, l. 3. in princip. ubi gloſſ. ad uerb. non poſſumus. de alien. mut. iud. cauſ. fac. Præſcriptione quoque etſi dominium acquiritur, gl. in d. l. cùm res. in uerb. quia probat eum uſucepiſſe. C. de probat. l. 3. de uſuca. l. traditionibus. C. de pact. tamẽ multa requiruntur ad implendam præſcriptionis probationem, ſicut omnino probãda eſt, cùm non præſumatur, uelut alia, quæ ſunt facti, c. aſſeueratio. C. de nou. num. pec. ſed probetur ita eſt tex. in c. 1. ubi Franc. num. 1. notat. de præſcrip. in 6. c. ueniens. c. auditis. ex. eod. ac quidem ita, ut omnes neceſſariæ eius partes & qualitates demonſtrandæ ſint. Iaſ. l. 1. nu. 40. 41. C. de ſer. fug. Franc. Bal. tract. præſcript. 3. parte 3. partis prin. quæſt. 3. nu. 7. & 8. cum ibi alleg. Adhæc obijci etiã hîc præſcriptioni poterit, quòd res fiſci, & conſequenter Principũ, qui iura fiſci babent, non niſi tempore immemoriali præſcribi queant, §. res fiſci. Inſtit. de uſucap. l. comperit. C. de præſcrip. 30. annor. l. præſcriptio. 45. de uſucap. licet contra tertiũ extraneum quadriennio præſcribantur, leg. 3. C. de quad. præſcript. Etſi autem boc ita ſoluitur, quòd id accipiendum ſit de iuribus regalibus ſupremæ eminentiæ, d. l. eo. per d. c. ſuper. 24. §. præterea. de uerbor. ſignif. Afflict. & Dd. c. 1. quæ ſint reg. non etiam de bonis fiſci cõmunibus & Principum patrimonialibus, quæ eodẽ, quo res priuatæ, tempore præſcribantur, l. omnes. C. de præſcrip. 30. ann. part. in l. quamuis. ff. de uſucap. & l. in omnibus. n. 1. de diuerſ. & tempor. præſcript. Angel. in d. §. res fiſci. in princip. Inſt. de uſucap. tamen hæc ipſa theorica dubia eſt, quia gloſſ. in §. ſin minus. ad uerb. nec multum. in auth. de nõ alien. aut permutan. dicit iure nouo fiſcum & Eccleſiam in hoc pariſicari, quòd eorum res non niſi centum annis (qui hîc nondũ elapſi ſunt, cùm donatio ſiue inueſtitura anno 1057. ſit facta) uſucapiantur, cuius authoritate Angel. in l. ſin. C. de annal. excep. uerſi c. nec multum differunt. memoratam Bar. theoricam reprobat, prout etiã And. Barb. ad Bal. in d. l. quamuis annotauit: facilè ut appareat, præſcriptionem non multum poſſe in hac cauſa petitorium iuſtificare. Et ſi hoc uerum ſit, cõtra hũc Principem reum præſcriptionis allegatione & dominij probatione opus non eſſe, cùm ipſe refricare dominij quæſtionem non poſsit, qui authori huius cõceſsionis ſucceſsit, & cui obſtet regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, l. uendicantem. de euict. quia tamen per artifices impugnari conceſsio poteſt, & petitorium grauius ac poſtremũ eſt: ideo tutius uidetur iudicium hoc pro ultimo remedio reſeruare in integrũ, & interea laborare, ut præciſis diſputationibus ſubtilioribus poſſeſſor in ſua poſſeſſione reſtituatur, atq; ſic alteri partes agendi & probandi imponantur. Eadem ferè eſt & ratio poſſeſſorij, quanquam non tanta: nam & citò expeditur, & probata antiquiore poſſeſsione reſtituitur is, qui ſe ſpoliatum queritur,

c. licet.

e.licet.de probat.Bar.in l.1.§.quod autem. nu. 14.ff.uti poſſ.Bal.in l.ſi de proprietate. in fin. C.ſi à non comp.iud.Iaſ.in l.non hoc. num.4. C.unde legit. Verùm hic ſtatim occurrit illa difficultas, utro poſſeſſorio, & an utroq; recuperandæ ac retinendæ, agi poſsit uel debeat? Quod autem ſuprà adductum eſt, utrunq; cumulari poſſe, id non omnino extra controuerſiam eſt, quando Bal.in l.incerti 11. q.num.17. C.de interdict.quem communiter poſt Barto. Alex.& Dd.in d.l.naturaliter.§.nihil commune.de acquir. poſſ. ſequuntur, dicat, hæc non poſſe cumulari, cùm habeant contraria fundamenta: alterum enim præſupponit poſſeſſionem amiſſam: alterum uerò retinendæ poſſeſſionem eſſe retentam, & ideo contraria allegans cum utroq; nõ ueniat ſimul audiendus, l.1.C.de fur.l.ult.C.de codicil.quod ſequũtur & alij paſsim, Bart.in d.§. nihil commune. nu. 14.cum ſequen.& Iaſ.num.142.& eſt textus c. paſtoralis.de cauſ.poſſeſ.& propriet. Tametſi uerò Iaſ.in d.§.naturaliter.num.154.dicat cumulari poſſe diuerſis reſpectibus, ex doctrina Bald.in d.l.ſi de proprietate. tamen Bal.id ibi non dicit, ſed tantũ hoc, quòd pendente uno iudicio, aliud ex noua cauſa, putà ſpoliationis, poſsit intentari officio iudicis implorato: & idẽ prorſus definitur Neapol. deciſ.156. ut facilè appareat, hanc theoricam abſq; dubio non eſſe: quemadmodum etiam eam nõ admodum aſſeueranter Iaſ. ponit. Quantumuis autem extra cõtrouerſiam eſſet, tamen ualde in proceſſu difficile futurum erit, diſcernere hos reſpectus, & exactè definire, quatenus poſſeſsio amiſſa ſit, ad recuperandum: quatenus uerò retenta, ad retinendum. Quòd ſi porrò non utroq;, ſed alterutro agi placeat, hîc iterum incidit difficultas, utro agi potiſsimũ conueniat, cùm Anchoranus d.conſ.148.nu. 4.poſſeſſorium Recuperandæ eo caſu admittat: communis autem regula, qua traditur ſequeſtratione neceſſaria non amitti poſſeſsionem, poſſeſſorium Retinendæ potius exigere uideatur. Et deniq; utrolibet agatur, utrique ab aduerſa parte opponetur ſequeſtrũ, & de eius iure præcipua erit diſputatio, ut huc tandem redire neceſſe ſit. Quamobrem omnibus exactè conſideratis, uidetur mihi tutiſsimum fore hiſce remedijs ad poſtremum reſeruatis, primo loco agere ad relaxationem facti ſequeſtri. Licet enim remedium ſequeſtri ſit extraordinarium, & non niſi in ſubſidium detur, ut firmat Seburſſ. d.conſil.15.quod in præſenti. nu.6.cent.3.ex doctrina Bald.in l.1.§. ſi frater. de collat.bon. non tamen putandũ eſt, actionem, quæ ad relaxandum ſequeſtrum datur, tantùm eſſe ſubſidiariam, nec habere locum, ubi alia actio præſtò ſit. Nam & uiolentiæ, ſeu ſpoliationis, uel atteſtationis priuatæ, remedium eſt extraordinarium, & non niſi in ſubſidium permittitur, l.unic. C.quan. lic.unic.l. ait.10.§.ſi debitorem.quæ in fraud. cred. non tamen inde ſequitur, actionẽ, quę ad depellendam uim factam aut tollendam atteſtationẽ datur, ſubſidiariam eſſe. Imò tãto promptius hæ actiones dantur, quanto odioſius eſt ſubſidiarium factum illud, ad quod reſcindẽdum tendunt: ut dubitari nõ debeat, quin etiamſi petitorio aut poſſeſſorio agi hic queat, tamen longè rectius poſsit etiam implorari officium iudicis ad relaxandũ ſequeſtrũ, cũ præſertim ad diuerſos fines & effectus hæ actiones tendant, ut altera alterã impedire non poſsit, nec ſententia in una lata, parere exceptionem aut præiudicium in altera, per ea quæ not.Bal.nu. 77.& alij in l.edita. C. de eden. l. incerti. C.de interdict. Coraſ. & Dd.l.natura. l. naturaliter. §.nihil commune. de acquir. poſſeſſ. Cur igitur hanc relaxationem ante omnia poſtulari ſatius ſit, intelligi facilè poteſt: nam in primis ita agendo nihil iuris, neq; de petitorio, neq; de poſſeſſorio actrix amittet, quin ſemper uel maximè in hac cauſa ſuccumbat, utroq; remedio nihilo minus, prout nunc, uti poſsit, cùm ſententia hic lata non habeat præiudicare illis iudicijs, utpote ſeparatis: illa enim ordinaria ſunt, & petuntur iure actionis, hoc extraordinarium iudicium, quod petitur, (ut poſtea dicam) implorato tantùm iudicis officio, ut regulæ prohibentes cumulationẽ hic obſtare nullo modo poſsint, de quibus Bart. Bald. & Dd.in l.3.C.de eden.& in d.l. naturaliter.§.nihil cõmune.ubi Bart.nu.15.de acq.poſſ. Deinde in hanc ipſam petitionem incidenter deduci poterit, uel etiam debebit, tam petitorium, quàm poſſeſſorium. Nã qui relaxari petit ſequeſtrationem, neceſſe habet de poſſeſsione ſua, quam ſibi iniuſtè per ſequeſtrũ ablatam, aut certè turbatam intendit, diſputare. Poſſeſſio autẽ tanto iuſtior atq; potior eſt, quanto magis à proprietate colorari poteſt, Bald.in l. data.num.69.C.de ijs qui accuſ.non poſ.& in l.ult.nu.8.9.C.de edict.diui Adria. Iaſon in d. l.naturaliter.§.nihil cõmune.n.39. de acquir. poſſ.Curt.conſ.76.ſuper motiuis.in fi. Vnde facilè intelligitur, poſſe, uel potius oportere in hoc iudicio tam petitorium, quàm poſſeſſorium uentilari, idq; abſq; ullo utriuſq; periculo: cùm ſententia (ut antea dictũ eſt) in hoc lata, non habeat obſtare, quo minus illa iudicia deinceps ordinariè & principaliter intentari poſsint: quia ſunt diuerſæ concluſiones, atq; ideo actiones, & diuerſæ agendi cauſæ, ut ſententia in hoc lata, parere non poſsit exceptionem rei iudicatę in illis per ea quæ traduntur in l.ſi mater.cum ſequen.de excep.rei iud. Bart.Iaſ.& Dd.in d.§.nihil commune. Ad hęc ipſa quoq; celeritate hoc iudicium initiò commodius eſt, cùm ſit ſummarium & extraordinarium, ideoq; ſummariè ac celeriter examinetur, ut poſſeſsio ſequeſtrata abſq; procraſtinatione reſtituatur, Fel.in c.examinata. n.10.de iud.Mar.Mant.ſing.388. nu.1. & 2. Itaq; ſi ſuũ iſto ius priſtinũ poteſt actrix conſequi, potius

ea

eo uti debet, quàm ordinario maiore & lon-
giore. Poſtremò, quod præcipuum eſt, licet in
reliquis iudicijs actori, ut paulo antè oſtēſum
eſt, probare incumbere queat, in iſta tamen a-
ctione à toto hoc onere actrix erit immunis.
Petens enim ſequeſtrari relaxationem, primò
non cogitur probare poſſeſsionem, quia ſe-
queſtrum illā præſupponit, Cyn. in d. l. un. in
fi. ſic ut priuatio præſupponit habitū, l. dere.
de uerb. obligat. Deinde nec ipſam ſequeſtra-
tionem: ea enim iſto caſu notoria, & in confeſ-
ſo eſt, cauſaq; agendi, quoniam à Principe cō-
uento defenditur, ut iuſta, nec ad toties factā
agentis inſtantiam relaxatur, ut nihil quod fa
cti ſit, hîc probare actor habeat neceſſe. Nam
ex eo ipſo, quòd quis ſe opponit agenti, & fa-
ctum turbationis uel ſpolij, quod ille impu-
gnat, defendit, ſatis probatur turbatio uel ſpo
liatio, Fabian. in §. retinenda. num. 24. Inſtit.
de interdict. per l. 3. §. aliud. quod ui aut clam.
l. is, qui ſe obtulit. 26. cum ll. ſequentib. de rei
7 uend. Spec. de actio. §. ſuper. in princ. Deinde†
in hoc iudicio non modò à probatione facti,
ſed etiam iuris actor releuabitur: habet enim
intentionem ſuam fundatam ex regula com-
munis iuris, quæ ſequeſtrationes prohibet, l.
unic. C. de prob. ſeq. c. 2. ex. de ſequeſt. poſſeſſ.
Qui uerò pro ſe habet regulam iuris commu
nis, is intentionem habet fundatam, & eo ipſo
probat, quòd non probetur contrarium, Iaſ.
poſt Bart. in l. 2. nu. 33. ſi quis in ius uoc. Dec.
num. 6. poſt gl. magnam. in l. 1. de reg. iur. Re-
gulæ enim iuris tenaciter ſunt tenēdæ, donec
appareat & probetur in cōtrarium diſpoſitio
ſpecialis, Bal. in l. ſi tutor. in fin. C. de ſer. pign.
dat. manu per l. omnis. de reg. iur. etiā in hac
materia ſequeſtrationis, Schurff. in terminis
noſtris, uidelicet in materia ſequeſtrationis
conſil. 15. quod in præſenti. nu. 6. cent. 3. Qua-
re ab ea parte, à qua ſtat regula iuris, non re-
quiritur ulla probatio, cùm non ſit dubium,
de quo eſt regula, Bart. in l. quoties. n. 1. ſi quis
caut. Quæ autem dubia nō ſunt, probari non
debent, c. euidentia. c. qualiter. de accuſat. l. 5.
qui ſatiſd. cogan. Itaq; probandū ab illa po-
tius parte, quæ contra regulam allegat exce-
ptionem, l. ab ea parte. de probat. in qua reus
actor eſt, l. in exceptionib. eod. tit. Vnde ſem-
per pro regula pronūciatur, niſi probetur cō-
trarium, Bal. in c. 1. nu. 2. de alie. iud. mut. cauſ.
fac. per l. qui reſt. de rei uend. Vt igitur poſſeſ-
ſor qui ſpoliatus eſt, cùm ſpoliatio defendi-
tur, probare non debet, quando pro ſe regulā
habeat, quòd nemini abſq; cauſæ cognitione
commodū poſſeſsionis ſit auferendum, l. me-
minerint. C. unde ui, l. ſi quis ad ſe fundum. C.
ad l. Iul. de ui, c. conquerēte. & paſsim, de reſt.
ſpol. Ideoq; illi probatio incumbit, qui ſpolia
tionem defendit, c. 2. de reſtit. ſpol. lib. 6. Ita cu
ius poſſeſsio per ſequeſtrationem impedita
eſt, eandem pro ſe regulā habet, ſcilicet quòd
nemini abſque cauſæ cognitione poſſeſsio ſit,

ne à iudice quidem, auferenda, aut turban-
da, ne quidem per ſequeſtrationem: quam re-
gulam ponunt Dd. Azo nu. 3. Butrig. Bal. Sal.
& communiter ſcribētes pro ratione deciden-
di in l. unic. C. de prohib. ſeq. Panor. in c. 2. nu.
7. & 16. de ſequeſt. poſſeſſ. & in c. ex literis. nu.
10. de dol. & contum. Bald. in c. 1. in princ. & i-
bidem Hoſtien. nu. 4. de ſequeſt. Io. And. in c.
locupletari. in princi. & col. 4. de reg. iur. in 6.
Ferrar. de for. Sax. nu. 1. Quare ſi quando pa-
ret ſequeſtrationem eſſe factam, (ut hîc in con
feſſo eſt, & à parte aduerſa defenditur) non o-
pus habet poſſeſſor ulla probatione: ſed is
qui ſequeſtrum defendit, probare debet id iu-
ſtum & legitimū, nec relaxandum eſſe: quod
niſi probetur, fit relaxatio, & ſequeſtrum, ut
nullū, caſſatur, ut latè firmat Panor. in c. 2. nu.
22. de ſequeſt. poſſ. Socin. in d. l. ſi fideiuſſor. §.
fin. nu. 3. Schurff. conſil. 15. quod in præſenti.
nu. 5. 6. cum multis ſeq & cōſ. 6. cùm nulliter.
nu. 4. & 8. cum ſequen. cen. 3. Ferrar. in for. lib.
Sax. nu. 2. & 3. Pariſ. conſ. 41. optimum. nu. 21.
& 30. uol. 1. Imò ne iudici quidem, qui ſeque-
ſtrationem ſecit, de iuſtitia ſequeſtri creditur,
niſi quatenus ex actis probatur: Ang. cōſ. 107.
Quocirca niſi utrunq; probetur ex iuſta legi-
gibuſq; permiſſa atq; expreſſa cauſa, & dein-
de præmiſſa eiuſdē cauſæ cognitione, partib.
citatis atq; auditis, ac ita debito iuris ordine
ſeruato factum eſſe ſequeſtrum, eſt ipſo iure
nullum, ut reliqua, quæ contra iuris ordinem
à iudice magiſtratuq; fiūt, l. prolatā. C. de ſent.
ubi Bald. l. 5. 6. C. de ſent. dixi &. conſ. 1. Ac tale
ſequeſtrum quaſi nullū caſſatur, reuocatur &
relaxatur, Alex. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. in prin.
Curt. in d. l. unic. q. 13. ex doctrina Bald. & Sal.
ibid. C. de prohib. ſequ. & Bal. in l. ſi oleum. de
dolo malo, Pariſ. d. conſ. 41. nu. 23. & 24. Gra-
tus conſ. 28. euidentia. nu. 3. uol. 1. Schurff. d.
conſ. 15. quod in præſenti. nu. 5. cent. 3. ut quē-
admodum de facto proceſsit, ita etiā de facto
reuocetur: & ſicut iudex facilis fuit in immit-
tendo ac ſequeſtrando, ſic etiā facilis ſit in re-
uocando, quomodo loquitur Rom. conſ. 158.
circa nu. 2. & 4 per l. miror. in princ. de euict. l.
1. §. neceſſario. ſi mul. uen. no. Innocent. in c.
querelam. de elect. Bal. in l. ſi pacto quo pœ-
nā. C. de pact. idq; ſummariè & præciſa omni
opponentis exceptione, ut inquit ibid. Rom.
nu. 1. & 6. pro quo c. conquerente. de reſt. ſpol.
l. 2. C. ſi per uim, l. authoritate. C. unde ui, Bal.
in diſput. 2. Lapus. nu. 1. Schurff. in cōſ. 6. nul-
liter. num. 8. cent. 3. ubi dicit, ſequeſtrationem
ante omnia relaxandam, non admiſſa domi-
nij exceptione. His igitur ita poſitis, & quan-
tum arbitror, utrunq; confirmatis, exequa-
mur deinceps, quānā igitur actione relaxatio
huius ſequeſtri ſit petenda. Etſi uerò cōtra ſe-
queſtrum, qui rem ſequeſtratam reddere non
uult agi poteſt actione depoſiti, præſcriptiſq;
uerbis: l. licet. l. ſi non alia. §. fin. ff. de poſſeſſ. l.
ſi oleum. in prin. ubi Bart. Bald. & communi-
ter

ter Dd. ff. de dol. mal. & l. intereſſe. ubi etiam Iaſ. de acquir. poſſeſ. tamen hoc accipiendum eſt de ſequeſtratione uolũtaria, quæ fit ex partium conuentione & contractu, non etiam de neceſſaria, quam iudex ex officio inuitis etiã partibus decernit. Nã hîc talis actio dari non poteſt, cùm nulla ſubſit conuẽtio. Actio enim depoſiti ſequeſtraria, item præſcriptis uerbis ſunt actiones perſonales, quæ dantur ex contractu, l. iuriſgentium. in princ. de pact. l. 1. 2. 3. de præſcrip. uerb. ut reliquę id genus omnes, l. 1. Inſt. de actio. l. 1. l. actio. 24. de action. Inſtit. de oblig. §. 1. 2. In ſequeſtratione itaq; neceſſaria non poteſt talis actio dari, cũ nullus cõtractus, nulla obligatio ſubſit. Ceſſante em̃ cauſa ceſſat effectus, & qualis eſt cauſa agendi, talis eſſe debet ipſa actio, l. licet. §. ea. de procurat. Quare uidendum eſt, quænam hîc ſit cauſa agẽdi, ex qua idonea actio elici ac formari poſſit. Et illud quidem palàm eſt, ſequeſtrationẽ neceſſariam eſſe nedum odioſum, ſed & extra ordinarium ac ſubſidiarium remedium, l. litibus. ubi Bartol. & Dd. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Ioan. Andr. in d. c. locupletari. colum. 4. de reg. iur. in 6. Schurff. conſil. 6. cùm utilitas. nu. 4. centur. 3. & ideò pendère à nobili iudicis officio, Curt. in l. unica, n. 22. C. de prohib. ſequ. atq; implorato eodem officio peti & decerni, cle. 1. in uerb. per iudicem ordinarium ſequeſtratur. de ſequeſt. poſſ. Bal. in l. ſi oleum. num. 3. de dol. mal. Panor. in c. 2. nu. 16. de ſequeſtr. poſſ. Spec. in tit. de ſequeſt. num. 1. per l. æquiſſimum. de uſufr. l. in uenditione. de bo. autor. iud. poſsid. Socinus in l. ſi fideiuſſor. §. fin. numer. 6. qui ſatiſd. cogant. maximè cùm ſit ante cœptũ iudicium, ita ut locum habere nequeat mercenarium iudicis officium, quod actioni deſeruit, l. ædiles. §. item ſciendum. de ædil. edict. l. inde poſteaquam. de re iudic. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Præterea cùm non ueniat hæc res ex aliqua conuentione, ſed ex mera prætoris iuriſdictione, ut dicitur in d. l. æquiſſimum. quam ad hoc not. Specul. pręal. loc. ſequitur, nullã hoc nomine dari actionẽ, ſed tantùm officij iudicis implorationem, l. quòd ſi minor 25. §. fin. ff. de minorib. Quoniam porrò contrariorum eadem eſt doctrina & ratio, l. 1. 2. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & unumquodq; eo modo ſoluitur, quo ligatur, l. ab emtione. de pact. l. nihil tam naturale. de reg. iur. ſequens fuerit, ſicut neceſſaria ſequeſtratio ante inchoatam litem fit nobili iudicis officio, ita etiam per idem officium relaxari, Bal. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. num. 4. in 2. lectura, qui ſatiſd. cog. in d. l. ſi oleum. num. 3. de dol. mal. Curt. in d. l. unic. numer. 58. Specul. de ſequeſt. num. 1. & probat tex. in cap. 1. in uerb. reuocato penitus ſequeſtro. de ſequeſtr. poſſeſſ. & in c. 2. de dol. & contumac. in uerb. mandamus, quatenus terminetis. l. æquiſſimum. in uerb. iuriſdictione ſua componere. de uſufruc. l. minor. in prin. de euict. Quotieſcunq; em̃ lex, uel ſtatutum, refert uerba non ad partes, ſed ad iudicem, toties ſemper oritur officium iudicis, & non actio aliqua, l. ſi ſoror. ubi gloſſ. ad uerb. reſtitui. C. de collat. latê Iaſon poſt Alexan. ibidem, ſeu in l. ea demum. num. 4. cum ſequentib. C. eo tit. gloſſ. fin. in l. ſi res obligata. de leg. 1. Bartol. in l. huic. nu. 6. de condict. ex lege. Vnde ſi lex, uel ſtatutũ dicat, Poteſtas uel capitaneus tale quid faciat, ibi oritur iudicis officium, non actio, gloſſ. in l. cùm ſatis. 22. ad uerb. per iudicẽ. C. de agric. & cenſ. libr. 11. confirmans, quotieſcunq; lex uult aliquid per iudicẽ fieri, toties id fieri non iure actionis, ſed per implorationem officij eius, quam gl. Bart. ibid. nu. 6. notat pro ſtatutis, quæ diſponunt, ut iudex prouideat, ne damna fiant, uel iniuriæ inferantur, nimirum ut uigore illorum non detur actio, ſed tãtùm officij iudicis imploratio, quod ſequitur & commendat Iaſ. in d. l. ea demum. num. 5. C. de collat. Ex eo ſequens eſt, cùm & impoſitionem ſequeſtri & relaxationem ll. & Canon. ad iudicis officium referant, hoc nomine non ullam actionem cõpetere, ſed ſimpliciter iudicis officium implorari: pro quo & facit ratio conſtructionis & deſtructionis naturalis. Par eſt enim cauſa & ratio contractus & diſtractus, uulg. l. 4. de iuſtit. & iure, l. ab emtione, ubi Iaſ. & Dd. de pact. l. ſub prætextu. 29. C. de tranſaction. Schurff. conſil. 17. in princip. numer. 10. cent. 1. Nec quicquã tam eſſe naturale dicit iuriſconſ. quàm unumquodq; eo modo diſſoluere, quo eſt colligatum, d. l. nihil. 36. de reg. iur. l. ab emtione. de pact. cum ſimil. Si ſequeſtrum igitur decernitur per officij iudicis implorationem, ut modò probatum eſt, certè & eodem officio implorato ut relaxetur, conueniens eſt: atque ita definit in terminis Ferr. in for. Sax. ad uerbum, præſumat. nu. 3. cuius hæc ſunt uerba formalia: Quis ergo, inqt, erit modus procedendi facto ſequeſtro? dic, quòd aut ſequeſtrum eſt factum contra ius: & tunc petitur fieri eius reuocatio & caſſatio officio iudicis, eatenus de facto, quatenus de facto proceſſerit. Nam ex iure nullum eſt, ut poſtea oſtendetur. Vnde & cauſam nullitatis uocat Ang. cõ. 107. nu. 3. & dicit hanc cauſam nullitatis ſine ſcrupulo agi poſſe, & cõtradici ſequeſtro. Conſtat aũt qualemcunq; querelã nullitatis non iure actionis, ſed officio iudicis proponi, cùm non ſit materiá habilis ad producendam actionẽ; Bartol. in l. ſi expreſſam. num. 13. de appel. Ferra. in for. app. uerb. fuiſſe & eſſe nullam. nu. 4. ex doctrina Innocent. in c. fin. ex. de offic. iud. c. perpetuus. de fid. inſtr. cum alijs per eum allegatis. Quamobrẽ etiam ut iudicis mandato & officio ſequeſtrum procedit, ita cum allegatur indebitè factum, contrario iudicis imperio & officio eſt reuocandum, Salic. l. unic. numer. 13. C. de prob. ſequeſt. Itaq; & Pariſ. conſi. 41. optimum. nu. 27. uol. 1. ait, ſequeſtrum de facto conceſſum & decretũ, de facto etiam eſſe

reuocandum, per doctrinã Fel. in c. ſignificauerunt.in fi.de iudi. & expreſsius ita tenuerũt &,reſponderunt multi Dd.Dec.con.366. n.15. Anch.conſ.248.nu.4.& con.292. num.1.& 2. Rom.conſ.258.circa nu.2.& 4.ac Rom.reſpõdit,ut de facto ꝓceſsit ſequeſtrũ,ita & de facto debere reuocari: & ſicut iudicis partes in immittendo fuerunt, ita debere eſſe in reuocando. Quanquam aũt Romanus ibi de miſsione in bonorum poſſeſsionem agit, tamẽ eadem eſt ratio & cauſa in ſequeſtratione, c. 2. de dol. & contum. ſicut eandẽ illius theſin illam ad ſequeſtrationẽ applicat & inducit Dec.in d.cõſ. 366.nu.13.Ex his igitur puto conſtare relaxationem hãc ſequeſtrationis mero iodicis officio imploraio petendã eſſe: quæ imploratio in,effectu nihil, aut certè parũ ab actione differt,& in ipſum factũ cõcipitur, ut patet per ea quæ latè tradit Iaſ.in l.1.nu.8.& 9. de iuriſdict. om.iud.ubi etiam plures utilitates, quib.imploratio officij iudicis actionem præſtat,recẽſet. Quoniam autẽ indebitè ſequeſtrans, non modò ad relaxationem conueniri poteſt, ſed etiam ad intereſſe, & damna inde poſſeſſori illata,tenet,ideo & hæc ſimul peti in relaxatione poſſunt,Curt.d.l.unic.nu.58.C.de prohib. ſeq.Bal.l.ſi oleum.in fi.de dol.mal.& cõſ.249. quidam.nu.2.uol.3.per l.ſi duo. §.ult.ubi glo. fi.ff. uti poſsid.Conſtituto igitur libello,& delineata actionis intẽtandæ ſpecie, proximum eſt,ut de ea iure fundanda, deque meritis cauſæ confirmandis agamus. De quo minus eſt hic profectò laborandũ, quòd fundata eſt hæc actio,ut antea dictum eſt,in regula iuris cõmunis,qua prohibetur ſequeſtratio, l.unic. C. de prohib.ſeq. cum ſimil.tum quia nemini abſque judicio,ne à iudice quidẽ ſua poſſeſsio, quãuis iniuſta,eſt auferenda, Menoc. in 8.rem.recuper.& ſuprà cõſ.1. tũ quia non eſt ab executione incipiendum,l.1.ubi Dd. C.de execu.rei iudic.ut hanc rationẽ tradunt Cyn.Bal.Salic. Butr.in pri. ac cõmuniter ſcribẽntes in l.unic. per illum tex.C.de prob.ſeq. & in c.2.ubi Pan. nu.7.& nu.16.de ſeq.poſ. & melius Bald. in c. 1.nu.8.& 9.eod.tit.ubi 8. huius prohibitionis exponit rationes,Rebuff. & alij in l.iiub.C.de agric. & cenſ.lib.11.Spec.de ſequeſ.n. 1.Fetrar. in for.Sax. nu.1.Ioan.And.in c.locupletari.de reg.iur.in 6.Archidiac.in c.quia res. 11.q.1. Alber.in l.ſi fideiuſſor.§. fin. qui ſatiſdar.cogan. Schurf.conſil.6. cũ utilitas.nu.4.& conſil.15. quod in præſenti nu.1.5. 6.cũ ſeq. cent.3.Henning.God.in conſ.de ſequeſt.primum.num.1. 2.cum multis ſeq.Marcus Mant.ſing.388. numer.2. Eſt autem ſimilis executioni ſequeſtratio,Bal.in d.c. 1.nu.9.de ſequeſt. Schurff. præalleg.loc.Ideo ab ea nõ eſt incipiendũ,etiamſi modici eſſet præiudicij, Ang.conſ.107. Iacob. nu.3.Pariſ.latè conſil.41.optimum. n.17.uol. 1.& conſi.107.num.2.& 3.uol.3.Quod uerum eſt maximè in immobilib. de quibus in præſenti agitur. Nam & molendinæ res ſoli ſunt,

Curt.in tract.feud.1.par.q.6.numer.11.Hę uerò non debent facilè ſequeſtrari, cùm auferri nequeant, & actor in poſſeſsionem mitti reo non comparente poſsit, Azo in rub.C.eo nu. 3.Ferrar.præalleg.loc.nu.3.niſi dubiũ ſit,quis poſsideat,Ioan.And.in d.c.locupletari. col.3. & 4.Bald.in l.fi.num.10. C.de edict. diui Adr. & c.1.nu.6.7.de ſeq.poſſeſſ.conſil. 244.num. 1.parte 1.Cornæ.conſ.292.uiſis. num.6.uol.3. Quando uerò illud eſt extra dubium, & conſtat,uter poſsideat, iudex nõ debet ſequeſtrãdo poſſeſſorẽ turbare,ſed mandare alteri parti,ne accedat, Bal.in l.unic.num.1.& ibi Dd.C. de prohib. ſeq.Zab.cle.1.numer.9.de ſequeſt. poſſ.Itaque nec fructus ſequeſtrantur,niſi quando neuter poſsidet,Pan.c.2.numer.14.de ſeq. poſſ.Bal. d.l.unic.nu.2.3.& c.1.nu.3.6.7.de ſequeſtr.& timetur ſcandalum armorum,aut in caſu ſpeciali dotis, l.ſi cũ dotem. §.ſin autem. ſol.mat. nec aliàs facilè ſiue in uniuerſalibus, ſiue in particularibus, Io.And.d.c.locupletari.colum.4.Caſtren.l.ſi fideiuſſor.§.fin.qui ſatiſd.cog. Arcbid. c.quia res.col.3.11. q.1.Curt. d.l.unic.num 24.C.de prohib.ſeq.niſi ſententia contra poſſeſſorem ordine lata & obtenta: nam antè ſequeſtratio non eſt facienda,Bal.c. 1.nume. 4.de ſequeſt. per l.ſi reus paratus. de procurat. præſertim ſi pars præſens ſe iudicio defendere ſit parata, Bal.d.c.1.nu.5. neque ſubſit timor dilapidationis,Bar.Imol.& Dd.l.imperfect.C.de app.Panor.nu.8.9.10.c.fin.de ſequeſtrat.Curt.d.l.unic.C.de prohib.ſequeſtr. Cornæ.conſ.292.uiſo.nu.6.uol.3.Hoſtien.de ſequeſt.iall.11. Imò ne quidem poſt ſentẽtiam obtentam contra poſſeſſorẽ datur ſequeſtratio, qñ ſupra triennium poſſedit, d. cle.1. ubi Zab num.3.& 12. de ſeq.poſſeſ.Ex quibus intelligitur,ſine talis cauſæ iuſtitia non poſſe iudicem uti ſequeſtratione,Par.conſ.41.& conſ. 107.num.3.uol.3.cui conſequens eſt, nec credi iodici,neque præſumi pro eo, ſequeſtro facto,quòd iuſtè fecerit: imò cõtrã præſumi iniuſtè feciſſe,quia fecit contra ius commune & prohibitionẽ legis,l.unic. C.de proh.ſequeſt. niſi quatenus de iuſta cauſa ſequeſtrationis ex actis docetur & apparet, Ang.d.conſi.107. in fin per cap.quoniam contra.de prob.Nam quando iudex aliquid facere non poteſt. de iure communi, niſi in certo caſu, aut ex certa cauſa,tunc illa cauſa nõ pręſumitur in iudice, niſi probetur, Bar.in l. itẽ ſi ſuſpectus.per illũ textũ, de procur. latè Purpuratus n. 547. Iaſ. in l.1.nu.60.de off.eius cui man. eſt iuriſd.per l. ſi fortè.ubi Bar.Paul. de Caſt.& alia quæ allegat.Alciat.in tract. præſumt. reg.3. Super hæc præſumitẽ cõtra iudicẽ, nõ modò quoad cauſam,ut dictum eſt, ſed etiã quoad ordinẽ proceſſus. Nã etſi, quoad iuſtitiã, præſumitur generaliter pro iudice,c.ſicut in fi.de re iud.non tñ quoad ordinẽ proceſſus & iudicij, c. quoniam in fi.de prob.ubi Dd. Atque ideo citatio, cauſæ cognitio, & ſimilia iudiciorũ requiſita,

nun-

nunquã in iudice præſumũtur, niſi probẽtur, quia illa ſcripto conſtare, & ex actis apparere debent, d.c. quoniam. de probat. c. tenor. de re iudic. Alciat. latè præallegat. loc. nu. 18. & 19. Ang. conſi. 107. in fi. Ex quo patet hîc partem aduerſam non ſe poſſe præſumtione iuris ulla tueri, etiãſi Princeps ſit. Nam licet in literis, quæ ſunt iuris poſitiui, præſumitur pro Principe, ꝙ iuſta moueatur cauſa; tamen nõ etiam in ijs, quæ ſunt iuris naturæ, uel gentiũ, Alciat. de præſum. reg. 3. præſum. 8. & Menoc. remed. recup. 8. Quare cùm agitur de iure alteri quęſito auferendo, uel de cõceſsione cõtractuq; Principis uel prędeceſſorum reſcindendo, (ut hîc) tunc nõ præſumiť ex iuſta cauſa moueri, niſi probetur, c. r. de proba. Rom. cõſ. 436. qđ indultũ. in fi. Felin. latè. in 5. conſil. & Dd. in c. quæ in eccleſiarũ. de conſtit. Alc. in tract. præſumt. reg. 3. præſum. 8. nu. 3. 4. & 5. & ibi alleg. ubi dicit hanc eſſe communem, Crauet. de antiq. temp. in princ. maximè ſi quid faciat Princeps, quod iure cõmuni nõ niſi ex iuſta & expreſſa cauſa fieri poteſt, ut ibid. Alciat. num. 7. Dec. co. 526. pro reſolutione. in fi. Item ſi quid faciat ordine iuris non ſeruato, Menoc. reme. recup. 8. & dixi ſ. cõſ. r. quia talis ſolẽnitas neque in Principe præſumitur, c. nouit. ubi Pan. & Dd. de iudic. Alciat. præalleg. loco, nu. 7. potiſsimũm ſolẽnitas iudicialis: putà citatio cauſæ, cognitio, & ſimiles ſolẽnitates, quæ ſcripturam requirunt & facti ſunt, d.c. qm̃ contra. de probat. Facta aũt in nemine præſumũtur, ſed probari debent, d.c. quoniam contra. de probat. c. tenor. de re iud. l. aſſeueratio. C. de non num. pec. cum alijs, quæ cumulat Alciat. trac. pręſum. reg. 3. pręſum. 9. n. 18. cum ſeq. Quamobrem & quoties ſequeſtrat magiſtratus alterius bona, uel poſſeſsione, nõ præſumiť pro eo, ſed agitur contra eum, tanquã contra priuatum, ad reſtitutionem, Schurf. d. conſ. 6. nu. 7. per c. cõquerente. ubi Pan. de reſt. ſpol. & l. 1. l. ſi per uim l. meminerint. C. unde ui. Et, quod dicitur, ſpoliatum à iudice nõ reſtitui, c. in ſententia. de renunc. intelligitur, quando proceſſit cauſa ex iuſta & legitimè cognita, & ordine iuris ſeruato, Schurff. præalleg. conſil. 6. nu. 8. alioqui ſequeſtrũ erit nullum, nec excuſatur iudicis authoritate, Anch. conſil. 248. ad prædicta. nu. 4. & 5. & conſil. 292. uideretur. nu. 2. per Bart. & Dd. in l. niſi. ubi Iaſ. nu. 3. cum multis ſeq. de acquir. poſſeſſ. & ante omnia ſpoliatus etiam à iudice uenit reſtituendus, præciſa proprietatis exceptione, Anchor. d. conſ. 292. uideretur. nu. 2. Rom. cõſ. 158. circa nu. 1. Dec. conſil. 366. nu. 13. Schurff. d. conſ. 6. nu. 8. pro quo facit diſputatio Bart. 6. Lapus n. 1. cũ ſeq. Ex quibus liquidò, non obſcurè paret, actricẽ hic non eſſe probatione grauandam: ſed duo Principi conuento probanda incũbere, omni iuris præſumtione contra eum faciente, uidelicet primò, quòd ex cauſa legibus comprehenſa ſit facta hæc ſequeſtratio, Alb. & Soc. in princ. l. ſi fideiuſſor. §. fin. qui ſatiſd. cog. Non enim ex alia cauſa fieri poteſt, quàm quæ iure & legibus eſt expreſſa, Alb. in fin. & Soc. nu. 3. d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. Cur. l. unic. n. 9. C. de prohib. ſeq. Pariſ. conſ. 41. optimum. nu. 22. uol. 1. nec ea præſumitur, ut docuimus, Pan. c. 2. nu. 22. de ſequeſt. poſſ. Secundò, quòd nõ modò talem cauſam habuerit, ſed etiam quòd citatione facta, & cauſa ordine cognita, ſequeſtrationem fecerit: quorum alterutro deficiente, ſequeſtratio eſt ipſo iure nulla, & meritò reuocanda: ut paulò pòſt oſtendetur. Cauſam autem ſequeſtrandi hic nullam iuſtam habuiſſe ſequeſtrantem, etſi apparet, ex eo quòd non probetur contrarium, Pan. d. c. 2. n. 22. de ſeq. poſſ. tamen hic facilè quoq; intelligi poteſt & demonſtrari: ſequeſtratæ enim ſunt res immobiles, de quarũ poſſeſsione nulla quæſtio fuit aut diſputatio, cùm hæc bona actrix, eiuſdẽq; prædeceſſores poſſederint nõ modò per triennium: (cuius tẽporis cõtinua poſſeſsio ſequeſtrationem nedũ ante litẽ, ſed etiam poſt ſententiam excludit, d. clem. 1. uerb. Zab. pro illo tex. numer. 3. & 12. de ſequeſtrat.) ſed ab anno 1507. quo inueſtitura & conceſsio facta eſt, uſque ad annum 1554. quo ſequeſtratio primũ impetrata & decreta eſt, & ſic ultra annos 47. & amplius poſſederunt, non iure pignoris, uelut pręfecturam oppignoratam, ſed titulo emtionis, aut certè conceſsionis, donationis & inueſtituræ, qui æquè iuſtus eſt & dñij tranſlatiuus, præſertim traditione ſecuta, aut poſſeſſione apprehenſa, Iaſ. in l. quoties. nu. 30. C. de rei uend. c. 1. de inueſt. de re alie. fac. ubi Dd. & in c. 1. ubi Bald. nu. 4. quid ſit inueſt. & dixi ſ. conſil. 1. conſ. 85. & alibi. Nam proprius hic eſt inueſtituræ effectus, ut det apprehendẽdę priuata authoritate poſſeſsionis liberam facultatem, Bal. in d. l. quoties. nu. 31. cum ibi alleg. & per tot annos pacificè detenta aſſe ex inſtrumento inueſtituræ & aliùndè conſtat, nec negari poteſt. Quæ quidem tam diuturna illorum poſſeſsio, nedũ ad poſſeſsionẽ, ſed etiam ad præſcriptionẽ iuſtificandã ſufficere poteſt, cùm, ut antè eſt oſtenſum, res etiam Principũ Cameræ, quæ nõ ſunt de regalibus, 30. annis, ut multi putãt, præſcribantur, §. ſi quis per 30. annos. ubi Dd. ſi de feud. defunct. Deinde aliæ cauſæ, propter quas ſequeſtrũ fieri poteſt, hic nullæ apparent, putà dilapidationis, fugæ, cõtumaciæ & ſimiles: quas tradũt gl. & Dd. præſertim Cur. in d. l. unic. C. de prohib. ſeq. & Cano. in d. c. 1. & 2. ex̃. de ſequeſtr. poſſ. Ioan. And. in d. c. locupletari. Archid. in d. c. quia res. Ferra. in for. 6. Schurff. d. conſ. 6. & 15. nu. 4. cen. 3. Hen. God. de conſ. de ſequeſt. n. 2. 3. cũ multis ſeq. & alij alijs locis infinitis, quæ hic cumulari nec debent, nec poſſunt. Has em̃ cauſas hic nullas fuiſſe, ſatis ex eo colligiť, ꝙ nulla actio contra poſſeſſorẽ intentata, nulla citatio facta ſit, ut contumacia argui nõ poſsit, c. 1. ubi Dd. not. de uaſ. qui cõt. Et cũ nullum dubiũ fuerit

de poſſeſsione, etiã ob hoc ſcandalum nõ po
tuiſſet poſſeſsio auferri, l. Imperatores. §. fi. ubi
Dd. de appell. Bald. l. ult. numer. 12. C. de edict.
diu. Adrian. cap. 1. num. 4. 6. 7. de ſeq. poſſeſſ.
Ang conſil. 107. numer. 3. Oldr. conſil. 106. or-
dinarius. numer. 2. Curt. l. unic. num. 35. C. de
probib. ſequeſt. Socin. Alb. & Dd. d. l. ſi fideiuſ-
ſor. §. fi. qui ſatiſd. cog. non cõuicta poſſeſſoris
contumacia, Panor. c. ex literis. nu. 13. de dol.
& contum. Et quãuis hîc fuiſſet aliqua cauſa,
tamen, cùm potuerit aliter prouideri, exacta à
tutoribus pupillæ huius, l. 1. §. eligitẽ. de uen. in
poſſeſſ. mitt. l. diuus. de pet. hær. Bald. l. ſi fide-
iuſſor. §. fin. qui ſatiſd. cog. Salic. l. unic. num.
4. C. de prohib. ſequeſ. per l. ſacultas. C. de iur.
fiſc. lib. 10. l. de bon. uacan. eod. lib. cautione &
deſcriptione: apparet prorſus nulliter hîc ſe-
queſtrum in impuberis ætate actricis eſſe fa-
ctũ, quæ nullo modo præſumi poteſt, aut de-
bei, quòd cum tutoribus fugere, uel iudicium
detrectare uoluerit, ut pulchrè in iiſdem termi
nis conſuluit Pariſ. conſi. 107. num. 26. & poſt
32. uol. 3. per l. 1. C. de ſen. adu. fiſ. lib. 10. l. ſi pupil
lorũ. §. magis. de reb. eor. Alex. in l. iuſtè poſſi-
det. n. 16. de acq. poſ. Itẽ quia hic Princeps, qui
ſequeſtrationem iuſsit, nõ potuit talẽ cauſam
ſuſpicari iuſtè in ſubdito, & quidẽ uirgine nõ-
dum adulta, quàm unà cũ tutoribus facilè ad
ius in ſuo territorio cogere potuit: & ne ſibi
ſcandalũ in ſuo iure moueretur, timere nõ de-
buit, Bal. in l. fin. n. 2. C. de his qui à non dom.
manu. multò minus fugã ullã, aut fruſtratio-
nem timere, cũ bona hæc, de quib. agitur, ſint
immobilia, quę in caſu cõtumacię apprehẽdi
bonorũ poſſeſsione potuiſſet, c. 2. §. 1. de form.
cõp. l. hæres. §. 1. cũ ſeq. de iud. & paſsim, ex. de
dol. & contu. atq; ita plenè d. Principi caueri,
ut propter eiuſmodi ſuſpicionẽ ſequeſtratio
in immobilibus decerni nõ debuerit: cũ agere
in eam rẽ uolenti ſatis, quoad immobilia bo-
na, cautum ſit, l. ſciendũ. qui ſatiſd. cog. quo-
niam auferri non poſſunt, per not. in l. ſi fide-
iuſſor. §. fin. qui ſatiſd. cog. Azo in rub. C. eod.
nu. 3. cũ aliis ſ. alleg. Vt igitur nõ eſt uériſimile
Principẽ alqd per metũ facere, præſertim re-
ſpectu ſubditi, l. ul. quod met. cauſa, ubi Bald.
& Dd. ita conſentaneũ non eſt, iuſtam cauſam
timoris babuiſſe, quare res iſtas ſoli ſequeſtra
ri oportuerit. Itaq; nec creditur ei, ſi ſcãdalum
aut aliam cauſam alleget: cum de poſſeſsione
nullum fuerit dubiũ, & cõſtiterit puellã agen-
tem poſsidere, & unà cum prædeceſſorib. ſuis
iampridem poſſediſſe. Itaq; non debuit ſeque
ſtratio decerni, ſed potius altera pars abſtine-
re alieno, poſſeſſoremq; in ſua poſſeſsione nõ
impedire, nec ipſum ullo modo turbare: aliàs
ſequeretur abſurdũ, quòd quilibet excogita-
ta malitia fingeret rixam imminere & ſcanda-
lum, ut eius aduerſarius priuaretur cõmodi-
tate fructuũ & poſſeſsionis: unde malitiis bo-
minum eſt obuiandum, l. in fundo. de rei uen.
Nec obſtat l. æquiſsimus. de uſufr. l. ſi olcũ. de
dol. mal. quia intelligi debent, quando eſt du-
biũ, quis poſsideat, ut hæc ſunt formalia uer-
ba Ferrar. in for. ſeq. princ. nu. 3. Quare quòd
prætexitur factæ ſequeſtrationi hæc cauſa, quod
hoc molendinum cũ ſuis appendicibus ali-
quãdo ad præfecturam oppignoratam perti-
nuerit, id nullo modo ad iuſtificationem ſe-
queſtri huius ſufficere poteſt. Pertinere enim
ſonat in petitorium, quod allegans prius pro
bare debet, quàm poſſeſſori commodum poſſeſ-
ſionis ſit auferendũ, Rom. conſ. 158. circa. n. 1.
conſ. 292. uideretur. n. 2. Dec. conſ. 366. nu. 13.
Schurff. d. conſil. 6. nu. 7. 8. cent. 3. l. unic. C. de
probib. ſeq c. 2. de ſeq. poſſ. l. ult. C. de rei uen.
cum aliis ſ. adductis, eoq; ab iſta executione
incipere Princeps non debuit, nec ſibiipſi ius
dicere, l. qui iuriſdictioni. de iuriſd. om. iud. nec
potius de facto, quàm de iure in propria cau-
ſa procedere: nam ne in perſonalibus quidem
iuſta putatur ſequeſtrationis cauſa, ipſa fuga
debitoris, niſi actor debitũ & ius ſuum publi-
co prius inſtrumento demõſtrarit, Pan. in c. 2.
nu. 28. de dol. & contu. Fel. in c. examinata nu.
30. de iudic. Rebuff. poſt Bart. in l. litib. in fi. C.
de agric. & cenſ. lib. 11. Corſ. in ſing. uer. ſeque-
ſtrum. n. 1. quia nõ ſurgit ſequeſtrationis præ-
ſumtio contra poſſeſſorem ſine cauſæ cogni-
tione, Zab. clem. 1. num. 21. 22. de ſeq poſſeſſ.
Hoc ergo primum eſto huius petitionis & iu-
dicii fundamentum, quòd nulla legitima iure
cauſa hic extiterit, aut probari poſsit, quare
ſequeſtratio fuerit facienda. Alterum funda-
mentum æquè ſolidũ atque firmum eſt: quòd
etiamſi hic iuſta adfuiſſet decernendæ ſeque-
ſtrationis cauſa: (poſito illo, non conceſſo) ta-
men adhibenda etiam fuerit neceſſaria iuris
ſolennitas, & ordo ad hoc requiſitus, ut ſcili-
cet citata parte, & facta ſummaria cauſæ co-
gnitione, ſequeſtrum per interlocutoriam iu-
dicis decerneretur. Sequeſtratio enim cauſæ
cognitionem deſiderat, l. 5. §. ult. denunciatio-
ne facta. ff. depoſ. & partis præſentiam ueram
uel fictã, ex cõtumacia ſcilicet, Pan. in c. 2. n. 28.
29. de ſequeſt. Ang. d. conſ. 107. nu. 1. Nã quic-
quid ex cauſa fieri debet, hoc cauſæ cognitio-
ne opus habet, l. in cauſa. uerb. cauſa cognita.
de minorib. l. nec quicquam. §. de plano. de off.
procõſ. l. de qua re. de iudic. l. 1. l. fin. l. nã ita. de
adopt. Et cõſtat eiuſmodi interlocutoriam iu-
dicis, uel præceptum ac reſcriptũ etiam Papæ
aut Imperatoris, quo alteri aufertur, uel tur-
batur poſſeſsio, nullum eſſe parte non citata:
patet ex l. meminerint. C. unde ui, l. fi. C. ſi per
uim, uel alio modo. Imò magiſtratus auferẽs
ita poſſeſsionem, punitur, ut not. gloſſ. in l. ſi
quis in tantã. C. unde ui. Sed & ea ratione nul
lum eſt tale ſequeſtrũ, quia ex officio ſolo fit:
iudex autẽ ex ſe ad officium moueri nõ debet
ſine iuſta cauſa, c. 1. iuncta ibi gl. uerb. pro ſuo
arbitrio. de ſeq. poſſ. Hæc ſunt uerba formalia
Ang. in d. cõſ. 107. n. 2. Ex quibus cõcludit, ta-
le ſequeſtrum non citata parte, neq; iuſta cau-
ſæ

ſæ cognitione præeunte factum, ipſo iure nullum eſſe. Et ſanè eſt communis iuris regula, quãdo agitur de alicuius intereſſe, & præiudicio, ibi citationē partis faciendam eſſe, d. l. de unoquoq; de re iud. latè Socin. in tract. de citat. art. 7. nu. 5. Nec odioſè aut fruſtra citatio fieri debet, ſed ad hoc, ut pars audiatͤ, & utrinque cauſa cognoſcatͤ, ſeu, ut loquitur Bal. l. cū fratres. num. 9. C. de his quib. ut indig. Socin. tract. citat. art. 5. q. 16. nu. 22. ad effectū præparãdæ defenſionis. Quare & in ſequeſtratione idē ordo ſeruãdus eſt, etiam cùm iuſta ſubeſt ſequeſtri cauſa. Primū, ut pars quæ poſsidet, & cui poſſeſsio per ſequeſtrationē eſt auferēda, uel certè turbãda, legitimè citetͤ, quia de eius intereſſe & cõmodo poſſeſsionis (quod in iure magnū eſt) tractatur, Soc. poſt Alex. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. nu. 7. qui ſatiſd. cog. Panor. in c. quoniã. §. ult. nu. 34. ut lit. nõ cõteſt. latè Alex. conſil. 6. ponderatis. nu. 9. uol. 4. Par. conſ. 41. opt. nu. 23. 24. uol. 1. Secundò, ut ea citatio nõ ſit inanis, uel tantū fiat ad uidendū executionem, ſed ut cauſa ſequeſtrationis ſufficiens ſit, an nõ ſit, cognoſcatͤ inter partes, diſputetͤ, probetͤ, reprobetͤ, atq; ita tota cauſa legitimè examinata, determinetur, utrū ſequeſtratio fieri debuerit, an non, Card. in d. cle. 1. nu. 22. & Felin. in c. examinata. nu. 10. de iudic. Alex. d. cõſ. 6. nu. 9. Soc. & Alex præalleg. loc. Quæ omnia niſi ritè ſeruentͤ, totus actus eſt nullus, Rom. d. conſil. 258. princ. Dec. d. conſil. 366. numer. 13. Schurff. d. conſil. 6. nu. 8. & conſil. 15. nu. 6. cen. 3. æquè atq; ſententia lata, nõ citata, uel nõ audita parte, Bald. in l. prolatam. nu. 4. & 6. C. de ſent. Iaſ. l. iudices. nu. 2. C. de iudic. Ex hoc igitur utroq; fundamēto, puto ſatis petitionem hanc relaxationis ſequeſtri fundatam eſſe. Ex utrolibet enim capite hæc ſequeſtratio nulla eſt, ac meritò annullanda, ut de ſuperioribus probatur: uidelicet primo, quia facta eſt citra iuſtam aliquã & iure expreſſam cauſam. Nam quoties aliquid fieri nequit, niſi cauſa cognita, ut ſequeſtratio, l. unic. ubi gloſſ. & Dd. C. de prob. ſeq. toties intelligitur requiri iuſta, Bal. L. 1. num. 1. C. ſi aduerſ. donat. uerſ. dandus eſt cauſa cognita, id eſt, ex iuſta cauſa. fac. l. uerū. §. ſciendum. cū ll. ſeqq. de minorib. l. 1. in princ. de dol. mal. l. 1. in fi. & paſsim, ex quib. cauſ. maior. Secundò, etiamſi cauſa præſtò fuiſſet, quia facta eſt abſq; citatione partis & cauſæ cognitione, ex mero ſuperioritatis officio, quò dominus ſuperior ex ſe, præſertim in ſua propria cauſa, moueri non debuit, ut dictum eſt. Non enim debēt epiſcopi (quorum iure Principes utuntur, Gemin. in c. 1. numer. 6. de off. ordin. Cag. in l. conſilij. §. ſocij. nu. 8. de reg. iur.) prò ſuo intereſſe ſequeſtrare res poſſeſſorum, ſicut de facto libenter facere ſolent, Hoſt. de ſequeſ. in fin. Quid multaͤ quod ad primum fundamentum attinet, ſequeſtrationē, quæ fit abſq; expreſſa iure cauſa, eſſe nullam, & meritò relaxari, probatur ex cõmuni doctrina. d. l. unic. C. de prohib. ſeqveſt. c. 2. de dol. & contumac. c. 1. & 2. de ſequeſtr. poſſeſſ. Ale. con. 163. circa. nu. 4. uol. 6. Anch. conſi. 248. ad prædicta. nu. 4. & 5. Pariſ. conſil. 107. nu. 22. & 31. uol. 3. qui addit, nõ modò dandum caſum exceptuatū, ut fiat ſequeſtratio, ſed etiam inſtrumentū ſuper eo faciendū eſſe, Schurff. d. conſil. 15. nu. 5. & 6. & conſil. 6. nu. 4. 7. & 8. centur. 3. cum alijs ſuprà iam ſæpe adductis, quæ repeti non eſt neceſſe. Secūdò, ſequeſtrationem eſſe nullam & annullandam, quæ fit non citata, nec audita parte, probat Socin. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. num. 7. & ibidem Alex. in princ. qui ſatiſd. cogan. Panor. in c. quoniam. nu. 3. 4. ut lite non conteſt. & expreſsius Cardin. Zab. in d. cle. 1. num. 22. & 25. de ſequeſt. Alex. conſ. 6. ponderatis. num. 9. uol. 4. & conſil. 163. circa. num. 9. uol. 6. ubi dicit, ſequeſtrationem non citata parte, nec cauſa cognita factam, eſſe nullam: & nu. 4. addit, poſito quòd eſſet aliqua, tamē tanquã iniuſtam eſſe relaxandã, Decius conſ. 366. Pariſ. d. conſil. 41. uol. 1. ubi nu. 27. ait, de facto eſſe reuocandam, per doctrinam Felin. in c. ſignificauerūt. in fi. de iudic. Gratus conſ. 28. euidenter. num. 3 qui apertè dicunt, reuocandum tale ſequeſtrum eſſe, ex doctrina Baldi in l. ſi oleum. de dol. mal. Salic. in d. l. unic. & ibi. firmat hoc Curtius quoq; n. 13. Aemyl. conſ. 77. uidetͤ. nu. 6. Anch. con. 192. nu. 6. Amplius dicit Schurff. conſ. 6. cùm nullitas. nu. 4. cent. 3. licet Princeps commiſerit & mandarit alicui ſequeſtrationem ſeu executionē, tamen commiſſarium procedere nõ poſſe, cauſa non cognita: nec citata parte. Etſi enim commiſſa tantùm ſit executio, intelligitur tamen ex ordinata rationis eſſentia commiſſa, præcedente cauſæ cognitione: textus ſingularis, ut ibi dicit Iaſ. n. 1. in l. etſi nõ cognitio. C. ſi cõtra ius, uel util. publ. l. 1 ubi Bald. in princ. C. de exec. rei iud. & per alia, quæ ibidem Schurf. allegat. Itaq; cùm proceditur abſq; cauſæ cognitione, ordo iuris uiolatur, & conſequenter actus eſt nullus, l. prolatam. C. de ſen. Iaſ. d. l. iudices. C. de iudic. ac eodem modo, eademq; ratione ſequeſtratio, (peræquè, ut reliqua contrà ſolitū iudiciorum ordinem facta) quando fit abſq; citatione partis, & cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla, & per conſequens annihilanda; ut hanc rationem allegat Panorm. in c. quoniam. §. fin. nu. 34. ut lit. non conteſt. & Schurf.
8 præalleg. loc. Deinde † ideo etiam citari poſſeſſor in materia ſequeſtrationis & cauſa cognoſci debet, ne ſcilicet auferatur illi facultas ſatiſdandi: quæ eiuſmodi eſt, ut etiam decreto ritè ſequeſtro, poſsit & debeat oblata ſatiſdatione relaxari. Nam ſequeſtrum, etiam ubi cauſa ſequeſtrandi ſufficiens ſubeſt, tamen impeditur, ſi poſſeſſor paratus eſt ſatiſdare de iudicio ſiſti, de re non dilapidanda, ſeu ut loquuntur, baratanda, & de fructibus reſtituendis, &c. Imol. & Dd. l. nup. §. fin. de appell. Panor. d. c. 2. de ſeq. poſſ. & etiam, quando con-

trà factum eſt, eadem ratione relaxatur, & ſua poſſeſsio poſſeſſori reſtituit̃, ſi paratus eſt eodem modo ſatiſdare, Panor. in c. 2. n. 13. & 14. de dol. & contum. & in c. 2. num. 15. & 19. de ſequeſt. Rebuff. in d. litibus. nu. 3. & 6. C. de ag. & cenſ. lib. 12. Ferrar. præall. loc. in for. Sax. nu. 5. Bal. n. 5. & Curt. in d. l. unic. nu. 55. C. de prohi. ſequeſt. Gratus conſ. 28. nu. 20. Partſ. d. conſil. 41. nu. 48. uol. 1. & conſ. 107. nu. 79. uol. 3. Aemyl. conſ. 77. uidetur. n. 4. & 8. per doctrinam Imol. in l. Impp. §. final. de appell. Cùm enim fiat ad illum finem, ideo obtento fine meritò relaxatur, Salic. in d. l. unic. n. 9. C. de pro ſeq. Imò ipſo iure euaneſcit, ut decidit Schurff. d. conſ. 15. nu. 16. cent. 3. maximè ſi cauere poſſeſſor uelit ſpecialiter de fructib. reſtituẽdis, aut æſtimatione eorũ congrua, Imol. in d. l. Impp. §. fin. in fin. Aemyl. latè. d. conſ. 77. num. 8. & 9. Quam tamen ſpecialem cautionem non eſſe neceſſariam putat Curt. in l. unic. no. 68. & 69. C. de prohib. ſequeſtr. ſed cautela ſuperabundans nihil nocet, l. teſtamẽtum. 17. cum ibi alleg. à gloſ. C. de teſta. oblata tali cautione, per quam ipſo iure, ut dictũ eſt, finitur ſequeſtratio, quæ ſtatim ac ſine procraſtinatione tum relaxanda eſt, Felin. in c. examinata. nu. 10. in 2. limit. de iudic. per not. Bart. & Ioan. de Plat. in l. litib. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Panor. c. 2. col. pen. de ſequeſt. & dicit ita ſeruari Mar. Man. ſing. 388. nu. 1. & 2. ac ſumtum eſſe ex l. litibus. C. de agric. & cenſi. Aemil. d. conſ. 77. num. 9. per doctr. Imol. in d. l. Impp. §. final. de appell. Cyn. in d. l. unic. Ang. in d. c. quia res. 11. q. 1. in penult. col. uer. poteſt iudex oblata cautione. Itaq; utile fuerit ab actrice una talem cautionem auferri, quò magis iuſtificet̃ petitio relaxationis. Ex quib. omnib. cũ appareat, nõ modò non citatum, neq; auditum eſſe poſſeſſorẽ, ſed ius etiam commune defendẽdi ſe à ſequeſtro, item offerendo ſatiſdationẽ de facto præciſum ei & ademtum eſſe, liquet etiam ex hoc capite, nullam eſſe hanc ſequeſtrationem, & ideo meritò, ſicut de facto proceſsit, ita de facto relaxandam, ac poſſeſſori poſſeſsionem ſuam integre ac imperturbatè reſtituendam ac relinquendam eſſe, Schurff. conſil. 6. cùm nullitas. numer. 1. 2. 3. 4. & conſil. 6. centur. 3. Inſuper & illud pro iuſtificatione huius relaxationis allegari poteſt, quòd etiamſi ex iuſta cauſa & debito ordine ſequeſtratio hic decreta eſſet, eo poſito, nũ conceſſo, tamen debeat relaxari, quoniam non proceſſum eſt agẽdo, Bartol. in l. ſi oleum. in fin. de dol. mal. Ferrar. prælleg. loc. de for. Sax. in fin. maximè uirgine iſta poſsidente ſatiſdationem, de qua diximus, offerente, Azo nu. 9. in rub. C. de prohib. ſeq. Bart. num. 4. & 5. Angel. num. 3. Rebuff. in l. litibus. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Panorm. in c. 2. nu. 19. de ſequeſt. Bal. in l. ult. in fin. C. ubi in rem act. Schurff. d. conſ. 15. nu. 15. & 16. cent. 3. realem, Socin. in c. quoniam. nu. 95. ut lit. non conteſt. uel etiam fortè uerbalem tantũ, quandoquidem immobilia poſsidet, ſatisq; locuples eſt, l. ſciendum. qui ſatiſd. cogan. ut alia ſatiſdatione minimè grauari debeat, Iaſ. & Dd. d. l. ſciendum. qui ſatiſd. cogan.

CONSILIVM VIII.

De rerum eccleſiaſticarum alienatione & luitione.

SVMMARIA.

1 *Alienationes rerum Eccleſiæ quatenus ualeant.*

2 *Ex temporis diuturnitate dominium præſumitur translatum, & ſolennitas intrinſeca, et titulus, etc. præſertim ex præſcriptione immemoriali.*

3 *An ius luendi poßit præſcribi & num. ſeq. 5.*

4 *Vtrum uenditio magis præſumatur, an oppignoratio.*

5 *Contractus pignoratitÿ luitioni an præſcribatur 40. ſaltẽ annis: quodq; præſcriptionis requiſita ſint poßeßio, titulus, & bona fides, quæ etiã ex longo tempore præſumuntur.*

6 *Iura non utendo amittuntur.*

7 *Hypotheca tranſit in dominium, poſtquã ſpes luitionis à longo tempore deſiit.*

8 *Bona fides cauſatur ex cauſis iniuſtis, etiam in ſucceſſoribus.*

9 *Mala fides in ſucceſſore præſumpta, non impedit uſucapionem.*

10 *Succeſſores dignitatis & feudi nõ impediuntur à mala fide & uitio anteceßoris.*

11 *Præſcribitur 30. annis contra eum, qui ab eccleſia cauſam habet.*

12 *Feudum nedum contra inueſtientem, ſed dominũ & omnes præſcribitur 30. annis.*

13 *Præſcriptio pro ueritate eſt, & inter omnes ius facit.*

14 *Mala fides authoris non nocet ſucceßori ſingulari.*

15 *Actionum præſcriptio non impeditur per malam fidem debitoru.*

16 *An ex capite ignorantiæ, uel læſionis detur reſtitutio contra præſcriptionem etiam eccleſiæ.*

17 *Præſcriptio annalis non currit contra ignorantem.*

18 *Præſcriptio quatenus obligationem tollat, & ſolu-*

ſolutioni comparetur.
19 *Ius extinctum cedi nequit.* (quit.
20 *Reſtitutionis ius aut aliud perſonale cedi ne-*
21 *In iurium alienatione, aut ceſſione requiritur eadem ſolennitas, quæ in immobilium alienatione.*
22 *Contractus intelligitur ſubeſſe talis, qualem uerba & clauſula demonſtrant. & nu. ſeq.*
23. *Pignus eſt etiam uenditio, quando permittitur danti precium illud repetere.*
24 *Facultas ulterius pignorãdi cadit in pignus, non emtionem.*
25 *Emtor etiam ſub pacto retrouenditionis poteſt uendere, quãtum uelit & poteſt.*
26 *Emtor pretium repetere nequit.*
27 *Creditor nullo tempore pignus præſcribit.*
28 *Mala fides omnem præſcriptionem eneruat.*
29 *Probatur mala fides ex inſtrumento, quod poſſeſſores habuerunt.*
30 *Præſcriptio immemorialis nõ datur, quoties ex inſtrumento conſtat de origine.*
31 *Hæres etiam bonæ fidei non præſcribit ob malam defuncti fidem.*
32 *Quoties aliquid dubium alterutro iure, ſtatur alteri in utroq; foro quod certum eſt.*
33 *Vicini præſumuntur ſcire facta uicinorum illuſtrium, & in occupatione dignitatũ mala fides tranſit in ſucceſſores.*
34 *Præſcriptio ſtatutaria non procedit ſine bona fide, etiamſi ſtatutum illam non requirat.*
35 *Mala fides ſuperueniens quanquam non iure ciuili, tamen Canonico præſcriptionem interrumpit. & num. 44.*
36 *Paria ſunt, ſcire, uel ſcire debere, uel ſcire de facili poſſe.*
37 *Eccleſiæ non præſcribitur ne iure quidem ſtatutario ante 40. annos.*
38 *Eccleſia contra quamlibet præſcriptionem reſtituitur, non tantùm ratione ignorantiæ, ſed etiam læſionis. & nu. 46.*
39 *An ius luendi præſcribatur. & nu. 44.*
40 *Tacitè quod ineſt, non mutatur, etiamſi exprimatur.*
41 *Quamuis præſcribatur iuri luẽdi in pactum deducto, non tamen illi, quod tacitè ineſt.*
42 *Prouiſio hominis quando tollat prouiſionem legis.*
43 *Eccleſia tranſigere & ius ſuum cedere poteſt, etiam luendi.*
44 *Reſtitutionis beneficium cedi poteſt.*
45 *Amittit, contra quem præſcribitur.* (cini.
46 *Vicinus quatenus præſumatur ſcire facta ui-*

ANNO 1047. quidam Abbas uicino Principi pro certa ſumma præfecturam tradidit & conceſſit, reſeruato ſibi expreſsè luitionis pacto, quandocunq; monaſterio & conuentui ſuo pro eadem ſumma luere ac redimere uiſum foret. Id dum longo temporis interuallo negligitur, Princeps ſine liberis moritur, & ad ſimultaneè inueſtitos eius territorium redit, unà cum hac præfectura, quam ante 30. annos ſucceſſor Comiti cuidam uẽdidit: quo & ipſo ſine liberis mortuo, præfectura rurſus hæc ad dominum territorij redijt, qui de illa cõſiliarium ſuum eiusq; hæredes inueſtiuit. At monaſteriũ cùm uti ſuo luẽdi iure iã uellet, & in hoc eſſet, illud per tranſactionem uicino Comiti ceſsit: qui nunc exercere legem luitionis & ea reuocare hanc à poſſeſſore præfecturam intendit: quæritur, an poſſit?

Videri prima conſideratione queat, non poſſe quia præfecturæ oppignoratio
1 ualuit. Alienationes † enim rerum eccleſiaſticarum, etſi non niſi certa cum ſolennitate permittuntur, cap. 1. 3. & tot. tit. de rebus eccleſ. non alienan. latè Guilielm. Redoan. in tract. de reb. eccleſ. non alienan. tamen quia oppignoratio neq; dominiũ transfert, l. ſciendum. §. creditor. qui ſatiſd. cogan. l. reſcriptũ. 12. de diſtrac. pig. l. & quæ nondum. §. 1. de pignor. l. cùm res. C. ſi res alie. Iaſ. §. item Seruiana. nu. 89. Inſtit. de actionib. nec etiam poſſeſſionem. l. qui pignori. cum l. ſeq. ff. de acq. poſ. l. pignori. de uſucap. gl. d. §. creditor. ideo tali prohibitione non continetur, l. in quorum. de pign. l. alienationis. de uerb. ſignific. l. 1. & 2. C. de fund. dot. ubi glo. uerb. uel hypothecam. & Bart. Bald. & Dd. in l. final. C. de reb. alien. non alien. & in terminis Ant. de Butr. c. nullus. de pig. maximè cùm non ſit perpetua, ſed temporalis obligatio quædam, Panor. in c. ea noſcitur. nu. 8. de his quæ fiunt à prælat. & licet contineretur: quõ per pignus poteſt ad perpetuã alienationem iri, l. 1. de diſtr pig. maximè iſta ſpecialis hypotheca facta cũ rei uenditione, c. nulli. de reb eccleſ. nõ alie. ubi Berous, in prin. §. nos igitur. in auth. de alie. Redoa. in tract. de reb. eccl. in princ. §. item ſub uocabulo alienationis uenit pignus. nu. 12. mihi fol. 9. quæ uẽditio potius, quàm oppignoratio eſt, ut infrà uidebimus; tamen parum hîc officeret, quoniam ex inſtrumento antiquiſs. huius pignorationis ſatis apparet, omnia ſolennia alienationum Eccleſiaſticarum hic ritè ſeruata eſſe, de quibus c. nulli. 10. de reb. eccleſ. non alie. c. ſine exceptione. ubi Rebuff. 12. q. 2. Dd l. iubemus. C. de ſacro. eccleſ. & in auth. de alienat. & emph. & de reb. eccleſ. alien. Redoan. Rebuff. & alij in tract. de rec. eccleſ. alien. quod etiam
2 † præſumitur poſt tam longũ à celebrato con

tractu interuallum temporis antiqui, ac tantùm non immemorialis interea lapſi, cap. peruenit. 4. de emt. Iaſ. in l. ſciendum. num. 15. 16. de uerb. obligat. cum ibi alleg. latiſsimè Crauet. de antiq. temp. & in terminis, quòd in alienationibus & contractibus Eccleſiæ ex diuturnitate temporis præſumantur iuſtæ cauſæ tractatus & reliquæ ſolennitates interceſsiſſe, probat text. c. continebatur. uerb. & non poſt multum temporis. de his quę fiunt à præl. ſine conſ. cap. Panormit. in cap. ea noſcitur. num. 8. eodem tit. & cap. peruenit. per illum text. poſt gloſ. ibi de emt. & uend. Iaſon d. l. ſciendum. num. 16. & 17. de uerbor. obligat. Anton. de Butr. & communiter Dd. cap. Albericus. de teſtib. latè Alexan. conſil. 79. circa. num. 9. cum ſequen. uolum. 1. Socin. conſil. 15. in fin. lib. 1. conſil. 208. num. 7. conſil. 266. num. 20. uol. 2. latè Crauet. de antiq. temp. parte 3. §. uidimus. num. 25. ubi addit num. 26. non ſolùm pręſumi ſolennitatẽ extrinſecam in alienatione rei eccleſiaſticæ propter antiquitatem temporis, ſed etiam precium eſſe uerſum in utilitatem eccleſiæ: quod etiam probat Anchor. conſil. ult. num. 8. Dec. conſil. 36. num. 3. & 8. ubi addit, quòd per decurſum 30. annorum tollitur omne uitium, omniſq; defectus, qui obijci poſsit contra contractum eccleſiæ: per doctrinam Anchor. conſil. 135. Alexan. d. conſil. 79. lib. 1. & conſil. 44. lib. 3. Aretin. conſil. 36. nu. 4. Ant. de Butr. & communiter Dd. d. c. ea noſcitur. de his quę fiunt à pręla. & addit ibidem Dec. hanc eſſe communem, à qua in conſulendo & iudicando non ſit recedendum, pro qua etiam Oldrad. conſil. 296. num. 3. reſpõdens, regulam, qua traditur, tempus non eſſe modũ inducendæ obligationis, aut præſcriptionis, non obtinere in rerum eccleſiaſticarum alienatione, quando ex temporis lapſu præſcriptio cauſari poſsit: ad idem Boer. deciſ. 345. per totum, Alexan. conſil. 705. in cauſa. num. 3. uol. 3. Arqui hîc agitur de immemoriali poſſeſsione, quæ eſt loco conſtituti, l. 2. §. ductus aquæ. de aq. quo. Anchor. cap. generali. in fin. de elec. in 6. Io. And. d. c. ſuper. de uerb. ſignif. Io. Monac. cap 2. num. 4. de præben. in 6. c. 1. nu. 6. & ibi Probus, num. 22. de præſcrip. in 6. Iaſ. l. quo minus. nu. 96. de flum. & l. imperiũ. num. 23. de iuriſd. Angel. Caſtr. in l. ſi certis. C. de pac. Iſer. cap. 1. num. 7. quæ ſint regal. Pariſ. cap. cùm nobis. num. 6. de præſcrip. & conſil. 111. num. 43. conſil. 25. num. 33. uol. 1. Chaſſan. conſil. 66. num. 51. Mant. conſil. 38. nu. 12. item priuilegij, c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſignific. & ibi gl. uerb. non extat. & Hoſt. Bald. c. 1. in princ. quæ ſint reg. Iaſ. l. de quibus. nu. 43. ff. de legib. Alex. conſ. 6. nu. 1. 2. uol. 1. cõſil. 123. num. 2. uol. 5. latiſsimè Ant. Gabriel. de præſcrip. lib. 5. cõcl. 1. nu. 1. cum ibi alleg. etiam in reſeruatis Principi, d. c. ſuper. §. præterea. de uerb. ſignif. gloſſ. c. innouamus. uerb. regum. de cenſib. Bart. quæſt. 2. & Dd. communiter in l. quo minus. de flumin. latè Anton. Gab. præalleg. loc. nu. 3. cum infinitis ibi adductis: atq; adeò etiam legis, gl. d. c. ſuper. uerb. non extat. ubi Hoſt. de uerb. ſignif. Cardin. Zab. cõſ. 118. nu. 14. Balb. tract. præſcrip. in 6. quæſt. 2. parte 3. princip. nu. 25. Pariſ. conſ. 111. num. 50. uol. 1. Gozadin. conſ. 8. num. 37. latè Ant. Gabr. pręalleg. loc. num. 65. & ita titulus per ſe, d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aq. quotid. c. 1. de præſcript. in 6. l. ſi quis diuturno. ſi ſeruit. uend. gl. d. c. ſuper. uerb. non extat. ubi Panor. de uerb. ſignific. & cap. fin. uerb. uſque ad hoc tempus. 18. quæſt. 2. Panor. c. ult. num. 6. de cauſ. poſſ. Iſer. c. 1. §. præterea. num. 16. de proh. feud. alie. per Fed. latiſsimè Gabriel. præall. loc. de præſcrip. conſil. 1. num. 44. cum infinitis ibi alleg. ita ut nedum probatione alterius opus amodò non ſit, Iaſ. §. omnium. num. 72. Inſt. de act. Dec. conſ. 341. in fin. Pariſ. conſ. 27. nu. 80. uol. 1. cum alijs, quæ copioſè cumulat Ant. Gabr. præall. loc. num. 45. ſed ne quidem allegatione, Hoſt. Card. & alij in d. c. ſuper. uerb. nõ extat. de uerb. ſignif. Iaſ. in 10. limit. poſt Caſtr. l. ſi certis annis. C. de pac. Guid. Pap. deciſ. 408. in fin. Balb. de præſcrip. 2. parte 3. partis princ. quęſt. 6. nu. 28. deciſ. Neap. 239. in fin. 324. nu. 6. Chaſſ. conſ. 34. nu. 7. Gozad. conſ. 8. nu. 37. Crauet. de antiq. temp. parte 4. & Ant. Gabr. præall. loc. num. 47. & 49. qui dicunt hanc eſſe communem, adeò ut non admittatur probatio in contrarium: quia talis temporis ſpacium & hæc præſcriptio inducat præſumtionem iuris & de iure ſuper titulo, Fel. c. cùm nobis. num. 5. de præſcrip. Ant. de Butr. in c. peruenit. nu. 30. de cenſib. Gozad. conſ. 8. nu. 37. Mar. iunior conſ. 115. nu. 38. uol. 2. Crau. d. parte 4. nu. 155. 156. Ant. Gab. d. concluſ. 1. nu. 50. Quamobrem etiam ex tali temporis curſu ſolennitates in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiſitæ, non tantùm præſumuntur, uerumetiam probãtur, Oldra. d. conſil. 296. nu. 3. & 4. Alex. d. conſ. 70. in cauſa. num. 3. uol. 3.
3 Boer. deciſ. 345. nu. 3. 4. cum ſequen. Ex † quo uidetur etiam illud conſequi, cùm tanto tempore nulla rẽdemtio ſit facta, iampridem iuri huic luendi pręſcriptum eſſe. Nam ius luendi præſcribi, quando ex retrouenditióne competit, eſt magis communis opinio in conſulendo ac iudicando ſequenda, ut confirmãt Bal. de præſcrip. 4. parte 5. partis princip. quæſt. 3. num. 4. Tiraquel. latè de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 29. Boer. in conſuet. Bituricenſ. de præſcrip. §. 1. gloſ. 1. per totum, Anton. Gabr. lib. 5. tit. de præſcrip. concluſ. 6. nu. 11. Schurff. conſ. 70. ueritas. nu. 1. 2. & per totum: ac præcipuè nu. 42. conſil. 69. patris. num. 24. & 25.
4 cent. 1. Hîc autem † non oppignoratione, ſed potius uenditione hanc præfecturam à monaſterio fuiſſe alienatam, uidetur colligi poſſe illis ex uerbis cõtractus & inſtrumẽti deſuper cõfecti, *Widerloeſen und kauffen*, &c. & paulo pòſt *Verpflichtet des widerkauffs zugeſtatten*, &c. quæ uerba

uerba diſertè reuenditionem denotãt, ideoq́ͅ
ſpeciem contractus oſtendunt, Bald. c. 1. nu. 1.
cap. 2. de feud. dat. in uicem l. commiſſ. & in l.
quoties. num. 4. C. de ſuis & leg. per l. cùm pre-
cibus. C. de probat. bonus text. in l. ita ſtipula-
tus. §. Chryſogonus. in fin. ubi Dd. de uerb. ob.
l. iuriſgentium. §. pactorum. de pact. & alioqui
retrouenditio multò magis hîc præſumenda
eſt ex tanto tempore. Vnde etiamſi pignus ini-
tiò fuiſſet in uenditionem: tamen tranſiiſſet, &
dominium poſſeſſori adieciſſet, animo ſpeq́ͅ
luẽdi uerißimiliter iampridem extinctis, l. qui
habebat. ubi Bart. de leg. 3. Iaſ. l. qui Romæ. in
princip. num. 26. de uerb. obligat. & in l. ſi res
obligata. numer. 15. de leg. 2. & in l. 4. numer.
9. & 10. de iuſt. & iur. Tiraquel. de retract. con-
uen. §. 1. glo. 2. num. 27. & l. ſi unquam. uerb. re-
uertatur. nu. 310. C. de reuocan. donat. potiſsi-
mùm quando notoria conſuetudine Germa-
niæ celebrentur magis uenditiones in talibus
cõtractibus, quàm oppignorationes, Zaſ. l. de
quibus nu. 3. de legib. Vnde ſecundum illam
conſuetudinem contractus eſt hîc præſumen-
dus, l. ſi fundus. de uict. l. ſi priùs. 17. §. 1. de aq.
plu. arcen. & uerba, quamuis in pignus ſonẽt,
tamẽ impropriãda ſunt ex tali cõſuetudine,
& de retrouenditione accipienda, Iaſ. conſ. 12.
nu. 25. lib. 1. conſ. 1. nu. 32. uol. 2. Magna enim
eſt utriuſq́ͅ contractus uicinitas, Mud. de pac.
pign. nu. 50. nec omnes diſtinguere proprijs
eos uerbis norunt, Bartol. in l. ſi neceſſarias.
§. ſi annuam. nu. 4. de pig. act. Bald. in l. 1. nu. 3.
C. de fruc. & lit. expen. bonus text. l. ſi cui. 9. ff.
de ſeruit. eaq́ͅ re uerba impropriantur ad id,
quod eſt actum, & potiſsimùm ad retrouendi-
tionem accommodãtur, Socin. conſ. 15. uiſis.
num. 35. 36. 39. uol. 1. Adde his, quòd alioqui
hic cõtractus foret uſurarius: cùm permiſſum
creditori fuerit repetere ſortem nõ imputatis
in eam fructibus, ſicut ex natura pignoratitij
cõtractus imputari debẽt, l. ſi ea lege. ubi Dd.
C. de uſur. ita Neguzant. tract. pig. in 5. memb.
5. partis. nu. 10. Molin. trac. uſurar. quæſt. 32. n.
5. Land. lib. 1. art. 54. Huiuſmodi autẽ contra-
ctus non eſt, in Eccleſia præſertim, præſumen-
dus, ſed potiùs retrouenditio, quæ peccatum
& uſurariam fraudem excludit, Socin. d. conſ.
55. uiſis. nu. 26. lib. 1. Eccleſia enim, ut iuſtitiæ
cultrix, nõ patitur in ſe fieri, c. 1. uerſ. ſed diuer-
ſum. de alie. feud. quo'd alijs ex officio prohi-
bet, l. aluiis. 15. ſi ſer. uend. ſicut cõtractus uſu-
rarios omnino uetat, tot. tit. de uſur. quacunq́ͅ
ſpecie iuris fucatos, c. 2. c. ad noſtram. de emt.
c. debitores. 6. de iureiuran. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. cum
5 ſeq. de uſur. Sed † ut maximè ponatur pigno-
ris contractus hîc ſubeſſe, tamen & in iſto re-
ceptius uidetur iure luendi præſcribi, gl. l. rem.
§. cõmunis. ubi gl. 1. in fi. de pig. act. & in l. cùm
notiſsimi. §. eodem iure. uerb. conatur. C. de
præſcrip. 30. annor. ſecũdum opinionem Bul-
gari, quam ibi refert & approbat Salic. ad idẽ
gl. in l. unic. uerb. pro ſocio, C. de annal. excep.

ubi id ſequitur Bal. & in d. l. pignori. ubi Bart.
nu. 1. 2. Angel. & Imol. de uſucap. & gl. in l. nec
creditores. uerb. lõgi. ubi Alber. C. de pig. act.
& in l. ſi finita. §. poſtea. uerb. finis. ubi Angel.
Imol. Roman. de dam. inf. in c. quoniam. §. fi.
lit. non conteſt. ubi Imol. dicit, hanc eſſe com-
munem Legiſtarum & Canoniſtarum, Cyn. &
Bal. in l. licet. C. de iur. delib. Aretin. in §. actio-
num. num. 60. Inſt. de actio. qui dicit hanc ibi
communem, & Ripa in rubr. de pign. num. 6.
Mar. Socin. iun. cõſ. 145. nu. 36. uol. 1. Ruin. di-
cens hanc eſſe communẽ, conſ. 61. in fin. uol. 1.
Caſt. conſ. 220. in princ. uol. 2. Ang. conſ. 241.
nu. 2. & hãc, ut magis cõmunẽ, etiã confirmat
Balb. tract. præſcrip. 4. parte 5. partis princip.
quæſt. 2. nu. 2. 3. cum alijs quos cumulat Ant.
Gab. lib. 5. de præſcrip. concluſ. 7. num. 1. maxi-
mè 40. annis, Io. Ig. in rep. l. cognitione. num.
83. de S. C. Syllan. per tex. in l. cùm notiſsimi. §.
1. 2. §. eo. C. de præſcrip. 30. annor. ubi expreſ-
ſiſsimè probat, q̃ hypothecariæ & iuri luen-
di caſu, quo non præſcribitur 30. annis, tamẽ
præſcribatur annis 40. nam hæc præſcriptio,
utpote exorbitans & ſpecialis, nõ cenſetur ex-
cluſa, quando aliæ præſcriptiones generatim
excluduntur, gl. c. 1. §. præterea. uerb. præſcrip.
de cap. Corr. quã ſequũtur ibi Iaco. Bel. Nicol.
Neap. Laud. Aluar. & Iaſ. l. 1. in fi. C. de ſer. fug.
Cyn. & Salic. in l. omnes. cũ l. ſeq per illum tex.
C. de præſcr. 30. annor. Tiraq. in retract. cõuen.
§. 1. gloſ. 2. num. 23. 24. Igneus d. l. cognitione.
num. 83. de S. C. Syllan. præcipuè in iſta ſpecie,
9 ubi ius luẽdi non eſt tacitum, nec uenit ex na-
tura cõtractus, ſed eſt formatum, & in pactum
deductũ, Balb. in tract. præſcrip. 4. parte 5. par-
tis princ. q. 2. num. 1. Schurff. conſi. 70. ueritas-
nu. 34. 35. 36. cẽt. 1. cum ibi alleg. quo caſu ius
luendi, ut iam quæſitum & in iudicium dedu-
cibile, & fluens ex obligatione, magis eſt iuris,
quàm facti, & ideo præſcriptibile, Angel. Imol.
Roman. Iaſ. & cõmuniter Dd. in l. ſi finita. §. ſi
autem. de dam. infect. & l. pignori. de uſucap. l.
2. de acquir. hæred. Crauet. conſil. 111. num. 13.
& alij, quos ad lõgum cumulat Ant. Gab. lib.
5. de præſcrip. cõcluſ. 10. nu. 8. 9. 10. quoniã im-
putari hîc poteſt creditori negligẽtia, ut in a-
lijs actionibus omnibus: quare intra tantum
tempus iure obligationis nõ ſit uſus, neq́ͅ ege-
rit, & ius ſuum in iudicium deducibile perſe-
cutus ſit, Cornæ. l. licet. nu. 3. C. de iure delib.
Bal. c. 1. nu. 2. 3. de feud. dat. in uicem leg. com-
miſ. Balb. trac. præſcrip. in 4. parte quartæ par-
tis princ. q. 60. nu. 7. & alij, quos recẽnſet Ant.
Gabr. præalleg. loc. num. 2. & 6. potiſsimùm ſi
(ut hîc) ne quidem intra centũ & amplius an-
nos egerit: quo ſanè tempore debet excludi &
defendi poſſeſſor, non tã præſcriptione, quàm
quadã priuilegij ſpecie, latè Balb. tract. præſcr.
parte 2. tertiæ partis princ. quæſt. 6. nu. 13. per
Bald. in c. unic. quæ ſint regal. quæ etiam omni
præſcriptione excluſa, nunquam tamẽ intelli-
gitur excludi, l. 3. §. ductus aquæ. de aq. quot.

c. ſuper

c.ſuper.§.præterea. de uerb.ſignif.c.1.ubi gloſ. uerb.nõ extat.de præſcrip. in 6.c.1.§.præterea. ubi poſt alios Afflic. num.24. & Dd. de proh. feud. alie. per Fed. l.1. ubi hoc notaut Bald. & Salic.C.ne rei dom. Ant.Gab.Ro. de præſcrip. lib.5.concl.1.latè Tiraq.de retrac.conuent.§.1. gl.2.nu.23.Schurff.cõſ.70.ueritas.nu.43.cẽt. 1. Chaſſ.in conſ.Burg.rub.4.§.18.uerb.nõ obſtant. nu.1.2.& rub.9.§ 2. uerb. per quodlibet tempus. nu.5.& 6.& rub.13. §.8.uerb.præſcripubiles.nu.1.& 2. Quanquã autem hæc theorica potiſsimùm referatur ad præſcriptionem immemorialem, tamẽ cenſent eam etiam porrigendam ad centenariam præſcriptionẽ,quę huic comparatur, Balb.in trac.præſcrip.ſecunda parte tertiæ partis princ.quæſt.6. num.24. per Cyn.in l.2.quæſt.10.C.de ſeruit. Cæpol.de ſeruit.urban.præd. c.19. num.2.& 3. Iam uerò omnia ad complẽdam pręſcriptionem requiſita, ſunt hic in promtu: ut primò longæua & continuata poſſeſsio per tempus immemoriale, ut patet ex dictis inſtrumentis antiquiſsimis: quæ poſſeſsionem tuam probant ſaltem præſumtiuè, Panor. c. cùm à nobis. nu. 5. de præſcrip. Bart. l.Celſus. num.16. de uſucap. & quoad primam acquiſitionem, Alber. l. cùm res. nu.3. C. de probat. maximè cùm antiqua ſunt inſtrumenta, ut iſtud primæuum inſtrumẽtum eſt antiquiſsimum: ita Crauet. de antiq.temp.parte 1.§.uiſo.nu.20.& 21.& quoties concurrit poſſeſsio hodierna, ut in caſu præſenti:quibus terminis probatis,probatur continuatio mediæ poſſeſsionis, Bar.l.Celſus.nu. 20. de uſucap. & in l.naturaliter. §.nihil. nu.2. ubi Iaſ.nu.38. de acq.poſſeſſ. Secundò titulus emtionis & inueſtituræ,quorum uterq; eſt iuſtiſsimus,& maximè quod ad uſucapiendum idoneus,tam uenditio,§.ſed iſtæ.cum ſeq.Inſt. de actio.tot.tit. de Public. in rem act. & ff. pro emtore, quàm inueſtitura,§.ſi quis per 30.annos.ubi omnes Dd.ſi de feud.def.cont. præſertim accedẽte hic domini ſcientia & patientia, quæ in iuribus eſt loco tituli, l.2.ubi Caſt.Bal. C.de ſeruit.Balb.de præſcrip. parte 2. 5 partis princ.quæſt.3. nu.8.& 3. parte 4. partis princ. quæſt.4.nu.1.& 4.parte 4.partis princ.quæſt. 28.num.1.& hic iure pręſumitur ex uicinitate, l.ſi uicinis. C.de nupt. Maran.poſt Bart.Alex. & Rom.rep.l.is poteſt. nu.298.de acq.hær.per l.ſi ita §.ſi. de fund.inſtruc. leg. c.quoſdam. de pręſumt.& ex ſilentio ac patientia,nedum decem annorũ,gl.& Dd.l.qui in aliena. in princ. de acq.hær.latè Tiraq.in ll.cõnub.in fin.uerb. expreſ.nu. 29. cum ſeq. ubi dicit hanc eſſe cõmunem, Iaſ.l.ſi certis.nu.8. C.de pac. Dec.cõſ. 222. uiſo. num.7. & 8. ſed multò etiam magis ex tẽpore immemoriali, Tiraq.de retract.con. §.1.gl.7. num.27. quanquam hic titulus non admodum eſt neceſſarius,ut in præſcriptione immemoriali, quæ nullum requirit, Ant.Gabriel.latè lib.5.de præſcrip.concluſion.1.deinde quia loquimur de præſcriptione rerum Eccleſiæ, contra quam quia non currit niſi præſcriptio quadragenaria, auth. quas actiones. C.de ſac.eccle.& prouinc.conſt.5.parte 2.quæ ſua natura ſine titulo procedit,l.ſi quis emtionis.§.1.C.de præſcrip.30.ann.Caſt.l.ſi aquam. nu.1.2. C.de ſer. Iaſ.l.Pomponius §.cùm quis. nu.22.de acq poſſ.Franc.Balb.tract.præſcrip. 2.parte quartæ partis princ. quæſt.2.num.1.& in l.Celſus. in prin.nu.15.de uſucap.& in tract. præſ.rer.immob.num.10.11.Alex.conſ.48.nu. 7.uol.5.& cõſ.238. nu.2.conſ.46.nu.13.uol.6. conſ.59.n.8.uol.3.Panor.c.ad audientiã.n.16. de præſcrip.ideoq; aduerſus eccleſiam præſcribitur ſine titulo 40. annis, ex bona ſolũ fide: ut hanc communem firmat Balb. de præſcrip. 2.parte tertiæ partis princ.quæſt.6.prin.nu.9. & 10. per c.de quarta. ubi Panor. Felin.& Dd. de præſcrip.auth.quas actiones.ubi Dd.C.de ſacr.eccleſ. l.ſi quis emtionis. in prin. & §.1.C. de præſcrip.30.annor.Quare nec in talibus etiã patiẽtia aduerſarij eſt opus, Caſt.l.ſi aquã. nu.2. C.de ſeruit. Balb.de præſcrip.2. parte 4. partis princ. quæſt.a. nu.7.& 8. Cui quamuis cõtradicat Didac. Couar.in c. poſſeſſor. parte 2.in princ.nu.4.6.de reg.iur.in 6.tamẽ ſententia ſuperiorum habetur receptior:in qua non eſt inſiſtendum,cùm ex ſolo 30.annorum,nedum longioris temporis (quale hîc effluxit) decurſu titulus ſatis ſuperq; præſumatur,Bar. nu.16. & Dd. l.ult. C.de præſcrip.30. annor. & in l.litibus.nu.3.C.de agric.& cenſ lib.11.Caſt. l.ſi aquam.num.1.2.C.de ſeruit.Afflic.§.ſi quis per 30. annos.in 3.uot.num.3.& gl.unic. nu.1. Franc.Balb.2.parte quartæ partis prin.quæſt. 2.nu.7.ubi ait ita communiter teneri,Cæpoll. de ſer.urb.præd.cap.20.num.5.& 6. Molin.in conſ.Pariſ.rubr.1. §.7.num.19. Ex quibus tertio loco ſequitur & præſumitur etiam ac probatur bona fides, quæ uel abſq; hoc in dubio præſumi debet,gl.& Dd.c.ſi diligenti.uerb. bona fides.c.ſanctorum. c.ult.de præſcrip. Bar.& Dd præſertim Balb.in l.Celſus.parte 3. nu.23. 24.de uſucap.Iaſ.in §.ſed iſtæ.num.99.Inſt.de act.Dec.conſil.257.non excedit.nu.5.Alexan. conſ.200.uiſo.nu.2. lib.2. quam communem dicit Couar.in c.poſſeſſor.parte 2. §.8. num.2. de reg.iur. in 6. Poſt 30. autem annos nedum præſumitur, ſed etiam probatur ex ſolo temporis curſu,adeò ut tollatur omnis exinde præſumtio malæ fidei contraria, Bartol. nu.17.& cõmuniter Dd.l.ult.C.unde ui,Iaſ.in §.ſed iſtę, num.100. Inſt.de action. Innocen.in c.2.nu.8. de in integ.reſt.Balb.in l.Celſus.parte 3. num. 11.de uſucap. Alex.conſ.6.num.2.lib.1.conſil. 151. num.7.lib.2. Curt.ſenior conſil.82. num. 5. Curt.iunior conſil.52. num. 2. Iaſ. conſil. 57.in fin.& conſil.72.lib.1. Decius conſil.257. non excedit. num.4. & 5. & conſil.267. num. 2.3. Crauet. de antiq. temp. §. materia. nu.16. 17.21. cum ibi allegat. maximè per decurſum tẽporis immemorialis, Balb.de præſcrip.parte 2,partis tertiæ princ.quæſt.6.num.18.& in l.

Celſus,

Celſus. part. 3. nu. 10. de uſucap. Ripa in c. cùm
eccleſia. num. 99. de cauſ. poſſeſ. Alex. conſil. 6.
uiſo. num. 3. uol. 1. conſil. 198. ſuper. nu. 1. uol. 2.
Bertrand. conſ. 69. in fin. uol. 3. Pariſ. conſ. 27.
num. 81. uol. 1. latè Ant. Gab. lib. 5. tit. de præ-
ſcrip. concluſ. 1. num. 55. & 56. adeò ut multi
non leuis authoritatis exiſtiment non admit-
ti probationem in contrariũ, dato quod econ-
trariò mala fides probari poſsit, latè Couar.
in c. poſſeſſor. parte 2. §. 8. num. 3. & 4. de reg.
iur. in 6. ubi dicit, hanc partem ueriorem, cùm
ſit loco priuilegij à Principe dati talis præſcri-
ptio, c. ſuper. 24. §. præterea. de uerb. ſigniſ. ubi
Dd. & conſtituit uice, l. 3. §. ductus aquæ de a-
qua quot. Iaſ. l. quo minus. & Dd. de flum. Feu
diſtæ c. 1. quæ ſint regal. & legis uim habeat, d.
l. 3. §. ductus. in fin. l. 2. de aq. plu. arcen. ut pec
innumera confirmat Ant. Gab. lib. 5. de præ-
ſcrip. concluſ. 1. per totum: ideoq; non admit-
tat probationem cõtrariam malæ fidei, Bald.
l. ſi ſolennibus. nu. 2. C. de fid. inſtr. de quo hic
quærere non inſiſto: quãdoquidem poſſeſſo-
res proculdubiò optima fide ſe poſsidere me-
ritò exiſtimauerunt: poſtquam tanto tempo-
re nõ fuit exercitum ius luendi, l. qui habebat.
Bar. de legat. 3. Iaſ. l. qui Romæ. in princip.
6 num. 26. de uerb. oblig. Iura † enim non uten
do amittuntur, l. placet. 25. quib. mod. uſusfruc.
l. corruptionem. 16. C. de uſufr. l. pen. l. final. C.
de ſeruitut. c. ut priuilegia. ubi Butr. in fin. de
priuileg. præſertim in obligationem deducta,
l. 1. ubi Bart. num. 2. 3. de nundin. latè Ant. Ga-
bri. l. 1. concluſ. de præſcrip. lib. 5. num. 9. per
doctrinam Felin. c. cùm acceſsiſſent. num. 27.
& ibi Dec. de conſtit. aliaq; innumera, quæ al-
7 legat: adeò † ut etiã tranſeat hypotheca in do-
minium creditoris, poſtquã deſijt metus lui-
tionis ex longiſsimi temporis negligẽtia, Iaſ.
in l. res obligata. num. 12. de leg. 1. in l. 4. nu.
10. de iuſt. & iur. & d. l. qui Romæ. in princ. nu.
8 26. de uerb. obli. Multò † ergo magis hic pro-
babiliter opinari Principes & eorum ſucceſſo
res uniuerſales & ſingulares potuerunt, hanc
præfecturam per ſtatium temporis eſſe præ-
ſcriptam, & ſibi iuſto titulo quæſitam, Tiraq.
de retract. conuen. §. 1. gl. 2. num. 27. per doctri
nã Panor. c. cùm eccleſia ſanctæ Mariæ. de con-
ſtitut. & l. ſi unquam. uerb. reuertatur. nu. 310.
C. de reuocan. donat. unde cauſat bona fides,
Tiraq. d. §. 1. gl. 2. nu. 27. cum ibi alleg. quæ eſt
tantum opinio iuris proprij, l. ſi quis à nõ do-
mino. Inſt. de re. diuiſ. c. t. ff. pro ſuo, latè Balb.
trac. præſcrip. parte 2. 3. partis princip. quæſt. 1.
per totũ: nedum ex iuſta cauſa, cuiuſmodi hic
ſubeſt, ſed etiam ex cauſis iniuſtis, Bal. l. 1. poſt
gl. nu. 2. C. ubi cauſ. ſtat. Iaſ. l. ſi id, quod. nu. 35.
de iuriſdic. Fel. c. cùm contingat. num. 2. de re-
ſcrip. Alciat. de præſumt. reg. 3. præſumt. 5. nu.
4. maximè in præſcriptione 40. annorum, la-
tè Ant. Gab. lib. 5. de præſcrip. concluſ. 14. nu.
4. per Card. c. cùm dilectus. nu. 9. ubi & Imol.
n. 19. de conſuet. multò uerò maximè ex poſ-
ſeſsione immemoriali, Pariſ. conſ. 27. nu. 137.
uol. 1. Gab. præall. loc. num. 4. in fine: & præſer-
tim in ſucceſſoribus primi acquirẽtis, qui præ
ſumũtur eſſe in bona fide, & ignorare uitium
defuncti, l. qui in alterius. ubi Cag. num. 12. &
25. de re. iur. Tiraq. de præſc. § ult. glo. 2. in 2. in
princ. & mutare cauſam poſſeſsionis per tan-
tum æui ſpatium hactenus potuerũt, opinan-
do ſe dominos, l. final. cum ibi not. ff. pro ſuo:
dato etiam, quòd ſciuiſſent (id quod tamẽ hic
non conſtat) de iure retroluendi eccleſiæ reſer-
uato. Nec enim eſt in mala continuò fide, qui
ſcit ſe perſonali actione (cuiuſmodi eſt retro-
uenditionis, utpote ex contractu deſcendens,
l. 1. uerb. cum emtore, qui perſonaliter obli-
gatus. & l. ſi ancillã. uerb. perſonali contra uen
ditorẽ actione. C. de act. emt. Caſtr. l. 2. in fin.
C. de reb. alie. non alienan. Cag. & communi-
ter Dd. l. 2. l. ſi à te. C. de pac. int. emt. & hanc cõ
munem dicunt Rap. Cum l. r. in fin. de donat.
conſ. 12. nobiles. num. 33. & 76. lib. 1. Tiraq. de
retract. conuent. l. 1. gloſ. 7. num. 12.) poſſe con-
ueniri, l. pignori. §. fin. ubi hoc notat Bart. de
uſucap. Balb. d. in rub. de præſcrip. in fin. Frãc.
Balb. trac. præſcrip. 2. parte tertiæ partis prin.
quæſt. 11. num. 1. & 2. Bald. conſil. 437. & dato,
quòd ſciat rem eſſe hypothecæ ſubiectam, ni-
hilominus dominium præſcribere poteſt, l. ſi
quis fundum. in fin. de acq. poſſ. ubi gl. & l. ſi-
cut. uerb. poſsidente. C. de præſcrip. 30. annor.
Franc. Balb. de præſcrip. 2. parte 3. partis prin.
quæſt. 4. num. 3. de quo pluribus hic diſputa-
9 re non eſt neceſſe, cùm † in ſucceſſoribus mala
fides authoris tantùm præſumta, non proba-
ta (qualis hic ad ſummam ſubeſſe poteſt) ſuc-
ceſſoribus non noceat, quo minus uſucapiãt,
gl. magna. l. tutor rerum. in fi. de adm. tut. quã
multum commendat Caſtr. l. nunquã. in prin.
de uſucap. ſequitur Alex. l. Pomponius. §. cùm
quis. num. 22. de acq. poſſ. Balb. de præſcrip.
2. parte 3. partis quæſt. 12. num. 14. & alioqui
bona fides præſumatur, præſertim in iſtis agna-
tis ducibus, qui non, ut hæredes, ſucceſſerunt
iure hæreditario, ſed uirtute ſimultaneæ inue-
ſtituræ iure ſuo: ut meritò pro bonæ fidei poſ-
ſeſſoribus habeantur, cùm eiuſmodi in nullũ
uitium defuncti ſuccedant, qui ſuccedunt iu-
re non hæreditario, ſed ſuo: uelut in officio ſeu
beneficio (cuiuſmodi eſt etiam feudum, c. 1. §.
ult. in quib. cauſ. feud. amit.) & dignitate ſuc-
cedentes, c. cura. ubi not. gl. & Dd. de iur. pa. Pa
nor. nu. 9. Felin. & Dd. c. de quarta. de præſcrip.
Iaſ. num. 28. & Alex. l. Põponius. § cùm quis.
num. 16. 8. cum ſequen. de acq. poſſ. & conſ. 89.
uiſo. num. 8. uol. 2. conſil. 63. ſtantibus. nu. 11.
uol. 4. Panor. conſil. 3. inter. quæſt. 12. uol. 2. la-
tè Balb. de præſcrip. 2. parte 3. partis princip.
quæſt. 12. num. 13. in 1. limitat. Quod etiamſi
Principes non potuiſſent præſcribere, tamen
qui ab ipſis in feudum acceperunt, & tamdiu
ſupra 30. annos poſſederũt, ab ijſq; recogno-
uerunt, proculdubiò cõtra omnes præſcripſe-
runt

ſtunt, ex §. ſi quis per 30. annos. ubi Feudiſtæ, ſi
de feud. def. conten. & conſequenter ius omne
ab iis luendi ac redimēdi ſublatum ac pręſcri-
10 ptū eſſe debet. Nam † in feudalibus uniuerſa
iura præſcribuntur 30. annis, nec hîc alia obti-
net præſcriptio, c. 1. §. præterea. ubi cōmuniter
Dd. de capit. Corrad. Balb. de præſcri. parte 4.
partis quartæ princip. quæſt. 12. num. 12. Mo-
11 lin. in conſue. Par. tit. 1. §. 7. num. 8. & † præſcri-
bitur etiā 30. annis contra eum qui habet cau
ſam ab eccleſia, Alex. conſ. 92. perſpectis. nu.
25. uol. 6. ſicut hîc Duces cauſam à d. abbatia
habuerunt, & ulteriùs Comitibus hanc præfe
cturam uendiderunt, deq; ea ipſos inueſtie-
runt: ac ſic ex utroq; titulo uenditionis & inue
ſtituræ cauſam uſucapiendi illis præbuerunt.
De uenditione patet ex tot. tit. ff. pro emtore,
de inueſtitura ex §. ſi quis per 30. annos. ſi de
feud. defunc. ubi Afflic. 1. & 3. notab. ac Dd. cō-
12 muniter. Nec † uerò ſolùm, qui in feudum ac-
cepit, contra inueſtitorem ſuum præſcribit, da
eo quòd ius inueſtiendi non habuerit, totidē,
hoc eſt 30. annis, d. §. ſi quis per 30. annos. ſed
etiam præſcribit pariformiter cōtra omnes, e-
tiam uerum dominum, à quo non accepit u-
tile dominium, Balb. in tract. præſcrip. 4. part.
quartæ partis principal. quæſt. 11. nu. 4. per l.
ult. quem. ſeruit. amittun. c. 1. §. ſi quis per 30. ſi
de feud. def. Tiraq. in retrac. conuen. § 1. glo. 2.
num. 3. & de retrac. prox. §. 1. gl. 30. num. 11. 12.
13. per l. cùm notiſsimi. §. 1. C. de præſcrip. 30.
13 annor. l. 1. & 2. C ſi aduer. credit. Nā † cùm pro
ueritate habeatur præſcriptio, gl. l. 1. ubi Caſtr.
nu. 1. 2. C. de ſeruit. Bal. c. ult. num. 1. 2. de feud.
dat. in uic. leg. com. Balb. de præſcrip. parte 1.
quæſt. 6. nu. 4. & 5. ius inter omnes facit, l. inge
nuū. de ſtat. ho. & pręſcribentem aduerſus oēs
defendit, c. ad aures. ubi Panor. & Dd. de præ-
ſcrip. l. ſi quis. l. pen. C de præſcrip. 30. annor.
Balb. trac. præſcri. 4. parte quartæ partis prin.
quæſt. 12. princ. quæſt. 24. num. 5. Ant. Gab. de
præſcrip. lib. 5. concluſ. 2. num. 21. eidemq; ple-
niſsimam ſecuritatem contra omnes præſtat,
Pariſ. conſ. 13. num. 17. & 19. & conſ. 101. nu. 81.
uol. 4. conſ. 32. nu. 5. uol. 2. Curt. ſenior cōſ. 82.
14 capio. num. 5. Neq; † uerò tali caſu noceret
mala fides creditoris, dato quòd Principum
hîc creditorū fides mala ꝓbari poſsit, (quod
tamen abeſt) ſingulari ſucceſſori, putà emto-
ri & uaſallo, ut per Balb. de præſcrip. 4. parte
quartę partis princ. 3. quęſt. num. 5. præſertim
cùm hic ex alia cauſa poſſederit, nēpe iure em-
tionis & inueſtituræ, Corn. conſil. 20. licet in
15 præſenti. num. 4. 5. & 6. uol. 1. Deinde † & hoc
dici poteſt, pręſcriptiones 30. annorum & lon
giores inductas eſſe ob ſolā negligētiam non
agentiū, l. ot perfectius. l. ult. C. de ann. excep.
Tiraq. de retrac. conuen §. 1. gloſ. 2. num. 12. tra
dont ploribus Bart. & Dd. l. cùm notiſsimi. in
prin. C. de pręſcr. 30 ann. l. morę. C. de rei uēd.
ubi Salic. num. 5. & l. ult. nu. 24. C. de edic. diui
Adria. tollen. Porrò tales præſcriptiones pro-
cedunt etiam cum mala fide debitoris: quia
tempus præſcribit, non homo: nec conſidera-
tur perſona hîc debitoris, ideoq; nec mala e-
ius fides: ſed tātùm negligētia creditoris non
agentis, Bart. nu. 3. Caſt. nu. 6. & Dd. in l. ſequi-
tur. §. uiam. de uſucap. Caſtr. l. hoc autē. nu. 4.
de ſeruit. urb. præd. Ripa l. nemo poteſt. num.
113. de leg. 1. Felin. in rub. de præſcrip. num. 18.
& c. final. nu. 6. eod. tit. Barbat. conſ. 36. per to-
tum, uol. 4. Pariſ. conſ. 101. num. 18. uol. 1. Soc.
iunior conſil. 145. nu. 65. uol. 1. Bouius de pre-
ſcrip. ſtat. §. 1. nu. 12. 18. cum ſequen. ſicut etiam
in pręſcriptione actionum annalium, l. ſi non
conuitii C. de iniur. biēnii, l. ult. C. de dol. mal.
quinquēnii, l. ſi quis. 34. in fin. C. de inoff. teſt.
quas non dubium eſt abſq; reſpectu malæ fi-
dei debitoris præſcribi, quam in tam parua
temporis intercapedine plerunq; ſubeſſe ne-
ceſſum eſt, Anton. Gab. Rom. lib. 5. concluſ. 3.
16 num. 12. & dixi ſuprà cōſ. 5. nu. 31. Sed † nec ui-
detur poſſe hîc dari reſtitutio aduerſus com-
pletam præſcriptionē, ex l. quamdiu. ubi Iaſ.
& Dd. C. qui adm. l. genero. de his qui not. inf.
Tiraq. de retract. prox. §. 35. gl. 4. num. 1. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8. & de præſcrip. uerb. ignorās, quia tan-
tùm Eccleſię datur intra quadriennium à tem
pore complerę pręſumtionis, nam ex tunc in-
cipit lædi Eccleſia, ut dicit Panor. cap. 1. num.
12. de præſcrip. quod quidem tempus iam pri
dem eſt hic effluxum. Quanquam autem Pa-
nor. ibidem præall. loc. uelit eccleſiam reſtitui
ultra quadriennium, ſi ignorauerit: tamen ne
quidem ex hoc capite ignorantiæ uidetur hic
reſtitutio danda: primò, quia nō præſumitur
abbatia ignoraſſe alienationem huius præfe-
cturæ à Principe in Comites factam, cùm fue-
rit uicina, l. ſi uicinis. C. de nupt. l. ſi ita. §. fin. de
fun. inſtruc. c. quoſdam. de præſumt. Matan.
poſt Bart. in l. is poteſt. num. 298. de acquir. hæ
red. & caſtrum hoc notoriè, ut ſuum feudum,
exinde d. Comites tot annos publicè poſſe-
derunt: quod certè non præſumuntur, uicini
præſertim, potuiſſe ignorare, Iaſ. l. ſi res obliga
ta. num. 42. de legat. 1. per c. tuam. de ord. co-
gnit. Deinde ipſamet Eccleſia ſciuit, aut ſcire
debuit, hic ſuum eſſe dominium, cùm literas
penes ſe habuerit, & inde etiā diſcere debue-
rit ius luendi & retrouenditionis à ſe exercen-
dum eſſe, alioqui tēpore ſaltem immemoriali
præſcriptū id iri. Paria ſunt autem ſcire, uel ſci
re debere, l. quod teſt. ſi cer. petat. l. quiſquis. C.
de reſc. uend. & in terminis Balb. in l. Celſus.
parte 3. nu. 22. de uſucap. uel de facili ſcire poſ-
ſe, l. ſi duo. ubi Angel. de acq. hęred. l. Iulianus.
uerb. qui ſcire poſſet, aut ſcire potuiſſet. ad S.
C. Maced. lauſsimè Tiraq. de retrac. prox. §. 12.
gl. 1. num. 9. Nec enim ignorātia iuris eſt pro-
babilis, l. 4. l. iuriſ. in l. error. 8. de iur. & fac. ig.
l. pen. C. eo. ut. neq; propter eam datur reſtitu-
tio, l. ul. C. de iur. & fac. ig. præſertim cōtra præ-
ſcriptionem, ubi error iuris non prodeſt. l. 4.
de iur. & fac. ig. ut latè Tiraq. de retract. prox. §.

35. gl.

35. gl. 4. nu. 27. cum multis ibi alleg. Deinde
contra præſcriptionem 40. annorum non da
tur reſtitutio ex capite ignorãtiæ: cùm per eã
pleniſsima ſecuritas inducatur, l. omnes. C.
de præſcrip. 30. annor. l. ult. C. de fun. patrim.
lib. 11. quæ omnem reſtitutionem excludit, gl.
l. ait prætor. §. permittitur. uerb. imputandũ.
ff. de minor. ut concludunt Alex. l. 3. §. Labeo.
in fin. de acq. poſſ. & conſ. 151. in fin. lib. 2. ubi
Molinæ. dicit hanc communem, Aretin. l. qui
uniuerſas. §. ult. num. 3. de acq. poſſ. Dec. conſ.
29. & 154. per totum, & l. 2. C. qui admit. Cur.
ſenior conſil. 82. nu. 8. 9. Barbat. conſil. 41. nu.
18. uol. 1. Socin. conſil. 2. in fin. lib. 3. Rub. conſ.
56. num. 4. Socin. iunior conſil. 54. num. 9.
conſil. 76. num. 102. conſil. 145. num. 76. uol.
1. Didac. Couar. in c. poſſeſſor. parte 3. §. 3. n. 2.
de reg. iur. in 6. & quanquam in quadragena-
ria præſcriptione aliqui contrariũ tenuerunt,
ut Balb. de præſcrip. 4. parte 1. partis princ.
quæſt. 29. Boer. deciſ. 39. num. 6. Alex. conſil.
169. num. 15. lib. 2. & conſil. 71. num. 3. conſil.
84. nu. 3. lib. 1. Felin. in d. c. uigilanti. nu. 4. 5. &
Imol. in c. ult. in fin. & Socin. l. cùm filiusfam.
§. in hac. in fin. de uerb. oblig. tamen, quoad
præſcriptionem centenariam & immemoria-
lem, expeditiſsimum eſt, ut loquitur Couar.
præallegat. loc. non admitti in integrum reſti-
tutionem ex capite ignorantiæ aduerſus has
præſcriptiones, Barb. d. conſil. 14. nu 18. lib. 1.
Iaſ. conſil. 209. lib. 2. Socin. iunior d. conſ. 76.
num. 102. conſil. 54. num. 6. uol. 1. conſil. 115.
num. 45. uol. 2. Pariſ. conſ. 23. num. 221. lib. 1.
Boer. deciſ. 39. num. 6. Salic. in authent. quas
actiones. nu. 5. 6. C. de ſacroſ. eccleſ. & firmat
pluribus Couar. præalleg loco, & Anton. Ga-
briel. Rom. lib. 3. de præſcript. concluſ. 1. num.
64. de quo dicere non pergã ulteriùs, ex quo
Principis cõſtitutione 9. parte 2. reſtitutio ex
hoc capite ignorantiæ aduerſus has præſcri-
ptiones longioris temporis prorſus eſt præ-
17 cluſa. Nam † annales ignorantibus non cur-
runt, Tiraquell. latè de retrac. prox. glo. 4. nu.
22. glo. Land. art. 28. nu. 3. lib. 1. ut reſtitutio-
ne hìc non ſit opus, l. in cauſæ. de minor. l. ult.
Cod. de in integ. reſt. Ex his igitur omnibus,
quando colligatur ius omne monaſterij præ-
ſcriptum ac extinctum, ante hanc ceſsionem
Comiti factam fuiſſe: ſequẽs eſt nec cedi illud
potuiſſe iampridem amiſſum: ideoq; ceſsio- 20
nem hic Comiti à monaſterio factam, nullam
18 eſſe ac inanem. Vt † enim ſolutio tollit & pe-
rimit omnem obligationẽ, in prin. Inſt quib.
mod toll. oblig. ita & præſcriptio, c. ad aures.
ubi Dd. de præſcrip. l. ſi quis. C. de præſcr 30.
ann. quæ ſolutioni comparatur, l. ſi pupillus.
in fin. de adm. tuto. ubi Bart. nu. 2. & 3. Felin.
in d. c. ad aures. nu. 4. de præſcript. ſaltẽ omni
modo tollit ciuilem obligationem, Bart. l. ult.
§. 1. num. 1. ff. rem rat hab. & naturalem ſic eli-
dit, ut nulli⁹ ſit effectus ac efficaciæ, proq; ex-
tincta habeatur, quod quidẽ ad eum qui præ-
ſcripſit, attinet, Felin. d. c. ad aures. Balb. de
præſcrip. parte 1. quæſt. 6. num. 4. & 5. & actio
huic competẽs pro extincta ſit, & à limine iu-
dicij ipſo iure appellatur, ut quidam uolunt,
Felin. d. c. ad aures. num. 4. Balb. præalleg. lo-
co, Couar. c. poſſeſſor. 3. parte, §. 1. & 2. de reg.
iur. in 6. indubitatè uerò per exceptionẽ præ-
ſcriptionis, quæ litis ingreſſum impedit, c. 1.
ubi gloſ. & Dd. uerb. finitæ. de lit. conteſt. in 6.
Blanc. de cõpro. parte 4. de excep. imp. uerb.
præſcriptionis. Patia ſunt autem, utrùm ipſo
iure non competat actio, an per exceptionem
repellatur, l. creditor. 55. l. creditores. 10. in fin.
l. debitor. 108. de uerb. ſignif. & l. Marcellus.
ubi Decius, & Cag. l. nihil intereſt. de reg. iur.
quamobrem ius retrouenditionis ſeu luitio-
nis præſcriptum pro extincto eſt, Tiraq. de re-
trac. cõuen. § 1. gl. 2. nu. 30. cum ſequen. Quod
cùm ita ſit, ſequitur hìc ius extinctum amo-
do cedi non potuiſſe, l. Modeſtinus. in fin. de
ſolut. c. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub.
c. de cauſis. de off. deleg. Socin. conſil. 18. pro-
ſequendo. nu. 4. lib. 1. Dec. conſil. 502. & duo-
bus. in fin. Tiraquel. de retract. lig. §. 26. gloſ. 1.
19 num. 53. Nam † quod extinguitur, eſſe deſi-
nit, §. ſi tamen alienam. Inſtit. de rer. diuiſ. l. Iu-
lianus. §. ſi rem. ad exhiben. l. Stichum. §. natu-
ralis. ubi Dd. de ſolut. nec reſtitui poteſt, l. qui
res. §. aream. ff. eod. tit. ideoq; cedi nequit, l. 1.
§. cùm prædium. ubi gloſ. ult. de pignorib. Iaſ.
conſil. 134. in inſtrumento. nu. 17. lib. 4. Tira-
quell. præalleg. loc. num. 53. in 14. limit. Mi-
nimè uerò omnium cedi poteſt in detrimen-
tum & præiudicium eius, qui præſcripſit: cùm
huius reſpectu priores domini ius omne ami
ſerint, ut per multa Tiraq. de retrac. conuen. §.
1. gloſ. 2. n. 39. & in retract lig. §. 1. glo. 10. uerb.
dedans l'an. num. 10. cum ibi allegat. qui nec
cedere neq; contrahere inter ſe potuerunt in
præiudicium tertij, cui iam ius fuit ex præſcri-
ptione quæſitum, l. ult. de pac. l. non debet. l.
id quod noſtrũ. de regul. iur. tot. tit. C. res in-
ter alios actas alijs non obeſſe. Quod etiamſi
ponamus hìc Eccleſiã poſſe pro ſpeciali ſuo
fauore contra præſcriptionem reſtitui, ut quæ
per œconomos quaſi curatores regatur, c. 1.
2. 3. de in integ. reſt. ubi Panorm. cuius tamen
contrarium ſuperiùs oſtenſum eſt, attamẽ ne
ſic quidẽ hoc ius cedi comiti, ut extraneo, mi-
20 nimè potuiſſet. Quæ † enĩ inſeparabilia ſunt,
ea nec ceſsibilia, l. ſi mulier. §. ex aſſe. de iur.
dot. cuiuſmodi ſunt & perſonalia, c. priuile-
gium. de reg. iur. in 6. maximè quando cõtra
ius commune (uelut hæc reſtitutio, l. in cauſæ.
l. quòd ſi minor. §. ult. de minor. l. ult; & paſ-
ſim, C. de in integ. reſt. l. 3. 4. C. ex quib. cauſ.
maior.) competunt, Roman. conſil. 484. hic
quod conſilium. nu. 2. per l. quod uerò. l. ius
ſingulare. de legibus: & ſi cedi hìc ius potuiſ-
ſet, non tamen ſine uſitata in eccleſiaſticarum
rerũ alienatione cedi potuiſſet: ut enim iura
incorporalia habentur pro bonis immobili-

bus, Tiraq. latè de retrac. prox. §. 1. glo. 5. 6. 7.
cum ibi alleg. maximè eccleſiæ competentia,
l. iubemus. 14. C. de ſacr. eccleſ. cle. exiui. uerſ.
cumq́; de uerb. ſig. Panor. c. nulli. num. 10. de
reb. eccl. nõ alienan. cui diſpoſitioni ſtatutum
Sax. (quod aliquando eiuſmodi pro mobili-
bus habet) quoad eccleſiam derogare nõ po-
teſt, auth. ſtatuta. C. de ſacr. eccl. cum ibi not.
21 Land. lib. 1. art. 18. in gl. Latina: ſic etiam † eo-
rum iurium ceſsio pro alienatione & uendi-
tione bonorum immobilium habetur, Pan.
num. 10. & Dd. c. nulli. de reb. eccleſ. non alie-
nan. quia qui actionẽ cedit, rem cedere uide-
tur, Bal. l. 3. nu. 11. C. de legat. per l. ſi ſponſali-
bus. de iur. dot. l. apud Celſum. §. r. ſi is cui. de
do. excep. bonus text. l. 1. C. de donat. l. 1. C. de
don. fac. l. id apud ſe. de uerb. ſignif. Vnde nec
minorum actiones cedi poſſunt ſine decreto
& alijs ſolennitatibus in alienatione immo-
biliũ requiſitis, tit. de rebus eor. & C. de præd.
min. ita Spec. de ceſſ. actio. §. 1. nu. 19. addens
rationem, quia ceſsio nominis eſt uenditio, l.
cùm is. de fideiuſſ. quæ de reb. minoris quali-
buſcunq;, quæ ſeruando ſeruari queant, iure
nouo ſaltem abſq; decreto fieri non poteſt, l.
lex quæ. C. de admin. tut. Vnde conſequenter
nec eccleſiæ iura ſine ſolẽnitatibus in aliena-
tione rerum immobilium eccleſiæ uſitatis ce-
di poſſunt, c. nulli. ubi Panor. num. 10. de reb.
eccleſ. nõ alie. de quibus in c. fine. ubi Rebuff.
uerb. uendere, commutare. 12. q. 2.

Rationes decidendi.

ET hæc quidem ſunt, quæ aduerſus mona-
ſterium ac ius luendi Comiti ceſſum dici poſ-
ſe uidentur: quibus non obſtantibus contrà
potiùs ſtatuendum, ac pro ijſdem cõcluden-
dum & iudicandum arbitror. Nam planum
fit ex inſtrumento non per uenditionem, ſed
duntaxat oppignorationis titulo hanc præ-
fecturam à monaſterio conceſſam fuiſſe. Sic
enim uerba habẽt: *Vorſetzet haben und uorſetzen.*
& iterum: *uerſetzen uor die obbenante ſumma*, &c.
quæ uerba clariſsimè pignus tantùm, nõ uen-
ditiónem important, Socin. conſ. 15. uiſis. nu.
36. 38. uol. 1. Talis enim intelligitur eſſe con-
tractus, qualem figura literarum oſtẽdit. Bald.
c. 1. num. 1. & 2. de feu. dat. in uicem l. com. per
l. cùm precibus. C. de probat. l. emtione. C.
22 plus ual. quod ag. Nam † contrahentes cen-
ſentur eum contractum facere, quem nomi-
nant, Tiraquel. de retract. lig. §. 30. gloſ. 1. nu. 7.
& talis intelligitur contractus, qualis in ſua
forma apparet. Idem Tiraquell. in fine retrac.
conuent. nu. 123. cum multis ibi adductis, ac
uerba inſtrumenti dant formam contractui,
Bald. l. quoties. nu. 4. C. de ſuis & legit. & ob-
ligationi, l. non figura. de actio. nec aliud in-
telligitur actũ, quàm ſcriptura eſt expreſſum,
l. ultim. ubi Bald. & Salicet. C. de falſ. cauſ. ad.
Bald. conſil. 189. creditor. num. 3. uol. 2. & cùm
uerba contractus ſunt clara, non eſt quæren-
da alia declaratio, ſed ſumẽda ea ſpecies con-
tractus, quam uerba monſtrant, Socin. conſ.
19. adſit. num. 7. uol. 1. per l. 1. §. cùm in uerbis.
de leg. 2. l. non aliter. de leg. 3. cum ſimilibus.
Idemq́; probat hîc inſerta clauſula, qua non
tantùm monaſterio concedenti ius luendi re-
tentum eſt, uerumetiam ipſi Principi accipiẽti
diſertè reſeruatum, ut tanquam creditor poſ-
ſet, quandocunq; uellet, à monaſterio ſuam
ſortem repoſcere, & præfecturã reddere in uer-
bis: *Ob wir es widerloeſen wollẽ, oder ob der obge-
nante Herr oder ſein erben ihr geldt wider haben wol-
ten, das ſol unſer eine part der ander ein halb jar uff-
kundigenn, und wenn uns die abloeſung uffgekundi-*
23 *get, unnd wir ſeumig*, &c. Hæc † autem clauſula
tantùm pignori cõuenit: ubi permittitur cre-
ditori repetere pecuniam, cuius nomine res
pignori eſt data, l. unus. 16. uerb. quod ab eo
perſonali actione peti potuit. C. de diſtract.
pig. non etiam congruit retrouenditioni, in
qua emtor abalienat pretium, & nummos fa-
cere debet uenditoris, l. 1. uerb. nummos faci-
at accipientis. de rer. permut. l. ſi ſeruos. C. de
ac. emt. nec repetendi poteſtatem habet, Mo-
linæ. de uſur. quæſt. 11. num. 57. & paſsim cum
alijs per eum alleg. Nam ſi habeat, ſimulatus
intelligitur & uſurarius cõtractus, & plus ua-
let, quod actum eſt, quàm ſimulatè conceptũ,
Molin. præalleg. loc. in quæſt. 52. quæſt. 62. cũ
multis ſequen. ac pro pignore conuentio ta-
lis habetur, c. ad noſtram. de emt. & uend. c.
illo. de pig. Molin. præalleg. loc. Cæpol. de ſi-
mul. contra. nu. 60. cum ſeq. nam talis quiſq;
contractus eſt, qualem clauſulæ adiectæ de-
monſtrant, Pan. in terminis in c. illo uos. nu.
2. de pignorib. Dd. l. ſi uno. §. ſed ct ſi. ff loca. &
qualem qualitas & effectus eſſe oſtendit, Iaſ.
in prælud. feud. num. 11. & in l. 1. nu. 45. C. de
iur. emph. per. l. ſtipulatus. de uſur. cũ alijs ab
24 eodem allegat. idemq́; † oſtendit & alia hic
clauſula, qua accipienti domino fit poteſtas
ulteriùs pro ea ſumma ijſdem modis ac legi-
bus idem caſtrum oppignorãdi, ſi fortè ipſo
ſortem repetente, moram in ſoluendo mona-
ſterium facere: id quod ſanè proprium eſt pi-
gnoris, l grege. §. cũ pignori. de pign. l. Ariſto.
3. cum l. ſeq. quæ res pignori, l. 1. & 2. & tot. tit.
C. ſi pignus pig. datũ ſit, l. debitor. de pignor.
præſertim pro eadem quãtitate ſortis, eodẽq;
modo & iure poſſe (quod hîc cõuenit) oppi-
gnorare, gl. uerb. placuit. in leg. 1. C. ſi pig. pig.
per illum text. & l. nomen. C. quæ res pig. non
autem congruit hoc emtioni. Nec enim du-
25 bium eſt, quin † emtor, ut dominus, rem em-
tam ulteriùs uendere poſsit pretio illo, non
ſolùm quo emit, ſed etiam quodcunq; habe-
re poteſt, l. 4. l. non eſt. C. de reſcin. uend. l. 3. §.
diui. de iur. fiſ. l. ultim. C. de iur. emphyt. c. po-
tuit. de locat. l. in fundo. de rei uendic. l. ſi quis
uxorem. §. ult. uerb. quanti emtorem potuit
inuenire de ſurt. l. ſeruus fugitiuus. de cõdic.
fur. dato etiam, quòd cũ pacto retrouenden-
di emiſſet, Tiraquell. de retract. lig. §. 12. glo. 1.
num.

num.1. per l. ſi ex duobus. §. Marcellus. de in
diem addic. idem Tiraquell. de retract. cõuen.
§.1. gloſ.7. num.6. cum ſequen. & §.3. glo.1. per
totũ, quia reuera dominus eſt, quamdiu lex
reuendendi non exercetur, Cagn. & Dd. l.2.
C. de pac. int. emtor. Angel. conſil.55. ex pa-
cto. nu.3. Tiraquel. de retract. conuen. §.2. glo.
1. num.34. & §.5. glo.1. num.2. Molin. de uſur.
quæſt.35. num.268. Mudæ. de pac. pig. nu.50.
26 Non † igitur poteſt pro uenditione hîc babe-
ri contractus, quem ſubſtantialia uenditio-
nis omnia deficiunt: de quibus Iaſ. l. iuriſgen-
tium. §. adeò. num.1. & 2. de pac. & maximè ex
quo pecunia repeti poteſt contra naturã uen-
ditionis, l. ſicut.12. uerſic. non precij quantita-
tis. C. de act. emt. ita Salic. in auth. ſacramen-
ta. nu.10. C. ſi aduerſ. uend. Molin. præall. loc.
d. tract. uſurar. paſsim. Sed etſi in dubio caſu
hîc eſſemus, tamẽ interpretandum eſſet & di-
cendum, pignus hîc potiùs fuiſſe cõtractum,
quàm uenditionem: quia cùm hoc transferat
dominium, §. uenditæ. Inſt. de rer. diuiſ. ita ut
contrarium conuenire non poſsit, l. cùm ma-
nu. §. finali, de contrab. emt. & fructus faciat
emtoris, dato quòd retrouenditionis pactum
acceſſerit, & eiuſdem lex exerceatur, Tiraquel.
de retract. conuen. §.5. gloſ.1. per communem
doctrinam in l.2. C. de pac. int. emt. & uend.
Iaſ. l. qui Romæ. in prin. num.37. de uerb. ob.
c. ad noſtram. de emt. & uẽdit. pignus autem
neq; dominium trãsferat, l. pignus. C. de pig.
act. l. reſcriptum. de diſtrac. pig. l. & quæ non-
dum. §.1. de pignor. iuncta l. ſciendum. §. cre-
ditor. qui ſatiſd. cogan. nec poſſeſsionem, d. §.
creditor. ubi gl. l. qui pignoris. cum l. ſeq. de
acq. poſſeſſ. nec fructus cõcedat creditori, ſed
in ſortem imputet, c. illo. c. contra. de pignor.
l.1. C. de diſtrac. pig. l.1. l.2. C. de pignor. act. l. ſi
dominium. C. de pignor. procul dubiò debi-
tori concedenti rem ſuam leuior eſt cõtractus
pignoratitius, quàm uenditio. Cùm autem
in dubio fieri debeat interpretatio pro debi-
tore, l. Arrianus. de actio. contra creditorem
qui legem potuit dicere apertiùs, l. ueteribus.
de pac. & ſequẽda ea interpretatio, quæ cuiq;
ſuum dominium acius relinquit, Pan. & Dd.
c. dilecti. de donat. l. ſi idem cum eodem. de iu-
riſd. l.3. §.1. de recep. arb. l. ſed ſi pupillus. §. ſed
ſi aliàs. de inſtitor. act. Caſt. cõſ.205. circa fin.
conſil.285. nu.4. conſil.317. in fin. uol.1. Cal-
derin. conſ. ult. ſub reb. de don. Ant. But. conſ.
9. in fin. Aret. conſ.111. num.6. Crau. cõſ.245.
nu.9. uol.2. idcirco in ambiguis accipiendus
eſt contractus minus oneroſus debitori, l. La-
beo. de contrab. emt. l. cùm quæritur. de reb.
dub. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. de
uerb. oblig. l. qui cõcubinam.29. §.1. ubi Bar.
de legat.3. ſicut & aliàs in dubio eligendum
id, quod minus eſt debitori præiudiciale, leg.
quoties. ubi Decius, de reg. iur. Dd. c. qui ad
agendũ. de proc. in 6. Iaſ. l. fin. ff. quod quiſq;
iuris: ideoq; cùm nihil aliud apparet actum,
potiùs præſumi debet cõtractus, qui nõ tran-
ſtulit dominium, quàm qui tranſtuliſſet, Cyn.
nu.2. & 3. l. incẽdium. C. ſi cert. petat. per cuius
doctrinam ita deciſum eſt deciſ. Neapol.373.
fuit determinatũ. nu.3.4. & per totum: quod
maximè hoc caſu dicendum eſt fauore eccle-
ſiæ, pro qua in dubio eſt interpretatio facien-
da, c. in præſentia. de probat. uelut pro reli-
gione & pia cauſa, cuius ſumma ſemper eſt
ratio babenda, l. ſunt perſonæ. in fin. de relig.
& ſumt. fun. & cui minus hîc in re ſua nocere
poteſt contractus pignoris, quàm uenditio-
nis, ut patet ex prædictis: de quo hîc diſputa-
re pluribus non eſt neceſſe, quia ſumus non
in caſu dubio, ſed claro, ubi nõ eſt locus con-
iectutis, l. continuus. §. cùm ita. de uerb. oblig.
l. ancillæ. C. de furt. Euerar. conſ.68. in fin. Cla-
rum enim id dicitur & apertum, quod patet
ex uerbis & clauſulis inſtrumenti, c. auditis.
ubi hoc notat Butrig. de in integ. reſt. c. cùm
olim. de cauſ. poſ. & prop. c. licet cauſam. ubi
Pan. de probat. c. cùm Bertoldus. de re iudic.
c.1. de deſponſ. imp. lib.6. quæ ſunt probatio
probata, & nõ probanda, Bal. l. quoties. nu.6.
in fin. C. de iudic. & l.2. in prin. C. quan. ſiſc. uel
priua. & l.1. nu.8. ubi Iaſ. nu.10. & l. Imperator.
de ſta. hom. l.2. nu.2. C. de edic. diui Adr. Hip-
pol. l. ſi quis. nu.140. de quæſtionib. Soc. cõſ.
12. quoniã. in fin. uol.1. Tiraq. de retrac. prox.
§.2. gl.1. nu.20. cum multis ſeq. ſupra quæ ni-
hil amplius ſit quærendum, ex quo clara ſunt
& aperta, l. nõ aliter. de leg.3. Vnde Bal. ea No-
li me tangere, appellat in cõſ.149. ſuper. lib.1.
cõſ.400. in libris. lib.5. pro quo l. ſi cauſa. ubi
Bar. nu.2. Alex. nu.9. C. de trãſac. Tiraq. præal.
27 loc. nu.23. Cùm † igitur non niſi pignoris iu-
re hic conceſsio facta ſit, conficitur dominum
creditorem, qui præfecturam hãc hypotheca-
tam accepit, præſcribere nõ potuiſſe, l. pigno-
ri. de uſucap. ne mille quidem annis, ut uolũt
ibi Dd. quoniã creditor omnibus tribus re-
quiſitis, uſucapionis nempe titulo ad uſuca-
piendum idoneo, poſſeſsione formi, & bona
fide deſtituitur, d. l. pignori. de uſuc. ubi Bart.
& cõmuniter Dd. tradunt, iuri luendi pignus
nunquã præſcribi, præſertim cùm pignorati-
tia actio non oriatur ante quàm luitio & ſolu-
tio facta ſit, & ſic præſcribi actio necdum nata
antè non poſsit: ad idem latè Bal. in rub. de
præſcrip. nu.12. Neguzan. in trac. pig. parte 3.
memb.1. nu.33.34. unde repetere & huc refer-
re licet. Et hanc eſſe cõmunem, quòd uidelicet
tali iuri nunquã præſcribatur, ſed ſemper pi-
gnus luere liceat, nulla præſcriptione obſtãte,
oſtendũt Henr. God. in conſ. ult. de pig. Ant.
Gabriel. lib.5. de præſcrip. concluſ.7. nu.1. cũ
infinitis ibi prò & cõtrà adductis, ex quorum
collatione intelligi licet hanc magis eſſe com-
munem, ut ipſe poſtea confirmat Gabr. ibid.
uerſ. tenẽdo priorem partẽ uelut magis com-
munẽ, &c. pro quo tex. optimus in l. nec cre-
ditores. ubi omnes Dd. C. de pig. actio. Nã in-

primis deficit creditorē titulus idoneus, qui
debet eſſe dominij translatiuus ad uſucapio-
nem cauſandā, §. namq; ſi cui. ubi gl. uerb. ex
iuſta cauſa. Inſt. de action. Balb. trac. præſcrip.
parte 1. tertiæ partis princ. q. 3. num. 1. 2. 3. 4. &
q. 2. nu 1. ſine quo non procedit uſucapio, l. ſi
is. C. de præſcrip. long. leg. 6. 7. 8. C. de acquir.
poſſ. l. 1. ff. pro dote. Deficit eundē & poſſeſsio,
quoniam alienū poſsidet, l. 2. C. de præſc. 30.
annor. quia ſcit rē ſe tenere alienā, d. l. pigno-
ri. d. l. 2. facilè ut intelligi poſsit, nulla eū præ-
ſcriptione iuuari, ne quidem in præſcriptione
iurium, d. l. pignori. d. l. 2. cū alijs ſ. circa ean-
dem quæſtionem conſil. 2. alleg. Quanquam
28 † autē poſt 30. annos præſumatur bona fides,
Bart. num. 17. & Dd. l. ult. C. unde ui: tamen ea
præſumtio eliditur per probationes & præ-
ſumtiones fortiores, l. diuus. de in integ. reſt.
ut in terminis Crauet. de antiq. temp. parte 4.
§. materia. nu. 21. nam recipit probationem in
contrariū, Balb. in l. Celſus. parte 3. n. 10. 11. 12.
de uſucap. Corn. conſil. 207. uidetur. n. 5. uol.
3 Couar. c. poſſeſſor. part. 2. §. 8. n. 3. & 4. Crau.
de antiq tēp. § materia. n. 13. & 19. dato, quòd
etiā immemorialis poſſeſsio continuata eſſet,
ut eſt cōmunis, Fel. in fin. & Dd. c. ſi uigilāti. de
præſcrip. gl. c. 1. uerb. non emtor. de præſcrip.
in 6. ubi Franc. nu. 14. Angel. §. furtiuæ. nu. 1.
Inſtit. de uſucap. Calcan. conſ. 6. in fin. & conſ.
53. nu. 3. deciſ. Neap. 368. in cauſa. nu. 11. Balb.
de præſcrip. 2. parte 3. partis prin. quæſt. 6. nu.
20. & hanc cōmunem fatetur, à quo non ſit in
iudicando cōſulendoq; recedendū: licet con-
trà diſputet Couar. d. c. poſſeſſor. parte 2. § 8.
nu. 3. & 4. de reg. iur. in 6. Boer. deciſ. 211. 0. 17.
& 18. Crauet. de antiq. tēp. parte 4. §. materia.
nu. 19. Pariſ. conſ. 26. nu. 21. conſ. 101. nu. 113.
29 lib. 1. conſ. 66. nu. 128 lib. 3. Probatur † autem
hîc optimè contrarium ex ſcriptura & forma
conceſsionis, quam penes ſe poſſeſſores ſem-
per habuerunt: unde potuerunt intelligere, ſe
rem alienam & alieno nomine, hoc eſt iure pi-
gnoris, tenere, l. 1. C. ſi aduer. cred. l. ſicut. C. de
præſcrip. 30. annor. Bart. l. ſi quis per fundū.
de acq. poſſ. Tiraq de retrac. conuen. §. 1. gl. 2.
nu. 20. & mala fides eorū arguitur, Fel. c. ult. §.
in his. de præſcrip. Bou. de cenſib. lib. 1. art. 43.
30 Crau. cōſ. 146. reſpondi. nu. 1. 2. & eadē † ſcri-
ptura poſſeſsionē hîc immemorialē excludit,
quandoquidē ex ea conſtat de origine huius
cōceſsionis, Philip. Franc. nu. 15. poſt Io. And.
in c. 1. de præſcr. in 6. Balb. in trac. præſcr. parte
2. partis prin. q. 6. nu. 26. Crauet de antiq. tēp.
31 parte 4. §. materia. nu. 40. Vt † autē creditor
præſcribere nō poteſt, ita nec hæres & ſucceſ-
ſor, qui in ius illius ſuccedit, l. qui in alterius.
l. hæreditas. l. ex qua perſona. de reg. iur. l. hæ-
res. de diuerſ. & temp. præſcrip. atq; adeò cum
illo eadē eſſe perſona fingitur, in auth. de iu-
reiur. à mor. præſt. in prin. l. hæredem. 59. ubi
Dec. nu. 1. de reg. iur. & cōſ. 262. nu. 3. 4. Vnde
nec plus iuris in eū tranſmittit author, quàm
ipſe habeat, l. traditio. de acq. hær. l. quod no-
ſtrū. de uſufru. l. eū. §. ſi. de iuriſ. l. oēs. C. de hæ-
ret. & ꝓinde quod ipſius uſucapere nequiuit,
id nec hæres eius poteſt, l. hæres. de diuerſ. &
tēp. præſcr. dato etiā, quòd bonæ fidei exiſtat,
d. l. cùm hæres. ubi Bar. & Dd. de diuerſ. & tēp.
ut per multa Frāc. Balb. 2. parte 3. partis prin.
quæſt. 3. n. 2. q. 12. nu. 11. 12. 13. adeò ut etiamſi
hæres non utat̃ acceſsione temporū defuncti,
ſed ſua poſſeſsione præſcriptionē metiri uelit,
non tamē etiā bonæ fidei exiſtēs, præſcribere
poſsit, nedū longo tēpore, ſed ne quidē lon-
giſsimo: Crauet. cōſ. 146. reſpondi. nu. 7. Ro-
man. cōſil 201. cū alijs per Crau. alleg. quoniā
omne uitiū defuncti in illum trāsfunditur, &
ipſi obſtat: ut hanc utroq; iure firmā & cōmu-
nem concluſionē eſſe, Burrig. Pan. & aliorū, in
c. ſi diligēti. de præſcr. cōfirmant Balb. præall.
loc. nu. 12. uerſ. breuiter cōmunis eſt opinio.
cū infinitis penè ibidē adductis, & Alex conſ.
63. ſtantib. uol. 4. ubi n. 1. licet Alex. pro ratio-
ne dubitādi dicat Dynū in c. poſſeſſor. ad fin.
de reg iur. in 6. ponere, quòd de æquitate ca-
nonica mala fides defuncti nō noceat hæredi
ex ſua perſona præſcribere uolenti, quanquā
rigor iuris communis hoc nō patiatur. l. cùm
hæres. de diuer. & temp. præſcrip. l. ſi hæres. §.
pactus. de Public. in rē act. tamē pòſt in ratio-
nibus decidendi nu. 10. & 11. ibid. confirmat
Alex. quòd etiam ex æquitate canonica hæres
debitoris malæ fidei, quātumlibet bonæ fidei exi-
ſtens, nō poſsit præſcribere: quia tenetur etiā
de iure canonico exonerare conſcientiam de-
functi, c. fin. de ſepult. quā aliter exonerare nō
poteſt, niſi creditori ſatiſfaciat. Et quoniā d. l.
cùm hæres. l. ſequitur. § hæres. de uſucap. ac ſi-
milia iura ciuilia hac in parte nō inueniantur
iure Canonico correcta, eſt illis ſtandū tam in
ciuili foro, quàm in canonico, ut ibidē Alex.
per cōmunem doctrinā Pan. Imol. & aliorū in
c. uigilanti. de præſcr. & per not. in c. 1. & 2. de
32 oper. no nunc. Nam † quando alterutro iure
aliqd eſt expreſsè deciſum, & altero iure con-
trouerſum, uel indefinitū, tunc expreſſo iuri
ſtatur in utroq; foro, c. 1. in fi. de iureiur. in 6. §.
ſi. in auth. ut cler. apud propr. epiſ. Iaſ. l. 2. nu.
23. C. ſi cōtra ius, uel utilit. pub. Blanc. trac. de
cōp[illegible]. q. 2. n. 47. Corſ. indag. lib. 2. c. 6. Quan-
quam aūt tertius, ad quē bona fide res perue-
nit, nedū præſcribere, ſed breuiore quoq; tem
pore uſucapere poſsit, glo. & Dd. l. rē alienam.
de contrah. emt. etiam ceſsionarius, Tiraq. de
retrac. cōuen. [illegible] gl. 1. nu. 2. cū ibi allegat. quia
nō ſuccedit in malā fidē authoris, ſicut hæres,
l. an uitiū. l. cùm hæres. de diuerſ. & temp. præ-
ſcrip. ubi glo. & Dd. Balb. de præſcrip. 2. part.
3. partis priu. q. 3. nu. 1. etiā uaſallus inueſtitus
30. annis præſcribat, §. ſi quis per 30. annos. ſi
de feo. defunc. ubi Affiic. & Dd. tñ bonæ fidei
poſſeſſor hic nō fuit Comes à Principe inueſti-
tus, q ex ſcriptura & aliunde ſciuit hāc præfectu-
ram eſſe monaſterij, & ab eo dūtaxat Principi
fuiſſe

fuiſſe oppignoratam, Frãc. Balb. in tract.præ-
ſcrip. 4.part.5.partis prin. q.3. num. 2.& 4.gl.
Landr.art.29. in princ. lib.1. Tiraq. de retract.
conuen. §.1.gl.2. nu.20.uerſ.cùm ſciat ad id ſe
33 obligatum. maximè † cùm eſſent uicini, Ma-
ran. rep. l.is poteſt. po[illegible]rt. nu.298. de acq.
hær.eniã in occupation[illegible]udi dignitatis præ-
ſumatur continuata mala fides in quoſcunq;
ſucceſſores: latè Balb. in l. Celſus. parte 3. nu.
22. per doctrinã Pan. conſ.3.nitar. q.16.uol.2.
Fel. c.ſi diligẽti. nu.3.& 4. de præſcrip. & lacta
nobiliũ ac illuſtrium perſonarũ (ut hîc) præ-
ſumantur nota alijs, Iaſ.in l. ſi res obligata. in
prin. n.42. de leg.1. cũ ibi alleg. ac mala fides
indicijs probetur, Alex.conſ.187.nu.8. uol.2.
per Bal.l.pen. C.de euict. etiã per ſolã famam,
Gozad.conſ.8.nu.14.Alex.præall.loc. Bouer.
latè de præſcrip.gl.1.nu.17.& apparet hîc am-
plius ex eo, quòd accepit in feudum à Princi-
pe ſcienter rem alienatam tertij, ut non poſsit
non eſſe in mala fide, l.2. §.1.uerſ. qui ſciens rẽ
alienam emit. ff. pro emtore, §. ſi quis à non
domino.uerſ.ei uerò. Inſt. de rer.diuiſ. cum ſi-
mil. maximè ſi emat rem eccleſiæ à tertio, quæ
nõ poteſt alienari ſine multis ſolẽnitatibus, c.
nulli.de reb.eccle. nõ alie. c.ſine.12. q.2. abſq;
quibus qui mercatur, ꝓcul dubio eſt in mala
fide, c.qui contra.de reg.iur.in 6. adeò ut non
admittatur probatio in contrarium, l.1.uerb.
mala fide.ubi gl.Bar.& pręcipuè Io.de Platea,
in fine, C.de fid. inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib.10.
glo.fin.d.l.quemadmodum. latè Franc.Balb.
trac.præſcrip.2.parte 3. partis princ. q.1. nu.3.
nec uſucapere poſsit, q ſic accepit, Balb.trac.
præſcr.2.part.3. partis princ. q.1.nu.3. ubi nu.
4.addit, errorẽ iuris hic nõ excuſare, quo mi-
nus malam pariat fidem.Cum mala autẽ fide
nulla hodie præſcriptio ꝓcedit, c.fin. de præ-
ſcrip.ubi omnes Dd. Etſi aũt ius ciuile admit-
tat pręſcriptionẽ iurium cum mala fide ex de-
curſu 30.uel 40.annorũ, l.ſi qs.§.1. C.de præ-
ſcr. lon. tem. tamẽ ſecus eſt de iure Canonico,
quod in foru etiã ciuili ꝓpter peccatũ hac in
materia ſeruatur, ut copioſè declarat Balb.
trac.præſcr.part.2.3. partis princ. quæſt.6.nu.
9. Tiraq. de retrac. conu.§.1. gl.2. num.19.20.
adeò ut iã nedũ iſta, ſed ne quidẽ immemo-
rialis ſine bona fide procedat, ſecundũ com-
munem Couar. c.poſſeſſor. parte 2. §.8. nu.2.
3.4. Crau.de antiq. temp. §.materia. n.13.14.
19. Pariſ.conſ.26.nu.21.conſ.101.nu.113.lib.1.
34 conſ. 66.n.128. lib.3. cui † nec ſtatutum Sax.
derogat,per glo.art.29. lib.1.nec derogare po
teſt, quia induceretur peccatũ, ſi præſcriptio-
nem cũ mala fide admitteret, Pan.conſ.76. in
præſenti.in fin.lib.1. Alex.conſil.185. uiſo. nu.
33.& 34.lib.2. quod nullo ſtatuto fieri poteſt,
per nor. Bal.in l.de quibus.de legib. Fab. §.ex
non ſcripto. n.6. Inſt.de iur.nat. Alber.de ſta-
tut.parte 1.q.8. & paſsim, ideoq; etiã cùm ſta-
tuta non faciunt mentionẽ bonæ fidei,tamen
intelliguntur ſecundũ ius commune,l.2.C.de
noxal.ſcilicet ut bonã etiam fidem requirant,
Panor.d.cõſ.76.in præſenti. in fin. lib.1. Alex.
conſil.185.uiſo.nu.33.uol.2. Socin,conſ.86.in
cauſa.in fin. lib.1. Fulgoſ.conſil.64. nu.3.latẽ
Franc. Couar. & alij in c. poſſeſſor. de reg.iur.
in 6. latiſsimè Tiraq. de præſcrip. §.1.glo.2.in
princ. cũ multis ibi allegat. Balb.de præſcrip.
2.parte tertiæ partis prin. q.14.num.67. cum
multis ſequen. Bouius de præſcrip. ſtatut. gl.
1. & alibi paſsim, idq; gl. probat art.29. lib.1.
Præterea ut maximè Comes præſcribere hic
potuiſſet inueſtitus, tamen quando non diu
cũ poſteritate uixerit, & ante cõpletam præ-
ſcriptionem præfectura hæc domino Principi
fuerit aperta, liquet ita præſcriptionẽ inchoa-
tam(dato quòd à Comite potuerit inchoari)
rurſus interruptã eſſe per malam iterũ fidem
ſuperuenientem, Balb.trac. præſcrip.2. parte 3.
partis prin. 18. q. nu.3. ex quo redijt poſſeſsio
ad primum malæ fidei authorem. Quanquã
35 † enim iure ciuili mala fides ſuperueniẽs, nõ
interpellet uſucapionẽ bona fide inchoatam,
l.1.§.hoc tantummodo. C.de uſucap. trãsfor.
l.ſequitur. §.de illo. de uſucap. Balb.trac.præ-
ſcr.2.parte tertiæ partis princ.q.7. num.1.& 3.
parte 6.partis princ. q.2.nu.1. & ideò etiã ſuc-
ceſſoris,ſiue uniuerſalis ſiue particularis, ma-
la fides nõ uitiet præſcriptionẽ hoc iure bona
fide ab authore inchoatã, l.2.§.ſi defunctus.§.
ſi enim.de uſuc. pro emt. Bal. Ang.& Dd. in l.
ſuper longi.uerb.mala fides. C.de præſcr.lõg.
temp. tamẽ iure Canonico ſecus eſt, quo nul-
la temporis parte licet habere malam fidem,
ideoq; ſuperueniente illa præſcriptio qualiſ-
cunq; rumpitur, c.ult. ubi Dd.de præſcrip. gl.
Imol.Ioan.And.ſed fuſiſsimè Couar.in c.poſ-
ſeſſor. de reg.iur. in 6. Balb.de præſcr. 2. parte
tertiæ partis prin.q.7.num.3. ubi nu.4.addit,
qa hic uerſamur in materia peccati,ideò ſtan-
dum eſſe iuri Canonico, & ita cõmuniter con
cludere Panor. Imol.& alios in d.c.ſi. Io.And.
poſt gl.&c. d.c.poſſeſſor. ideq; cõfirmat Balb.
in 3.parte 6.partis princ. q.2. nu.1. & ſecunda
parte 3.partis prin. q.7. n.4. cũ multis ibi ad-
ductis, Bouius in trac. præſcr. ſtat. glo.21. nu.
49. Quamobrẽ etiam mala fides ſucceſſoris,
nõ ſolùm uniuerſalis,ſed etiam ſingularis de-
ſtruit præſcriptionẽ: maximè ſi ſtatim ab ini-
tio malam fidẽ habeat ſucceſſor, ut hîc, prout
affirmat Balb.de præſcr.3.parte 6.partis prin.
36 quæſt.2. nu.2. Cùm † igitur Princeps hic ſci-
uerit, uel, quod perinde eſt, ſcire debuerit, l.
quod te.in fin. ubi gl. Bar. Alex. Alb. Ang. Sa-
lic. Iaſ. & propẽ oẽs Dd. ſi cert. pet. l.quiſquis.
C.de reſc.uend.l.idẽ.§.1.uerb.intelligit, uel in-
telligere debet. ad leg. Aquil.l. qui fundum. §.
ſeruus.& ibi Dyn.ff.pro emt. Tiraq. latè de re-
trac.lig.§.12.gl.1. num.9. & ex literis,quas ha-
buit,facilè ſcire potuerit:(paria ſunt aũt,ſcire,
uel de facili ſcire poſſe, l. ſi torius. in princ. de
fideiuſſ. l. Iulianus. pen. uerb. ſciret, aut ſcire
potuiſſet. & ibi Alb. ad S.C. Maced. l. quiſqs.

ubi glo. ult. C. de reſcin. uend. l. ſi quis domũ.
§. ult. loca. l. regula. §. ſed iuris. de regul. iur. cũ
alijs multis, quæ ad idẽ cumulat Tiraq. de re-
trac. lig. §. 12. gloſ. 1. num. 9.) nempe quòd ha-
buerit tantùm in pignus d. præfecturã ab ini-
tio, non potuiſſet reuerſo ad ſe hoc feudo, ſeu
præfectura monaſterij, quam in feudum Co-
miti cõceſſerat, ad ſe redeunte, præſcriptionẽ,
quamlibet bona fide à poſſeſſoribus Comi-
tibus inchoatam (nam de completa hîc non
quærimus, quæ uitio ſuperueniente nõ inter-
rumpitur, Bal. trac. præſcr. 3. part. 6. partis q.
6. num. 52. per Dd. c. uigilanti. de præſcr. idem
Balb. 2. parte 3. partis q 9. nu. 1. & per totum,
Bouius præall. loc. gl. 21. n. 49.) propter ſuam
malam fidẽ complere, per prædicta: nec pro-
deſſet, quòd paulò poſt iterum in feudum no
bili ſuo conſiliario dictum caſtrum monaſte-
rij conceſſerit: nam mala fides ſuperueniens,
etiamſi paulo tempore duret, tamẽ interrum-
pit, ut coaleſcere præſcriptio non poſsit: ſed
nouo tẽpore integroq́ cũ bona fide ſit opus,
ut concludit Balb. de præſcr. 2. parte 3. partis
princ. quæſt. 8. in princ. nu. 1. & terna parte 6.
partis princ. nu. 42. per doctrinam Panor. &
Felin. contra gl. in d. c. fin. de præſcr. licet dubi-
tet, & ferè cõtrariam ſtatuat communẽ: quan-
quã nõ in terminis iſtis, 3. part. 6. partis prin.
quæſt. 4. nu 7. nec modò interrumpit, quoad
eum, qui eſt in mala fide, ſed etiam quoad o-
mnes, multò magis eius ſucceſſores, quamuis
ſingulares: ut hîc eſt d. conſiliarius: ita Balb.
3. parte 6. partis princ. nu. 46. per doctrinam
Bart. & aliorum in l. naturaliter. de uſucap.
quanquam Bar. contrariũ concludere uidea-
tur, Bouius de præſcr. ſtat. glo. 21. num. 83. In
ſumma cùm necdum elapſi ſint 40. anni, ex
quo hæc præfectura Comitibus conceſſa fuit,
apparet Comites non præſcripſiſſe, ac conſe-
quenter nec Principem reuerſum ad ſe feudũ
propter malam fidẽ præſcribere potuiſſe. Ete-
37 nim † non præſcribitur eccleſiæ minore 40.
annorum ſpacio, tam iure ciuili, auth. quas
actiones. ubi omnes Dd. C. de ſac. eccl. quàm
iure Canonico, c. 1. c. de quarta. & tot. t. de præ-
ſcrip. latè Franc. Balb. de præſcr. 2. parte 3. par-
tis princ. q. 6. nu. 9. etiam ſtatutario Sax. pro.
conſt. 5. parte 2. per auth. ſtatuta. C. de ſacro.
eccle. ubi Cyn. & Bal. quod probat gl. margi-
nalis art. 29. lib. 1. nã ſtatuta ſecundũ ius com-
mune intelligũtur, ita ut nõ noceant eccleſiæ,
præſertim in his quę eccleſię iure ſingulari (ut
hæc præſcriptio) competiuit: latè Tiraq. de re-
trac. lig. §. 1. gl. 13. nu. 4. cum ſeq. & in terminis,
quòd præſcriptio ſtatutaria minor nõ exten-
datur ad eccleſiã, quia cõtra illam minor 40.
annis currere non poſsit, pluribus confirmat
Bouius de præſcr. ſtat. §. 19. num. 199. addens
nõ ualere ſtatutũ cõtrarium, etiamſi expreſsè
minorem cõtra eccleſias præſcriptionẽ indu-
cat, per d. auth. ſtatuta. Bal. conſil. 450. uol. 3.
Anch. cõſil. 258. Tiraq. de præſcr. §. 1. gl. 10. qui
plurima ad hoc allegat. Quod etiamſi ſpaciũ
40. annorum eſſet hîc elapſum, quòd non ta-
mẽ necdum potuiſſet hîc currere præſcriptio,
ex quo eccleſia ſæpius per aliquot annos hîc
uacauit, quo tẽpore cõſtat omnẽ interea præ-
ſcriptionem dorm[illegible] Bal. l. cùm notiſsimi. §.
imò. nu. 3. C. de præſcr. 30. annor. gl. c. cùm nõ
liceat. uerb. obſtante. ubi Dd. de præſcr. Pan. c.
1. nu. 3. & 4. Felinus nu. 5. & in c. auditis. nu. 1.
38 & 5. c. de quarta. de præſcrip. Sed etſi † cõple-
ta hîc foret à Comite præſcriptio, petere tamẽ
in integrũ reſtitutionẽ eccleſia poſſet, quæ re-
ſtitutio ex capite ignorãtiæ datur eccleſię, etiã
aduerſus quadragenariam, cùm alia præſcri-
ptio cõtra eandẽ currat, c. 1. 2. de in integ. reſt.
in 6. c. 1. ubi Pan. in fi. de præſcrip. Iaſ. nu. 34.
35. & Dd. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ.
eccleſ. & hanc, ut cõmunem, reprobata cõtra-
ria, cõfirmat Pan. c. 1. nu. 10. de præſcrip. Balb.
de præſcrip. 1. parte 5. partis princ. q. 2. per to-
tum: alioqui eccleſia eſſet deteriore conditio-
ne, quàm cæteri, qui cõtra ordinariã præſcri-
ptionem ex capite ignorãtiæ reſtituuntur, la-
tiſsimè Tiraq. de præſcr. uerb. ignorans. & de
retrac. lig. §. 35. gl. 4. nu. 35. 36. cũ multis ſeq.
quod eſſe nõ debet, Balb. de præſcr. 1. parte 5.
partis priu. in prin. nu. 8. & 9. & ne inducta ad
augmẽtum diminutionem operẽtur, l. legata
inutiliter. ff. de leg. 1. Imò datur hîc reſtitutio
ex hoc capite etiam cõtra immemorialem, ut
per multa Crauet. de antiq. temp. §. materia.
nu. 44. 45. 56. cum ſequen. Bouius de pręſcr.
ſtat. gl. 19. nu. 2. 3. 10. cũ ſequen. quia tempus
eſt utile, nec currit eccleſiæ ignoranti, ut per
multa Balb. de præſcr. 1. part. 5. partis princ.
quæſt. 2. nu. 2. & 3. cũ ibi allegat. Quòd autem
fuerit ignorans, probatur eo ipſo, quia non
probatur contrarium, l. uerius. de probat. ſuf-
ficitq́ ignorantiã allegari, licet nõ probetur.
Tiraq. de præſcr. §. 1. glo. 2. uerſ. tu autẽ ultra.
Quod certè potiſsimùm in eccleſia uerũ eſt,
quæ regit alieno arbitrio, uelut minor, ideoq́
non tantùm minori æquiparatur, c. auditis.
de præſc. ubi gl. uerb. minoris: uerumetiã pu-
pillo, gl. l. libertos. uerb. adminiſtrauerint. C.
de excuſat. tut. Iaſ. Fab. Angel. & communiter
Dd. in §. ex maleficijs. Inſt. de act. Balb. de præ-
ſcrip. 1. parte 5. partis princ. quæſt. 5. nu. 4. cu-
ius ætas, quicquid uidet, ignorat, l. unic. C. de
falſ. mon. Quamobrem exemplo horum ec-
cleſia quoq; reſtituitur, c. 1. 2. 3. de in integ. re-
ſtit. Nec obſtare debet conſtit. 9. parte 2. non
admittens reſtitutionem contra præſcriptio-
nem: quia iuribus iſtis generalibus non tol-
luntur ſpecialia priuilegia, Iaſ. l. pactum. in fi.
C. de pact. maximè in eccleſiæ fauorem indu-
cta, d. auth. ſtatuta. C. de ſacro. eccleſ. cum alijs
ſ. allegat. de quo nõ opus eſt hîc anxiè diſpu-
tare: cùm eccleſiæ detur aduerſus eandẽ præ-
ſcriptionem reſtitutio, non tantùm ex capite
ignorãtiæ, ſed etiam ſi ſciuerit: datur enim ex
æquitate ob ſolam læſionem ſine ullo igno-
rantiæ

rantiæ, uel ſcientiæ diſcrimine, quod propriè
non in eccleſiam, ſed potius eius rectorem ca-
dit, gloſſ. Batt. & Dd. in authen. quas actiones.
uerb. excluduntur. C. de ſacroſ. eccleſ. Cardin.
Zab. Imol. & Cand. in clem. 1. de in integ. reſt.
& eſt communis opinio, ſecundum Panorm.
in c. 1. num. 9. c. auditis. num. 35. de præſcript.
cum alijs quæ cumulat Couàr. c. poſſeſſor. par
te 3. §. 3. nu. 4. de reg. iur. in 6. Itaq; bene uerū
eſt, quod ignorantia ſit iuſta cauſa, propter quam
eccleſia reſtituatur, Panor. d. c. 1. in fin. de præ-
ſcript. Iaſ. authen. quas actiones. num. 35. C. de
ſacroſan. eccleſ. ſed non eſt ſola: cùm ob aliam
etiam cauſam rationabilem, nedum poſt com-
pletam præſcriptionem, ſed etiam poſt ela-
pſum exinde uel à tempore ſcientiæ quadrien
nium eccleſia reſtitui poſsit: ut eſt text. in cap.
1. & 2. de in integ. reſt. lib. 6. ſi rationabilis cau-
ſa ad hoc ſuperiorem mouerit, ut dicit Panor.
in cap. 1. num. 12. de præſcrip. per d. cap. 1. eod.
tit. in 6. cuiuſmodi eſt enormis læſio, (qualis
hîc ſubeſt, uidelicet amiſsio tā opulentæ præ-
fecturæ) ob quam ſolam etiam poſt quadrien
nium eccleſia reſtituitur, Felin. cap. 1. num. 9.
de præſcrip. Rom. conſil. 369. circa. nu. 22. per
glo. maiorem in c. 1. de reſt. in integ. lib. 6. cum
alijs ad hoc ex Felin. adductis. d. cap. 1. num. 9.
ad quem breuitatis cauſa remitto. Poſtquam
de rei præſcriptione uidimus, agēdum etiam
de præſcriptione iuris luendi, cui etiāſi tranſ-
latum hîc rei dominium poneremus, (quod
tamen non eſſe factū uidimus, nihilominus
locus eſſet, quia dominium poſsidentis reſol
uit, l. 2. C. de pact. int. emt. Tiraqu. de retract.
conuent. §. 1. gloſſ. 7. num. 2. 3. 4. 5. de quo hic
non eſt quærendum pluribus, cùm abundè
ſit demonſtratum, dominium hic nullum eſſe
translatum: ſed tantùm præfecturam hypo-
thecæ nomine ac titulo fuiſſe conceſſam. Ex
quo paret, ne quidem iuri luendi præſcriptū
hic eſſe. Quanquam enim cōmunior uidetur
in retrouenditione huic facultati poſſe præ-
ſcribi, ut latè Ant. Gab. lib. de præſcr. concluſ.
6. nu. 13. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. nu.
39 29. tamē † in pignore ſemper hoc ius luendi
durare, nec præſcribi, communiùs eſt receptū,
Ant. Gab. cōcluſ. 7. lib. 5. de præſc. Henn. God.
conſ. de præſcr. pig. per totum, ubi dicit hāc eſ-
ſe cōmunē, & in Germania paſsim ſeruari: ſi-
cut & in Camera Imperij ſeruatur: nec iniuria,
quoniā donec ſoluitur ſors, nullū exiſtit luen-
di ius, l. ſi rē. §. omnes. de pig. actio. Balb. tract.
præſcr. 4. parte 5. partis prin. q. 2. nu. 1. nullaq;
antè oritur pignoratitia actio, d. §. omnis. uer-
ſic. omnis pecunia ſoluta eſſe debet, ut naſca-
tur pignoratitia actio, cum ibi per gl. alleg. ut
quod non eſt, præſcribi non poſsit, l. 1. 2. in fi.
C. de anna. excep. Henniu. God. d. conſ. ult. de
præſcrip. pig. num. 238. 239. cum ſeq. & ipſum
quoq; offerendi ius merę ſit facultatis & cōdi
tionis proteſtatiuæ, cui nunquā præſcribitur, l.
2. de uia pub. ubi Bart. l. ſeruus quoq; §. ult. de
hær. inſt. l. ult. de cond. inſer. Tiraq. de retract.
con. §. 1. gl. 2. nu. 21. fuſiſsimè Ant. Gab. Rom.
lib. 5. de præſcr. cōcluſ. 10. per tot. præſertim quā
eſt ius necdum formatū, neq; in eſſe deductū,
Ant. Gabr. quale eſt ius luendi pignus antè quā
realiter debitor luat, d. l. ſi rē. § omnes. de pig.
ac l. nec creditores. C. eo. tit. & ita naſcendi cau
ſam actioni det pignoratitiæ, d. §. oīs, ut hanc
cōmunē firmat Ant. Gab. lib. 5. de præſcri. cō-
cluſ. 7. nu. 1. & 2. & latè per multas rationes Hen.
God. conſ. ult. nu. 234. cum ſeq. de præſcr. pig.
Neguz. tract. pig. par. 3. memb. 1. nu. 33. Aluar.
c. 1. num. 2. ubi Feudiſtæ, de feu. dat. in uicem l.
cōmiſ. quod maximè procedit iure Canonico pro-
pter malā fidē creditoris, Bald. Panor. & Dd. c.
quōniam. §. fi. ut lite nō conteſt. & etiam ſeruatur in
Camera Imperij, authore Mynſ. obſ. 4 cent. 4.
& obſer. 16. cent. 1. ac ſecūdum id quoq; his in
terris etiam ex pacto retrouenditionis, nedū
pignore iudicatur ex cōſtit. prouin. 1. parte 2.
Quanquā autē limitant hoc quidā in facultate
formata ac in pactum deducta, ſcilicet ut præ-
ſcribi poſsit, tanquā magis tam iuris quā facul-
tatis ſit, Ant. Gab. lib. 5. de præſcrip. concluſ. 7.
nu. 2. & cōcluſ. 10. nu. 8. cū multis ſeq. tamen id
non poteſt extendi ad merū ius luēdi pignus,
ſicut etiam ſentire uidetur Ant. Gab. concluſ.
7. nu. 6. Non enim dubium eſt, quin debitor,
etiamſi nihil conuenerit, poſsit ſoluendo ſor-
tem pignus luere, l. nec creditores. cū ll. ſeqq.
40 C. de pignor. act. Quòd † enim debitor obla-
ta ſorte poſsit luere pignus, ineſt tacitè cōtra-
ctui pignoratitio, d. l. nec creditores. l. ſi rem. §.
oīs. §. pen. & t. t. de pig. act. Ergo etiamſi hoc pa
cto caueatur ea res non habet alterare ius cō-
tractus, quoniam expreſsio eorum, quæ tacitè
contractui inſunt, nihil mutat, l. 3. ubi Bartol.
Iaſ. & Dd. de leg. 1. Alex. conſil 92. uiſo. nu. 4.
uol. 4. l. non rectè. C. de fideiuſſ. l. aliquando.
de cond. & demonſtr. Ex quibus omnes illud
ubiq; aſſumunt, expreſsionem eorum, quæ ta-
citè inſunt, nihil operari, l. aliquādo. de cond.
& demonſt. Tiraq. de retract. lig. §. 26. gl. 1. nu.
7. Et quamuis tolli poſsit præſcriptione pa-
ctum luendi in obligationem deductum, non
tamen antè huic locus eſſe poſſet, quàm ha-
beretur aut naſceretur actio, hoc eſt, antequā
41 pecunia foret ſoluta. Etenim † expreſſum non
derogat tacito iuri pignoris, quod ipſi natu-
ræ actus ineſt, l. 4. uerſic. etiamſi nihil nomi-
natim conuenerit. de pact. l. cùm fundus. de
ann. leg. Ita Iaſ. poſt Fab. & Angel. in §. item
Seruiana. num. 69. & 70. Inſtit. de act. ubi re-
ſpondet ad regulam l. ult. C. de pact. conuent.
42 dicentē, quòd † prouiſio hominis tollat proui
ſionem legis, nempe quòd ea regula loqua-
tur de prouiſione legis extraordinaria, nō ue-
rò de prouiſione ordinaria cōtractus ac iuris
communis, quam hominis pactio non tollit:
& hanc meram dicit ueritatem Iaſon præalle.
loco. Quamobrem etiamſi præſcriptum eſſet,
uel præſcribi poſsit hîc (poſito, nō cōceſſo) ius

luendi, pignus etiam pacto expreſſo ueniens,
tanquam non facultas mera, ſed ius in iudi-
cium deducibile, nõ tamen præſcriptum pro-
pterea uideri poſſet meræ luẽdi facultati, quæ
ſine pacto ineſt cõtractui pignoratitio, & pen-
detá mera debitoris uoluntate, ac incerto ſo-
lutionis euentu, ut præſcribi nequeat, præſer-
tim cùm ante ſolutionẽ nulla naſcatur pigno
ratitia actio, quæ præſcribatur, uelut antè de-
monſtratum eſt, d.l.ſi rem.§.omnis.de pig.act.
cum alijs ſ.adductis. Et quamuis huic quoq;
præſcriptum hîc eſſet, tamen danda foret reſti
tutio ex capite ignorantiæ, Tiraqu. de retract.
lig.§.35.gl.4.num. 35. cum ſeq. huic Eccleſiæ,
cap.1.de reſtit.in integ.lib.6.Panorm.in fi.nu.
10.12.Felin. num. 8.9. in c.1. de præſcriptioni-
bus. Quæ cùm ita ſe habeant, ſequens eſt, hoc
monaſterium iura hæc ſua luendi, utpote ad-
huc durãtia, d. Comiti ceſsionario cedere po-
tuiſſe inuito etiam creditore, cui ſaluũ ius ma-
net, l.ſi debitor.C.de diſtr.pig.l.diſtractis.cum
l.ſeq C.de pig. præſertim hoc ius luendi con-
uentionale, Caſt.conſ.1.uidetur.nu.2.& 3. uol.
2.Alex.conſ.228.ponderatis.nu.1.2.3.& conſ.
232.conſideratis.in prin.uol. 6. latè Tiraq de
retract.lig.§.26.gl.3.nu.1.cum infinitis ibi ad-
ductis, & n.37. Nec poteſt obijcere hic poſſeſ-
ſor ſolennitates alienationis Eccleſiæ in hac
ceſsione nõ eſſe ſeruatas, quia eſt exceptio iu-
ris tertij, ſoli Eccleſiæ competens, qua iuuari
præſertim contra ipſam Eccleſiam non debet,
Bar.Caſt. & Dd.l.1.de excep.rei iud.cum ſimil.
ne inducta ad conſeruandi finem, operentur
contrarium, Iaſ.l.clam poſsidere.§.qui ad nũ-
dinas.nu.24.de acq poſſ.l.cùm filijfam.nu.5.
ſ.legata inutiliter.nu.8.de lega.1. & inducta in
fauorem Eccleſiæ, retorqueãtur in eius odiũ,
contra l.quod fauore.C.de legib.l.nulla.ff.eo.
Deinde quoniam hoc ipſum eſt iſto caſu irre-
leuans. Quanquam enim etiam in iurium Ec
cleſiæ alienatione requirãtur ſolennitates Ca-
nonicæ, c.nulli.ubi Panor.nu.10.de reb.Eccle.
non alienan.tamen talis hic non eſt facta alie-
natio, ſed potius quędam tranſactio, quia in
compenſationem remiſſarum litium, quas d.
Comites intentabãt, hanc ipſis ceſsionem d.
monaſteriũ fecit: quod nihil aliud eſt, quàm
tranſactio quædam, l.trãſactio. C. de tranſact.
l.1.ubi Dd.ff.eo. aut certè amicabilis compoſi
43 tio, quæ † in Eccleſiaſticis etiam tunc permitti-
tur, cùm aliàs tranſactio non eſt licita, c. 1.ubi
Panor.nu.5.c.ſuper.ubi Panor.num.2.& 3.de
tranſact. Poteſt aũt Eccleſia, uel eius prælatus,
ut hic abbas, cum cõuentu tranſigere & paci-
ſci, & hoc nomine aliquid dare uel alienare,
maximè ius non omnino liquidũ, cuiuſmodi
iſtud eſt, c.contingit.qui tex.in terminis loqui
tur de abbate, ubi Pan.nu.3. de tranſact.Balb.
Sal.Iaſ.& cõmuniter Dd.in l.præſes.C.de trãſ-
act.maximè accedẽte capituli, & cõuentus (ut
hic) cõſenſu, d.c.cõtingit.ubi Panor.nu. 2.& 3.
c.ueniẽs.§.de trãſact.quia eſt ſpecies quædam
permutationis.c.ſuper.7. ubi gl.1.de tranſac.
c.ad quæſtiones.c.ult.cum ibi not. de rer.per-
mut. Deinde & hæc eſt exceptio iuris tertij cõ-
petens eccleſiæ, ſi res ſua ſit alienata minus ſo-
lenniter per tranſactionem, nõ tertio cõtra ec-
cleſiam ipſam datur. Abſurdum enim eſſet, ex
ceptionem eccleſiæ congruentem contra eam
retorqueri, l.apud.4.§.Marcellus.de dol.mal.
excep. Sed etſi reſtitutione in integrum opus
hic eſſet, tamen & illa uelut ius pecuniariũ &
tranſmiſsibile cedi potuiſſet, & poſſet, l.quòd
ſi.25. in prin.ubi glo. uerb.procurationem. de
minorib.& ibi Bar.l.ſi minoris.ubi gloſſ.Bart.
Alb.de admin.tutor.l. non iccirco. ubi Bal.de
tutel.& ration. diſtrah. Bal.& Salic.in l.1. C.de
priuileg.dot.& idem Bald.in margar. uerb. ce
dere.latiſsimè Tiraq de retract.lig.§.26.glo.3.
44 nu.13.cum multis ibi allegat. Sed † quia dubi-
tari poſsit, an ueniat in ceſsionem generalem,
ex quo tantùm ex ſpeciali mandato quilibet
procurator eam petere poteſt, c.ceram. c.ſciſci-
tata.ubi gloſſ.de in integr.reſtitu. & c.4.uerb.
uel paciſci.de procur.lib.6.glo.unic. uerb.per
procuratorem. C.etiã per procur.per l.illud.§.
ſi talis.de minorib. l Pomponius.in princ.de
procurat. Ceſsionarius autem eſt procurator
in rem ſuam, l.procurator.55.de procurat.l.1.
2.C.de actio. cum ſimil. quæ ibi Dd.adducũt:
ideo utile eſſet, diſertè adhuc & ſpeciale hoc
ius reſtitutionis caſu, quo opus eſſet, à d. mo-
naſterio d. Comitibus cèdi, & de hoc ſcriptu-
ram publicam confici. Quo facto non eſt du-
bium, quin ceſsionarius iure cedentis uti poſ
ſit, d.l.quòd ſi minor.ubi Dd. de minorib. Ti-
raq.præalleg.loc.de retract. lig.§.26.glo.3.nu.
13.cum ibi alleg. atq; ita d. Comites ex prædi-
ctis hanc præfecturam retrahere ualeant, per-
inde atq; ipſa abbatia retrahere & luere po-
tuiſſet, l.emtor.ubi Bald.1.notab. C.de hæred.
uel ac.uen.& l.per diuerſas.quęſt.18.C.de mã.
& l.1.C.de actio. Ceſsionarius enim pro credi-
tore eſt.l.creditores.ubi Cæpol.num.2.cum ſſ.
ſeqq.l.creditor.de uerb.ſignif.Rom.conſ.142.
quod ceſsionarius.nu.1.& 2. latè Bouius tra-
ctat.de præſcrip.gloſſ.19.num.48.Et hanc di-
cit Bouius præalleg.lo.eſſe communem, nem-
pe quòd ceſsionarius uti poſsit iure credito-
ris accedenns, etiam illo quod fluit ex ſtatu-
to loquente de creditore: quantũuis uerba ſta
tuti ſtrictè alioqui ſint interpretanda. Quam-
obrem etſi hic caſus ſatis eſt diſputabilis, ta-
men quo ad probabiĩ ab aduerſa parte præ-
ſcriptio, ſicut cum omnibus ſuis qualitatibus
probari debet, c.1.ubi hoc not.Phil. Fran.in 1.
not.de præſcrip.in 6. c. ueniens.c. auditis. ex̃.
eod.Iaſ.l.1.nu.40. C. de ſer.fug. Balb. in tract.
præſcrip.parte.3.partis 3.princ. quæſt.3.nu.7.
& 9.Bald.conſil.367.uenerabilis. num.3.Par.
conſ.104.nu.129.uol.4.deciſ.Rot.7.nu.4.de
probat Bouius de præſcrip.ſtatut.glo.ult.nu.
16.ſatis fundata uidetur huius ceſsionarij in-
tentio, nõ obſtantib. rationibus ſuprà in con-
tra-

trarium adductis. Nam in primis quod de ſolennitatibus eccleſiaſticis eſt dictũ, nihil huc facit: quanquam etiam oppignoratio rerum eccleſiæ nõ ualeat, niſi cum ſolennitate in aliénationibus uſitata fiat, d. c. nulli. in uerb. neq; ſpecialis hypothecæ titulo de reb. eccleſ. non alienan. quia per hypothecam ad alienationẽ peruenitur, §. 1. Inſt. quib. alie. lic. t. t. ff. & C. de diſtr. pig. ideoq; ex ratione. l. oratio. de ſpõſal. aliter oppignoratio fieri non poteſt, quàm alienatio, l. ult. C. de reb. alien. non alie. ubi gl. & Dd. Guliel. Redo. in tract. alien. rer. eccleſ. §. item ſub uocabulo. nu. 12. Nec ualet hic argumentũ à præſcriptione retrouenditionis, cùm ſimus in caſu hypothecæ claro, ubi non eſt locus coniecturæ, l. continuus. §. 1. de uerb. obli. & agatur de fauore eccleſiæ, cui etiam in dubio patrocinandum eſt, l. ſunt perſonæ. de relig. & ſum. fun. Dd. d. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. longeq; eſt utilius res ſuas tantùm oppignorari, quàm uendi: quoniam hoc dominium transfert, illud non item, l. pignus. C. de pign. ac. ut ſuprà pluribus eſt oſtenſum. Sic de conſuetudine adductum parum huc quadrat, præſertim cùm ea probari debeat, l. diuus. de cuſto. reor. ubi Bart. nec doctori, quamuis illuſtri, ſuper conſuetudine credatur, ut eſt communis contra Bar. in d. l. de quibus. ubi Iaſ. nu. 69. de legib. Decius conſil. 402. in cauſa. nu. 15. Cur. in c. ultimo, quæſt. 6. de conſue. latè Molin. in conſ. Par. tit. 2. de cenſib. §. 56. gloſſ. 1. num. 10. Sed nec ſumus hic in caſu dubio, in quo coniecturæ à conſuetis petendæ ſint, Euer. loco à ſolitis, per tot. de quo agit Zaſ. præallegat. loc. uerùm in ſpecie facti clara, quæ ad oculum pignoratitium cõtractum exhibet, ut oſtenſum eſt, & ubi in certis non debet eſſe locus coniecturis, gl. l. continuus. §. cùm ita. de uerb. obli. l. ancillæ. C. de furt. Quod aũt dicitur ex tanto tempore præſumi cõtractum etiam pignoratitium in uenditionem tranſiiſſe, uerum non eſt: ut enim tempus non eſt modus inducendæ obligationis, l. obligationem. §. placet. de actio. cum ſimilib. ita nec mutandæ, præſertim cùm nouatio iure nouo tacitè non fiat, l. fi. C. de nouat. niſi alia accedant, Oldr. con. 296. de iure. nu. 3. ut cũ maiore precio, quàm ualet, res oppignorata eſt, & ita precio plus quàm iuſto quodammodo uendita: nam tunc quia deſiit ſpes luendi, quadam interpretatione pro uenditione tale pignus habetur, in quibus terminis loquuntur Dd. in d. l. qui habebat. d. l. qui Romæ. à quibus hic longè lateq; abſumus, ut ex ſeparatis nulla huc idonea illatio afferri poſsit, l. fi. de calum. l. Papinianus exuli. de minor. ſed & cùm ſine poſſeſsione non procedat uſucapio, l. ſine. de uſucap. & ex pignoris cauſa Princeps acceperit, deinceps ſibi cauſam poſſeſsionis mutare non potuit, l. pignori. de uſucap. ubi Dd. l. 3. §. pen. l. re pignoris. de acq. poſſ. & proinde nec ex cõtractu pignoris facere emtionem longa poſſeſsione, ne quidẽ tertius, qui ab eo emit: quando legitimo præſcriptionis tempore non poſſederit, ut paulo antè declaratũ eſt. Cæterũ & ex uſurario cõtractu fruſtra hic interpretatio ducitur, cùm in apertis non ſit locus coniecturis, ut antè dictũ eſt: quanquam non eſt talis hic cõtractus pignoratitius, cùm de fructibus lucrandis nihil cautum fuerit, & etiamſi pactum antichreſeos de lucrandis fructibus in fauorem creditoris interueniſſet, non tamen contractus propterea cenſeretur mox uſurarius, Neguz. tract. pig. 5. parte 5. memb. num. 10. 13. 15. cum ſeq. Cuiac. lib. 8. obſeruat. cap. 97. & patet ex l. ſi ea lege. C. de uſur. Molin. de uſur. quæſt. 32. ac in dubio actus non debet iudicari uſurarius, l. ſi ea pactione. C. de uſur. Bald. Dec. in fin. l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. peta. latè Tiraq. de retract. conuent. in fin. nu. 126. cum innumeris ibi adductis: maximè cùm hic contractus iam conſuetudine ſit receptus, ut pro uſurario haberi nõ debeat, Oldr. conſil. 207. uniuerſis. in fi. Bald. in l. per diuerſas. in prin. C. mandat. latè Tiraquel. præalleg. loco num. 129. Bertran. conſil. 1. uiſo. nu. 3. 4. uol. 2. Iaſ. conſil. 153. nu. 12. uol. 4. Sed nec poteſt hic Princeps uſurarium contractum allegare, quia propriam allegaret turpitudinem, ſcilicet quòd ab Eccleſia per uſurarium contractum poſſeſsionem abſtuliſſet, cum qua allegatione nõ deberet audiri, l. mec. calem. C. de condict. ob turp. cauſ. aut ſi audiretur, contra allegantẽ ualeret, & in ſortem fructus percepti ad uſurariam fraudẽ excludendam eſſent imputandi, l. 1. ubi glo. & Dd. C. de diſtract. pign. l. 2. l. ult. C. de pig. act. l. ſi dominium. C. de pignorib. Panor. & Dd. c. 1. de uſur. Neguz. de pig. 5. partis membro, num. 1. & 10. Nec obſtat etiã l. cùm notiſsimi. §. 1. & 2. C. de præſcrip. 30. annor. quia non hoc uult, quòd iuri luendi pignus præſcribatur contra rationem & iura, de quib. in l. pignori. de uſucap. ſed illud tantùm, quòd hypothecariæ creditoris reſpectu debitoris, uel creditorum inter ſe ſuper prioritate contendentium, ut reliquis actionibus in eſſe productis, præſcribi poſsit: quod nihil pertinet ad pignoratitiam debitoris actionem, qua pignus ſuum repetere licet, t. t. ff. & C. de pig. act. quæ ne naſcitur quidem ante q̃ luitio facta ſit, ut præſcribi antea non poſsit, prout ſuprà deductum eſt. Quare nec quadragenaria præſcriptio hic locum habet, cle. 1. de for. compet. cùm nec hoc animo poſſideatur pignus, ut præſcribi queat, Dd. in d. l. pignori. de uſucap. l. 2. C. de præſcript. 30. annor. ut in ſimili arguit Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. nu. 25. cum ibi adductis, neq; tertius hic præſcribere eo tempore potuerit, quia tanto tempore necdum poſſedit, & ſi poſſediſſet, in mala fide fuiſſet, quæ præſcriptionẽ impedit omnem, c. ult. de præſcript. cum alijs ſuprà alleg. Nec receptum eſt, ſecundũ Dd. quidem opiniones, cõtra quas difficile fuerit obtinere, Iaſ. l. 1. in prin. C. de teſta, quòd præſcriptio

ptio 30. annorũ, aut ulterior ob ſolam negli-
gentiam creditoris currat: imò conſideratur
etiã in ea poſſeſsio, & bona maláue fides poſ-
ſeſſoris, l. ſi quis emtionis. C. de præſcript. 30.
annor. quo caſu mala fides poſſeſſorem affi-
cit, & præſcriptionem impedit, ut Bouius fa-
tetur de præſcrip. ſtatut. §. 1. num. 33. 34. Vnde
etiam cõmuniter receptum eſt, malam fidem
impedire præſcriptionem iurium incorpora-
lium, ſaltẽ iure Canonico, quod hîc eſt ſeruan
dum: ut eſt communis ſententia in cap. ult. de
præſcrip. atteſtante Tiraq. in retract. conuen. §.
1. gloſſ. 2. num. 20. & tit. de præſcrip. §. 1. gloſ. 2.
pro qua text. in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. ann.
& l. 1. C. ſi aduer. credit. & hanc magis eſſe com
munem teſtatur & confirmat Ant. Gab. lib. 5.
concluſ. 3. nu. 2. uerſic. tenendo primam, quæ
uidetur magis communis, &c. Atq; adeò im-
pedire nedum quadragenariam, uerũetiam
immemorialem, ut hanc communem fatẽtur
omnes, gloſ. c. 1. uerb. niſi. ubi Franc. nu. 14. de
præſcript. in 6. Couar. c. poſſeſſor. parte 2. §. 8.
nu. 3. Crauet. de antiq. temp. §. materia. nu. 19.
21. Fran. Balb. de præſcr. parte 2. 3. partis prin.
quæſt. 6. num. 20. Cæterùm diſputationes illæ
Dd. de præſcriptione inducta ob merã negli-
gentiam, pertinent tantùm ad præſcriptionẽ
ſtatutariam, ex ſola non curantia ſuperſeden-
tium agere diſertè inductã, quæ an ipſa proce
dat cum mala fide poſſeſſoris, tam eſt diſpu-
tabile, ut Bouius de præſcrip. ſtat. gl. 1. nu. 14.
recitatis hinc inde opinionibus dicat, utran-
que apparere communem: de quo diſceptare
hic nõ eſt operæprecium, cùm non de hac, ſed
communis iuris præſcriptione, quæ circa lui-
tionẽ & ius incorporale uertitur, hic agatur,
quam ex mala fide impediri uel interrũpi ſu-
prà ſatis eſt cõmonſtratum. Porrò quòd non
hic dãda eſſet reſtitutio caſu, quo præſcriptio
completa foret, nec probatur, neq; admitti po
teſt contra eccleſiam. Nam neq; ſcientia cadit
in eccleſiam, quæ perſonam non habet, & al-
terius arbitrio regitur, Spec. de lib. cõcep. §. 1.
uerſic. nunc uidendum, nu. 15. & 16. cui etiam
ſcientia prælati non nocet ad beneficium reſti
tutionis excludendum, c. 1. & 2. de in integ. re-
ſtit. c. 1. ubi Dd. eod. in 6. neq; ob ignorantiam
tantùm reſtituitur eccleſia, ſed etiam ob qua-
lemcunq; læſionem, c. 1. de in integ. reſt. dato
etiam, quòd ſciuerit, Panor. Fel. & Dd. c. 1. in fi.
de præſcrip. maximè accedente iuſta cauſa, c.
2. de in integ. reſt. in 6. puta læſionis enormis,
Fel. cap. 1. nu. 8. 9. de præſcript. cum alijs ſuprà
adductis, quæ hic ad oculum ſubeſt: cùm de
amiſsione opulẽtæ præfecturæ agatur. Amit-
45 it † enim, contra quem res præſcribitur, l. alie-
nationis. uerb. non utendo amiſit. de uerb. ſi-
gnific. iunct. l. ſi filius. ad S.C. Mace. & amiſsio
damnum eſt, l. un. ubi Dd. C. de ſent. quæ pro
eo quod inter. l. 3. §. ult. de eo quod cert. loc. &
l. ſi ſterilis. §. cùm per uenditorem. de act. emt.
quod quando nõ eſt modicum, pro grandi &
enormi habetur, ut ad impetrandam rẽſtitu-
tionem ſufficiat, Albe. l. ſciendum. nu. 12. & 13.
de in integ. reſtit. per illũ text. & l. 1. §. proinde.
ad S. C. Trebell. Quinimò nec etiam ſcientia
alieni facti præſumi debet hic fuiſſe in præla-
tis, ſed magis ignorãtia, l. uerius. de probat. c.
præſumitur. de reg. iur. in 6. latè poſt Bar. Ma-
ran. in l. is poteſt. nu. 283. de acquir. hær. Nec
46 aliud ex uicinia hic induci poteſt: nam † quod
dicitur præſumi uicinum ſcire facta uicini, ac-
cipitur de uicinia eiuſdem loci, non diuerſi,
quãuis propinqui, Bar. l. ſi tertius. nu. 2. de aq.
pluu. arcen. Maran. d. l. is poteſt. num. 300. de
acquiren. hær. Item intelligitur de actibus ſuc-
ceſsiuis & propatulis, ut coniugali cohabita-
tione & tractatione, de qua loquitur d. l. ſi ui-
cinis. C. de nupt. nõ de momentaneis & tranſ-
euntibus, & qui domi clam. uicinis fieri ſolẽt.
ut ſunt contractus: nam tales præſumitur etiã
uicinus eiuſdem loci ignorare, Alex. l. 1. num.
10. cum ſeq. ſi cert. pet. & in l. Titius. §. 1. num. 3.
de lib. & poſth. Bal. l. 1. in fin. C. de colluſ. dete-
gen. Alexan. conſi. 71. num. 6. uolum. 1. conſil.
50. in fin. uolum. 5. Marant. d. l. is poteſt. num.
299. Itaq; abbatia iſta eiuſdemq; prælati exi-
ſtentes extra territorium d. Principis potue-
runt probabiliter ignorare contractus, quos
idem cum Comite ſuo geſsit, nec eoſdem ex ui
cinia] ſciuiſſe præſumi debet, per ſuprà dicta.
Et quamuis habuerint literas huius oppigno
rationis, non tñ ex eo ſciuerunt, d. Principem
præſcribere potuiſſe: imò potius contrarium
inde exiſtimare potuerunt ac debuerũt, ex d.
l. pignori. ibi Bar. de uſucap. cum alijs ſ. addu
ctis, ubi hanc communem eſſe ſententiam po
ſuimus: multò minus ſcire potuerunt de con-
tractu cum Comite geſto, ut facto alieno: etiã
dato, quòd d. Comites in poſſeſsione d. præ-
fecturæ uidiſſent. Veriſimiliter enim (ut præſu
mitur l. uerius. de prob.) nihilominus ignora
runt titulum, & eius rei cauſam, cùm domini
terrarum præfecturis, quas poſsidẽt, Comites
& alios Nobiles pręficere & immittere ſoleãt:
& ideo uериſimiliter credere ex iure potuerũt
d. conuentus eiuſdemq; prælati, cauſam poſ-
ſeſsionis nõ eſſe mutatam, arg. l. ſanctimus. C.
de teſta. cùm mutatio præſumi non debeat, l.
cum. 22. de probat. ideoq; iure credere potue-
runt ius ſuũ ſemper & ubiq; durare, l. ſicut. §.
non uidetur. quib. mod. pig. cũ ſimil. Nec pro-
bat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, l.
neq;. C. de probat. cum ſimil. Quod aũt obie-
ctum eſt cõtra quadragenariam aut immemo
rialem præſcriptionem non dari reſtitutionẽ,
etſi per ſe controuerſum eſt, & contrariũ com
muniter receptum, ut communem hanc con-
firmant Alex. conſil. 116. perſpectis. nu. 4. libr.
5. conſil. 77. uiſo. lib. 7. Socin. conſil. 89. in cau
ſa. circa fi. lib. 1. conſil. 80. in quæſt. in fin. lib. 3.
latiſsimè Tiraquel. de retract. lig. §. 35. gloſſ. 4.
nu. 36. adeò ut etiam contra immemorialem
detur reſtitutio, Matth. de Afflic. in conſt. reg.
de

de præſcrip. num. 17. Crauet. de antiqu. temp. parte 4 §. materia. num. 87. uſq; ad 201. utcunque alij contrà teneant, quos refert Ant. Gab. lib. 5. concluſ. 1. num. 64. tamen utut ſe id habeat, certè ad cauſam præſentem nihil momẽti affert, cùm indubitatè eccleſiæ detur contra tales etiã præſcriptiones reſtitutio, ex quo minor præſcriptio quàm quadrigenaria, contra eam non currit, Panorm. nu. 10. 12. Felin. nu. 8. 9. & Dd. cap. 1. de præſcrip. cum alijs, quæ ad idem alleg. alioqui non dari poſſet caſu, quo Eccleſia inſtar minoris aduerſus præſcriptionem reſtitueretur, quod dictu fuerit abſurdiſſimum, Iaſ. & Dd. in authe. quas actiones & l. ult. C. de ſacroſan. eccleſ. Quamobrem & illa nullius rei eſt obiectio, quòd Eccleſia hic ius extinctum ſuum cedere non potuerit, etiã tantùm ope exceptionis ac præſcriptionis ſublatum, Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloſſ. 2. nu. 39. Didac. latè in c. poſſeſſor. parte 3. §. 1. nu. 3. cum ſeq. nam pro extincto haberi iſto caſu nõ debet hoc ius eccleſiæ, quamlibet præſcriptũ eſſet, quod per reſtitutionem in integrum recuperari poteſt, l. nemo. 5. ubi Alber. & Dd. de in integ. reſtit. l. qui actionem. l. minus. de reg. iur. ſicut nec contrà acquiſitum ei uideri poteſt, cui auferri per reſtitutionem queat, l. non quocunq;. §. 1. de legat. Alb. d. l. nemo in prin. de in integ. reſt. l. 1. §. penul. de dol. mal. & proinde etiã cedi tale ius poſſet, l. quòd ſi. ubi gl. uerb. procuratorem. Bart. & Dd. ff. de minor. cum alijs ſ. adductis: de quo fruſtra diſputatur, quando conſtit. 1. parte 2. & Cameræ Imperij ſtylus, ut ſuprà diximus, prorſus hîc nullam præſcriptionem, præſertim contra Eccleſiam, admittant: ut non opus ſit de iure per præſcriptionem extincto hîc agere, quando nulla hic ſit præſcriptio, & ideo non entis nullæ ſint qualitates, l. actor. C. de prob. ubi Bal. multò minus neceſſarium quærere de reſtitutione, cùm illa non ſit opus necdum præſcriptione conſummata, quia iure communi tuta eſt Eccleſia, & ſuum repetere poteſt, l. in cauſæ. 17. de minorib. cum ſimilibus.

CONSILIVM IX.

De reuocatoria noui feudi actione, ob defectum generationis & non petitam inueſtituram.

SVMMARIA.

1 ¶ *Exceptio de perſona iudicis prima debet eſſe, & omnem iuriſdictionem ſuſpendit.*
2 *Exceptiones conſtant ex bono & æquo, maximè inter dominum & uaſallum, qui æquitatem ſibi mutuò debent.*
3 *Dominus & uaſallus, excepto iuramento, ad paria iudicantur.*
4 *Pares iudices an iurare iuramentum iudicum debeant.*
5 *Exemti pro non ſubiectis habentur.*
6 *Sine iuramento conſtat fidelitas.*
7 *Fidelitas non ſufficit in iudice abſque iuramento.*
8 *Leuior cauſa iudicem repellit, quàm teſtem.*
9 *Recuſare licet pares, ut alios iudices ſuſpectos.*
10 *Exceptio præſcriptionis quando locũ habeat.*
11 *Feudum præſumitur antiquum, donec probetur nouum.*
12 *Inueſtitura eſt forma feudi: quæ niſi doceatur, res nequit eſſe feudalis, cùm præſumitur allodialis.*
13 *Inueſtitura generalis comprehendit res particulares. & num 16. 17.*
14 *Rem eſſe feudalem præſumitur etiam ex poſſeſſione annali & num. 16.*
15 *Feudum nouum fit in deſcendentibus, antiquum & paternum, inter quæ non diſtinguitur.*
16 *Collaterales in feudo nouo quando ſuccedãt.*
17 *Peritis de conſuetudine teſtantibus ſtatur, donec contrarium probetur.*
18 *Vniuerſale generale totum partes & ſpecies comprehendit.*
19 *Vnio 30. annis præſcribitur.*
20 *Præſcriptio eſt pro ueritate.*
21 *Actoris libellus probat contra ipſum, ut in confeſſione.*
22 *Confeſſio eſt optima probatio.*
23 *Negligentia defuncti non obeſt ſucceſſori.*
24 *Bona fides præſumitur.*
25 *Præſcriptio inueſtituram ſupplet.*
26 *Iniuſta cauſa à dolo excuſat.*
27 *Cauſa reuocationis eſt probanda.*
28 *Vaſallus contra ſe fidelitatem non debet.*
29 *Inueſtitura poteſt abſq; ſcriptura probari.*
30 *Nemini poſſeſſio ſine cauſæ cognitione auferenda.*
31 *Succeſſor poteſt poſſeſſionem uacantem occupare.*
32 *Poſſeſſio ne quidẽ in poſſeſſorio ſine plena cauſa cognitione aufertur.*
33 *Poſſeſſorium non eſt ſummarium, quo ad probationem.*

RODAN-

RODANGI nobilis bona quædam ab ipſius patre, patruoq́ue iam pridem acquiſita, & iure ſucceſſionis ad hunc deuoluta, dominus feudi uelut aperta ſibi, reuocat: quo ad paternam quidem partem, quaſi commiſſa ob nõ petitam Inueſtituram: quo ad collateralem, quaſi nullum in nouis feudis ius ſucceſſionis agnatus iſte habeat, ſed patrui filiorumq́ue huius ſine maribus liberis defunctorum portiones eiuſmodi feudales domino ſint apertæ. Ex utroque capite eſt actio propoſita reuocatoria: in concilium miſſi Patres curiæ, ut dati iudices, quibus remiſſum quidem, quo ad hanc cauſam, fidelitatis iuſiurandum, nullum tamen, aliud de bene iudicando impoſitum.

1 VNde prima naſcitur exceptio de iudi-
cis perſona necdum legitimata, quæ †
certè prima debet eſſe, l. ſed etſi ſuſcepit.
de iudicijs, l. quidam. ubi Bartol. num. 9. de re
iudic. Bald. l. ultim. num. 5. C. de iudic. Mar. in
Specul. aureo parte 6. de appell. num. 25. Fe-
lin. cap. exceptionem. nume. 16. & 17. de exce-
ption. Lanfranc. cap. quoniam. uerbo, recuſa-
tiones. in princip. de probat. cùm iudex ſit iu-
dicij Dux & Imperator. Bald. in rubr. C. ſi à nõ
compet. iudic. num. 4. per gloſſ. l. ſi procurato
rem. de procurat. & potiſsima pars, Bald. in
rub. C. ſi à non compet. iudic. num. 4. cuius à
defectu redditur illud retrò nullum, l. ultim.
C. ſi à non compet. iudic. Felin. d. c. exceptio-
nem. de except. Lanfranc. & Maraut. præalleg.
luc. quod meritò præcauendum eſt, l. ſi præ-
tor. in princip. de iudic. ubi gloſſ. l. ult. ne quid
in loc. publ. & l. ult. §. penult. C. de bonis quæ
lib. quaſi fundamento deſtructo, §. ante. Inſtit.
de leg. l. egi. de excep. rei iudic. c. qualiter. 2. de
accuſat. Euerar. in loc. legalib. in prooem. circa
finem. Itaque ne reus in iudicem minus ido-
neum conſenſiſſe uideri poſsit, d. l. ſed etſi ſuſ-
cepit. de iudic. Bart. nu. 9. l. quidam. de re iud.
Bald. num. 5. l. ult. C. de iudic. Felin. Lanfranc.
Marant. præalleg. luc. iure, priuſquam ad alia
progredi cogatur, gloſſ. uerb. non poteſt. in d.
l. ſed etſi ſuſcepit. de iudic. l. exceptionem. C. de
probat. Maran. de ord. iud. parte 6. memo. ult.
actu 2. de appell. numer. 25. cum ibi alleg. hac
recuſationis exceptione ob non qualificatam
iudicis perſonam, iuriſdictionem omnem ſuſ
pendit, Bartol. & Dd. l. quia poterat. ad Treb.
c. ſuſpicionis c. paſtoralis. in fin. de officio de-
leg. c. iudex. ubi Gemin. eod. in 6. c. ſecundò
requiris. de appellat. Specul. de recuſa. §. qua-
liter. num. 2. Marant. parte 6. de appellat. nu.
2 24. & parte 4. diſt. 16. per tot. Cuius † quidem
æquum bonum, quo conſtant exceptiones, §.
idem. uerſicu. ſed quia iniquum. ubi Angel. in
princip. num. 9. & 10. Inſtit. de except. l 1. §. 1. de
dol. excep. deduci poteſt ex æquitate, §. ult. ubi
Dd. de prohib. feud. alie. per Loth. bona fide,
Zaſ. epit. feu. parte 1. num. 6. unde feudum di-
ctum, §. ult. per quos fiat inueſt. Zaſ. præalleg.
loc. & mutua fidelitate, c. 1. §. ult. de for. fidel. §.
contra omnes. ubi Aluar. & Bald. hîc. fin. lex,
deinde conſt. reg. Zaſ. parte 7. nu. 56. qua do-
minus excepto ſacramento, quod ſolus uaſal
lus illi præſtat, cap. 1. quid præcedere deb. c. 1.
de noua for. fidel. non contrà hic uaſallo, c. 1.
in fin. de for. fidel. cum ſuo cliente conſtringi-
3 tur mutuò, & † ad paria, quod aiunt, iudica-
tur, Zaſius in epit. feud parte 10. numer. 80. &
parte 11. nu. 16. per §. ult. de for. fidel. ubi gloſſ.
uerb. in epiſtola. ad fi. & Iſer. cap. 1. qual. dom.
feud. priuet. Menoch. de iudic. arbitrar. lib 2.
centur. 2. cap. 182. num. 6. 7. cum ſequent quo
reſpectu exiſtimem, feudum & eius obligatio-
nem bonæfidei cenſeri, Afflict. in §. ad hæc. nu.
8. hîc finitur lex, Omphal. conſil. 30. facti. nu.
4 14. conſil. Francofur. tom. 1. Quanquam † au-
tem nõnulla hîc altercatio docentium extet,
alijs exiſtimantibus Pares eſſe ad ruſticiæ mu-
nus obligandos, Martin. Lauden. c. 1. de con-
trouer. apud par. termin. ubi Afflict. nu. 5. du-
bitat Iacobin. in inueſt. utens uerbis & argu-
mentis, Lauden. autbore, ad uerb. tacito, & di-
cti uaſalli pro dictis rebus. num. 12. uſitato &
legitimo iudicum iureiurando, auth. ut iudic.
ſine quoquo ſuff in fin. §. interim. de deſenſ ci-
uit. l. rem non nouam. cum authen. inſerta, C.
de iudic. aut ex conſuetudine feudali, cap. 1. §.
penult. uerſic. per pares curiæ coniuratos ter-
minetur. de prohib. feud. alien. per Feder. c.
in fin. de controu. apud pares termin. ubi Iſ
num. 6. aut ſi ea diuerſo ſenſu capienda eſt, ſi-
cut Iſer. & alij prædictos textus de iuramento
tantùm fidelitatis intelligunt, ex iure ſaltem
communi, quod ſequimur, ubi ſpecialis feu-
dataria lex deficit, c. 1. de feud. cog. Iaſon. cap.
ſi extraneus. de condict. cauſ. dat. præſertim
cùm fidelitatis iuſiurandum duntaxat domi-
no proſit, non etiam alteri parti cum hoc liti-
ganti, Lauden. & Iacobin præalleg. loc. ut no-
uo uideatur opus: pleriſque uerò contrà con-
tendentibus, ut Iſer. nume. 6. Afflict. num. 5. &
Dd. cap. 1. in fin. de controuer. apud pares ter-
min. & Iacobin. præalleg. loc. dicti. hoc tutius
& in iudicando ſequendum, nempe ſufficere
ſacramentum fidelitatis, §. penult. quem de ta
li iureiurando capiunt, de prohib. ſeud. alien.
per Fed. quo pares ad iuſtitiam faciendam, d.
c. 1. §. præterea. penult. ubi Dd. de prohib. feu.
alie. per Fed. domino ſunt obligati, Iſer. & Dd.
c. 1. de contro. feudi apud pares term. & in d. §.
penult. de prohib. feud. alie. per Fed. Attamen
hi ipſi fatentur, And. Iſer. Iacobin. Afflict. præ-
allega. loc. Pares à domino adigendos eſſe, ut
ſub

ſub uirtute talis iuriſiurandi rectè iudicent:
quòd ſanè fieri nequit iſto caſu, cum referens
præſupponat relatū,l. aſſe toto. 77. de hæred.
inſtit.authen. ſi quis in aliquo.ubi Alciat.nu-
mer.2.& Dd.C. de edendo, Bal.l.2.num. 4.C.
de error.aduocat. & conſequens omne neceſ-
ſarium anteccedēs.l. ad rem mobilem.ubi Dd.
de procur.l.2. de iuriſdict. hic uerò nullum ſit
iuſiurandū,quo tale iuſſum referatur,ex quo,
quantum ad hanc cauſam attinet, ſacramēto
ſint Pares abſoluti atq; exemti, c. ueniens. 38.
in fin.de teſtib. eoq; pro non ſubiectis iſto ca-
ſu exemto haberi meritò debeāt, Iaſ. c.ult.nu.
5 5.de iuriſdic. omnium iudi. ubi † patiſicat nō
eſſe ſubiectum, uel exemptum eſſe, per c. cùm
epiſcopus. ubi gloſ.de off.ordin.lib.6.cū alijs
6 per eum allegans. Tametſi uerò † ſine iuramē-
to conſtet etiā fidelitas,§.ult.ubi Dd.per quos
fiat inueſt. tamen hæc diſtat ab illo iudicū iu-
ramento,Iacobin.in inueſt.uerb.& dicti uaſal
li.num.12.Mart.Laud.num. 13. c.1.de contro.
apud Par. terminan. quo ſolo pereunte iudi-
care debent iudices,d.l.rem non nouam.& in
auth.ut iud.ſine quoq.ſuffrag. §.iuſiurādum.
in auth. de defenſ. ciuit. etiam Curiæ Pares in
feudalibus,§.pen.uerb.cōiuratos.de prohib.
feu.alie.per Fed. Nec enim minus ab his, quā
alijs iudicibus ritus & ſolēnia iudiciorū com
munium obſeruanda ſunt, Bald. Aluar. Iſer.
Lauden.& Dd. c. 1. de controuer. apud Pares
terminan.Iacob. tract. feud. uerb. & dicti ua-
ſalli pro dictis rebus.nu.25.ſicubi nihil ſpecia
tim iure feudorū ſingulari cauetur, Laud.nu.
12.c.1.de controuer. apud Par. ter.Iacob.præ-
7 alleg.loc.Et ſanè † fidelitatem debere,in iudi-
ce non ſufficit:primò, quòd expreſsè nō com
plectitur caput de bene iudicando: Laud.nu.
12.c.1.de contro.apud Par. term.Iacob.præal-
leg.loc.Secundò, quoniam & alij iudices fidē
ac officium debent,l. ult.de cond.ob turp.cau
ſam:nec tamē minus ad omnem ſuſpicionem
amoliendam iurare coguntur,d.l.rem nō no-
uam. Tertiò, quia fidelitatis obligatio non
modò non à ſuſpicionibus hoc iudicium Pa-
riū liberat,ſed multò magis ijs diſtrīgit. Cùm
enim illa alteri tantùm parti,nampe domino,
non etiam uaſallo Pares teneantur,Laud. Ia-
cob.præalleg.loc. liquet hinc, meritò tales iu-
dices aduerſario ſuo ſolùm obnoxios,eſſe ſu-
ſpectos uaſallo,Crauet. de antiq. temp. parte
2.§.quartò cumulatur.numer.79.80.per c.ac-
cedens.1.ut lite non conteſt.c.1.de iudic.Bald.
l.1.C.ſi rect.prouin.in princ. Dec.conſ.151.Iaſ.
conſil.16.in fin.lib.3.qui cum domino litiga-
re cogitur,donec utrique æqualiter litigatori
per legitimum iuſiurandum iuſtitiam facere
promittant & adigantur: atq; ita,ut hic, ſcru-
pulus æquabili religionis temperamento exi-
matē. Etenim ſi teſtes, alteri parti deditos, etiā
iuratos,culpare licet,Spec.de teſtib.§.1.nu.19.
cū ſeq.per c.quoties.ext.eo. Lanfranc. c. quo-
niā.11.uerb.teſtiū.nu.60,cū ſeq.de prob.quā-
tò magis iudicem iniuratum ex hac cauſa re-
pellere permittendū eſt: Bald.l.unica,nu.3.4.
3. C. ſi rector prouin. Crauet. de antiq. temp.
8 §.4.cū ibi alleg.cùm † huic lenior ſuſpicio ob-
ſtet,quàm teſti,gl.c.accedens.4.ut lite nō con
teſt.& c. cùm eo.de conſuet.Lanfran.d.c.quo-
9 niam.uerb.recuſationes.num.5.neq; † minus
ſolutū ſit recuſare Pares, aut ſuſpectos,Bal.&
Dd.in §.penult.& ult.de prohib.feud.alie.per
Feder. Aluar.& Dd.cap. 1. de cont.apud Pares
term.§.ult.de inueſtit.in mar. fac. Iacob.in in-
ueſt.uerbo,& dicti uaſalli pro dictis reb.num.
17. q̄ alios iudices, ſiue ordinarios,c. ſi quis.
4.c.licet.15.de for. comp. Spec. de recuſat.§.1.
num.1.uide gloſ.& Dd. auth. ſi uerò.l.apertiſ-
ſimi.C.de iudic.Hoſtien.eod.tit.num.5.6.ſiue
delegatos,d.l.apertiſsimi.l.ultima,C.de iudi.
c.cùm olim.de cauſ.poſſeſſ. c. offeratur.3.q.3.
Specul.nu.2.5. de recuſ. §.1. Maran.de appell.
num.76.& ita aliquoties Lipſiæ, ac alijs in ſe-
dibus Scabinalibus iudicatū memini,ſcilicet
quòd tali caſu,præſertim uaſallo excipiēte,Pa
res iudicaturi iuſiurandum iudicum ſolenne
præſtare debeant.Et congruit uſitatus Curia-
rum mos, *in hoffgerichten*, ubi quamuis Pares
ſint iudices & aſſeſſores,nō tamen recipiūtur,
nec admittuntur,niſi ſolenne iudicum præſti-
terint iuſiurandum initio officij: etiāſi minor
ibi, quàm hic, ſit ſuſpicio, cùm nō tantùm de
cauſis domini, ſed de alijs etiam prouincīali-
bus inter omnes ius dicturi cooptentur. Nec
uerò momentum hic in contrarium affert il-
lud actoris argumentum,quòd iſti Pares tan-
tùm acta procurent & recipiant, ſententiā ue-
rò aliunde ex ſede aliqua Scabinali petitum
eāt.Nam licet cōſilio ſapientū hic uti poſsint,
c.ſi quis.4. c.licet. 15.de foro compet.Specul.
de recuſ.§.1.nu.1.uide glo. &Dd. auth.ſi uerò.
l.apertiſsimi.C.de iudi. Hoſtien.eod.tit.nu.5.
6.tamen hoc eorum poteſtati relinquitur, nō
ſubiectum eſt iuris neceſsitati,d.l.apertiſsimi.
l.ult.C.de iudic.c.cùm olim.de cauſ.poſſ.c.of-
feratur.3.q.3.Spec.nu.2.5.de recuſ.§.1.Maran.
de appel. numer. 76.præſertim hoc caſu, ubi
per formulam relaxationis etiā facultas iudi-
candi liberè ijs eſt relicta in uerbis: *Frei proce-
diren,handlen,ſprechen,und erkennen ſollen,&c.* Dein
de cùm ſententia ſecundum acta,quorum uix
pars eſſe putantur,Iaſ.num. 5. & Dd.l.2. C. ut
lite pen.Canon.cap.quoniam contra.de pro-
bat.conformāda ſit, l. ut fundum.com.diuid.
c.licet.de ſimō.l.ult.C. de fideicom. lib.paret,
uel maximum eſſe in actis cauſæ momentum
& litigatorū intereſſe plurimum, ut in his ri-
tè conficiēdis,totoq; iudiciorum ordine inte-
grè peragēdo, iudex integer, fidelis,minimè-
que ſuſpectus deprehendatur. Non iam di-
cam,quòd percrebuit hos inter Pares conſpi-
ci & numerari nonnullos,qui putantur ſuam
rem agere,l.1.§. propria. quando & intra quæ
temp.quòd contra prohibitionem legis,l.1.&
tot. tit. C. de petit. bon. ſub. lib. 10.à domino

ſpem & donationem iſtorum feudorũ, de qui
bus litigatur, abſtulerint, ut non modò tot iu
rium & Doctorum authoritates cauſam exci-
pientis hîc faciãt probabilem, Iaſ. l. properan-
dum. 11. §. ſiue autem alterutra. nu. 8. cum ibi
allegat. C. de iudic. ſed uarij etiã perſonarum,
rerumq́; in hanc litem implicati complexus,
eam exceptionem rei faciant iuſtiorẽ, in cuius
recuſatione, uel exceptione non æquè præſu-
mitur delictũ, ac in actione petentis, Menoch.
conſil. 60. longo. numer. 33. ex Dec. l. ſi emanci
pati. num. 4. C. de collat. c. ſuper literis. nu. 8.
de reſcript. per l. qui iuraſſe. §. ſi pater. de iure-
iuran. Alexa. reſpon. 268. nec ſuſpiciones pa-
rum augeat hæc ipſa tergiuerſatio: quòd cùm
pars aduerſa, tum ex Paribus nonnulli tam
anxiè laborant, ne hoc iuſiurandum iudica-
turis imponatur. Conſtat autẽ communi Dd.
calculo, iuſiurandum de rectè iudicando à Pa
ribus requiri, quoties aliqua ex cauſa ſuſpe-
cti redduntur, Ioan. Reyn. & Dd. d. c. penult. de
probib. feud. alien. per Feder. Laud. numer.
13. cap. 1. de controuerſ. apud Par. term. Iacob.
in inueſtit. uerb. & dicti. numer. 12. uerſic. hanc
concluſionẽ procedere, niſi ipſi Pares ex poſt-
facto eſſent ſuſpecti, per c. cùm in eccleſijs, ext.
de maio. & obedien. ut omninò par & ęquum
ſit, ſi ueritas quæritur ac iuſtitia, ſic προσωποληψίαν
iudicijs excludi par eſt, c. in iudicijs. 12. de
regul. iur. in 6. l. ult. C. de fruct. & lit. expen. gl.
l. quod tamen. 21. de recep. arb. Angel. conſil.
ma. 13. numer. 63. Mynſing. obſ. 4. centur. 3 &
hæc abſq; ſuſpicione procedere debent, l. aper
tiſsimi. C. de iudic. c. quia accuſatores. 3. q. 5. c.
ſuſpicionis. de off. deleg. c. cùm ſpeciali. de ap-
pellat. Hoſtienſ. de off. iud. deleg. cap. de recu-
ſat. num. 5. iſta in lite Pares in conſilium mitti
iuratos, & uſitato iudicantiũ ſacramẽto, cùm
Deo, cuius iudicium exercetur, tum utriq; liti-
gatori æqualiter obligari, l. non rem nouam.
10 12. C. de iudic. Et † hactenus quidem de dila-
toria legitimationis exceptione.

Cæterùm peremtoria præſcriptionis quã-
quam cõmuniùs putetur dilatoriè ad impe-
diendum litis ingreſſum proponi poſſe, gloſ.
uerb. finitæ. & Dd. c. 1. de lit. conteſt. in 6. tamẽ
cùm hic altiorem requirat indaginem, Bart. l.
ult. numer. 2. 3. pro ſuo, l. nam poſtea. in prin.
ubi Iaſ. & Dd. de iureiurã. & probanda ſit, c. 1.
de præſcrip. lib. 6. ex l. in exceptionibus. 14.
de probat. exiſtimo rejectum eam iri uſque li-
tem poſt conteſtatam: quo tempore commo-
dum utitur ea reus, l. excep. C. de probat. Pro-
babit autem demum, poſtquã actor intentio-
nem impleuerit ſuam, l. ſi quidem. C. de except.
Nec enim antè neceſſe eſt, quandoquidẽ acto
re non probante abſoluatur poſſeſſor, l. ult. C.
de rei uendic. & reus, etiamſi nihil præſtiterit,
l. qui accuſare. C. de edend. c. ult. de iureiur. l.
2. C. de teſtibus, cui quidem tantò magis hîc
incumbit probatio, quãtò maior ſtat à reo iu-
ris præſumptio, l. ult. quod met. cauſ. feudum
11 eſſe † ſcilicet antiquũ, donec probetẽ nouum,
Bal. c. 1. §. cùm autem. nu. 6. de contro. inueſtit.
Zaſ. epit. feud. parte 3. num. 7. & 8. Alex. conſil.
13. ſuper. num. 6. uol. 5. Henning. God. conſil.
feud. 16. nu. 15. Alciat. tract. præſu. reg. 3. pręſu.
28. præſertim accedente diuturna, quæ hîc pe-
nes uaſallum reum eſt, poſſeſsione, Alexand.
& Iaſ. prælleg. loc. Bal. c. 1. ſi de feud. cont. Nec
12 † uerò releuare actorẽ poteſt, quod allegat eo
ipſo probari ſuam intentionẽ, quòd non pro
betur & appareat contrarium, ut in l. ſuper. 6.
C. qui milit. lib. 12. gloſſ. l. 2. uerb. probaueris.
C. ſi quis ign. rem minor. Bar. l. qui ſub condi-
tione. de condit. & demon. ex inueſtitura: quę
cùm ſit forma & conſtitutio feudi, c. 1. quibus
mod. feud. conſtit. c. 1. de not. feu. Iaſon. in prę-
lud. feud. numer. 12. Afflict. deciſ. Neapol. 129.
nu. 3. Curt. tract. feud. parte 2. quæſt. 4. nu. 14.
Zaſ. epit. feud parte 6. nu. 5. 6. 14. niſi compa-
reat de re quapiã facta, c. 1. de no. feu. c. 1. quib.
mod. feu. conſt. c. 1. §. interim. ubi gl. & Dd. ſi de
feud. def. Henning. God. conſ. 7. de precio rei
feud. numer. 15. cum ſeq. feudalis ea dici ne-
queat, Bal. l. liberti. nu. 22. C. de oper. lib. Spec.
de loca. §. nũc uerò aliqua. nu. 82. Iaſ. l. ſi prius.
num. 42. de oper. nou. nunc. Alciat. reg. 2. pręſ-
umpt. 3. num. 2. Alexãd. conſil. 51. uiſo. in fin.
uolu. 1. Dec. conſil. 56. in in cauſa. num. 3. Go-
zadin. conſil. 8. numer. 21. 22. Gratus conſil. 9.
num. 113. lib. 1. Pariſ. conſil. 23. nu. 5. lib. 1. Me-
noch. conſil. 1. num. 9. Nam hac ratione admiſ
ſa, ſequeretur, hæc bona ne quidem noua feu-
da eſſe, & proinde aliam quoq; probationem
agenti incumbere, nempe docendi res has eſ-
ſe feudales, Panor. Hoſtien. & 4 d. c. ueniens. c.
nimis de iureiur. Bald. & Feudiſt. c. 1. §. 1. ubi
gloſ. uerb. interim. ſi de feud. defunct. & in l. al-
tiùs. C. de ſeruit. c. unic. de allod. Deci. conſil.
468. nu. 6. quando allodiales & liberæ præſu-
mantur. gloſſ. & Dd. d. l. altiùs Bald. l. libertas.
num. 2. de ſtat. hom. Iaſon d. l. ſi priùs. nu. 40.
de oper. nou. nunc. Afflict. §. ult. nu. 68. quibus
ex cauſ. feud. amit. Alciat. reg. 2. præſumpt. 3.
cum ibi allegat. Atqui cùm præſupponat hîc
actor. eſſe feudales, & in eo ſuam intentionem
fundet, nihil eſt hoc refugium, itaq; demon-
ſtrare feudum eſſe nouum debet actor, cùm
antiquum pręſumatur, cap. 1. in fin. de ſucceſ.
frat. Aluar. in diuiſ. 4. feu. per c. 1. de feud. non
haben. prop. nat. Bal. l. neq; C. de probat. Zaſ.
in epit. parte. 3. num. 7. 8. parte 12. num. 2. 3. Ia-
ſon. in pręlud. feud. num. 95. Mol. de feud. §. 5.
num. 89. latè Alciat. præſump. 28. reg. 3. nu. 1.
13 Quid, † quòd hîc uniuerſali omniũ bonorũ
inueſtiturâ etiam hæc comprehenſa debeant
uideri: Bal. c. 1. nu. 2. de uaſal. qui con. conſtit.
Loth. Bald. c. 1. §. 1. de contro. inueſt. Pariſ. cõſ.
23. num. 18. conſil. 22. num. 98. uolum. 1. quòd
etiam abſq; eo pro inueſtitura ſit præſcriptio,
c. 1. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. defunct.
ubi afflict. & Dd. Iaſon l. 2. num. 155. C. de iur.
14 emphyt. in † ijs quæ ultra 30. annos poſſeſſa
ſunt,

ſunt, cap. 1. de conſuet. rect. feud. d. §. ſi quis per
30. annos. Schurff. conſi. 41. conſil. 85. num. 8.
conſil. 66. num. 15. cent. 1. Mynſing. obſer. 29.
cent. 4. Camerar. in c. 1. in princ. uerb. nullius
temporis præſcriptione obſtante. de prohib.
feud. alien. per Feder. in reliquis præſumptio
iuris, c. 1. §. fin. ſi de inueſtit. inter domin. Bald.
l. 1. n. 17. C. de fideicom. Afflict. §. ſi quis per 30.
annos. in 3. notab. nu. 6. ſi de feud. defunct. c. 1.
ubi gl. uerb. ſacramenta lib. de controuer. in-
ter maſc. & fœm. c. 1. in princip. de conſue. rect.
feud. quæ ſumitur ex domini tacita uolunta-
te, Schurff. conſ. 41. num. 2. 3. cent. 1. Mynſing.
obſer. 87. centur. 4. tex. in c. 1. §. ult. ſi de inueſt.
inter dom. patiennia, cap. 1. §. ult. ſi de inueſtit.
inter dom. ubi glo. fin. Iaſon l. ult. num. 141. C.
de iur. empb. Iacob in inueſt. uerb. & cũ pacto
de non alienando. nu. 20. cum ſeq. arg. l. 2. u-
bi Dd. C. de ſeruit. titulo, Matt. Affl. in prooem.
feud. num. 73. Lanfrau. c. quoniam. uerb. te-
ſtium. nu. 96. de probat. Caſtrenſ. conſil. 17. in
cauſa nu. 1. uol. 2. Alciat. reg. 2. præſum. 3. nu. 5.
Dec. conſ. 147. pro tenui. nu. 14. & uaſalli poſ-
ſeſsione, c. 1. §. ult. ſi de inueſt. inter dom. & uaſ.
c. 1. in princ. ubi gloſ. uerb. aliqoo tempore. de
conſuet. rect. feud. nedum diuturna, cap. 1. in
princ. uerb. aliquo tempore. de conſuet. recti
feud. c. unic. de grad. ſucceſſ. c. 1. ſi de feudo de-
funct. contro. Alexan. conſil. 15. ſuper num. 6.
uolu. 5. Molin. in conſue. Par. tit. 1. §. 5. nũ. 89.
(qualis hic in omnib. habetur) uerumetiam
annali, c. 1. §. ſi uerò. ubi Dd. ſi de inueſt. inter
dom. & ag. c. 1. §. porrò. qualiter olim feu. pot.
alien. c. 1. in princ. ubi gl. de conſuet. rect. feud.
Bal. l. executorem. nu. 31. C. de execut. rei iud.
Tiraq. in retract. prox. §. 1. glo. 10. num. 5. ut illi
defenſio contra dominum ſit danda, d. c. 1. §.
porrò. qual. olim feud pot. alien. d. c. 1. §. ult. ſi
de inueſt. inter dom. Bal. l. 1. nu. 17. C. de fidei-
com. Afflic. §. ſi quis per 30. annos. in 3. notab.
nu. 6. c. 1. in princ. de cont. inter dom. & fidel.
de inueſt. Nec inficior uerò præſumptiones
ceſſare comparente ex aduerſo uarietate, l. cõ-
tinuus. §. 1. de uerb. ob. Crauet. de antiq. temp.
parte 3. in fi. quam reus hic confiteri uidetur,
quæ eſt legitima probatio, gl. c. ad abolendã.
uerb. deprehẽſi. de hæret. Hipp. de probat. nu.
70. & optima, c. per tuas. de probat. l. genera-
liter. C. de non nu. pec. Hipp. in rubr. de pro-
bat. nu. 68. 69. Crauet. conſil. 171. num. 1. Bero.
rub. de probat. nu. 74. Ioan. Gram. conſ. 8. nu.
65. conſ. 33. nu. 2. probandi ratio: ex quo non
negat reus hæc bona à ſuo patre ac patruo
quondam eſſe coempta. Sed inde nõ ſequitur
eum fateri, quod intendit actor, hæc bona feu
dum eſſe nouum, & domino apertum. Nam
15 † quod in acquirente eſt nouum, hoc in deſcẽ
dẽtibus fit paternũ, Præpoſ. c. 1. nu. 2. de uaſal.
decrep. ætat. & antiquum, c. 1. §. hoc quoq;. ubi
Bald. poſt gl. de ſucceſſ. feu. c. 1. §. 1. de grad. ſuc-
ceſſ. c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. gl. §. cum uerò qui
feu. dare poſſ. Schurff. conſ. 42. nu. 2. cent. 1. in-
ter quæ licet ꝓpriè ſit aliqua diſtãtia, cùm pa-
ter nõ ab auo patreq;, antiquũ à maioribus ſu
prà, quæſitũ denotet, Bal. & Dd. §. hoc quoq;.
de ſucc. feud. c. unic. de ſucc. frat. ubi gl. & Dd.
Alc. conſ. 30. quoniã. nu. 3. uol. 1. tamen mori-
bus hæc confunduntur, Rebuff. deuiſ. feud. 4. in
fin. Feudiſt. d. c. 1. de ſucc. feud. & de grad. ſucc.
Schurff. d. conſ. 42. cent. 1. Mol. de feu. §. 5. nu.
80. cum ſeq. nec paternum minus, quàm anti-
quũ nouo opponitur, c. 1. de uaſal. decrep. ætat.
Iaſ. in prælud. feud. num. 95. Molin. præalleg.
loc. Et ut in antiquo, c. 1. §. hoc quoq;. de ſucc.
feud. c. 1. §. 1. de grad. ſucc. ſic etiam in paterno
nedũ deſcendentes ſuccedũt, Bal. §. fi. de feud.
dat. in uicem leg. commiſ. uerùm & agnati, c. 1.
de uaſal. decrep. æt. Iaſ. in prælud. feud. nu. 97.
Affl. §. ul. n. 6. de feud. dat. in uicem leg. cõmiſſ.
quod. licet de ijs dũtaxat accipiatur, qui ſunt
ex ſtipite acquirentis, c. 1. §. quod ita. de ſucc.
frat. ubi Dd. Alua. in 6. feu. diuiſ. & hic palam
ſit reum hunc nõ eſſe de ſtipite ſui patrui, qui
partem horum bonorũ quæſiuit, ut ſaltem il-
lius reſpectu feudũ ſit nouum, nec in eius por
tione ſuccedere queat, qui ex illo non deſcen-
dit, c. 1. §. quod ita. ubi Dd. de ſucc. frat. tamen
16 ne hoc quidem hic reo multũ officit, ex † quo
ſimul inueſtitus eſt, & hactenus cum patruo
fuit, c. 1. de benefic. frat. ubi Dd. c. 1. §. & qa. qui
feu. dar. poſſ. c. 1. de fratrib. de no. benef. inueſt.
Zaſ. in epito. parte 8. nu. 25. generali inueſtitu-
ra, Bal. c. ſi uaſallus. num. 2. de uaſallo qui con
tra conſtit. Loth. c. 1. §. 1. num. 4. & 5. de contro.
inueſt. c. ſi uaſallus. nu. 9. ſi de feudo conten. &
conſil. 225. quæſt. num. 1. uol. 1. Iſer. c. 1. nu. 8. q.
10. de contro. int. maſc. & fœm. Affl. §. fi. nu. 72.
ex quib. cauſ. feud. amit. & §. ſi quis per 30. an-
nos. in 6. not. ſi de feud. def. quæ præſumitur etiã
præceſsiſſe ex poſſeſsione in aliquib. præſcri-
pta, d. §. ſi quis per 30. annos. gl. in c. 1. in prin.
de cõſuet. rect. feud. in alijs bonis diu poſſeſſa,
d. c. 1. in princ. de conſuet. rect. feu. c. 1. §. ult. ubi
gl. ſi de inueſt. cont. Quod enãſi nõ eſſet, tamẽ
cùm pater patruusq; eius hæc bona cõmuni
pecunia domino conſentiente emerint, eſt in-
ter eos ac eorũ liberos ius accreſcẽdi & ſucce-
dendi, c. 1. de benefic. frat. ubi Dd. c. 1. §. & quia.
qui feu. dare poſ. c. 1. de fratrib. de no. benefic.
præſertim ex notoria Germaniç cõſuetudine,
Zaſ. epit. feu. parte 8. de ſucceſſ. feu. nu. 25. quæ
præ iure ſcripto attẽdenda eſt, c. 1. de feu. cog.
ubi Dd. & in prælud. feud. Molin. in conſ. Par.
17 rub. 1. in prin. & † de qua peritis eius regionis
creditur, Ant. Gab. Rom. lib. 4. concluſ. de pro-
bat. concl. 4. Soc. conſil. 169. uiſis. nu. 16. uol. 1.
hoc atteſtantibus. Bart. l. de quib. nu. 21. de le-
gib. Iaſ. l. 1. nu. 62. C. de iur. emph. Ant. Coraſ.
latẽ com. opinio. lib. 1. donec contrarium pro
betur, Anton. Coraſ. Soc. Anton. Gabr. præall.
loc. Summa, cùm actor ex duplici fundamẽto
hæc feuda petat, partim ex defectu generatio-
nis tanquã noua, partim propter cõmiſſum
uelut domino aperta ob non petitam inueſti-

turam: utrunq; fundamentum ſuæ intētionis
probare debet, Iaſ. l. ſi uerò. §. qui pro rei. num.
15 qui ſatiſd. cogant. Quòd ſi regeras, ſatis cō
ſtare non petitam inueſtituram, ex eo quòd
non probetur petita, §. ult. de prohib. feu. alie.
per Loth. c. 1. quo temp. miles, & utrobiq; Dd.
uide ſ̄ conſil. 7. nec negatiuæ probationē exi-
gēdam eſſe, l. actor. C de probat. l. 2. eod. repli-
cabo, ex diuturna (quā actor inficiari nequit)
poſſeſsione, c. 1. § porrò. qual. olim feud. pot.
alien. c. 1. in princ. ubi gl. de conſuet. rect. feud.
§. ult. ſi de inueſt. contro. inter dom. Dd. c. 1. de
contr. inueſtit. partim etiā præſcripta, §. ſi quis
per 30. annos ubi Affl. & Dd. ſi de feud. defun.
præſumi inueſtiturā ſolenniter præceſsiſſe, Al
uar. in 2. not. nu. 2. 3. in §. ſi quis per 30. annos.
Pariſ conſ. 25. num. 18. uol. 4. §. ult. ubi Afflict.
poſt Bald. de feud. dat. in uicem leg. cōmiſſ. Ca
mer. poſt Iſer. d. c. 1. in princ. uerb. nullius tem-
poris præſcriptiōis. de proh. feu. alie. per Fed.
donec aliud demonſtret. Et quoniam primi
quoq; articuli fundamentū in hoc uertit, an
uaſallus poſſeſſor de his, quæ petūtur, bonis,
inueſtitus ſit, (nam inueſtitura collateralibus
etiam noui feudi ſucceſsionem cōfert, §. 1. ubi
Bal. & Dd. de duob. fratrib. de benef. inueſt. Af
flict. §. ult. nu. 6. de feu. dat. in uicē legis cōmiſſ.
Curt. in tract. feud. part. 2. in fi. nu. 75. Alexan.
conſ. 29. quoniā. uol. 1.) idcirco hæc clauа pri-
mùm agenti extorquenda eſt. Et quidem iure
negatur hic inueſtituram non petitā, neq; da-
tam eſſe. Statim enim atq; hæc bona fuere em-
pta, dominus conſenſit, confirmauitq; poſſeſ-
ſionem eorū bonorum Rodangis ea lege, ut
à ſe recognoſcerent, cum alijs ſuis feudis anti-
quis, quæ à d. domino mouebant. Cùm autē,
ut antè, ſic etiā poſtmodum ex generali & no-
toria ditionis conſuetudine nulla bonorum
ſpecificatio in inueſtituris ſit facta, ſed Rodan
gi exemplo aliorū uaſallorū petierint ſemper
in omni caſu inueſtiturā ſibi renouari, & eam
obtinuerint ſuper omnibus bonis ab illo do-
mino poſſeſsis, à quo non minus hæc empta,
quàm alia tenebant, dubitari nō poteſt, quin
ea generalitate, uel potiùs uniuerſalitate cum
reliquis, & hæc, de quibus modò litigatur, fue
rint comprehenſa, Bald. d. cap. 1. de contro. in-
ueſt. & cap. 1. num. 2. de uaſal. qui cont. con-
ſtit. Loth. Pariſ. conſil. 22. num. 98. conſil. 23.
18 num. 18. uolum. 1. Nam † generalibus inſunt
ſpecialia, l. ſemper. 190. de reg. iur. & uniuerſi-
tati, quæcunq; ſub eam ueniunt, l. ult. C. de an
nal. excep. l. 3. in princ. ubi Dd. de acquirend.
poſſeſſ & tantum ualet generalis diſpoſitio,
quantum ſi ſingula nominentur, gl. uerb. enu
meratæ l. omnes. 4. C. de præſcrip. 30. annor.
& in quibus diuerſa ratio non poteſt aſsigna-
ri, à diuerſo iure cenſenda non ſunt, Aemyl.
conſil. 1. nu. 17. cum ibi alleg. ac unitas corpo-
ris præſumitur, donec diuerſitas aut plurali-
tas probetur, Alex. conſ. 88. num. 17. uolum. 5.
& determinatio generalis uniformiter uniuer
ſa determinabilia determinat, clem. 2. in prin-
cip. de elect. Iaſ. l. miles. §. decem. num. 4. de re
iud. l. Gallus. §. quidā. n. 8. & 9. de lib. & poſth.
Couar. in cap. poſſeſſor. in princ. partis 3. nu-
mer. 2. ac quæ paria ſunt in diſpoſitione, de-
bent adæquari etiam in interpretatione, Al-
ber. tractat. ſtatut. parte 2. in princ. num. 9. &
qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus, de
leg. 3. Iaſon. l. 2. §. prætor. num. 4. qui ſatiſdar.
cogan. l. 1. nunciatio. de oper. no. nunc. & in
prælud. feud. Vnde generalis diſpoſitio, mul-
tò magis uniuerſalis, quæ per ſignum Omne,
indicatur, Bart. l. generali. §. uxori. numer. 4.
de uſufruct. legat. Dec. conſil. 30. & pro tenui.
num. 4. & plura. quàm generalis, complecti-
tur, Bartol. d. l. generali. §. uxori. num. 34. de
uſufruct. leg. & l. ſi ita. de aur. & arg. leg. Dec.
c. ſed & de reſcr. Rom. conſil. 44. Crauet. con-
ſil. 86. numer. 6. ad omnia trahitur, ad quę ſal-
ua ratione recti ſermonis extendi poteſt, Bar-
tol. & Dd. l. Lucius. §. emptor. de pact. l. ſi de
certa. l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſact.
Alexan. conſil. 11. uiſo. num. 9. & 15. uol. 2. præ-
ſertim in ſubiecto uniuerſali, l. à procuratore.
C. mand. l. Iulianus. de leg. 3 c. ſolitæ. de maio.
& ob. Dec. conſil. 29. in fin. Laurent. Syl. con-
ſil. 95. num. 17. Feder. de Senis conſil. 84. Par.
cōſ. 79. nu. 43. lib. 2. Ruin. cōſ. 59. nu. 24. lib. 4.
Rolan. à Valle conſ. 61. nu. 44. cōſ. 96. nu. 48.
cuiuſmodi feudum eſt multarū partium, ua-
riorumq; iurū, agrorū & prędiorū, iuxta Pā.
c. cū ſeculum. nu. 1. de iure patro. Bal. & Dd. de
cap. qui cur. uend. Henn. God. conſil. de pre-
cio feu. qualia à reo noſtro poſsidentur, & ab
hoc domino recognoſcūtur. quod genus au-
gmentū ac decrementum natura ſua recipit, l.
item. §. ſi. cū ll. ſeq. ubi Bart. & Dd. de petit. hær.
Henn. God. d. conſ. de precio feu. ſic ut uaſal-
lus inuito etiā domino, nedum conſentiente,
rem ſuā quæſitis acceſsionibus facere poſsit
meliorē, §. econtrariò. de inueſt. de re alie. fac.
de quibus acceſsionibus cùm hic nulla ſin-
gularis fidelitas petita ſit, aut præſtita, meritò
cenſent eædem comprehendi fidelitate & in-
ueſtitura generali, uel uniuerſali potiùs omni
um bonorum, quæ ab hoc domino recogno-
ſcuntur, Bal. d. c. ſi uaſalli. num. 2. de uaſal. qui
contr. conſt. Loth. & conſil. 225. quæſtio. nu. 1.
uol. 1. & c. uaſallus. 1. nu. 9. ſi de feud fue. cont.
Iſer c. 1. nu. 8. 9. 10. de cont. inter maſc. & fœm.
Affl. in §. ſi quis per 30. annos. in 6. not. num.
6. ſi de feud. fuer. cont. inter dom. & agn. Nam
qualitatem maioris partis reliqua ſequūtur,
Crauet. conſ. 27. num. 89. cum ibi alleg. etiam
in feudis, quia maior pars minorem trahit, Ia
ſon l. à diuo Pio. circa princ. num. 12. de re iu-
dic. ut eodem omnino iure cenſeri debeat, Ti-
raquel. de retract. prox. §. 1. gloſ. 7. numer. 81. &
§. 36. gloſ. 3. num. 6. per l. eum qui. de uſucap. l.
longè. de diuerſ. & temp. præſcrip. Ac ſanè
fuerit abſurdum, cùm de omnibus ſuis, quæ
ab hoc domino poſsiderent, bonis Rodangi
ſemper

ſemper ſint inueſtiti, requirere ſingularũ par-
tium ac ſpecierum petitionẽ ac inueſtituram,
quæ recognitioni uniuerſitatis inſunt, Afflict.
c.1.in princ.num. 6.7.8.9.10.11.de cont.inter
maſ.& fœm. per illum text. Curt.tractat.feud.
parte 2.nu.2.quæſt.4. Tiraq. de retract. prox.
§.36.num.4.cum multis ſeq.& dixi ſuprà con
ſil.1.& eiuſdem qualitatis cẽſentur, Bald. cap.
1.num.1.de ca.qui cur. uend.nec diuidi, uelut
connexa, debent. Bal.c.cùm omnes. nu. 6. de
conſt.Quocirca quod iuris eſt in toto, ſit & in
parte,l.quæ de tota. de rei uend.neque diſtin-
guente pacto nos diſtinguere debemus, l.2.§.
cõuenire.in fi.de iudic.l.ſi rem quam.de euict.
cum ſimil. quæ ponit gl.l. de pretio. de Publi-
cia.tanquam in lege, l. de precio. de Publicia.
l.proſpexit.qui à quib. cui æquiparatur l. ult.
C.de reb. alie.Euerar.loc. leg. à pacto ad legẽ,
ſed potiùs de ſimilibus idem ſtatuere iudiciũ,
Bal.l.humanitatis.nu.14.C.de impub.ſubſtit.
Quod quidẽ ſi uelit inficiari peritor, uideat,
quo iure hęc bona, ut noua feuda ſibi aperta,
poſtulet: cùm nunquam fuerint in feudũ ſpe-
ciatim data, uel recognita, & ab hac nobili fa-
milia pridem empta, comparataq; ut ſi nega-
re uelit ea generali inueſtituræ includi, iã con-
ſequatur allodialia eſſe, ac conſequenter iure
hæreditario poſſeſſoris eſſe. At quidem com-
paret, ſi uerũ dicere uolumus, ex quo hæc bo-
na cõſenſu domini empta, & feudo maiorum
principali adiuncta, unaq; poſſeſſa & uſurpa-
ta ſunt, pro parte & appertinentia eiuſdem ha
beri cœpta eſſe: quæ quidem unio & incorpo-
ratio ab ipſa deſtinatione cœpit, Tiraquel. de
retract.prox.§.36. gloſſ.3.num. 4.per not.in l.
quod in rerum.§. ſi quis poſt. de leg. 1. & cùm
qualitas partis probetur poſſeſsione totius, l.
is qui.20.ubi Bart.quemadm.ſeruit.amit. In-
nocent.c.2.num.3.& 5.de cap.monach.Iaſon.
poſt gloſ.numer.34.in l.3.in princ. de acquir.
ac inter uaſallos anteceſſores ac ſucceſſores
cõtinuetur, Bal.c.1.in prin. ſi de feu. contr.int.
dom.& agnat.per l. cùm miles. ex quib. cauſ.
maior.Bal.c.1.§.inter filiam. num.2.ſi de feud.
defunct.certè ꝑducta eſt hactenus, & per lon-
gam poſſeſsionem corroborata, c.1.de cõſuet.
rect.feud.in prin.c.1. §. fin.ſi de inueſt.contro.
19 Deniq; † in pleriſq; triginta annis, quibus cõ-
pletur unio, Odofred. conſil.296. nu 3.Alex.
conſil.101.circa numer.2.& 3.uol.6.conſi. 70.
in cauſa.num.1.2.3.uolum.3.Boer.deciſ. 345.
num.5.& 6.deciſ.Neap. 277.cum ſeq.præſcri-
pta, Affl.& Dd.d.§.ſi quis.per 30.annos.Bald.
l.2.in 2.lect.num.7.& 8.C. de præſcript.30.an-
nor.Alb.Brun.conſil.67.nu.89.Pariſ.conſ.15.
num.13.cum ſeq.lib.2. Chaſſan. conſ.11.& 78.
Mynſing.obſer.29.cent.4.unde naturam feu-
di ſortitur ordinariam, Bald.l. liberti.num. 31
C.de oper.liber.& c.ult.nu.1.2. de feud. dat.in
uicem leg.commiſſ.Iacob.uerb.itaq; ipſi inue
ſtiti.uerſic.an autem.num. 14. Franc.Balb.de
præſcrip.parte 4.partis 4.princ.§.primò igi-

20 tur quęro.num.1.quia. † pro ueritate habetur
præſcriptio, l.1.ubi Bal.Caſt.& Dd. C.de ſeruit.
& aqua, cui nihil oppont poſsit, Bal. c.ult.nu.
1.& 2.de feud. dat. in uic. leg. commiſſ. Laud.
& Dd.c.1.quib.mod.feud. conſtit.ut cuius ex-
ceptio ſit litis finitæ, c.1.ubi gl.& Dd.de lit. cõ-
teſt in 6.Blãc.de cõpro. parte 4. de excep. im-
ped.in uerb.pręſcriptionis, maximè cũ in cõti
nenti poteſt demõſtrari, Bar.l.ult.pro ſuo, l.nã
poſtea.in princ.ubi Iaſ.& Dd. de iureiur.ſicut
21 † hic per libellum agẽns ſtatim probat tan-
quam exactis, c.quoniam.uerb. petitiones.de
probat.inducẽtibus notorium, Socin. l.1.nu.
5.de excep.nempe reum cum ſuis anteceſſori-
bus hæc bona litigioſa maximam partem an-
te 40.annos cõparaſſe, deincepsq; poſſediſſe:
22 quæ † quidem actoris confeſsio de narratis li
belli eius deducta probat Panor. c. examina-
ta.num. 3.& 4.de iudic.uelut omnium proba
tionum longè maxima, Iaſ.l.cùm te.num.7.8.
10.C.de tranſac.Dd.rub. ext.& C.de probat.l.
eum.de iureiu. Porc. conſil.170.dominus.nu.
20.& melior de mundo. Ioan. de Bonamicis
conſ.8.nu.65.& cõſ.33.nu.2.legitima.gl.uerb.
deprehenſi. c.cùm abolẽdam. de hæret.Hipp.
rub.de probat.nu. 7. probata, nõ probanda,
Iaſ.poſt Bart.l.admonendi. nu. 134.de iureiu.
& l. 1.in princ. nu. 10.de oper. nou.nunc uide
Hipp.ibidem num.68.cum multis ſeq.Bald.l.
Imperator, de ſtatu hom. & ex continenti per
ipſam inſpectionem rem demonſtrans, Bald.
l.2.num.1.de edict.diui Adria.tollen. Marant.
parte 4.in d.uerb.exceptio.numer.15.Itaq; in
his præſcriptis res dubium non habet, quo-
niam præſcriptio inueſtiturã ſupplet: Afflict.
in 3.notab. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud.
defunct.& ſucceſsioni agnatorum locum fa-
cit domino excluſo, Afflict.§. ult.numer. 6. de
feud.dat.in uicẽ leg. commiſſ.In reliquis non
præſcriptis ſufficit præſumptio inueſtituræ ex
longa poſſeſsione ducta, c. 2. ſi de inueſtitur.
int.dom.& agn. c.1.§.porrò.qualiter olim feu.
pot.alien.& tacita domini uoluntate, quæ ſuf-
ficit: Schurff.ait communem, conſil. 41.num.
2.& 3.centur. 1. qua nouum feudum antiquo
inferium eſt, Alexan.conſ.30.quoniam.num.
7.uolum.1.per Bald. in c.1.de alien. feud. pat.
& conſil. 55. proſpectis. in fin. uol. 4. & uelut
eius acceſsio facta, quæ ſequitur principale, l.
cùm principalis.de regul.iur.cap.ſi qui acceſ-
ſionis.de fideiuſſ.c. acceſſorium.de reg. iur. in
6.Loriot.in tract.eo.Tiraq. in retract.lig.§.36.
gl.3.nu.3. aut ſaltẽ, ut ſpecies aliqua uniuerſi-
tatis huius feudalis, quãlibet ſeparata, generi
tamẽ incluſa, Euer.loc.à genere, l. 4.ubi Caſt.
C.in quib.cauſ.ceſſ.long.temp.præſcrip.Tira-
quell. præallegat.loc. uniuerſali ac generali &
ſimultanea Rodangorum inueſtitura cõpre-
henſum eſt, Alexand. d. conſil. 55.proſpectis.
circa finem, uolum. 4. Pariſ. conſ.33.num. 98.
uol.1.Socin.conſ.166. in cauſa.nu. 5.6. uol. 4.
Cardin. Aluar. & Dd. cap. 1. quid ſit inueſtit.

Curt.tract.feu.parte 5.quæſt.1.nu.12 Dec.cõſ.
498.uiſo.nu.20.51.22.Tiraq.præal.loc.nu.11.
Nam ab annali uſurpatione, c.1.§.ult.ſi de in-
ueſt.cont.gl.c.1.in prin.de conſuet.rec.feu.c.1.
§.porrò.qual.ol.feu.pot.al.multò magis triē-
nali,cle.1.ubi Zab.de ſeq.poſſ.maximè diuti-
na & longa poſſeſsio eiuſmodi præſumptiuè
qualificatur,d.c.1.de conſuet.rec.feu.in prin.
Summâ,cùm hęc bona ſemper fuerint feuda-
lia etiā apud priores poſſeſſores, deinde con-
ſenſu domini à Rodangis empta & poſſeſſa
pro feudis,ac recognita ſeruitijs, quæ etiā pro
omnibus bonis pręſtari intelliguntur,Bal.c.ua-
ſallus.1.nu.9.ſi de feu.fuer.cõtr.int.dom.Affl.
§.ſi quis per 30. annos.in 6.not.nu.6.eod.tit.
Bald.d.conſ.225.quæſtio.nu.1.uol.1.cumq; in
omnibus caſibus Rodangi inueſtiturā unam
pro omnibus ſuis bonis feudalibus, quæ ab
hoc dño recognouerunt,petierint,& ſimulta-
neè obtinuerunt,cui dubiū eſſe poteſt,quin in
hac generalitate & uniuerſalitate non minus
hæ ſpecies bonorum incluſæ ſint, Pariſ. d.cõſ.
22.no.98.uol.1.Tiraq.præalleg.loco, num.11.
Bal.& Dd.c.1.de cap.qui cur.uend.quàm reli-
quæ antiquæ,de quibus nulla eſt quæſtio? Ex
quo conficitur, ſucceſsionem borū ad ſolum
reum pertinere: in paternis quidē,ex iure cõ-
muni,c.1.de ſucc.feud.cum ſimil in parte ue-
rò patrui,ex iure præſcriptionis, Affl.§.ultim.
num.6.de feud.dat.in uic.leg.cõmiſſ.& ſimul
taneę inueſtiturę,c.1.de duob.frat.ubi Dd Ex
his autem eliditur & aliud agentis fundamen
tum, quo propter nõ petitam inueſtiturā hæc
bona uelut commiſſa apertaq; domino petit,
c.1.quo temp.mil.c.1.de cap.Corr.Schurf.cõſ.
66.quanquam.nu.14.cent.1.Negatur enim,
& iure negatur,non petitam eſſe,cõtrariumq;
docet uniuerſalis inueſtitura, omnibus in ca-
ſibus releuationis obtenta, cui nõ minus iſta,
quàm reliqua antiqua Rodãgorū bona, quæ
ab hoc domino mouentur,ſunt incluſa. Et cū
nullius feudi fiat in iſtis inueſtituris mentio,
ſed generatim omnia concedant, certè licebit
hac ratione etiam antiqua feuda rei reuocare,
quæ non minus,quàm noua.ob non petitam
inueſtituram committūtur, Iſer.c.1.nu.r.quo
temp.miles,& §.ult.nu.2.quæ ſit prima cauſ.
beneſ.amitt. Quòd ſi putet actorem illa pete-
re hoc prętextu,cur iſta tam impudenter attē-
tat? cùm in omnibus indiſtinctè uerū ſit, aut
petitam & obiētam eſſe omnium nomine in-
ueſtituram generalem,aut nullius nomine pe
titam eſſe datamq;, nec illam generalitatē aut
uniuerſalitatem quicquam comprehendere,
ſed nihil eſſe quaſi nulla inueſtitura petita da
taq;: quod dictu fuerit abſordiſsimum. Fin-
23 gamus † autem defonctos hic fuiſſe non peti-
tæ inueſtituræ reos,tamen quando cum illis
nihil hoc nomine ſit actum, an contra ſucceſ-
ſorem nūc demum poſt tot annos lex cõmiſ-
ſionis poterit exerceri? cõtra gl.§.item ſi fide-
lis.quib.mod.feud.amit.§.item qui dominus,
uerſ.porrò.quæ fuit pri.cauſ.ben.amit.Curt.
trac.feu.part.4.in fi.gl.1.omnimodo.in prin.
uerb.licebit.C.de inoff.teſt. Mynſing.obſ.97.
cent.3.Laud.tract.feu.parte 15.nu.31.Schurff.
conſ.41.cent.1.Chaſſan.in cõſ.Burg.rub.3.de
feud.§.1.an non culpa horum eſt remiſſa,l.his
ſolis.l.ult.C.de reuoc.don.& extincta morta-
litate? Num actiones eiuſmodi pœnales nun-
quam motæ in defunctos,pòſt eorum hęredē
tenebunt? §.non autem.Inſt.de perp.& temp.
act.l.unic.ex delict.defunct.Relinquitur ergo
negligentia ipſius rei, qui ſcilicet etiam nõ ci-
tatus ultrò intra annum petere debuit, d.c.1.
quo temp.mil.c.1.de cap.Corr.Schurff.conſ.
16.ſuper.in fine, & conſil.99.quod prædictæ.
num.6.centur.1.quia non fecit,ſine iuſta cau-
ſa (quæ non præſumitur, latè Tiraq.de pœn.
cauſ.43.nu 8.cum ibi alleg) amiſit, d.c.1.ubi
Dd.quæ fuit prima cauſ.benef.amit.d.c.1.quo
temp.miles,c.1.de cap.Corra.cū ſimil.de qui-
bus ſ.conſil.79.& 92.Egregiè uerò & perbel-
lè,quaſi non in generali petitione & inueſtitu
ra hæc ſint cõprehenſa, ut diximus:quaſi pro
inueſtitura non ſit præſcriptio, c.ult.ubi Affl.
de feu.dat.in uic.leg.com. Affl.d.§.ſi quis per
30.annos.in 3.not.num.3.Pariſ.conſil.25.nu.
18.uol.4.ducta ex iuſtiſsimo emptionis titu-
lo, Afflict.ibidem num.2.& 3.bona fide,quæ
24 † & aliás etiam præſumitur ſine adminiculis,c.
ſanctorum.ubi Panor.num.3.de præſcrip.gl.
communis uerb.bona.in c.ſi diligenti.de præ
ſcrip.Balb.in l.Celſus.parte 3.nu.2.3.uel iniu-
ſtis ex cauſis,Iaſ.l.ſi id,quod.nu.35.de iuriſdi.
multò magis hic ex domini cõſenſu tituloq;.
Bald.l.ult.nu.34.C.de edict.diui Adria.lõgin
quitate uſus,Bart.l.ult.nu.18.C.unde ui: item
poſſeſsione ab anteceſſoribus uaſallis conti-
nuata,Bal.c.1.in prin.ſi de feud.cõt.int.dom.
& ag.per l.cùm miles.ex quib.cauſ.manumit.
in hūc reum poſſeſſorem & ſucceſſorem, l.3.l.
hæres.25.l.nūquam.31.l.poſſeſsio.20.de uſu-
cap.l.nemo.10.C.de acq.poſſ.l.cùm hæres.11.
l.de acceſsionibus.de diuer.& temp.ac.Iaſ.l.1.
nu.40.41.C.de ſer.fug.Frāc.Balb.trac.præſcr.
part.3.partis 3.princ.quæſt.3.nu.7.& 8.Bar.&
Dd.l.Celſus.de uſucap.& ꝓbata ſatis (ſicut ꝓ-
bari ſanè cum ſuis qualitatibus debet,c.1.ubi
Frāc.& Dd.de præſcr.lib.6.) ex ipſis actis,ac li-
bello actoris,Panor.c.examinata.nu.3.de iu-
25 dic.quæ † quidē præſcriptio loco eſt tituli,c.de
quarta.de præſcrip.& ueritatis,l.1.ubi Caſt.C.
de ſeruit.Bald.c.ult.nu.1.2.de feud.dat.in uic.
leg.commiſſ. Dd.c.1.quib.modis feud.conſt.
Iacob.in inueſt.num.14.pleniſsimamq; ſecu-
ritatem,diſcuſsis contrarijs, inducit, Curt.ſe-
nior conſil.82.capio.nu.5.Pariſ.conſ.32.nu.5.
uol.2.cõſ.13.nu.17.19.uol.4.inueſtiturā,quo
ties deeſt,ſupplet Pariſ.conſ.25.nu.18.uol.4:
ac pręſumi facit,Affl d.§ ſi quis per 30.annos.
in 3.notab.& c.ult.de feud.dat.in uic.leg.com
miſ.Iaſ.l.2.nu.155.C.de iur.emphy.Camerar.
poſt alios in c.1.in princ.uerb.temporis præ-
ſcriptio-

ſcriptione.de proh.feud.alie. per Fed.præſcri-
bitq; etiam commiſſo,c.1.§.præterea. ubi glo.
uerb.præſcriptione.de cap.Corr.quã ſequun-
tur ibi Bal. Alex.& Dd.latè Scburff. conſil.41.
premiſſa num.4.centur. 1.ob non petitam in
primis inueſtituram. Chaſſ. in conſuet. Burg.
rubr.3.de feud.§.1. in fin. Quid in reliquis, an
poſſeſsio diuturna præſumptionem inueſti-
turę non inducit? c.1.in prin. de conſuet. rec.
feud.c.1.§.fin.ſi de inueſt.contro.num hic alie-
ni iuris ſucceſſor probabiliter exiſtimat & opi
nari potuit,l.qui in alterius.ubi Cag.num.12.
& 25.de reg.iur.Tiraq. de præſcrip.§.ult.gloſſ.
2.in princip. ſę, ſuorum exẽplo anteceſſorum
petitione generali, quam fecit, ut reliquorũ,
ſic horum quoque bonorum inueſtiturã po-
ſtulare & impetrare? Aluar. & Dd.c.1. quid ſit
inueſt.Pariſ.conſ.22.num. 98. uol.1. Tiraq. de
retract.lig.§.36.gl.3. num. 3. ſicut parentes ſui
hactenus impetraſſent & poſſediſsẽt, Præpoſ.
& Dd.c.1. quid ſit inueſt. Zaſius in epit. parte
6.num.44 Bald l.2.num.4.C.de probat. Al-
ciat.præſump.reg.2.præſump.8.3.num.5.An,
26 † cùm fatua etiam cauſa excuſet à dolo,l.igi-
tur.de lib.cauſ.l.ſi quis id, quod de iuriſdic. l.
[illegible] C.de Carb.edi.gl. mag. uerb.hoc iudicium.
l.unic.ſi quis ius dicen.ubi Iaſ. & Dd. Hippol.
l.num.25.C.de ſicar.præſertim ſucceſſorem,
l.qui in alterius.ubi Cag.Dec.& Dd.de reg.iu.
non hæc iuſtiſsima excuſabit? c.1.§.fi.de prob.
feud.alien.per Fede.Dd. cap.1.quo temp.mil.
Chaſſ.de feud.§. 1.uerb.intra annum. à com-
miſſo.Chaſſ.præall.loc.quod dolum præſup-
p[illegible]it,Bald.l.ſolennibus.nu. 6.C.de rei uend.
§ [illegible] uaſallus.ſi de feud.defun.c. unic.de contr.
[illegible]nt.dom.& empt.ac certam ſcientiam, Iaſ.l.ul.
27 nu.127.C. de iur.emph.quam † dominus re-
uocans probare debet.Mol.de feu.§.13.glo.5.
nu 6.cùm non præſumatur, l. uerius. de pro-
bat.in ſucceſſore utique,d l.qui in alterius.de
reg.iur.Iam quòd arguitur hic uaſallus ſuum
contrauenisſe ſacramentum,quo ſi qua noua
feuda ſciret aperta,domino ſignificare neque
[illegible]clare promiſit, quàm putidum atq; friuolũ
e[illegible]? Nec enim ſciuit,ne nũc quidem opinatur,
h[illegible],de quibus litigatur, feuda noua eſſe,cùm
ea à patre & patruo uelut altero parente,§.fra
tris.§.item amitam.cum ſeq.de nupt.iure ſuc-
c[illegible]onis acceperit:& adhuc incertus ſit ſuper
his [illegible]us euentus,gl.ult.l.Lucius. §. ult.ad S.C.
Trebel.per l.quod debetur. de pecul. Bal.poſt
28 gl.l.1.de dol.malo. Et † ſicut aliàs in generali
ſermone perſona excipitur loquen ns,l.inqui-
ſitio.18.C.de ſolut.l. quicquid. cõm. præd. ita
uaſallus aduerſus ſemetipſum loqui non ui-
detur.Bald.c.cùm in iure.de elect.nec fidelita-
tem domino promittere contra ſemetipſum
intelligitur,gl.ult.§.fin.de prob. feud. alie.per
Fed.Aluar.& Dd.§. fin.hic fin. lex. Sed & ſcire
hõ uidetur,qui cauſas ignorat,quare ſcire uel
reſtituere debeat,l.qui in ius.138.§.1.de regul.
iur.& ſatis excuſat ignorãtia hic uaſallũ, ma-

ximè ſucceſſorem,l.qui in alterius.de reg.iur.
ubi Dec.Cag.& Dd.à periurio & culpa,Cag.&
Dd.d.l.qui in ius.Iaſ.l.properãdum.§.ſine au-
tem alterutra.C.de iudi.l.2.§. penult.quod ui
aut clã:præſertim cùm hic nulla uideatur do-
mino competere actio, (ut maximè tale feu-
dum nouũ præſtò eſſet) quæ exceptionibus
perpetuis præſcriptionum & alijs non poſsit
elidi,l. non uidetur. l. nihil intereſt cum ſimil.
de regul.iuris.Cæterùm quòd inueſtituræ in-
ſtrumentum ſuper his bonis datum requirit
actor,fruſtra nodũ in ſcirpo quærit:iam enim
antè probauimus in generali inueſtitura hæc
quoque comprehenſa eſſe, Præpoſ. & Dd. c.1.
quid ſit inueſt.Pariſ.d.conſil. 22. num. 98. uo-
29 lum. 1. Quanquam † etiam abſq; ſcriptura
inueſtitura conſtet, §. 1. uerb.inſtrumento in-
ueſtituræ.de not. feu. cap.1.quid ſit inueſt.c.1.
qui teſt.ſint neceſſ.probariq; poſsit,l.4.de pi-
gnor,l.cum inſtrumentis. 10. l.9.l.inſtrumen-
tis.l.non idcirco.12.C. de fid.inſtru. Nec enim
defectus inſtrumenti ueritatem immutat, l. 1.
4.5.6.7.8.9.10.11.12. C. de fid.inſtru. quæ de-
mõſtratur ſatis cùm ex præſcriptiõe, §. ſi quis
per 30.annos.ſi de feud.def.tum pręſumptio-
ne iuris,c.1.in princ. de conſuet.rec.feud.c.1.§.
ſi. ſi de inueſt. cont. quæ probationis loco eſt,
Panor.Felin.& Dd.c.examinata.de iudic.tum
etiam ipſa agennia cõfeſsione in libellum de-
ducta,Iaſ.l.ult.C.ſi cont. ius,num.3.4. qua fa-
tetur hęc feuda eſſe,& ante triginta annos ma
gnam partem Rodangis obueniſſe. Ac perpe-
ram arguitur reus, quaſi contra officium fece
rit, qui non ſtatim domino petenti hæc feuda
conceſſerit,priuſquam cauſa oſtenderetur iu-
30 ſta,ſine † qua nemini ſuum auferri poteſt,Iaſ.
l.ult.C.ſi cont.ius,num.3.4.quæq; non præſu
mitur,Tiraq.de pœn.cauſ.33. num.9. Fortius
enim ius ipſo domino præſumptiuè uaſallus
habet,§.fin.qual.uaſal.pot.alien. Nec cogitur
quis iactare ſuũ, l. cùm de indebito. in fin.de
probat.aut ſimplici alterius aſſertioni crede-
re,l.ſi fortè.de conſt.pecu.l.aſſumptio.ad mu-
nicip. Nec in dolo eſt, qui ſe ſuumq; defende-
re paratus eſt,l.2.§.penul. quod ui aut clam,l.
prætor. §. ſi quis paratus. de oper. nou.nunc.
Sed nec quiſquam poſſeſsione ſua decedere
cogitur ante cauſæ cognitionem, & quidem
plenam, Panor. c. conſultationibus. in fin.de
off.deleg. Alexã.ad Bart.l.1.num. 10. C.quor.
bonor.Bal.l. 2.nu. 33.C.ſi con.ius. Bart.in ex-
tra.ad reprimendum. uerb. ſummariè.& ante
ſententiam cuiquam ſua poſſeſsio non eſt au-
ferenda,c. cõquerẽte. ubi Panor. de reſt. ſpol.
l.1.C.ſi per uim:ne à Principe quidem,l.memi
nerint. C. unde ui: multò minus à iudice,d.c.
conquerente. Iaſ. nu.3. cum ſeq & Dd.l.iuſtè.
de acq.poſſ. Azo nu.3.Curt.num. 4.Bald.nu.
2.& Dd.l. unic. C.de prohib.ſeq. Anton.conſ.
248.ad prædicta.num. 4. Schurff. conſ.6.nu.
8.conſil.15.cent.3. tantum abeſt,ut quis ultrò
non cõuictus cedere eam alteri debeat, priuſ-

quam is intentionem impleuerit, l. ult. C. de rei
31 uend. Nec uerò † culpari probabiliter hic rei
poſſeſsio tanquam uitioſa poteſt, cùm ſit in
eum ut ſucceſſorem patris ac patrui cõtinua-
ta, l. cùm hæres. & paſsim, de diuerſ. & temp.
præſcrip. §. diuturna, cum ſeq. Inteſt. de uſuca.
ſi non ipſo iure, quod tamen non pauci uo-
luerunt, Bald. l. cùm antiquioribus. num. 11.
C. de iur. delib. Iaſ. l. quoties. num. 32. C. de rei
uend. Bald. Præpoſ. Aluar. Laud. in cap. 1. de
feud. cognit. Tiraquell. tract. primog. quæſt.
40. num. 90. ſaltem facto apprehenſionis na-
turalis, qua inſtar reliquorum hæredum, Bar.
Bald. num. 3. Fab. Iaſ. Dec. l. ult. C. de edict. diui
Adria. l. 2. C. quan. & quib. quarta pars, lib. 18.
l. cùm hæredes. de acq. poſſeſſ. Tiraq. tract. de
morte, part. 1. declar. 7. poſſeſsionem ſucceſsio
nis uacantem occupare poteſt, etiam ante in-
ueſtituram, c. 1. ſi de feud. fuer. contrò. int. do-
min. & agn. Bal. cap. 1. nu. 1. de cont. inter ma-
ſcul. & fœm. Iacobin. in inueſt. uerb. ita quòd
ipſi inueſtiri. num. 13. Tiraq d. tract. de morte,
in 4. declar. præfat. nu. 4. gl. l. cùm miles. 30.
uerb. quaſi coniunctim. ex quib. cauſ. maior.
quæ non dat, ſed confirmat eam, Bald. rub. C.
de contrah. emp. num. 18. Iaſ. l. quoties. nu. 29.
C. de rei uend. Schurff. conſil. 53. quod in præ-
ſenti. nu 5. & 15. cent. 1. atque ita ſe poſſeſſorem
facere, Ferrar. in for. pet. hæred. uerb. iniuſtè.
nu. 1. Innoc. Imol. Bart. c. cùm in officijs. de te-
ſta. Bart. l. 2. C. quan. & quib. quarta pars, Bal.
conſil. 452. quia. in princ. lib. 4. Soc. conſ. 72.
quæritur, remedijsque poſſeſſorijs præmunire,
Bened. in rep. c. Raynutius. uerb. mortuo. nu.
70. 77. Chaſſan. in cõſuet. Burg. de ſucceſ. §. 1.
num. 6. Tiraquell. de morte, in 4. declar. præ-
fat. num. 7. & in 4. declarat. partis 4. num. 28.
32 Nec † uerò auferri ea, niſi per ſententiam cau-
ſa plenè cognita probataque decet, l. 1. C. ſi per
uim, uel alio mod. Bald. num. 2. 3. Curt. & com
muniter Dd. l. unic. C. de prohib. ſequeſ. c. con
querente. de reſt. ſpol. Alb. Alex. l. ſi fideiuſſor.
§. final. ubi Socin. num. 3. qui ſatiſd. cog. non
ſolùm in petitorio, uerùm etiam poſſeſſorio,
d. l. 1. C. ſi per uim, l. meminerint. C. unde ui, c.
2. ubi Panorm. nu. 1. de dol. & contum. Bartol.
Rebuff. & alij, l. iiſ bus. C. de agric. lib. 11. Pa-
norm. cap. 1. num. 16. de ſeq. poſſ. & Bald. cap.
1. num. 4. eod. tit. clem. 1. eod. Cuius cauſa licet
reſpectiuè dicatur ſummaria, Bart. l. 1. nu. 10.
C. quor. bon. Iaſ. l. properandum. 11. in princ.
33 num. 10. C. de iudic. tamen, ut † aliàs omnis
cognitio in primis alteri præiudicialis, plenè
fieri debet, l. iudices. ubi Iaſ. C. de iudic. Bart.
l. admonendi. in fin. de iureiuran. & in extra-
uag. ad reprimendum. uerb. ſummariè. Ca-
non. c. 1. de lit. conteſt. ſic etiam hic eſt facien-
da, Bald. l. 2. num. 33. C. ſi cont. ius ne ſumma-
riè cuiquam ius ſuum auferatur, l. memine-
rint. C. unde ui, l. 1. ſi per uim, cap. conqueren-
te. de reſtit. ſpol. Schurff. d. conſil. 6. cùm nulli-
tas. num. 6. centur. 3. præſertim ex quo uaſal-
lus hic nedum per annum, ſed longo tempo-
re quietè poſſedit, atque ita præſumptione quo-
que munitus eſt tam communis iuris, Aluar.
cap. ſi quis. num. 4. per illum text. ſi de inueſt.
int. dom. & in §. 1. num. 3. de conſuet. rec. feud.
& §. fi. nu. 2. ubi communiter Dd. eo. tit. quàm
tituli, Bart. l. cùm de in rem uerſo. de uſucap.
cle. 1. ubi Zab. num. 3. de ſequeſtrat. etiam feu-
dalis, ut ſuprà declaraui, cap. 1. de cõſ. rec. feu.
cap. 1. §. ult. ſi de inueſt. cont.

CONSILIVM X.

De beneficio excuſsionis, quando illo uti fideiuſſores, quibus contrà replicationibus illud exclu- dere creditores poſsint.

SVMMARIA.

1 ¶ *Remiſsiones de beneficio excuſsionis.*
2 *Beneficium excuſsionis omnibus datur alieno nomine intercedentibus.*
3 *Fideiuſſores ſunt in effectu, ad quos nihil ex contractu redit emolumenti.*
4 *Beneficium excuſsionis non tollitur generali renunciatione, ſed tantùm ſpeciali.*
5 *Generalis exceptionum ademtio friuolas tantùm aufert.*
6 *Exceptio excuſsionis unde oriatur.*
7 *An ſpecialis renunciatio omnimodam excuſsionem tollat.*
8 *Nouatio quatenus præſumatur, uel probetur: & quid efficiat.*
9 *Cui non renunciatur, id intelligitur adhuc durare.*
10 *Renunciationes & fideiuſsiones ſunt ſtricti iuris.*
11 *Exceptio excuſsionis non tantùm in perſonalibus, uerumetiam realibus locum habet.*
12 *Exceptio excuſsionis impedit litis ingreſſum.*
13 *Summarium excuſsionis iudicium non requirit conteſtationem.*
14 *Notorium eſſe, probandum eſt, & ſententia declarandum.*
15 *Forma ſolennis & modus excuſsionis.*
16 *Sufficit principalis in uicinia excuti bona poſſe.*
17 *Excuſsionis materia ſubtilis.*

18 Ex

18 *Exceptioni non numerata pecunia renun-ciari poteſt.*
19 *Principaliter obligati non habẽt beneficium excuſsionis.*
20 *Principaliter obligati quinam intelligãtur.*
21 *Confeſsio de numerato aquipollet numera-tioni.*
22 *Renunciatio numerationem probat.*
23 *Contractus bona fidei beneficium excuſsio-nis excludit.*
24 *Promiſsio Per fidem, quandó ſit loco iuramẽ-ti, & pro ſpeciali renũciatione habeatur.*
25 *Iuramentum ſpecificè ſeruandum.*
26 *Iurata promiſsio beneficium excuſsionis non admittit.*
27 *Anima maior habẽda ratio, quàm pecunia.*
28 *Renunciatio generalis an & quatenus bene-ficium excuſsionis tollat.*
29 *Certioratio ſui iuris quando requiratur.*
30 *Clauſula Per fidem, adiecta, facit cõtractum bona fidei.*
31 *Fideiuſſor indemnitatis etiã qui ſpecialiter renũciauit, habet beneficium excuſsionis: non etiam alij fideiuſſores.*
32 *Nouatio quomodo fiat, & repetere intelliga-tur qualitates prima obligationis.*
33 *Pro expreſſo haberi debet, quod partes roga-ta expreßiſſent.*
34 *Fideiuſſor hypothecaria conueniri poteſt: ei tamen obijcere exceptionẽ excuſsionis non prohibetur.*
35 *Fideiuſſor non habet beneficium excuſsionis, quando notorium eſt, uel in cõtinenti pro-bari poteſt, principalem non eſſe ſoluendo.*
36 *Excuſsio quem ad finem fiat.*
37 *Notorium de inſufficiẽtia principalis, quomo-do indicatur.*
38 *Quando difficulter bona principalis excuti poſſunt, fideiuſſor hoc beneficium nõ habet.*
39 *In cauſis ſummarijs exceptio excuſsionis, qua eſt de apicibus iuris, non facilè recipitur.*
40 *In contractibus bona fidei & ſimilibus exce-ptio excuſsionis repudiatur: ſicut & iure Canonico.*
41 *Iuſiurandum, uel promiſsio ſimilis an exce-ptionem excuſsionis excludat?*
42 *Qua non proſunt ſingula, multa iuuant.*
43 *An in excuſsione facienda ſit opus proceſſu?*

1 IN hac † executionis cauſa totius
cardo negotij in eo potiſsimùm
uerti uidetur: utrũ Barones pro
alieno debito intercedentes be-
neficio excuſsionis auth. præſen
te. C. de fideiuſſor. renũciaſſe uideantur: an ue
rò id illis ſuperſit, & proinde ad executionem
modò impediendã opponi queat: de quo A-
lexan. conſ. 32. uol. 4. Euerard. loco ab Ord.
uerſ. 2. Ang. & Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem.
Inſtit. de action. Hipp. in rub. de fideiuſſ. Myn-
ſing. obſer. 15. cent. 2. Dd. in d. auth. præſente.
Angel. §. item ſi quis fraudem. num. 10. & 11. &
ibi Iaſ. inſtit. de action. Ac uideri principiò po
terat huic exceptioni à dominis Baronibus
non eſſe renunciatũ. Quanquam enim in ul-
timo inſtrumento, quo in caſum non factæ ſo
lutionis dominium ſuum Barones executio-
ni ſuppoſuerunt, æquè atq; in prima ſcriptu-
ra ſe tanquam debitores principales (*als ſelbs*
2 *ſchuldiger*) obligarunt: tamen † conſtat bene-
ficium excuſsionis dari, non ſolùm fideiuſſo-
ribus, ſed omnibus, qui alieno nomine quo-
uis modo intercedunt, gl. in §. ſi quis. uerb. fi-
deiuſſorem. in authe. de fideiuſſor. Specul. de
renunc. & concl. §. 1. nu. 16. Cyn. num. 4. Salic.
nu. 3. & 4. in d. auth. præſente. Ferrar. in for.
lib. cõt. plur. reos. deben. uerb. quilibet. num.
4. 5. 6. etiam ijs qui principaliter pro debito-
re, ſine tamen nouatione, quę nõ pręſumitur,
l. ult. C. de nouat. ſe deuinciunt, gl. in authen.
de fideiuſſor. §. 1. uerb. fideiuſſores. in fin. Cyn.
in d. auth. præſente. num. 3. Cyn. de num. 4. in
auth. præſente. Ferrar. præalleg. loc. uerb. be-
neficio. num. 3. per d. gl. in auth. de fideiuſſor.
§. 1. in fin. contra Hipp. in rubr. de fideiuſſ. nu.
62. 63. cum ſeq. gl. Ang. & Dd. d. §. 1. uerb. fide-
iuſſores, in auth. de fideiuſſ. idq; probat nupe
3 ra prouincialis conſtit. 18. parte 2. Nam † e-
tiam hoc modo fidem qui interponũt ſuam,
ſiquidem nihil ex cõtractu ad eos emolumen
ti redeat, effectu fideiuſſores ſunt, & pro his ha-
bentur, l. uir uxori. §. ult. ubi gl. & Dd. ad Velleia.
l. ſi non ſingul. C. ſi cert. petat. Bartol. in l. reos.
num. 3. de duob. re. Ferrar. præalleg. loc. nu. 5.
per l. 1. C. de duob. re. Cùm enim ijs congruat
definitio fideiuſſoris, quod nempe rem alienam
ſua fide, ſuoq; periculo eſſe iubeat, Inſtit. de fi-
deiuſſ. in prin. & Dd. in rub. ff ac C. eod. quid
cauſæ eſt, cur non & definitum iure attribua-
tur: gl. in princ. Inſt. de oblig. & l. 1. de cap. di-
minut. Euerar. in loco à definit. pro totũ. Quam
4 obrem † ex eiuſmodi obligationis forma nõ
poteſt uideri beneficio excuſsionis renuncia-
tum, ſicut nuper ordinatum in conſtit. 18. par-
te 2. ut nec illa generali beneficiorũ omnium
repudiatione, quæ huic, de qua modò quæ-
ſtio eſt, interceſsioni inuenitur adiecta. Quo-
ties enim cumq; ſpeciali renunciatione opus
eſt, ut in exceptionum repudio, Specul. de ex-
cept. §. 2. Bartol. in fin. l. ſed & ſi quis. §. quæſi-
tum. ſi quis caut. toties non ſufficit generalis,
l. 1. ubi Salic. uerb. ſpecialem. & Dd. ſi quis in
ius uocat. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ubi Bar.
Alexan. Iaſ. & Dd. communiter. ff. ſi quis cau-
tion. Iaſ. l. 4. num. 15. C. de pac. clem. 1. uerbo,
ſpecialiter. de iudic. Tiraq. latè in legib. con-
hub. glo. 5. num. 118. Beneficium porrò excuſ-
ſionis

ſionis, non generatim, ſed ſpeciatim dunta-
xat, rectè ualideq; repudiatur, Hipp. in rubr.
de fideiuſſor. numer. 29. & 30. & ſingul. 96. re-
nuncians generaliter. per tot. Roman. conſil.
211. allegationes. nu. 2. & 3. & ita conſtitutum,
conſtit. 17. parte 2. licet alij tantùm in fideiuſ-
ſorum indemnitatem id admittant, alios ue-
rò generali renunciatione huiuſmodi amit-
tere beneficia opinentur, Hipp. præalleg. loc.
Cornæ. conſil. 109. uiſo. num. 6. uol. 1. Ferr. in
for. libel. contra plures reos, uerb. quilibet. nu.
6. ſed ſuperior, ut oſtendi, ſententia receptior
5 eſt. Nam † generalis exceptionum ademptio,
uel renũciatio, tantùm friuolas excludit: Cyn.
& Doctores l. ita pudor. C. de adulter. Specu-
lat. cum addit. de obligat. ſolut. & except. §.
2. glo. cap. licet. uerb. abſq; ulla exceptione. de
elect. Rebuff. c. ſine exceptione. 12. q. 2. Hipp. in
pract. crimin. quæſt. ult. num. 1. non etiam iu-
ſtas, Cyn. in d. l. ita pudor. gloſ. & Dd. dict. cap.
licet. de elect. multò uerò minus ignoratas,
Spec. de excep. §. 2. nu. 2. Rom. dict. conſil. 211.
num. 3. aut naſcentes ex natura contractus, l.
quæro. 56 §. inter. ubi Bart. & Dd. locat. Rom.
dict. conſil. 211. num. 3. 4. factoúe aduerſarij,
Hipp. ſingul. 96. renuncians generaliter, cu-
iuſmodi hanc eſſe exceptionem planum eſt:
6 ut quæ † ortum ſui ducat, partim ex natura fi-
deiuſsionis, authent. puto. ubi Dd. de fideiuſſ.
uelut contractus acceſſorij, l. hi qui acceſsio-
nis. de fideiuſſor. partim ex facto aduerſarij,
Hipp. rubr. de fideiuſſ. num. 30. qui conueni-
re mauult fideiuſſorem, quàm principalem:
id quod tempore renunciationis euẽturum,
necne eſſet, prorſus ſciri prouiderique non po-
7 tuit. Quin † & amplius uolunt quidam, ut
Bald. in authen. præſente. in fin. C. de fideiuſſ.
per doctrinam Bartol. in l. 1. C. de conuen. fiſc.
deb. lib. 10. Roman. dict. conſ. 211. nu. 2. etiam
à ſpeciali huius beneficij renunciatione ſu-
pereſſe, tamen huic petitioni locum, ut prin-
cipalis bona ante omnia excutiantur: de quo
ſcilicet hic diſputare fruſtra fuerit: cùm renun
ciatio, prout dictum eſt, hic tantùm generalis
8 in nouiſsimo nexu facta reperiatur. Etſi † por
rò ſpeciatim magis in prioribus obligationi-
bus renunciatum hic fuerit: tamen cùm illæ
per ultimam ſint nouatę, ac ſublatę, & l. pacta
nouiſsima. C. de pact. l. renouatione. C. de fi-
deiuſſ. nullum huc momentum afferre poſ-
ſunt. Nouationem autem factam eſſe, licet
præſumi in dubio non debeat, l. ult. C. de no-
uat. Rom. d. conſ. 211. num. 1. tamen hic appa-
ret ex poſtremæ conuentionis uerbis, quibus
expreſsim cauetur, priores illas obligationes,
interceſsiões, &c. caſſari, tolli, nouari, &c. ut in
certis coniecturæ locus eſſe non debeat, l. con-
tinuus. §. 1. de uerb. oblig. Certa ſunt autẽ, quę
ex inſtrumento, ut probata probatione, non
probanda, parent, Bald. l. quoties. in fin. C. de
iudic. l. 2. C. quando fiſc. uel priuat. l. ult. in fin.
C. de uſur. pup. l. intereſt. nu. 2. C. de ſolut. au-
then. qui ſemel. in fi. C. quomodo & quãdo, cũ
alijs quæ alleg. Tiraq. de retrac. prox. §. 2. glo.
1. nu. 20. Bar. l. 1. in prin. de oper. no. nunc. c. cũ
olim. ubi Panor. de cenſib. Barbat. in c. ad no-
ſtram. in fin. de empt. & uendit. c. cùm dilecti.
de don. latè Tiraq. de retrac. prox. §. 2. gl. 1. nu.
21. 22. & ita limitant ac interpretantur ſeſe d. l.
ult. C. de nouat. & §. præterea. Inſt. quib. mod.
toll. oblig. Etenim nouatio rata habenda eſt,
quoties id expreſſum fuerit inter contrahen-
tes, ut loquitur Imperator d. §. præterea. Inſtit.
quib. mod. tol. oblig. Ea uerò nouatio quãdo
priores hic nexus diſſoluerit, §. præterea. Inſt.
quibus mod. toll. l. ult. C. de nouat. & ab his fi-
deiuſſores liberarit, l. nouatione. cum ſimilib.
C. de fideiuſ. Iaſ. & Dd. l. 1. C. de iudic. ſequitur,
ex ijs ſemel extinctis eos amplius non teneri,
l. qui res §. aream. de ſolut. l. 4. l. ſob prætextu.
ubi Dd. C. de tranſact. cùm id quod nullum
eſt factũ ſemel, nullum amplius párere poſsit
effectum, Socin. conſ. 115. uidebatur. num. 11.
uol. 4. per l. non putauit. §. non quæuis. de bo-
nor. poſ. cont. tab. l. 1. §. in quibus. quod cuiuſ-
que uniuerſ. cum alijs per cũ alleg. Quæ cùm
ita ſe habeant, & uerba nouiſsimæ obligatio-
nis dent formam huic interceſsioni, Bald. in l.
lecta. 2. oppoſ. ſi cert. petat. & in l. quoties. nu.
4. C. de ſuis & legit. l. intereſt. num. 1. & 2. C. de
ſolut. oſtendantque nulla ſpeciali renunciatio-
ne beneficium excuſsionis hic eſſe repudiatũ,
9 ſequẽs eſt dicere: cui † beneficio non reperitur
diſertè renũciatum, illud adhuc durare, Dec.
conſ. 352. num. 7. & conſ. 379. nu. 3. conſ. 419.
num. 9. conſ. 452. num. 21. conſ. 460. num. 6.
ex ratione l. ſancimus. 27. C. de teſtam. Lex e-
nim nõ ſuum, ſed tuum tibi denegat auxiliũ:
l. 1. ubi gl. & Dd. C. ſi aduer. uend. per l. ex aſſe.
10 ad S.C. Trebell. & † non modò renũciationes
ſtricti ſunt iuris, Dec. præall. loc. Iaſ. in l. poſt-
quam num. 10. 11. C. de pact. ſed etiam fideiuſ-
ſiones, l. blanditus. C. de fideiuſſ. & inſtrumen-
ta, Socin. cõſil. 73. circa. num. 4. uol. 1. in qui-
bus cùm hic nulla ſpecialis inueniatur renun
ciatio intexta, cõuenienter ea pro omiſſa, neq;
unquam inter partes tractata debet haberi, l. ult.
ubi Bald. C. de fal. cauſ. l. non figura. de oblig.
Bald. conſil. 189. creditor. nu. 3. uol. 2. & proin-
de obiectu huius exceptionis, quam lex ipſa
ſubminiſtrat, d. auth. præſente. & quæ utpote
nunquam repudiata, adhuc durare intelligi-
tur, d. interceſſores ab executione, à qua non
eſt incipiẽdũ, l. 1. C. de exc. rei iud. tueri ſe ſuaq;
iure poſſunt, donec principalis debitoris bo-
11 na fuerint excoſſa. Nec † enim modò cũ fide-
iuſſor perſonali conuenitur actione, hoc be-
neficium præſtò eſt: uerumetiam quando hy-
pothecaria in rem eius (ut hoc caſu) agitur, §.
ſed neq;. ubi gl. uerb. hypothecarijs. in authẽ.
de fideiuſſ. Salic. in auth. hoc ſi debitor. nu. 5.
C. de pign. Quãquam nonnulli uelint etiam
amplius, hypothecaria nimirum fideiuſſorẽ
non antẽ teneri, quàm perſonali actione fue-
rit

rit conuenturs, gl. in d. auth. hoc ſi debitor. C. de pign. & in d. §. ſed neque. uerb. hypothecarijs. Quod etſi controuerſum eſt, tamen illud certum & definitum, utralibet actione, perſonali, an hypothecaria, cõueniatur fideiuſſor, exceptioni ſemper excuſsionis locum eſſe, gl. Sal. & Dd. d. auth. hoc ſi debitor. C. de pignorib. Chaſ. in conſ. Burg. tit. de rẽtes, §. 2. Ex quo ſequitur, & in ſummario hoc excuſsionis iudicio eam rectè proponi, Ang §. item ſi quis. nu.
12 10. 11. Inſt. de act. Si namq; † ordinariæ actioni ſic aduerſatur, ut impediat litis ingreſſum, Bald. in auth. præſente. in princ. ex uerb. permittitur. C. de fideiuſſ. Ferr. in for. reſponſ. act. hypo. uerb. exceptionem excuſsionis. num. 2. neq; teneat agentis creditoris intentio, donec defectum principalis debitoris iuſtificet, Bal. in l. 2. nu. 3. C. com. diuidun. Iaſ. §. item ſi quis in fraudem. num. 66. Inſt. de actio. & in l. generaliter nu. 3. de uerb. oblig. l. ubi pactũ. nu. 10. 11. C. de tranſact. Socin. conſil. 24. uiſis. nu. 19. uol. 1. etiam iudicis in principali negocio manus liget, donec de excuſsione cognoſcatur, Ferr. præal. loc. quantò magis inferre impedimentum debet extraordinario & ſummario excuſsiõis iudicio l. à diuo Pio. §. ſuper ijſdẽ. ubi Iaſ. & Dd. de re iud. quo abſq; plena cauſæ cognitione, Bald. l. 2. num. 11. ſi ex nox. cauſ. agat. in pignus prætorium manus inijciuntur, gl. & Dd. tot. tit. C. ſi in cauſ. iudi. & de prætor. pig. & in l. à diuo Pio. §. 1. 2. de re iudic. maxi-
13 mè cùm hic ante litis conteſtationẽ (quã † tamẽ in ſummario excuſsionis iudicio, Socin. c. quoniam. 75. ut lite non cõteſt. opus non eſt, Soc. d. c. quoniam. nu. 35. & 57. cum ſeq. ut lite non conteſt. & in rubr. de litis conteſt. num. 1. Zab. cle. ſæpe. in 4. oppoſ. de uerb. ſignific.) ſtatum in ipſo iudicij ingreſſu ſit obiecta, Sal. in d. authen. præſente. nu. 7. & in d. auth. hoc ſi debitor. num. 10. & in l. exceptionem. nu. 22. C. de probat. Ang. in §. item ſi quis. nu. 10. Inſt. de action. Neq; uerò ſatis eſt ad hanc amoliẽdam exceptionem, ex aduerſo allegati notoriam principalis debitoris inopiam, tam quo ad facultates, quàm quo ad conueniendi faci
14 litatẽ. Notoriũ † enim aliquid eſſe certè probandum eſt, Spec. de not. criminib. §. 1. in prin. & Cano. c. conſuluit. de appel. per illum text. & c. ad noſtram. de emt. & uend. Bart. & Dd. l. ſi uerò. §. qui pro rei. qui ſatiſdare cog. quando multa eiuſmodi dicãtur, quæ non ſint, Panorm. in c. porrò. num. 4. de diuor. & d. c. cõſuluit. & cùm hic facultates principalis necdũ ſint excuſſæ, notoriũ illud dici qui poteſt, qđ ab ipſa excuſsione dependet? Rom. d. conſil. 211. Butrig. in d. auth. præſente. C. de fideiuſſ. Ac ut poſſet, tamen cauſæ cognitione ſententiaq; ſuper notorio declaratoria quis non uidet opus fore? Ang in §. itẽ ſi quis in fraudem. num. 14. Deniq; cùm ius certã excuſsioni formam præſcripſerit, eam iudex ad unguem ſeruare debet, l. prolatam. ubi Bald. num. 3. 4. de ſent. & l. humanior. C. de legib. Angel. cõſ. 89. præmitto. Tiraq. de retrac. prox. §. 36. gl. 2. nu. 29. facit l. 3. 5. de reb. eor. l. cùm hi. §. ſi prætor. de tranſact. eoq; nec ſatis fuerit aliter, quàm per uiam excuſsionis & iudicialiter de notoria principalis indigentia conſtare, Rom. cõſ.
15 211. nu. 3. & 4. Ad † formam enim excuſsionis opus eſt proceſſu. Bald. in d. auth. præſente num. 1. Bart. in l. decem. num. 2. cum ſeq. de uerb. oblig. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudẽ. nu. 84. & ibid. Angel. num. 8. & cauſę cognitione, Ferr. in for. reſpon. act. hypoth. uerb. exceptionem excuſsionis. num. 12. cum ſeq. ac proinde citatione partium, l. de unoquoq;. ubi Dd. de re iudic. l. nam ita diuus. ff. de adopt. Ferrar. præall. loc. num. 16. ipſorumq; adeò fideiuſſorum, Bart. in l. decem. num. 2. de uerb. obl. per l. 2. C. ſi propter pub. penſ. l. magis puto. §. ne paſsim. de reb. eor. gl. in l. cũ miles. §. 1. uerb. facienda. ex quib. cauſ. maior. p l. ult. C. de auth. præſtan. & hanc dicit communem Angelus in d §. item ſi quis. nu. 12. ſentẽtia deniq; iudicis, Hipp. in rubr. de fideiuſſor. num. 26. per doc. Bart. in l. ſtipulatio. §. habet. nu. 4. de oper. noui nunc. & in auth. hoc ſi debitor. in fin. C. de pignor. Iaſ. in d. §. item ſi quis. num. 83. & nu. 85. ubi dicit ita finaliter cum Bar. teneri: & ibidem Angel. num. 14. Salic. in auth. hoc ſi debitor. num. 9. C. de pignor. & ſic communiter teneri atteſtatur Ferrar. præall. loc. nu. 17. Guid. Pap. deciſ. 432. num. 8. Rom. conſ. 211. num. 3. & 4. Socin. conſi. 24. uiſis. num. 19. uol. 1. cùm de re litigioſa non dicatur conſtare, niſi per iudicis pronunciationem, gl. in l. ſi poſſeſſori. §. penult. ad uerb. probatum. de iureiuran. c. iu-
16 dex. in fi. de off. deleg. in 6. Quanquã † autem in hoc territorio reus domicilium nõ foueat, maximamq; bonorum partẽ alibi poſsideat: tamen quia hæc in ditione uicina & cõfœderata, coniunctaq; habet conſtituta, non eſt putandum, ea propter aut opibus, aut cõueniendi facultate minus idoneũ, minusq; beneficio dignum excuſsionis eſſe. Alexan. in terminis conſil. 84. in cauſa. num. 8. lib. 3. per not. in l. 4. §. ſi tam uicinum. de damn. infect. c. felicis. ubi glo. uerb. uicinarum. de pœn. lib. 6. Innoc. in c. calumniam. eod. tit. Bald in l. ſi uicinis. C. de nupt. cùm inibi iua idẽ facilè obtineri poſſit & uerò bona etiam ſimiliter excuti debeãt, Ferrar. præal. loc. nu. 13. Soc. in fallen. reg. 134. num. 8. per not. Ang. in §. ſed neq;. in auth. de
17 fideiuſſ. Sed † hæc omnia licet firma uideantur, & ſint (uelut tota hæc excuſsionum materia. Ferr. in for. reſpon. act. hypothe. uerb. exceptionem excuſsionis. num. 1.) ſubtilibus argumentis implicata: tamen ijs non obſtantibus in præſente caſu contrarium iudicio ſtatuendum, & reiecta excuſsionis exceptione cõtrouerſam hanc exceptionem, prout uigore obligationis petit, abſq; mora & ulteriore fruſtratione decernendam eſſe. Quod primò quidẽ planum faciunt priorum interceſsionum inſtrumenta,

ſtrumēta, in quibus d.interceſſores ſe, ut prin
cipales, in ſolidum obligarūt, ita ut unus pro
omnibus, omnes pro uno, uelint & debeāt te-
neri, peræquè atq; ſi ad ſingulos pecunia per-
uenisſet, omni exceptiōe repudiata t non nu-
18 meratæ pecuniæ tantùm, (cui † proculdubiò
renūciari ſic ſpecialiter poteſt, Spec. de renūc.
§.1.nu.30.& de oblig. ac ſolut.§.1.nu.13.Bal.in
l.ſi ex cautiōe.nu.6.l.in cōtrac.nu. 3. & 6.C.de
nō num. pec. ubi dicit, de cōſuetudine ita ſer-
uari, per gl.in l.1.uerb.facit.C. de dot. caut.nō
num.Fel. c. ſi cautio.n.25.de fid.inſtr.) uerùm
etiam auth. præſente.C.de fideiuſſor. cæteriſq;
omnibus qualibuſcūq;, cuius rei interpreta-
tio non penes ſe, ſed creditorem eſſet, præciſis
atq; repudiatis, fide etiā ſuę generoſitatis in-
terpoſita, (*bey Gräfflichen ehrlichen und Chriſtlichen
glauben*) ſe omnia, quæ promittant, ſanctè, fi-
deliter inuiolateq; impleturos eſſe. Conſtat
19 † autem eos, qui ad eum ſe modum principa
liter obligāt, beneficium excuſsionis non ha-
bere, cùm alium à ſe principalem, cuius bona
excutiantur, nominare nequeant, Bald. in l.
fruſtra.num.1.C. de non num. pecun. Specul.
de renunc. & concluſ.§.1.num.13. Alexan. in a-
poſtill. ad Bartol. in l. Marcellus. uerb. tamen.
de fideiuſſor. per l. fideiuſſor. ubi Bart. de pact.
Iaſon. in l. ſingularia. numer. 39. ſi cert. pet. Ro-
man. latè, & in terminis conſil. 114. uiſis. nu. 3.
& 4. Ferrar. in for. lib. cōtra plures reos deben.
uerb. quilibet. nu. 5. & 6. Vbi enim expreſſa eſt
obligationis qualitas, non debet in dubium
20 uocari, utrū † cōtrahentes principaliter ſe, an
fideiuſſorio nomine obligarint, l. non aliter.
ubi Bar. l. ille.§. cùm in uerb. de legat. 3. ideoq;
cùm plures ſe principaliter obligāt, firma ma
net obligationis qualitas, adeò ut omnes in
ea ſint principales, licet ad unum tantùm pe-
cunia peruenerit, l. ſi non ſingulis. C. ſi cert. pe-
tat. quam ad hoc inducit Rom. d. conſil. 114.
uiſis. nu. 3. de quo hîc nō eſt quærēdum, cùm
dicti Barones apertè in inſtrumento fateātur
ſibi pecuniā eſſe numeratā, eaq; re cōfeſsioni
non numeratæ pecunię renunciarint: quo ca-
ſu dubitari nō debet, quin ſint principales, &
ut principales debitores teneantur, Bald. in l.
ſi ex cautione. num. 7. & 8. C. de non num. pe-
cun. Felin in c. ſi cautio. nu. 52. de fid. inſtr. Fer-
rar. in for. reſ. act. hypothe. pręall. loc. num. 25.
ideoq; nec beneficium excuſsionis obtēdere
poſsint, Bald. in l. fruſtra. nu. 1. C. de non num.
pec. Spec. de renunc.§.1.nu.15. Alex. cum Bart.
l. Marcellus. de fideiuſs. per l. fideiuſſor. ubi
Bart. de pact. Iaſ. l. ſingularis. nu. 39. ſi. certum
21 pet. Rom. conſ. 114. uiſis num. 3. 4. Nam † eiuſ-
modi cōfeſsio ęquipollet numerationi, Hipp.
in rubr. de probat. num. 67. & conſ. 94. num.
30. Bald. in l. ult. C. de edict. diui Adrian. tol. ſi-
cut & probaui ſuprà conſ. 33. poſt princ. num.
22 18. 19. cum ſeq. & † renunciatio ueram nume-
rationem probat, Bal. in l. pecuniæ. num. 2. C.
de ſolut. Deinde non modò ex bona fide pro-

23 miſsio hic facta eſt, quod † genus cōtractuum
illud beneficium excuſsionis, uelut apicem iu
ris, excludit, Iaſ. in l. 2.§. creditum. nu. 19. l. ſin-
gularia. num. 39. ſi cert. pet. & in §. item ſi quis.
num. 78. Inſt. de actio. Hipp. de fideiuſſor. nu.
24 7. & 12. ſed † etiā, qđ amplius eſt, iurata pro-
miſsio addita per fidem Chriſtianam & prin-
cipalem, quæ inter Principes iuramento par
eſt, c. ad aures. ubi Panorm. num. 4. & 5. Imol.
nu. 4. quod met. cauſ. c. peruenit. de fideiuſs. c.
1. de ſepul. in 6. gl. in c. querelam. uerb. præſti-
ta. ne præl. uices ſuas, Hoſtienſ. de iureiuran.
num. 1. Iaſ. in l. 3.§. iurari. nu. 3. de iureiur. Bald.
in c. literas. in fin. de præſumpt. & ita de noto-
ria Germaniæ conſuetudine ſeruari teſtatur
Mynſinger. obſer. 17. centur. 1. præſertim inter
Principes, Crauet. conſil. 241. princeps. nu. 11.
quorū uerba, etiam nō iurata, firmiſsima eſſe
debēt, c. ad apoſtolicæ. ubi Innoc. de re iudic.
Mart. Laud. in tract. de Principe, nu. 228. cum
aliјs quæ adducit Couar. licet contrarium ſen
tiēs, in c. 2.§. 2. nu. 2. de pact. lib. 6. eadēq; iura-
ta ꝓmiſsio pro ſpeciali renūciatione habetur,
Bar. nu. 16. Sal. nu. 20. Iaſ. nu. 56. in auth. ſacra
mēta. C. ſi ad. uēd. Bal. in l. 1. n. 4. C. cōmo. Bar.
n. 8. & Dd. cōmuniter in l. ſciēdū. de uer. oblig.
Bart. nu. 4. Caſt. & Dd. in l. ſi duo.§. idem Iulia
nus. de iureiur. c. ex reſcripto. ubi Bal. nu. 2. de
iureiur. Alex. conſ. 27. n. 7. conſ. 42. ſuper. uol.
1. latè Ant. Gab. Rō. lib. 2. de iureiur. cōcl. 4. &
25 ſpecificè in † ſua forma abſq; ullo effugio, uel
cauillatiōe eſt obſeruāda, Iaſ. in §. itē ſi quis. 2.
nu. 12. Inſt. de act. adeò ut inde ꝓmittēs præci-
ſè ad factū obligetᷣ, latiſsimè Ant. Gab. Ro. lib.
2. de iureiur. cōcl. 8. facitq; eadē religio, ut act⁹
ēt fideiuſſorius ualeat, Iaſ. in d.§. itē ſi quis. 2.
nu. 14. per doctrinā Bart. in l. ſi quis pro eo. in
fin. de fideiuſ. & quidem omni meliore modo
ualeat, quo ualere poteſt, Iaſ. in d.§. itē ſi quis.
26 2. per l. cū patrem.§. filius matrē. de leg. 2. † Ac
proinde etiā beneficiū excuſsiōis bonorū, ſe-
cūdū quoſdā (nā aliј, ut pòſt dicā, cōtradicūt)
excludit, Bal. in c. ex reſcripto. nu. 2. de iureiur.
Alex. in apoſtil. ad Bart. l. Marcellus. uerb. tñ.
de fideiuſ. num. 9. cū multis ibi alleg. Soc. reg.
134. fallen. 1. Alex. conſ. 24. uiſis. nu. 48. uol. 1.
27 & cōſ. 29. in fi. uol. 7. Cū † maior animę ſit ha-
bēda ratio, l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. gl.§. ſi
quis de prædictis. uerb. ſi. n. in auth. ut cum de
appel. c. præcipimus. 12. q. 1. Imol. c. cùm cōtin
gat. nu. 8. & 86. de iureiur. Alex. conſ. 125. uiſis.
nu. 17. uol. 1. quæ ob periuriū diuinæ iræ obli-
gatᷣ, l. 2. ubi Dd. de reb. cred. Menoch. in iud. ar
bit. caſu 319. n. 2. ꝙ facultatū, d. l. ſancimus. C.
de ſacroſ. eccl. glo. in §. ſi quis prædictis. uerb. ſi
enim. in auth. ut cū de appel. cognoſc. Iaſ. in l.
licet. n. 5. C. de pact. per c. cū infirmitas. de pœ-
niten. & in dubio pro religione iuriſiurādi fa-
cienda interpretatio, l. ſunt perſonę. 43. in fin.
de reli. & ſum. fu. ut anceps periuriū euitetur,
l. 4. de in litem iur. Ferr. in for. ex teſt. uerb. ua-
rietas, cui uia nō eſt aperiēda, c. in natura. 32. c.
cùm

cùm tu.c.ex literis.cap.interim. de teſt.de quo
hic pluribus nõ eſt diſputandum, quando ex
illo priorum obligationum inſtrumento pa-
teat non generatim, neq; tacitè ſolùm, ſed ex-
preſsè quoque iuiſſe excuſsionis beneficio d.
auth. præſente. renunciatũ, ut hìc non ſit neceſ-
28 ſum quærere, an † omnimoda & generali re-
nunciatione etiam huic excuſsionis remedio
uideri debeat renunciatum, Spec. de renunc.
& concluſ.nu.5.Hip.in rub.de fideiuſſor. n.7.
Cornæ.conſ.109.uiſo.nu.4.& 5. uol.1.ex com
muni theorica Bar.Bal.Iaſ.Rom.& Dd.in l.ſed
etſi.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.per 9.glo.in l.ſi
quis.§.iuſſum.de acqu.hæred.præſertim cùm
promittentes penes creditorem eius rei inter-
pretationẽ eſſe uoluerint, l.1.C.ſi aduer.uend.
ubi Dd.c.1.de his, quæ ui metúſue cauſ.c.ſi ui-
ro.c.ſi uirum.de iureiur.& renunciatio omnis
auxilij pro ſpeciali ſit habenda, Bart. in auth.
matri.nu.12.& ibi Alex.C. quãdo liceat matr.
niſi in ijs, in quibus iureiurãdo eſt opus, Bal.
in l.antiquæ.§.fin.nu.2.C.ad Velleia.ideoq; o-
mnia ad quæ ſalua ratione recti ſermonis ex-
tendi poteſt, remedia complectatur, Bart.in l.
Aurelius.§.Caio.num 11.de lib.leg. & in l. ſed
etſi.§.quæſitum. num.1. ubi communiter Dd.
ſi quis caut.Iaſ.in l.ſi de certa. nu. 5.& 6. C. de
tranſact. & l. emtor. §. Lucius.num. 8. & 9. de
pac.& eſt communis concluſio gl. Bart.Bald.
Salic.Iaſ.& Dd. in l. ſub prætextu ſpecierũ. C.
de tranſact. Alex.conſil. 11.uiſo.num. 9. & 15.
uol.2.dixi ſuprà conſil.2.de quibus in præſen
tiarum non eſt magnoperè laborãdum, cùm
promiſsio, ut modò dictum eſt, iurata uim ha
beat renunciationis ſpecialis, c.ex reſcripto.
de iureiur.Bald.d.l.1.num.4.C.commo.Alex.
& Dd.l.ſciendũ.de uerb.oblig.& conſil.27.ui-
ſo.nu.7. uol. 1. & acceſſerit ſpecialis renuncia-
tio, auth.præſente. & exceptionis nõ numera-
tæ pecuniæ. Conſtat enĩ, quoties renunciatur
quibuſdam, quæ ſpeciali renunciatione opus
habent, toties ſubiecta clauſula generali repu
diationis, intelligi reliquis omnibus, etiamſi
non exprimãtur, eſſe renunciatum: uide Bart.
& Dd.l.ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis caut.
& eſt expreſſum conſtit.17.parte 2.Quanquã
non deſint, qui putent ſufficere generalem re-
nunciationem ad excludendum excuſsionis
beneficium, Dec.l.ſi.nu.20.ſi cert.pet.Bald.l.1.
C.de conuen.fiſc.deb.lib.10.Corn. conſi.109.
uiſo. in 6.uol. Ferrar. in for.lib. contra plures
reos, uerb.qual.num.6.Dec.conſil.27.pro ui-
rili.num.6.& 8.Imol.conſ. 46.in caſu. Aretin.
conſil.33.conſul.num.7.8.10. Rom.conſ.472.
cùm nuſquam lex ſpecialem deſideret, Barto.
num.1.Caſt.num.4.Alexan.num.11.d.§.quę-
ſitum.Tiraq.l.ſi unquam.in prin.nu.116.cum
29 ſeq.C.de relig.dom.Illud † uerò nõ eſt hìc diſ-
quirendum, an generatim renunciantes de
beneficijs ſibi competẽtibus idoneè facti ſint
certiores: huic enim diſquiſitioni locus eſt in
mulieribus temerè renunciantibus, Bal.l.an.
4.C.ad Velleia. Iaſ. aut ſacramenta, num. 55.
cum ſequ.C.ſi aduend. Canon. in cle. pen.de
emt.& uend.& minoribus, Iaſ.nu. 54. & Dd.
in auth. ſacramẽta.C.ſi aduer.uend. latè Ant.
Gabr.Rom.lib.2. de iureiur.nu. 1. 2. & per to-
tum, qui ius ſuum uerìſimiliter ignorant ob
ſexum, l.ſi mulier.C.ad Velle.l.ult.C.de iur.&
fac.ig.l.ſi pater.C.de ſponſal. uide Tiraq.de le
gib.cõnub.in prin.nu.65.66.cum multis ſeq.
& ætatem, l.ſi adulterium cum inceſtu. §.fratres.
de adult.l.regula.de iur. & fac.ig.glo.ult.l.2.§.
ult.de iur.fiſc.non etiam maribus adultis, qui
iura ſua ſciunt, aut, quod perinde eſt, ſcire de-
bent, l. quiſquis.C.de reſcin.uend. l. quod te.
ſi cer.pet.per not.l.ult.l.error. & paſsim, C.de
iur.& fac.ig.& l.leges. C. de legib. Duplici igi-
tur ex capite iſti obligati beneficio excuſsio-
nis priuantur: primò, quia nec uerè, nec fictè,
ne per interpretationem quidem ſunt fideiuſ-
ſores, ſed rei principales, qui alium principa-
lem poſsint nominare neminem. Secundò, quòd
etiamſi beneficium hoc illis quoq; daretur, ta
men illud inueniantur repudiaſſe non ſimpli
30 ci renunciatione, Dd.l.1.C.de pac.ſed † per cõ-
tractum bonę fidei: clauſulæ enim adiectę, *bey*
ihren guten Graeflichen glauben alß treulich und ohn
geferdt, actum bonæ fidei faciũt, l.hoc iure.152.
§.ult.de reg.iur.Bal.conſ.343.lib.1.diſertis ſpe
cialiter uerbis ac religione iuriſiurandi, quod
& ipſum pro bona fide eſt confirmatũ, ut id-
re per renunciationem ita, ſicut oſtendimus,
amiſſo, l.4.& t.t. C. de repud. hæred. amplius
uti & ad id redire non poſsint, Hipp. nu.7.de
31 fideiuſſ. Nam † quod ſuprà poſitum eſt, etiam
ſpecialiter renunciantibus nihilominus hoc
beneficium præſtò eſſe, Bald. d.auth.præſente.
in fin.id tantùm in fideiuſſore recipitur inde-
mniſatis, l.decem.de uerb. obli.l.ult.ſi cer.pet.
Ferrar.in for.lib.contra plures reos, uerb.qui-
libet.nu.6.Chaſſ.in conſue.Burg.rub.5.§.2.in
prin.nu.11.qui in defectum primæ obligatio-
nis conditionaliter dũtaxat ſe deuinxit, Chaſ.
Ferr.præal.loc.ne propriè fideiuſſor eſt, Caſt.
nu.2.Iaſ.nu.1.& Dd.in l.ult. ſi cert.pet. neq; ta
men in hoc etiã uſquequaq; obtinet, Iaſ. l. ult.
nu.3.& 4.ſi cert.pet. Ad alios porrò alieno no
mine obligatos extendi hic unicus caſus non
debet, Hipp.d.rub.de fideiuſ.nu.23.& hoc ius
ſingulare, l.quod uerò. de legib. ita Bal.auth.
præſente.in fi.C.de fideiuſſ.Bart.l.1.C. de con.
fiſ.deb.lib.10. quin generalibus renunciatio-
nũ regulis iuris cõmunis teneant, neq; ad be-
neficium excuſsionis ſemel repudiatum am-
plius aſpirare poſsint, Hipp.Fer.Chaſſ. præal.
lo.Cornę.conſ.109.uiſo.n.6 uol.1.Rom. con-
ſil.211.allegationes. nu.2. Caſus enĩ exceptus
& ſpecialis confirmat regulã in non exceptis,
Dec.l.1.nu.20.de reg.iur. Quanq; autẽ in ulti
ma obligatione nõ tam diſertè hæc renuncia-
tio deprehẽdatur, quàm in prioribus, neq; in
33 nouatione, quæ † etiã alio cõtractu, quàm ſti-
pulatione, uel qui uim eius habeat, iure perfi-

ei poteſt, Bar. l. 1. de nouat. per l. ſi mandator. §.
ſi mandat. Alex. l. ſi diuortio. de uer. oblig. cen
ſeatur repetita fideiuſsio, Bar. l. aliam. nu. 2. de
nouat. per l. nouatione. C. de fideiuſſ. Iaſ. l. 1. n.
20. C. de iudic. niſi exprimatur, Dd. præall. loc.
multò minus de cōnexis fideiuſsioni benefi-
cijs, ut acceſſorijs, Hipp. in rub. de fideiuſſ. nu.
29. & ſing. 96. cum alijs ſ. alleg. quibus non ſit
diſertè renunciatū, uideri debeat actū, Rom.
conſ. 211 allegationes. nu. 2. per cōmunem do
ctrinam in l. ſed et ſi. §. quæſitum. ubi Bart. ff. ſi
quis cautio. tamē id minus hîc eſt ponderan-
dum, cùm etiam in hoc ultimo inſtrumēto iſti
Barones ſe uelut principales, & prout in prio
ribus inſtrumentis obligarint: unde in certis
non debet eſſe locus cōiecturis, l. cōtinuus. §. 1.
de uerb. oblig. ſed potius ea interpretatio fa-
cienda, ut prior interceſsio nouata intelligatᷣ
cum omnibus ſuis clauſulis & qualitatibus,
in poſtremam nouātem deducta eſſe, & repeti
ta, l. aliam ubi gl. in prin. Bar. nu. 1. & 2. & in l.
ſi Stichū § 1. de nouat. text. in l. qui ſic. ubi Iaſ.
nu. 2. Zaſ. n. 1. 3. de uerb. oblig l. creditor. i. mu-
lier. qui pot. in pig & ibi Bar. l. qui ſic. ubi Ale.
& Ang de uerb. obl. nec reſtitutū excuſsionis
priuilegium ijs qui ſe ſemel eo priuaſſent: nec
idem expreſſa cōuentione poſteriore recupe-
raſſent, l. aliam. 29. de noua. arg. l. 4. de rep. hæ
red. l. qui res. §. aream. de ſolut. Ac profectò nō
puiandum eſt, creditorē poſtrema obligatio-
ne uoluiſſe conditionē ſuā facere deteriorem,
Bar. & Dd. l. aliā. Spec. de app. §. in fi. & fideiuſ-
ſores ſeu interceſſores ſuos minus habere ob-
noxios, ꝗ antea habuiſſet: & ſi huius mentio
illata eſſet, proculdubiò reſponſum foret ab
omnib. ſecundū id qꝺ agebatur, intentionēq;
omniū (extra quā actus operari nō debet, l. nō
omnis. ſi cer. pet.) ſeſe uelle eadē firmitate, qua
antè fuiſſet, obligationem renouari, caueriq;
creditori, Bar. d. l. aliā. cū alijs ſ. alleg. cui alio-
qui nō conſultū cautūq;, ſed impoſitū fuiſſet:
quæ fraudis interpretatio amouēda eſt, l. nul-
la. de legib. l. Paulus. de ſtipu. præt. l. in fundo.
33 de rei uend. Pro † expreſſo itaq; haberi debet,
de quo rogatæ ſi partes eſſent, illud erant ex-
preſſuræ, gl. & Dd. in l. tale pactum. 41. §. ul. de
pact. Bald. in l. 1. nu. 1. & 2. C. quæ res pig per l.
hæreditas. §. cùm ita. ad S. C. Treb. ubi Socin.
ſen. Ant. Gab. Ro. lib. conſ. 6. concl. 10. Soc. iu-
nior conſ. 78. nu. 31. & conſ. 122. uol. 3. Sit igitᷣ
hoc probè fixum hactenus atq; ſtabilitū reme
diū d. auth. præſente. iſtis obligatis ex natura
ipſa & forma conſtitutæ obligationis prorſus
34 deeſſe. Sed ut † maximè adhuc ſupereſſet, &
ut ponatᷣ, ſanè nō cōcedatᷣ nullā huius benefi-
cij factā hic fuiſſe renunciationē, tamē multæ
hîc rationes & circumſtantiæ idem beneficiū
non tm̄ non admittunt, ſed prorſus excludere
& obligatis iſtis interceſſoribus adimere ui-
dentur. Nam primùm illud extra controuer-
ſiam eſt, fideiuſſorem nō tantùm perſonaliter
ex ꝓmiſſo, ſed realiter ex hypothecæ conſtitu-
tione obligatum, utralibet actione tam perſo-
nali, quàm hypothecaria reali arbitrio credi-
toris rectè conueniri, auth. hoc ſi debitor. ubi
gloſ. uerb. quæ ſunt. & Dd. C. de pig. ubi Salic.
nu. 5. uelut & principalis ſic cōueniri poteſt, §.
ſed neq;. in auth. de fideiuſſ. Salic. in d. auth.
hoc ſi debitor. n. 7. in 8. quæſt. Quanquā antē
etiam hypothecaria conuentus obijcere exce-
ptionem excuſsionis non prohibetur, gloſ. d.
auth. hoc ſi debitor. & ibi Bald. & Salic. nu. 3.
C. de pig. & in §. 1. uerb. præſentes. in auth. de fi
deiuſſ. in auth. præſente. C. eo. tamen hoc ſub-
ſidium primò non habent hi, qui ſe principa-
liter, ut iſti, obligarunt, Sal. d. auth. hoc ſi debi
tor. nu. 7. Secundò non eſt locus beneficio au
then. præſente. neq; qdē auth. hoc ſi debitor. ut
ibi uult Bal. uerſ. dixit. & Salic. nu. 8. Ferrar. in
for. hypoth. act. uerb. exceptionē. nu. 4. quan-
35 do † notorium eſt, Ang. nu. 9. & Iaſ. in §. item ſi
quis in fraudem. num. 68. Inſt. de actio. per gl.
Bart. & Dd. in l. decem. uerb. excuſſo. de uerb.
oblig. & l. ult. uerb. cum Seio egero. ſi cert. pet.
Hippol. de fideiuſſ. nu. 10. uel incontinenti ꝓ-
bari poteſt, Ang. d. §. item. nu. 10. principalem
non eſſe ſoluendo, ut hanc communem dicit
Iaſ. l. ult. in prin. num. 9. & 10. ſi cert. pet. Eſſet e-
nim hoc caſu fruſtratorium remedium, Cyn.
nu. 2. Bal. nu. 1. & Dd. in d. auth. præſente. Hip.
in rubr. de fideiuſſ. nu. 10. Fruſtratorijs autem
non utendum, Iaſ. l. ul. in prin. nu. 11. ſi cer. pet.
per l. non cogendum. §. Sabinus. de proc. ſed
potius locus denegandus, Pan. conſ. 29. uerſ.
ſecundò principaliter. nu. 5. per l. hæc ſtipula-
tio. §. diuus. ut lega. nom. nam quid opus quæ
rere excuſsionē bonorū, quæ cōſtat nō eſſe ſol
uendo? nec quicq; hoc fieri fideiuſſorū inter-
eſt: Ang. Iaſ. & Dd. §. item ſi quis. Inſtit. de act.
36 Excuſsio † enim fit ad eum finē, ut res reduca-
tur ad liquidum, & appareat, an debitor in ſo
lidū ſatisfacere poſsit, Bal. in d. auth. hoc ſi de
bitor. ubi Sal. nu. 8. non etiā, ut, quatenus fieri
poteſt, ſoluatᷣ ex bonis debitoris excuſsis: reſi
duum uerò fideiuſſor ſuppleat, Ang. & Dd. d.
auth. hoc ſi debitor. Hoc enim tantùm in fide-
iuſſore indemnitatis eſt receptū, Hip. in d. ru.
de fideiuſſ. in alio nō item: nec cogitᷣ creditor
partē ab uno, partē ab altero accipere & diui-
dere penſionem, l. 2. de exerc. act. l. tutor. §. Lu-
cius. de uſur. Fit ergo excuſsio, ut ſciatur, an in
tegrè perſonam creditoris, debitoris bona ſuf-
ficere poſsint: qꝺ quidē ſi iam initiò conſtet,
res finē iam ſuum adepta eſt, ut medijs locus
eſſe nō debeat, §. 4. Inſt. de ſuſpec. tut. Bald. l. 3.
C. de inſt. & ſubſt. itaq; hoc caſu petens excuſ-
ſionē, calumnioſè petere (tales aūt petitiones
repudiandæ ſunt) intelligitᷣ: qꝺ impetratū ni-
hil eū releuaret, creditori uerò incōmodaret.
Ita aūt petentibus denegandū hoc eſt benefi-
cium, Bal. n. 5. d. auth. præſente. per gl. in auth.
de fideiuſſ. in prin. cùm malitijs hominum nō
ſit indulgendum, l. in fundo. 38. de rei uendic.
Imò inhumaniſsimū ſit, nec ex iuris diſcipli-
na

næ admittēdum aliquem ſine ſuo commodo
alterum damnum inferre, d. l. in fundo, ac ue
exceptio Tua non intereſt, impedit actionem,
Phil. Frsn. in c. 1. de lit. cont. in 6. Blsn. de com-
promiſ. parte 4. de excep. imped. cap. tua non
intereſt. ita replicano eiuſmodi elidit hac in
parte fideiuſſoris exceptionem, Angel. in d. §.
37 item. nu. 10. & 14. cum ibi alleg. Notoriè † au-
tem de hoc conſtare intelligitur, nō modò ex
facultatum debitoris defectu, Angel. ibi. n. 9.
10. Ferr. in hypot. act. uerb. exceptionē. nu. 4.
ſed etiam ex difficultate conueniendi, Iaſ. l. ul.
nu. 11. ſi cer. pet. arg. l. 2. in prin. qui ſatiſdar. co
gan. quando palàm eſt debitorem eſſe poten-
tem, rixoſum, neq; ſoluere claras etiam debi-
tionēs abſq; litigio ſolitum, Bar. in l. decem. n.
3. Iaſ. in d. l. ult. nu. 11. per l. ſi pars. §. ul. de uerb.
oblig. l. 1. in prin. qui ſatiſdar. cogan. Ang. in §.
item ſi quis. nu. 9. & 10. Inſt. de act. per l. ſi con-
uenerit. in fi. pro ſoc. cum alijs alleg. & Iaſ. in d.
§. item. nu. 18. Hipp. de fideiuſſ. nu. 10. Soc. reg.
134. nu. 10. Notorium enim nō modò de iure
accipimus, Iaſ. in l. ult. nu. 11. ſi cer. pet. ſed mul
tò magis de facto, hoc eſt, ſi abſq; diſputatione
ioris ex facto ipſo & notoria inſufficiētia per-
ſpicuum fiat, aut ſaltem præſumendum ſit, de-
bitorem eſſe minus idoneum, Angel. d. §. item.
nu. 14. Caſtr. num. 5. in d. l. ult. ubi Iaſ. nu. 11. ſi
cer. pet. Soc. in fallen. reg. 134. nu. 4. per text. in
auth. præſente. C. de fideiuſſor. ſaltem in loco,
ubi agitur, & fideiuſſores conueniuntur, Pan.
conſil. 29. uerſic. ſecundò principaliter. uol. 2.
Non enim cogitur creditor aliò diſcurrere, ut
debitorē perſequatur, cui à fideiuſſore coràm
ſatisfieri poſſet, Ferrar. in for. lib. cōtrs plures
reos debendi, uerb. quilibet. nu. 13. ubi dicit,
38 hoc fore durū. Eadem ex † ratione fluit, quòd
cùm non eadem facilitate excuti & uendi bo-
na principalis, qua fideiuſſores conueniri
queant, tum etiam ſoleat his beneficium ex-
cuſsionis, ne uergat in detrimentum credito-
ris denegari, Caſt. in l. inter. §. creditor. nu. 1. de
fideiuſſ. ubi dicit, hoc perpetuò notandum ex
doctrina Bar. & Dyn. ibidem, Hipp. de fideiuſ.
nu. 18. ut & quotieſcunq; principalis eſt extra
ciuitatem uel territorium abſens, ut æquè fa-
cilè atq; fideiuſſor conueniri nequeat, Cyn. n.
3. & 7. in d. authen. præſente. per l. in eadem. ex
quibus cauſ. maio. Bald. in auth. hoc ita. nu. 3.
C. de duobus reis, Soc. d. reg. 134. nu. 30. Ferr.
in for. lib. contra plures reos, uerb. quilibet i-
pſorum. nu. 4. per Bar. in l. 3. §. ubi de duobus
reis: bona. gl. in §. 1. uerb. præſentes. in auth. de
fideiuſſ. & in d. auth. præſente. Rom. conſ. 354.
aut bona eius pleraq; alibi ſita ſunt, ut non tā
facilè excuti poſsint, quàm fideiuſſor conue-
niri, Ferrar. in for. reſpon. act. hypoth. uerb. ex-
ceptionem excuſsionis. num. 3. per l. ſed & hæ.
§. non ſolùm. de procurat. §. 1. in auth. de fide-
iuſſ. d. auth. præſente. Socin. d. regul. 134. n. 8.
Chaſſ. in conſuet. Burg. rubr. 15. in prin. nu. 13.
& 14. Panorm. d. conſil. 29. quæſt. 2. uolum. 2
39 Sed † & in cauſis ſummarijs, & ubi de plano
proceditur, ut fit in executionibus, l. à diuo
Pio. §. ſi ſuper rebus. ubi Dd. de re iudic. l. 4. 5.
C. de except. rei iudic. hæc excuſsionis exce-
ptio, ut quæ ſit de apicibus iuris, Hippol. in
rub. de fideiuſſ. num. 13. Ferrar. in for. hypoth.
uerb. exceptionem excuſsionis. num. 1. non fa
cilè admittitur, Hippol. rubr. de fideiuſſ. num.
13. Socin. d. regul 134. numer. 12. & conſil. 24.
uiſis. numer. 48. uolum. 1. per gloſſ. l. ſi manci-
pium. §. 1. ubi hoc notat Bald. de euictio. cùm
ab eiuſmodi cauſis omnes iuris apices atq; ſo
lennitates ſint excludendæ, Socin. dicto con-
ſil. 24. per cle. ſæpe de uerbor. ſignificat. Bart.
in extra. ad reprimendum. uerb. ſine figura.
Ergo quia notorium eſt, & pluribus credito-
ribus nimis quàm notum, eos qui habentur
hic principales, non eſſe ſoluendo, uel faculta
tibus, uel etiam cōueniendi facilitate, imò po
tentes & rixoſos, & qui abſque litigio & exe-
cutione, etiam clariſsima debita ſoluere non
conſueuerunt: deinde & alibi extra territo-
rium, ubi agitur, degere, & domicilium ac bo-
na omnia habere conſtat, efficitur, fideiuſſori-
bus aut correis debendi nullum patére hic a-
ditum ad beneficium (etiāſi repudiatum non
eſſet) dictæ authent. præſente. quæ conſtitutio
diſertè de præſente tantùm debitore loqui-
tur, non de abſente, ut omnes Dd. ibidem in-
40 terpretantur. Præterea † in cōtractibus & pro-
miſsionibus bonæ fidei, & ubi ex bona fi-
de agitur, eadem exceptio loco mouetur, Ia-
ſon. d. § item ſi quis. numer. 78. Inſtitut. de act.
Hippol. de fideiuſſor. numer. 9. & 12. quaſi ini-
qua & ex iuris ſobtilitate manans, Iaſon in di
cto §. item ſi quis. nu. 78. Hippol. prælleg. lo-
co de fideiuſſ. Dd. authent. præſente. unde &
iure Canonico improbatur, Iaſon d. §. item ſi
quis. num. 78. Guliel. Ben. in rep. cap. Raynu-
tius. uerb. abſq; liberis. nu. 52. & ibidē Couar.
de teſta. Chaſſ. in conſuet. Burg. rubr. 5. §. 2. in
princip. num. 3. & conſuetudine multarum e-
tiam regionū prorſus exterminata eſt, Chaſſ.
41 in conſuet. Burg. prælleg. loco: excludit † ea-
dem etiam iuramento, Bald. cap. ex reſcripto.
num. 2. de iureiur. Hippol. rub. de fideiuſſ. nu.
9. Socin. regul. 134. fallent. 1. aut fidei interpo-
ſitione, quæ loco iuramēti ſit: uelut ſupra plu-
ribus eſt oſtenſum. Cæterùm hic dictos obli-
gatos ex bona fide ſe obligaſſe, uerba contra-
ctus oſtendunt, quæ eundem bonæ fidei effi-
ciunt, Bal. conſil. 343. lib. 1. cum alijs ſuprà ad
hoc allegatis. Quanquam & abſque his con-
tractus hic, ortinter Principes & Comites Im-
perij initus, bonæ fidei conuentionibus eſſet
accenſendus, Iaſon §. actionum. num. 2. Inſtit.
de actio. per cap. 1. uerb. bonæ fidei. quem ad
hoc ibi notat Bald. de pace. Conſt. nec id mo-
dò: ſed, ut diximus, iuriſiurandi religione ſan
cita hic munitaq;, ut antè demonſtratum fuit,
eſt promiſsio: quibus rurſum munimentis
aditus omni dicto beneficio excuſsionis eſt

obſtructus. Etſi autem non deſint, qui negent
fidei interpoſitionem pro iuramento eſſe ha-
bendam, latè Didac. Couar. in repet. cap. 2. §.
2. num. 2. de pact. lib. 6. Anton. Cont. in §. 1. 2.
Inſtit. de fideiuſſ. quòd non pertineat ad rem
ſacram, neque hac, Deo promiſſio, ut in iura-
mento, fiat: tamen cùm hoc receptum ſit uſu
in Imperio pro iureiurando inter Principes,
preſertim quoties per fidem iurant Principis,
Mynſinger. obſer. 17. centur. 1. uel quando per
fidem, maximè Christianam, eſt iuratum, ut
hîc. Couar. prꝫalleg. loco, cum ibi alleg. atque
hæc ſententia ad conſcientiam tutior ſit, ut di
xi infrà conſil. 36. ideo non uidetur in hac cau
ſa, ubi alia multa concurrunt, ab hoc receden
dum, nec exiſtimo generoſos ac nobiles do-
minos talibus ſtrophis cum ſuę fidei imminu
tione cauſam ſuam tutari uelle, maximè cùm
par ſit, uerba eo reſpectu & ſenſu intelligi ac
ualere, quo prolata ſunt, l. ſi pater. §. qui duos.
ubi Bartol. de adopt. l. debitor. §. final. ad Tre-
bel. Mynſinger. conſil. 58. cauſa. numer. 6. & ut
aliquid operetur. Nihil autem hic operaretur
talis confirmatio, niſi haberet uim iuramenti.
Et certè in his terris pro eo habetur abſque
dubio in caſibus, ubi corporale iuramentum
diſertè lex non requirit. Et quanquam Bald.
opinio in d. cap. ex reſcripto. numer. 2. de iure-
iurand. exiſtimantis iuriſiurandi religione be
neficium excuſſionis excludi, à multis repro-
betur, Alexand. Iaſon. Deci. in l. ult. ſi cert. pe-
tat. Alciat. in cap. cùm contingat. numer. 174.
de iureiuran. Tiraq. in l. ſi nunquam. in princ.
num. 147. Barb. conſil. 43. num. 10. cum ſeq.
uolum. 2. Couar. in cap. 2. §. 4. num. 5. de pact.
in 6. etiam ab ipſo Baldo ſibi contrario, l. ult.
C. de non num. pecun. c. ex parte. de cler. non
reſiden. Iaſon l. ſi conuenerit. num. 4. 5. de iu-
riſdict. omniũ iud. quòd iuramentum induat
qualitates eius actus, cui accedit, l. ul. C. de nõ
num. pecun. cap. ex parte. de cler. non reſiden.
Iaſ. l. ſi conuenerit. num. 4. 5. de iuriſdict. omn.
iudic. eoq; iuratæ quoq; fideiuſſoris promiſ-
ſioni omnes qualitates & beneficia, quæ ha-
bent natura ſua obligationes fideiuſſoriæ, ui-
deantur ineſſe, Bald. d. c. cũ contingat. Couar.
præallega. loc. tamen cùm hic alia multa con-
currant illud beneficium excludentia, debet
hæc ſententia iſto quidem caſu eſſe potior: ut
42 † quæ non proſunt ſingula, multa iuuent, l. 2.
l. ſpadonem §. qui iura. de excuſat. tutor. c. prę
terea. de teſtibus, l. ſi hi qui. ubi Bald. C. de a-
dulter. Alciat. regul. 2. præſum. 21. nu. 15. cap.
cauſam, quæ. de probat. gl. l. 2. in princ. de ex-
cuſat. tutor. de quo non diſputandum pluri-
bus, cùm hic alia quoque ratione, nempe pro
pter renunciationem beneficium excuſſionis
deficiat, prout initiò pluribus eſt demonſtra-
tum. His ergo fixis, iam ad obiecta paucis re-
ſpondeamus. Non obſtat, quòd etiam ijs, qui
principaliter ſe obligarunt, detur beneficium
excuſſionis: nam hoc uerũ, cùm effectu ſunt
fideiuſſores, & alij principales: ſecus eſt, quan
do ipſi ſe principales conſtituerunt, l. ſi nõ ſin
guli. C. ſi certum petat. Salicet. in authent. hoc
ſi debitor. num. 8. C. de pign. Rom. conſil. 113.
uiſis. num. 3. & 4. cum alijs ſuprà allegat. cum
renunciatione exceptionis non numeratæ pe
cuniæ, ut hic: alioqui nullus eſſet talis obliga-
tionis effectus. Non obſtat, quòd priores obli
gationes ſint ſublatæ, & ideo nullum parere
poſſint effectum. Nam etiam ex talibus colli-
gitur, qualis fuerit intentio, & quid actum ſit,
l. ult. de hæred. inſtit. Bart. l. gerit. numer. 18. de
acquir. hæred. Socin. repet. l. cùm auus. num.
29. de condit. & demonſtr. nec hic ſumitur ar-
gumentum à ſeparatis, ſed multò magis à cõ-
nexis & cõiugatis, l. nulli. ubi Dd. C. de iudic.
item à ui ſurrogati, l. ſi eum, §. qui iniuriatum.
ubi Iaſon, ſi quis caut. Euer. in loc. à ui ſurrog.
Vnde fit, ut nouatæ obligationis qualitates
intelligantur in ultimam translatæ ac reperi-
tæ, l. etiam. ubi Bald. C. de iur. dot. l. inter ſocé-
rum. §. cùm inter. de pact. dot. Iaſ. l. Titia. §. idẽ
reſpondit. num. 1. 4. 5. de uerbor obligat. & in
ſtrictis etiam obligationibus uenit, quod ita
tacitè actum eſt, l. ſi Stichus. 111. ubi Bart. l. con
tinuus. §. 1. de uerb. obligat. & eatenus omnes
contractus ſunt bonæ fidei, Iaſ. §. actionum.
num. 4. & 37. Inſtit. de actio. Bald. in c. unic. in
fin. de plus pet. Cùm igitur in primis conuen-
tionibus diſertè fuerit iſti beneficio renuncia-
tum, certè non poteſt renunciatio generalis i-
ſtius ultimæ obligationis pro generali tan-
tùm haberi, quæ beneficium illud non exclu-
dat, ſed magis pro ſpecifica, qualis eſt illa,
priorum conuentionum eſt habenda: maxi-
mè cùm diſertè additum ſit, quòd uelint hi
interceſſores in ultima ſyngrapha taliter obli
gari, qualiter obſtricti initiò fuerint: quæ res
43 omnem dubitationem tollit. Quod † autem
dicitur in excuſſione facienda requiri proceſ-
ſum, Ferr. reſpon. act. hypoth. uerb. exceptio-
nem excuſſionis. num. 16. perperam hic in du
citur, cùm excuſſioni beneficio nullum hic
eſſe locum oſtenderimus: & ſi eſſet, etiam abſ-
que proceſſu (niſi cùm his ſolenniter eſt mota:
ita accipe Ferrar. præallegat. loc.) fieri poſſet,
Ferrar. ibid. nu. 4. & 14. 15. Ang. nu. 8. Iaſ. num.
86. in § item ſi quis. Inſt. de actio. Neq; uerum
eſt, quoties conſtat de principalis inſufficien-
tia, nihilominus requiri excuſſionem & ſen-
tentiam declaratoriam, Caſtr. nu. 5. Iaſ. nu. 9. l.
ult. ſi certum petat. Socin. conſil. 134. num. 5,
Bald. in auth. hoc ſi debitor. glo. uerb. dictum.
C. de pignor. & Salic. ibid. num. 3. 4. Notorie-
tas enim & declaratio iudicis à pari procedũt,
Iaſ. d. l. ult. num. 9. per l. emtorem. ubi Bartol.
de act. emt. cùm notorietas abſque probatio-
ne ſit manifeſta, Bald. l. ea quidẽ. in princip. &
num. 44. C. de accuſ. niſi fortè in fideiuſſore
indemnitatis, Rom. conſil. 211. qui propriè fi-
deiuſſor non eſt, Caſt. & Iaſ. l. ult. in prin. ſi cer.
pet. nec obligatus eſt, niſi quatenus per excuſ-
ſionem

ſionem apparet non poſſe indemnem aliter ſeruari creditorem: de quo hîc non agimus. l. eaq; cùm exceptio iſta excuſsionis excludatur iſto caſu per replicationes, quæ incontinenti poſſunt probari, Ang. §. item ſi quis in fraudẽ. nu. 10. & 11. Inſt. de actio. ex iure & ipſis ſcripturis, Bald. l. 2. nu. 1. 2. D. de edict. diui Adria. tol. uidè Tiraq. de retract. prox. §. 2. gl. 1. n. 20. cum ſeq. ſatis apparet illo obiectu non poſſe impediri ſummarium hunc executionis contra fideiuſſores inſtitutos proceſſum, l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. ubi Iaſ. & Dd. de re iud. ita Ang. d. §. item ſi quis. nu. 10. 11. Inſt. de act. Sed nec fideiuſſorem poſſe prouidere futurũ, ut ipſe ante principalem conueniatur, dici nequit: cùm in hoc ipſum obligetur, & fide ſua rem eſſe iubeat, ſi principalis fruſtretur, ſufficiatq; in genere ſaltem poſſe id prouideri, Alciat. & Dd. l. 1. in fi. C. de pact. l. ſub prætextu. 1. 2. C. de tranſact. l. qui cum tutorib. ff. eod. cum ſimilib. quæ perſtrinximus conſil. 42. ℑ. Reliqua pro ratione dubitandi ſuperius adducta, ſatis refutata ſunt in ipſa deciſione, ut nõ ſit his diutiùs immorandum.

CONSILIVM XI.

De renunciatione ſucceſsionis materna, & quatenus ea filio in auita hæreditate obſtet.

SVMMARIA.

1 ¶ *Pactum, quo repudiatur uiuentis hæreditas, quare non ualeat.*
2 *Renunciationes iuratæ perſonales.*
3 *Renunciatio matris non obeſt filio eius in auita hæreditate.*
4 *Mulier cum marito abſque alio tutore contrahere nequit.*
5 *Remittere ius liquidum, eſt donare: quod adminiſtratoribus non licet.*
6 *An maritus, quæ ſtante coniugio uxori obueniunt, alienare poßit.*
7 *Pactum, quo renunciatur mortui hæreditas, ualet.*
8 *Præſumuntur omnia eße mariti, donec importata à muliere probentur.*
9 *Sigillum probat contra ſigillantem.*
10 *Antiquum inſtrumentum quod dicatur.*
11 *In antiquis omnia præſumuntur ſolenniter acta.*
12 *Inſtrumentum operatur, quantum pactum, & ei ſtatur, donec contrà probetur. & numer. ſeq.*
13 *Rogatio teſtium ex inſtrumento præſumitur.*
14 *Renunciatio parẽtis præiudicat liberis, in caſu qui in uita renunciantiũ accidit, nõ in ijs, quæ poſtea liberis ſuo iure obueniunt.*
15 *Quod accipitur in renunciatione, pro omni iure capi intelligitur.*
16 *Iuramentum eſt perſonale, quo ad obligationem periurij: reale, quo ad obſeruantiam contractus, cui apponitur.*
17 *Mulieri non opus eſt alio curatore, quando non cum bono mariti contrahit.*
18 *Ius loci, ubi contrahitur, quoad ſolennitates; attendendum.*
19 *Tranſactionem maritus ſuper re uxoria facere poteſt.*
20 *Tranſigendo relinquere alteri prædium, non cadit in prohibitam alienationem.*
21 *Maritus cum uxore moribus Saxon. fundum dotalem alienare poteſt.*
22 *Dos conſtituitur traditione & pacto.*
23 *Dotis non ſunt, quæ mulier conſtante matrimonio conſequitur.*
24 *Cauſa tranſactionis, & alia qualibet donationem excludit.*
25 *An alienare uideatur, qui non acquirit.*
26 *Qui aliquid accipit pro ſua portione hæreditaria, eo ipſo dicitur hæreditatẽ adijſſe.*
27 *Mulier iure Sax. ſua poteſt alienare, nec habet reſtitutionem.*
28 *Pactum de ſucceßione uiuentis an ualeat in uim ultimæ uoluntatis.*
29 *Præſcriptio probanda.*
30 *Mors probanda, & quomodo. & nu. 39.*
31 *Petitio hæreditatis quomodo & quanto tempore præſcribatur, & unde præſcriptio illa inchoetur.*
32 *Præſcriptio quatenus contra minorẽ currat.*
33 *An contra præſcriptionem detur reſtitutio ex capite ignorantiæ.*
34 *Renunciationes ſunt odioſæ ſtrictiq; iuris, nec præſumuntur, niſi probentur.*
35 *Inſtrumentum ſuſpectum non habet uim inſtrumenti, & quomodo ſit in dubio interpretandum, & quoduam iudicetur eſſe falſum.*
36 *Sigillum quatenus probet, & an uoluntatẽ contrahentium cenſeatur appoſitum.*
37 *Imperfectum non probatur.*
38 *Probatio debet eſſe concludens: dubia non probat, ſed contra producentem eſt interpretanda.*
39 *Hæreditas quando præſcribatur.*

40 *An præſumatur quis uiuere centum ann.*

41 *Mala fides ſuperueniens quomodo probetur, & interrumpat præſcriptionem.*

42 *Imperfectum teſtamentum uoluntatem & circumſtantias probat.*

43 *Præſcriptio non currit, quoad alius habet uſumfructum.*

44 *Petitioni hæreditatis liberorum non præſcribitur 30. ſed 90. tantùm annis, etiam iure Saxon.*

45 *Iura generalia tolluntur à ſpecialibus.*

46 *Correctio non præſumenda, ſed interpretanda ſtatuta, ut minimum lædãt ius commune.*

1 PActum, quo † renunciat filia accepta dote hæreditati paternæ, maternæ, fraternæ, & ſimilium parentum ac conſanguineorum adhuc uiuentium, nõ ualet, l. pactum. C. de collat. niſi acceſſerit iuramentũ, c. 2. de pac. in 6. Viuenus enĩ nulla eſt hæreditas, l. qui ſuperſtitis. ff. de acqu. hær. l. 1. de hæred. uend. Vt igitur uendi nequit, d. l. 1. ita nec in aliud pactum deduci, l. pactum dotali. l. licet. C. de pac. l. 4. C. de inutil. ſtip. l. hæreditas. C. de pac. conuen. l. ſtipulatio hæc. ubi Iaſ. Zaſ. & Dd. de uerbor. oblig. ſiue agatur de acquirenda uiuentis hæreditate, l. pactũ dotali. l. licet. C. de pac. ſiue de repudianda, d. l. pactum. 3. C. de collat. d. l. qui ſuperſtitis. de acqui. hæred. Itaq; pactũ inter parentes & liberos ſuper futura ſucceſsione eſt nullum, l. pactum, quod dotali. ubi Iaſ. notat. nu. 16. C. de pactis: præſertim, quo renũciatur hæreditati uiuentis, l. ſi quando. 35. §. 1. C. de inoff. teſt. d. l. pactum. C. de collat. Vnde dicit poſt Bal. Salic. in d. l. pactum dotali. C. de pac. quòd decipiantur per ſemetipſos, qui cõtemplatione talium pactorum dotalium filiã alicuius in uxorem ducunt: nam licet dotis & matrimonij cauſa multum ſit priuilegiata, l. 1. ubi Dd. ſol. mat. & C. de pri. dot. tamen nõ poteſt per pactum dotale dari aut adimi hæreditas, Bal. nu. 1. Sal. Iaſ. in fi. d. l. pactum dotali. C. de pact. per l. hæreditas. C. de pac. cõuen. cum ſimil. Et cur tales liberorũ renunciationes nõ ualeant abſq; iuramento, plures rationes affert Didac. Couar. in c. quamuis. part. 3. §. nu. 1. & 2. de regul. iur. in 6. ubi poſt nu. 3. & 5. tradit & confirmat idem eſſe, ſi non patri, ſed (ut hic factum) fratri fiat ſuper paterna hæreditate renunciatio: ad idem Iaſ. poſt Bart. & Bal. in l. ult. nu. 27. C. de pac. Lud. Goz. conſ. 75. prima. nu. 20. cum ſeq. Illud etiam ponderandũ, ut maximè cõcedamus hanc mulieris renunciationem ualuiſſe, eo poſito, non conceſſo: ta-

2 men † renunciationes etiam iuratas eſſe perſonales, nec tranſmitti in gradum ſequentem, l.

3 ſi quis filium. C. de inoff. teſt. proindeq; † non obſtare renunciationem matris filio, quo minus ad auitam hæreditatem adſpirare poſsit, gl. uerb. improbatur. Bal. nu. 13. & Dd. l. pactũ dotali. C. de collat. Bar. in l. qui ſuperſtitis. nu. 3. & Caſt. ibi. nu. 3. 4. de acquir. hæredit. per l. 3. §. ſi emancipatus. de bon. poſſ. contra tab. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. in fi. de lib. & poſth. l. ſi quis filio exhæredato. de iniuſt. rup. teſt. ad idem Fab. in l. ſi quis. nu. 11. C. de inoff. teſt. facit. l. ſi arrogator. nu. 19. & 20. de adop. Bar. l. 1. § filius. de coniungen. cum emancip. lib. & l. 1. §. ſi ſit. de collat. bonor. Alex. conſi. 20. uiſo. nu. 8. uol. 1. conſil. 12. ponderatis. nu. 13. uol. 4. cõſil. 117. uiſo. in fi. lib. 6. conſil. 57. lib. 7. Ancho. conſil. 315. Cornæ. conſil. 116. difficultas. lib. 2. & idem pluribus confirmant Bouer. ſingu. 11. incip. renunciatio. Tiraquel. de iure primigenior. quæſt. 40. num. 113. & in retract. proxim. §. 1. gloſſ. 9. num. 142. & num. 46. 47. Anton. Gabr. Ro. lib. 2. de iuramentis, concluſ. 6. per

4 totum. Præterea † conſtat hic matrem huius conſulentis contraxiſſe cum marito: quod ei non licet, niſi alio adhibito tutore, ſaltem iure Saxonico: quia maritus author uxori in propria cauſa eſſe nequit, l. pupillus. 5. in prin. de author. tut. Dicitur autẽ propria cauſa, cuius utilitas ad eum pertinet, l. 1. §. in ꝓpria. quan. & intra quæ temp. appell. l. omnibus. C. de teſtibus: ita author diff. 7. diff. cum ibi alleg. Iure porrò ciuili incidit res in donationem inter coniuges, prohibitam tot tit. ff. C. & extrà de donat. int. uir. & uxorem: & etiam prohibitam tutoribus, curatoribus & adminiſtratoribus rei alienæ in genere omnibus, l. non omni. 16. C. de admin. tut. l. cùm plures. §. non liceat. ff. eod. tit. Bal. nu. 1. & Dd l. pactum cura-

5 toris. C. de pact. cùm † remittere ius liquidum ſit donare. l. ſi quis delegauerit. ubi Bar. de nouat. & in l. ſi quis. cùm alter. num 8. de uerbo. obligat. l. Modeſtinus num. 1. l. hoc iure. §. 1. de donat. l. ſi quis obligatione. de regu. iur. Alex. conſil. 22. uiſo. num. 8. uol. 1. Tiraquell. l. ſi unquam. uerb. donatione largitus. C. de reuoc. donat. cum ibi alleg. ſicut eſt paternam hæreditatem repudiare, Bal. l. 1. num. 3. C. ſi aduer. donat. Vnde donare prohibitus, prohibetur taliter remittere, Socin. conſil. 114. uiſo. num. 2. uolum. 1. Caſtrenſ. l. 2. in fin. C. ſi aduer. don. ubi poſt Bald. affirmat, non ualere renunciationes, quas de hæreditate parentum puellæ fratribus faciunt, etiam cum authoritate curatoris, quoniam incidunt in donationem. Imò Bald. in l. 1. num. 1. cum ſeq. eod. tit. C. ſi aduer. donat. in fortioribus terminis ita loquitur. Ego, inquit, dico, quòd non poteſt dari curator ad authorandum in donatione, ff de curat. fur. l. ab agnato. & l. fin. eod. tit. Nam curator dandus eſt cauſa cognita, id eſt, ex cauſa iuſta dandi curatorem ad donandum: cùm donare ſit perdere, ff. de pac. l. contra iuris §. ſi filius. ff. quod ui aut clam, l. prohibere, §. planè. ff de donat. l. filius. cum ſimil. Propterea dico, ſi ſtatutum dicat, quòd contractus factus cum minore, non ualeat ſine tutoris authoritate,

tate, etiam ſi minor iurauerit donationem nõ
ualere: quia impoſsibile eſt, quòd minor do-
net cum authoritate curatoris etiam iurãdo:
quia impoſsibile eſt eum habere curatorẽ ad
donandum. Per hoc etiam dico, quòd refuta-
tiones, quas faciunt puellæ fratribus cum au-
thoritate curatoris, quatenus ſapiunt dona-
tionem, ſint ipſo iure nullæ, etiamſi iurent: ex
quo ſtatutum expreſsè reprobat iuramẽtum.
quod tene mẽti. Deinde incidere hîc res uide-
tur in prohibitionem l. Iuliæ de fundo dotali,
6 quam † contra nec potuit alienare cum mari-
to res ſuas dotales mulier, in princ. Inſt. quib.
lic. alie. & C. ac ff. de fund. dot. cum ſimilibus:
& proinde nec hæreditatẽ deuolutam paren-
tum uel ſperatam, cuius etiam uiuente patre
liberi quodammodo ſunt domini, l. in ſuis.
de lib. & poſthum. ubi Iaſ. & Dd. cõmuniter.
Et quamuis hæc bona, de quibus hic quæri-
tur, mulieri obuenerint conſtante matrimo-
nio, tamẽ in cauſam dotis redigi debent, quæ
eſt ius quoddam uniuerſale, glo. l. quod dici-
tur. uerb. ſed dotis. de impen. in res dotal. fac.
augmentum recipiens, l. item ueniunt. de pet.
hæred. cum ſimil. conſtante etiã matrimonio,
auth. æqualitas. C. de pac. conuent. Sed hæc
non magni per omnia ſunt momenti: patet
enim ex inſtrumento, quod anno trigeſimo
conditum eſt, iſtud pactum eſſe fratri à ſorore
factum poſt mortem patris, idq; aliquo acce-
7 pto. Conſtat † autem hoc pactum non de ui-
uentis, ſed mortui hæreditate ualere per mo-
dum tranſactionis, quæ non niſi aliquo dato
acceptoq; procedit, l. tranſactionis. C. de trãſ-
ac. l. 1. ubi Dd. ff. eo. tit. l. 3. C. de repet. hæred.
factum hæredibus defuncti, ut hic, l. ſi quãdo.
§. & generaliter. C. de inoffic. teſta. ubi Salicet.
poſt Bald. & cõmuniter Dd. Cùm igitur bona
præcipua obuenerint, & relicta ſint hic à pa-
8 tre, ſicut † & omnia eius fuiſſe, tanquam mari-
ti, præſumũtur, quæ non probãtur fuiſſe ma-
tris & uxoris, l. Quintus. de donat. inter uir. &
uxor. Bald. l. ob maritorũ. nu. 3. per illum text.
uerb. dominij tui eſſe probaueris. C. ne uxor
pro marito, Alciat. reg. præſumt. 26. num. 9.
cũ ibi allegat. ſequitur præcipuam petitionis
9 partem hac uia iſthic præcidi. Et † cùm iſtud
inſtrumẽtum ſit ab utroq; cõiugum ſigillatũ,
pro publico cõtra eos habetur, c. 1. uerb. ſigil-
lorum. de off. ord. Pan. c. poſt ceſsionẽ. nu. 4.
de probat. in 9. opinione, Salic. l. ſi qua. nu. 5.
C. de epiſc. aud. perinde atq; ſi ſcripſiſſent, uel
ſubſcripſiſſent, Roma. cõſ. 303. hæc ſcriptura.
nu. 1. 2. 3. & intelliguntur ſigillando totum in-
ſtrumentum ratificaſſe, gl. l. 2. uerb. conquiſi-
ta. ubi Bald. C. de reb. alie. & præſumitur eorũ
uoluntate ſigillum appẽſum, Bal. Sal. l. ſi qua.
C. de epiſ. aud. Molin. in conſ. Par. tit. 1. de feu.
§. 5. nu. 14. 15. maximè poſt tantum tempus,
Schurff. conſ. 17. in prima. num. 12. cent. 1. Eſt
10 † enim hoc inſtrumentum datum & confectũ
anno 1530. & ſic ante 40. annos: unde inſtru-
mentum antiquũ perhibetur, Ant. de Butr. in
c. ueniẽs. 1. de teſtib. cũ alijs, quos adducit ad
idẽ Crau. de antiq. tẽp. in princ. partis 1. nu. 2.
Quanquã aũt cõmuniùs receptũ eſt, antiquũ
illud demũ dici, quod cẽtum annos excedit,
Innoc. & Cano. c. ueniẽs. de uerb. ſig. Alex. Iaſ.
& Legiſtæ l. cùm aliquis. C. de iure delib. idẽ
Alex. cõſ. 6. in fin. lib. 1. conſ. 208. in fin. lib. 2. &
alij multi, quos cumulat Crau. præall. loc. nu.
4. ubi hanc dicit communem: de illo tamẽ hic
11 diſputãdum non eſt, cùm ſufficiat, quòd † per
30. annorũ uel pluriũ decurſum præſumãtur
omnia ſolenniter acta, Iaſ. nu. 17. 18. & cõmu-
niter Dd. l. ſciendũ. de uerb. obl. Affl. in 3. no-
tab. & Feudiſtæ § ſi quis per 30. ſi de feu. def. &
eatenus etiam tale inſtrumẽtum, quod habet
40. annos, pro antiquo ducatur, ut faciliùs ei
credi debeat, Dec. in c. 1. nu. 8. de appel. Crau.
12 præall. lo. nu. 5. cũ ibi alleg. Idq; † magis dicẽ-
dum hic eſt, quãdo hoc inſtrumẽto expreſsũ
apparet, q; ſua uoluntate ſigilla partes appo-
ſuerunt, Inno. & Can. c. 2. de fid. inſtr. Bertach.
in trac. de epiſ. 1. parte 1. uerſ. ulteriùs nota per-
petuò. cui inſtrumento ſtatur, donec contrà
probeť, l. cùm precib. ubi Bal. Sal. C. de ꝓbat.
Iaſ. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 50. de uerb.
obl. præſertim poſt tam lõgum tempus, Iaſ. &
Dd. d. l. ſciendum. quod tantũ operať, quantũ
pactũ, Tiraq. in ll. connub. gl. 5. n. 74. 75. 76.
13 per l. aduerſus. ubi gl. C. de uſur. perinde † ac
quando in inſtrumẽto ſcriptum eſt teſtes eſſe
rogatos, Bauer. §. ult. nu. 42. cũ ibi alleg. Inſt.
de teſtam. Bal. l. hac cõſultiſsima. in prin. C. de
teſta. & in rub. C. de fid. inſtr. uerſ. ſequiť quar-
tò. nu. 18. licet aliàs rogatio non præſumatur,
Bart. in fin. Alex. & Dd. l. ſciendũ. de uerb. ob-
lig. & l. hæredes. §. in teſtamentis. de teſtamen.
Itaq; quo ad hanc paternã hæreditatẽ attinet,
ſtante inſtrumẽti tenore non uidetur ſuccurri
huic conſulẽti contrà poſſe, obſtante illi tranſ-
actionis paternæ & maternæ exceptione, quæ
eſt litis finitæ, c. 1. de lit. conteſt nu. 6. cũ ſimili-
bus: & ex hoc inſtrumẽto probatur euidẽter,
deciſ. Neapol. 65. per tot. Marant. in Spec. aur.
parte 6. memb. 9. incip. exceptio. nu. 15 Cag. l.
ſi librarius. n. 80. de reg. iur. quia eſt probatio
probata, & nõ probanda, Cag præall. loco ex
Bal. l. 2. C. quando fiſ. uel priuat. cum ſimil. &
præſumitur inſtrumentũ uerũ ac ſolenne, do-
nec aliud probetur, l. etſi poſt diuiſionẽ. C. de
iur. & fac. ignor. l. cùm precibus. C. de fid. inſt.
Iaſ. l. 1. in princ. & ibi Dd. de oper. no. nunc. Et
14 † talis trãſactio ac renũciatio parẽtum liberis
quoq; nocet, præſertim, ut hic, hæredib[9], Caſt.
& Dd. l. q ſuperſtitis. de acq. hæred. Ant. Gab.
Rom. lib. 2. de iuramen. concluſ. 6. nu. 2. 3. qui
factũ defuncti præſtare cogũtur, l. cũ à matre.
C. de rei uend. l. 3. C. de reb. alien. nõ alien. l. ex
qua pſona. de reg. iur. & ꝓinde eorũ cõtracti-
bus obligãtur, l. ſi pactũ. de ꝓbat. l. 2. ubi Dd.
C. de pact. int. emt. ac conſequẽter etiã renun-
ciationibus, Bar. Caſt. Alex. Aret. & Dd. l. q ſu-

perſtitis. de acq.hæred. Bal.nu.13. q.2. & Dd.
in l.pactum, quod dotali. C.de collat. & l.ult.
ubi Bald.num.16. C.de pact. Alex.conſ.75.in
fin.lib.1. cum alijs multis,quos cumulat Cra-
uet.conſ.127.in contractu.nu.1.2. Nam quod
ſuprà diximus, renunciationes eſſe perſona-
les,nec hæredi obeſſe,intelligendum eſt in ca-
ſibus, qui non in renunciantis uita, ſed poſt
eius mortẽ acciderũt,ad quos ſucceſſor uenit,
nõ defuncti, ſed ſuo iure, ut diſtinguit expreſ-
sè caſus hos Bald. d.l.ult.nu.16. C.de pact.& l.
pactum.nu.13. C.de collat. Caſt.l.qui ſuperſti-
tis.nu.3. & 4.de acquir.hæred. Fabian. nu.11.
in l.ſi quis. C.de inoff.teſtam.ubi quietationẽ
parentum ſuper hæreditate non nocere filijs
tradit, ſi ueniant iure ſuo: ſecus, ſi caſus acci-
derit in uita parentum: ad idẽ Iaſ. l.ſi arroga-
tor. nu.19.& 20.ff.de adopt. Alex.conſ.20. ui-
ſo.nu.8.uol.1.cõſ.4. ponderatis. nu.13.uol.4.
conſ.17.uiſo.in fin.lib.6. Tiraq.tract.primog.
quæſt.40.nu.113.Crauet.conſ.127.nu.4. Ete-
nim quando caſus euenit in uita renuncian-
tis, qui iuri ſuo, putà delatæ ſucceſsionis, re-
nunciauit,tunc præiudicat ſuis liberis renun-
ciando,Bald.d.l.ult.num.16. C.de pact.& d.l.
pactum.nu.13. C.de collat. Crauet.d. cõſ.127.
nu.1. Nã eius hæres hîc nullum ſuum ius, ſed
tantùm defuncti prætendere poteſt: qui cùm
inueniatur renunciaſſe, non poteſt contraue-
nire hæres,d.l.cùm à matre. C.de rei uẽd.Cra-
uet.cõſ.84.magiſter.nu.5.Bellon.cõſ.15.nu.5.
Gozad. conſ.75. prima.nu.21. Dec.conſ.181.
nu.3.4. & Dd. præalleg. loc. Ita & in præſenti
cùm auus in uita ſuæ filiæ deceſſerit,nepos ex
filia iſte cõſulens nihil iuris in eius hæredita-
te habuit, utputà quem mater ſua præcederet
gradu ad ius ſucceſsionis ꝓximior, §. ita de-
mum tamẽ nepotes. Inſt.de hæred.quæ ab in-
teſt. l.1. §. ſi filius. de ſuis & legit. quæ cùm re-
nũciarit certo accepto,ſicut potuit, d.l.ſi quã-
do. §.2. C.de inoff.teſtam.Crau.cõſ.84.magi-
ſter.nu.3.4.cũ ſeq.eius filius & hæres cõtraue-
nire nequit, ſed contractum patris ac matris,
quibus ſucceſsit,& quorũ ex iure agere inten-
dit, ratificare cogitur: ſit ut ei obſtet renũcia-
tionis & trãſactionis exceptio, Bal.d.l.ult. nu.
16. C.de pact.& l.pactum.nu.13.C.de collat.&
15 intelligitur id † quod pro renunciatione filiæ
datum hîc eſt, nõ tantùm à patre profectum,
ſed ex omnibus ijs, quibus pro illo accepto
filia renunciauit, Bal.l.libertus.num.18. C.de
oper.lib. Crauet.conſ.84. magiſter.nu.6.& 7.
per Iaſ.in §. fuerat. nu.100.105. Inſt.de act. cũ
alijs ab eo allegat. pro quo facit, quòd quic-
quid accipitur, quamuis minus, ſemper pro
omni eo quod debetur,accipi intelligatur, gl.
l.tranſactio.uerb.dato. C.de trãſact.per l.cùm
mota.l.ſi ſuper.l.nec nituntur.eo.tit.Cæterùm
16 quod dicitur, iuramenta † quoq; perſonalia
eſſe, nec obligare hæredes, de eo fruſtrà hîc
quæritur,ubi nullum iuramẽtum eſt præſtitũ.
Quanquam & illud uerum ſit, iuramẽta tan-
tùm eſſe perſonalia, quo ad obligationẽ per-
iurij, c.ueritatis. ubi Pan.de iureiur. Did. Co-
uar.in c.quamuis.patris 1. §.5.n.4. de pact.in
6. realia uerò, quo ad obſeruantiã cõtractus,
cui etiã hæredes & ſucceſſores obſtringantur,
Bal.l.ult.nu.16. in fin. C.de pact. per auth. ſa-
cramenta puberum.ubi Iaſ. & Dd. C.ſi aduer.
uẽd.Alcia.c.cùm cõtingat.nu.120. de iureiur.
Bart.Bal. & Dd.l.generaliter. C.de rebus cred.
& l.grege legato de legat.1.Canon. d.c.uerita-
tis.de iureiur.& Didac.Couar.præall.loc.cum
pluribus ibi alleg. & Ant.Gab.Rom. concluſ.
6.de iureiur. lib.2.nu.1.2. cum ſeq. dicẽs hanc
17 eſſe communem. Neq; uerum eſt, hic † opus
fuiſſe mulieri alio curatore,quando non cum
marito ſeu eius bono cõtraxerit, ſed cum ſuo
fratre, qui una pars fuit: ipſa uerò cũ marito,
alteri: nihil ut geſtũ ſit ad cõmodum mariti.
Quare ſicut in propria mariti cauſa alius ad-
hiberi curator debuerit iure Sax. (nam ciuili
mulier adulta tali curatore non habet opus,
niſi ex ſtatutis locorũ, Tiraq.in ll. connub. in
fin. glo.1.2.3.4.5.6.) quàm ipſe maritus, qui
iure Sax.curator eſt uxoris, art.31.lib.1.& 45.
lib. 3. cum qua tranſigere & ſimiles cõtractus
facere de bonis & ſucceſsionibus eius poteſt,
ut fit tota die. Quanquã nec illud enã expe-
ditum, quòd illis locis ius Sax. ſeruetur, ubi
18 cõtractum eſt, & cuius ideo † loci ius, quoad
ſolennitates contractus,attendendum eſt, l.ſi
fundus. ff. de euict. c.cæterùm. de don. l. ſem-
per in ſtipulationibus.ubi Dec.nu.8. Cag.nu.
5.6. & Dd.de reg.iur. Crauet. conſ.271.nu.4.
Alex.in l.nemo eſt,qui neſciat. nu.2. de duob.
reis,& conſ.37.uiſis.nu.1.lib.5. Aſten tract. de
augmento, in fin. ultimæ concluſ. Papien. in
for.lib.cauſ.uend.uerb.perticarum. ad finem,
Pariſ.cõſ.120.n.10. uol.1. latè & elegãter Euer.
Nicolai cõſ.78.ex literis.in prin. & ferè per to-
19 tum,cum ibi alleg. Ex quibus † & illud cadit,
quod dictum eſt, donationẽ inter cõiuges nõ
conſtare: nulla enim hic facta eſt, cùm nihil à
cõiuge ad maritum hoc lucratiuo titulo pro-
fectum ſit: ſed uterq; eorum tranſegerit cũ fra-
tre,& eidẽ renunciauerit omni ſucceſsioni pa-
ternæ, maternæ & fraternæ, aliquot millibus
acceptis, quæ mera eſt tranſactio,l.ſi quando.
§.2. C.de inoff.teſta.prorſus à donationis cau-
ſa ſeiũcta, cùm ſynallagma cõtineat: ſicut ex-
preſsè diſtinguitur ex hac cauſa à pacto gra-
tuito, & donationis cauſa facto, in l.1. de trãſ-
act. ubi Iaſ.& Dd. & in l.3. C.de repud. hæred.
ubi gl.Bald.Salic.& alij. ex quo & illud ſequi-
tur, nec cõtra prohibitam l. Iuliæ alienationẽ
fundi dotalis quicquã hic eſſe admiſſum. Nõ
enim renunciantes fuerunt poſſeſſores illius
hæreditatis paternæ, ſed mulieris frater, in cu-
ius fauorem renunciabatur. Cõſtat autẽ non
uideri alienationẽ facere eum, qui tranſigen-
do non cedit poſſeſsione rerũ, ſed illas poſſeſ-
ſori relinquit, l.ſi ꝓ fundo. ubi Bald. Sal. Iaſ.&
20 Dd.C.de trãſac. Vnde † uaſallꝰ quoq;, ac ſimi-
les;

les, qui prohibētur alienare, licet ſic tranſige-
re nequeāt, ut ipſi feudum poſſeſſum amitiāt:
tamen contrà rectè cum poſſeſſoribus tranſi-
gūt, ut ijs prædium & poſſeſsio ſua relinqua-
tur ac cedat, Bal. & Feudiſtæ c.1. de contro. feu.
int. uaſ. & aliū de ben. & §. ſi uaſallus. ſi de feu.
fuer. contr. latè Curtius in tract. feud. parte 4.
21 q.7. nu.96. cum ibi alleg. Sed & lex † Iulia de
fundo dotali loquitur, §.1. Inſt. quib. alie. lic. &
tot. tit. C. ac ff. de fund. dotal. quem tamē unà
cum marito (ſicut hîc eſt factum) iure ſaltem
Saxonico alienari poſſe uolūt Reinbard. lib.
diff. 7. diff. per gl. Land. lib.1. art.20. nu.11. pro
quo textus lib.1. art.31. & 45. ubi non permit-
tit textus uxori alienationē ſine conſenſu ma-
riti. Ergo illo conſentiente permittit & indul-
get, à contrario ſenſu, l. cùm prætor. de iudic.
de quo hîc diſputare nihil attinet, cùm non
fuerit tale quid hîc alienatum: ſed parentum
& fratrum hæreditatis ſucceſsio partim ſpera-
ta, partim delata, per tranſactionē aliquo ac-
cepto renunciata, & conſtante iam matrimo-
nio repudiata, quod pro dote haberi nequit.
Nō quidem ſperata, quoniā incerta, nec quic-
quam iuris continens, ut aliud ius conſtitue-
re nequiuerit, præcipuè dotem, l.1. C. de dot.
promiſſ. de quo Soc. iun. poſt Bart. l. ita ſtipu-
latus. nu.91.92. de uerb. oblig. & in l.1. nu.12.
cum multis ſeq. ſol. matr. Non delata, quia ni-
hil inde iuris ad maritum peruenit, cùm acce-
pta pecunia omni illo ſucceſsionis iuri fuerit
22 renunciatū: atqui † dos non conſtituitur, niſi
ipſo traditionis facto, unde nomen habet &
definitur, ut per Bart. in rub. ſolut. matr. n.16.
& 21. & ibi communiter Dd. ac latiſsimè Soc.
iun. parte 3. nu.14. & ex pacto dotali, l. ſi ego.
§. dotis cauſa. de iur. dot. l. ad exactionem. &
paſsim, C. de dot. promiſſ. l. fin. C. ſolut. matr.
l. ſi mulier. §. ſi dos. quod met. cauſ. Socin. iun.
poſt Alex. in rub. ſol. matr. parte 3. nu.14. Ant.
23 Coſta. de dotib. cap.4. nu.1.2. adeò † ut quæ
mulier cōſequitur matrimonio cōſtante, do-
tis non fiant, niſi pacto id exprimatur & cōſti-
tuatur, ut fuſiùs exponemus infrà conſ.15. ex
Bal. No. de dote, parte 6. in 14. priuileg. ſpe-
ciali, nu.14. per l. ſi cōſtante. C. de donat. ante
nupt. l. fin. C. de pact. cōuen. l. ſi ego. §. dotis. de
iur. dot. quib. addi poteſt l. inter. §. cùm inter.
uerb. additamenti cauſa. de pact. dot. l. etiam.
uerb. quod additamenti cauſa in dotem datū
eſt. C. de iur. dot. auth. ſed iā neceſſe eſt. ad fin.
C. de don. ante nupt. Pacta autē eiuſmodi nō
præſumuntur, niſi probentur, l. cōſilio. de cu-
ra. fur. l. ſiue poſsidetis. C. de probat. cuiuſmo-
di hîc nec probantur, nec allegātur: ut de hoc
fruſtraneum ſit amplius diſputare, præſertim
cùm hic maritus nihil alienauerit, ſed apud
poſſeſſorē reliquerit, quod in prohibitionem
alienationis non cadit, ut diximus ex l. ſi pro
fundo. C. de tranſact. & aliud pro alio accepe-
rit: quod uolente creditore admittitur, l.2. §.2.
ubi Dd. ſi cer. pet. l. eū. 16. C. de ſolut. Et quāuis

24 fortè † non tantundem accepit, quantum ex
hæreditate conſequi poterat, non tamē res in-
cidit in donationem, quæ æſtimatur à maiore
parte, & præcipua cauſa finali, l. ſi ſponſus. §.
circa. de don. int. uir. & uxor. l. cùm in uendi-
tione. 36. l. ſi qs. 38. ubi gl. de contrahen. emt.
Tiraquel. l. ſi unquam. uerb. donatione largi-
tus. C. de reuocan. donat. Proinde & ad exclu-
dendam hîc donationē, quæ nec aliàs præſu-
mitur, ubi alia cauſa colligi poteſt, Iaſ. & Dd. l.
3.4. de pac. Bal. l. generaliter. 13. nu.5. C. de nō
num. pec. per l. Campanus. de oper. lib. l. hoc
iure. de donat. ſufficit cauſa tranſactionis, l. ſi
tranſactionis. 11. C. de non num. pec. quæ do-
nationem excludit, l.1. de tranſac. Sed nec hæ-
reditatem delatam nolle acquirere, in prohi-
bitam alienationem cadit: quoniam alienare
non uidetur, qui non acquirit, l. in patrē. l. qui
autem. 6. §.1. quæ in frau. cred. l. non fraudan-
tur. de reg. iur. l.3. C. quæ in fraud. cred. l. cùm
quidā. 26. de iure fiſc. & repudiata hæreditas
nunquam quæſita intelligitur, leg.1. C. quæ in
25 fraud. cred. etiam † quæ liberis ipſo iure quæ-
ritur, tex. in terminis l.3. C. quæ in fraud. cred.
l. pupillorum. ubi Bal. nu.2. C. de repud. hær.
Cag. d. l. non fraudantur. nu.2. de reg. iur. Nec
enim ante agnitionē uel immiſtionē ijs quæ-
ritur, cùm habeant beneficium abſtinēdi, Dd.
d. l. in pupillorum. Soc. conſ.77. de petito. nu.
5. lib.4. Dec. cōſ.260. quæritur. nu.1.2. Cornæ.
conſ.32. licet. nu.13. uol.1. & de coniugibus eſt
text. in l. ſi ſponſus. §. maritus. pen. de donat.
in uir. Quanquam dici hoc poſſet ſpeciale in
coniugum donationibus, quæ nō ſunt ama-
rè reſtringendæ, per gl. uerb. pupilli. l. magis
puto. §. fundus. de reb. eor. ubi etiā hæredita-
tis, uel legati delati repudiatio incidit in pro-
hibitā alienationem rerū minoris: ut uidea-
26 tur hîc alienatio ſubeſſe, maximè cùm † filiæ
quæ tranſegit & aliquid accepit pro ſua parte
hæreditaria, non poſsit non dici hæreditatem
animo adijſſe ac quæſiuiſſe, alioqui nihil illi
debitū fuiſſet, & omne cōſequens præſuppo-
nit neceſſariū antecedens, l. ad rem mobilem.
de procurat. c. cùm liberum. ubi Pan. not. nu.
4. de ſepultur. Vnde accipiens aliquid pro
parte hæreditaria, aut quod ei, ut hæredi, de-
betur, adijſſe, uel ſe immiſcuiſſe uidetur, l. pro
hærede. §. pen. & §. ult. ubi Bar. nu.1. de acquir.
hær. & in l. filius qui patri. ubi Alex. Imol. de
uulg. & pupil. Cyn. Bald. l. eum. 4. uerſ. ſi pro-
pter eam cauſam tranſegiſti. C. arb. tutel. quia
cùm aliquid uolo, id uideor uelle, ſine quo il-
lud ualere non poteſt, gl. l. pro hærede. §. pen.
uerb. ſi ſolus. de acquir. hæred. ut ea res in alie-
nationem omninò cadere uideatur: de quo
non eſt hîc anxiè diſputandū. Cùm enim hæc
hæreditas, ut ius incorporale, aliud ſit, quàm
fundus dotalis, & quāuis quæſita ſit adeun-
do, non tamē res inde debitæ, quæ nō acqui-
runtur ante traditionem, Dec. l. hæreditas. nu.
2. de reg. iur. ut nec aliæ, l. traditionibus. C. de
pact.

pact. Deniq; cùm, ut antè oſtendimus, delata
ſit hæc hæreditas mulieri contracto iam ma-
trimonio, & in ætate eius adulta: non poteſt
pro re dotali haberi citra pactum, ut dixi, &
proinde nec incidit in prohibitionem l. Iuliæ
de fundo dotali hæc per tranſactionem facta
27 alienatio: maximè † iure Sax. quo poteſt mu-
lier cum marito ſua bona eiuſmodi, quæ non
ſunt expreſsè dotalia, alienare: textus enim
uetans, ne poſsit mulier ſine conſenſu mariti
alienare, art. 31. & art. 45. lib. 1. à cõtrario per-
mittit, quòd poſsit cum eius conſenſu, l. cùm
prætor. de iudic. ſicut gloſſ. & Dd. ibi intelli-
gunt, & author diff. 7. Reinhard. diff. 7. & cùm
loquãtur d. textus *von der Frawen eigen gut*, pro-
culdubiò agunt non de re dotali, quæ non eſt
mulieris propria, uerùm potiùs mariti, l. do-
ce. C. de rei uẽd. ſed bonis aliunde obuenien-
tibus, ut ſunt hæreditates cõſtante matrimo-
nio acquiſitæ, de quibus tranſigunt coniuges
cum hæredibus tota die. Nã & minores uali-
dè cum authoritate curatorum diuidere hæ-
reditates, uel de iis tranſigere poſſunt, etiamſi
propter læſionẽ reſtituantur, l. 1. 2. C. ſi aduer.
tranſact. uel diuiſ. quæ reſtitutio non ſic datur
mulieribus adultis, l. ult. C. de iur. & fac. ign.
nec eò extenditur ius Sax. quo ſunt in cura-
tione mariti, d. art. 45. & 31. lib. 1. quoniã hoc
intelligitur, quoad mariti adminiſtrationem
& commodum, ne quid ſine eo alienare poſ-
ſit, cuius ſit fructus omnis bonorũ, Tiraq. in
ll. connub. l. 1. nu. 60. cum ſeq. & glo. 4. uerb.
conſentement. in fin. nõ etiam eatenus patet,
ut propter læſionem reſtitui poſsit contra ius
d. l. fin. cuius iuris correctio non eſt ex illa ge-
neralitate iuris Saxonici inducẽda, arg. l. præ-
cipimus. C. de appellat. & quamuis haberet
fœmina tale reſtitutionis beneficium, tamen
illud iampridẽ effluxo reſtitutionis tempore
amiſſum eſſet, in hærede præſertim iampridẽ
adulto, & ſene ac mortua fœmina, l. ult. C. ſi
ma. fac. l. ult. C. de tẽp. in integ. Et hæc quoad
ſucceſsionem paternam in illius uita ceſſam,
& ideo ualidè tranſigendo repudiatam. Por-
rò in hæreditate matris adhuc tum uiuentis
hæc renunciatio non ualet: licet aliquo acce-
pto, l. ſi quando. §. 1. C. de inoff. teſt. l. pactum
dotali. C. de collat. cũ ſimil. ſ. allegatis, utpote
deſtituta iuramẽto, c. 2. ubi Couar. parte 3. in
28 princip. de pact. in 6. niſi † dicamus ualuiſſe
ex conſenſu matris, l. ult. ubi Iaſon, num. 10. &
Dd. C. de pact. Alexand. conſ. 28. ponderatis,
num. 7. uol. 1 quæ, ut patet ex inſtrumento, ſi-
mul huc pactum fecit, & in eo mortua eſt, ut
pro ultima uolũtate, ex qua ab inteſtato ſuc-
cedatur, illud reliquiſſe uideatᷣ, Iaſ. poſt Alex.
l. pactum quod dotali. nu. 3. C. de pact. Bart.
l. tale pactum. §. fin. num. 2. & 3. ff. de pact. pro
quo tex. l. hæreditas. uerb. uice teſtamenti. C.
de pact. cõuent. Salic. l. licet. nu. 15. C. de pact.
& proinde qui renunciauit, ei ſtare cogatur, l.
3. ubi Dd. C. de pact. l. 4. de rep. hæred. ſaltem
de conſuetudine, qua talia pacta ualidantur,
Iaſ. l. pactum quod dotali. num. 3. C. de pact.
per c. filii. uerb. uſu admittitur. ſi de feud. fuer.
contro. int. dum. & agnat. maximè inter libe-
ros, quibus qualiſcunq; parentum uoluntas
in diuiſione ſucceſsionis ſufficere debet, l. ult.
C. fam. hercíſ. l. hac conſultiſsima. §. ex imper-
fecto. cũ auth. ſeq. C. de teſtamen. quoad fra-
ternam uerò ſucceſsionem uidetur ualuiſſe,
quia fratri fiebat hæc renunciatio, & commu-
niter receptum eſt, extra parentum ſucceſsio-
nem pactum de non ſuccedendo alii factum,
quamuis de hæreditate uiuentis, ualere & ob-
ligare, dummodo cõſentiat is, de cuius hære-
ditate agitur: ita cõmuniter Bald. Iaſon. & Dd.
l. ult. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo cõ-
cepta. ubi Zaſ. de uerb. oblig. Et ſuſtineri talia
pacta de cõſuetudine cumprimis fauore con-
iugiorum, in quorum dotalibus cõuentioni-
bus adiici ſolent, probat Menoch. conſ. 82. nu.
52. & 53. de quo nõ eſt anxiè quærẽdum, cùm
hic frater ſuos hæredes & liberos reliquerit,
ideoq; nihil à collateralibus ex hæreditate e-
ius ab inteſtato peti poſsit, l. 1. de inoff. teſta. l.
fratris. C. eod. tit. ut nec de hæreditate matris:
cùm non conſtet, an aliquid & quantum reli-
querit: & omnia præſumantur fuiſſe patris,
donec contrà probetur, ſicut antè probaui-
mus ex leg. 2. C. ne ux. pro mar. ubi Bal. & Dd.
Cardo igitur totius huius conſultationis in
hæreditate boniſq; paternis uertitur, utrùm
illa peti ſcilicet adhuc poſsint ab iſto nepote
domino conſulente, non obſtante parentum
ſuorum renunciatione, de qua dictum eſt. Et
29 † uidebatur duplici ex cauſa nihil peti poſſe:
primùm ob præſcriptionem obſtãtem, ſecun-
dò propter renunciationem factam. Præſcri-
ptio quidẽ cũ omnibus ſuis qualitatibus eſt
probãda, c. 1. de præſcrip. Nec enim præſumi-
tur, c. ex literis. de ꝓbat. cùm in facto conſiſtat
poſſeſsionis, l. poſſeſsio. de acquir. poſſeſſ. l.
ſine. de uſucap. ideoq; niſi cũ omnibus quali-
tatibus ꝓbetur, deficit etiã, una aliqua quali-
tate tantùm deficiente, præſcriptio: Philipp.
Franc. & Dd. c. 1. de præſcrip. in 6. per illũ tex.
Balb. in trac. præſcr. partis 3. parte 3. q. 3. nu. 7.
30 Sed † hîc præſcriptio iuris incorporalis, nem-
pe hæreditarii, uidetur ſatis colligi & probari
per dictum inſtrumentum, ex quo circiter an-
num 30. confecto, cõſtat, tum mortuum fuiſſe
genitorem, de cuius ſucceſsione iam agimus,
& ſufficit mortem præſumtiuè probari, cùm
ſit difficilis alioqui probationis etiam per fa-
mam, Iaſ. l. cùm ea. 21. num. 7. C. de tranſact. ex
doctrina Cyn. Bart. & Dd. l. ſiquidem. C. ſolut.
matr. ſicut præſumtiuè probatur per inſtru-
mentum tam antiquum illa, quæ de antiquo
contigit, Salic. l. ea quidem. in fin. C. de accuſ.
Bal. l. 3. n. 3. 4. C. de probat. Bart. & Dd. l. quo-
ties. C. de naufrag. lib. 11. Canon. c. quoniã. §.
porrò. ut lite non conteſt. maximè cùm inde
conſtet habitum patrem hunc tum temporis
pro

pro mortuo à ſuis liberis & domeſticis, qui
optimè ſciuiſſe eius rei ueritatem intelligun-
tur, Crauet.conſ.127. nu.17. uol.1. Alex.conſ.
27.nu.3.uol.7.Cæpol.cōſ.50.nu.4. Coe.conſ.
204.uol.3. pro quo uide Bal.& Dd. auth. ho-
die.C.de repud. Ang.in l.de tutela.nu.2. C.de
in integ.reſt.per illum tex. & l.ſi filium. de lib.
cauſ. Bal.l.quoties. C.de naufrag.lib.11. Con-
31 ſtat † autē omnem hæreditatis petitionē præ-
ſcribi 30.annis, l.hæreditatis. ubi Bald. Salic.
Caſt.nu.1. & in fin. & Dd. C.de pet.hæred.l.4.
C.in quib. cauſ. ceſſat lōg. temp. præſcrip. ubi
Caſt.nu.2.& 3. Balb.in tract.præſcrip.4.parte
4.partis princ. quæſt.12.quæſt.16. nu.1.2. per
tot. à tēpore mortis eius, cuius hæreditas pe-
titur, computandis, Iaſ.l.2.num.7. de acq.hæ-
red. per gloſſ. l.licet. C. de iure delib. aut ſaltē
poſt tempus deliberandi effluxū, Franc.Balb.
tract.præſcrip. 4.parte quartæ partis princ. q.
19. nu.5. uerſ. currit autem à die, quo certum
eſt ius, & orta adeūdi facultas. Dd. præall.loc.
Fab. Aret.in princ. Inſt.de uſucap. Ang.conſ.
8. uiſis quibuſdam actis. nu.3. ſicut & iuri ad-
eundi eodem tempore præſcribitur, gloſſ.l.2.
ubi Iaſon, nu.7.8.9. dicit communem, de acq.
hæred.l.licet. ubi Bal.quæſt 3.& Dd. C.de iure
delib.ubi Alex.Iaſ & Salic. teſtantur eſſe com-
munem, & Franc.Balb. tract. præſcrip. 4.parte
4.partis princ.quæſt.19. Cornæ.conſil.17.cir-
ca.in fine, conſil.70.duo.in princ. uol.3. Soc.
conſil.63. in cauſa. nu.3. 4. & conſ.81. in præ-
ſenti. nu.1.2. uol.1. uel quod in liberis tralati-
num eſt iuri immiſcendi, ſecundū gloſſ. & cō-
munem opinionem in d.l. licet. quanquā Ia-
ſon ibi.& l.2. nu 23. de acquir. hæred. in con-
trarium diſputet, & ita etiam tenēt Ang.Alex.
& Dd. in l.1. C.quando non peten. partes, &
hanc communem facit Balb. tract. præſcr. 4.
parte 4.partis prin. quæſt.19. nu.5. ex Cuma.
conſ.29.quidam, &c. quod maximè procedit
in maioribus natu, cōtra quos currit præſcri-
ptio, ſicut hæc filia tēpore mortis paternæ fuit
adulta & maritata, ut cui dos anno 30. ut eſt
in inſtrumento, fuerit annumerata: quo tem-
pore etiamſi minor fuiſſet, tamen pōſt maior
facta iampridē tēpore reſtitutionis labi ſiuit
& amiſit, l. ult. C.de temp.in integ.reſt.l.ult. C.
32 ſi maior fact. ut omninò † contra eam cucur-
rerit præſcriptio, & conſequēter etiam contra
hunc petitorē eius filium, ut aduerſus defun-
ctos parētes inchoata, l.1. C.ſi aduerſ.uſucap.
l.etiam ei.ubi Bald.gloſſ. & Bart. de minorib.
Franc.Balb.tract.præſcr.1.parte 6. partis prin.
num.33. Et quanquam dormiat talis præſcri-
ptio in ætate pupillari, l.ſicut.ubi gl.uerb. ſer-
uanda. C.de præſcrip.30.annor. Bald.l.cùm
notiſsimi.in prin.num.1. C.eod.tit.minor ue-
rò adultior contrà reſtituatur etiam aduerſus
uſucapionem cōtra defunctum, cui ſucceſsit,
inchoatam, gloſ.in fin. Bart.& Dd.l.unic. C.ſi
aduerſ.uſucap. Franc.Balb.tractat.præſcrip.1.
parte 6. partis princ. nu.34. Schurff. conſ.28.
quod ſuper.nu.10 cōſ.65. quod in præſentia-
rum. nu.2. cent.1. tamen de his nihil hic quæ-
rendum, quia nec allegatur conſuiens pupil-
lus fuiſſe poſt mortem parentum: & quamuis
reſtitutionem habuiſſet ob completam cōtra
ſe præſcriptionem, tamen tempus eius peten-
di, hoc eſt, quadriennium iampridem, ex quo
multos ante annos adoleuit, effluxū eſt, l.ult.
33 C.de temp.in integ.reſtit. Quamquam † autē
etiam adultus petere reſtitutionem cōtra præ-
ſcriptionem poteſt ex capite ignorantiæ, non
modò contra præſcriptionem longi tempo-
ris, glo. l.ſi partem. §. ſi per fundum. & l. ſi ſic.
uerb.una ſeruitus.quem.ſer.amit.& l. 2.in fin,
ubi glo.ult. & Dd. C.de iur.emph. ſed etiā 30.
annorum, de qua hic agimus, gl. l.ſicut.uerb.
militiæ. C.de præſcrip. 30.annor. Pan.Felin.&
Canon. c.uigilanti. de præſcrip. Imol. c.final.
in fin.eo. Schurff.conſil.33. quod in terminis.
num.14. cent.3. latè Tiraq. in retract. prox. §.
35. gl.4. nu.36. tamen hæc non uidentur hic
habere locum, cùm hæres ſuccedat in uitium
defuncti, à quo ſua ipſum ignorantia non ex-
cuſat, l.1.in fi. C.de uſuc. trāsfor. l.cùm hæres.
ff.de diuerſ. & temp. præſcrip. & hic ſcientiam
habuiſſe præſumatur ex ſcriptura, gl.Sax.art.
29.in princ. lib.1. unde ſciuit parentes renun-
ciaſſe & ſe obligaſſe, Tiraq. de retract. conuēt.
§.1.glo.2.num.20.uerſ.cùm ſciat ad id ſe obli-
gatum. Et iam certè ante quadrienniū huius
rei ſcientiam habuerit, cùm tamen ea reſtitu-
tio ultra quadriennium à tempore ſciētiæ re-
putandū non detur, gl. Bal.& Dd.l.ſicut.uerb.
executorē. C.de præſcrip.30.annor. Bar.Caſt.
Alex.& Iaſ.l.fin. de eo per quem fac. erit, Iaſ. l.
qui tempore. num. 1. de iureiur. Tiraquel. de
retract..prox.§.35. gl.4. num.34. & in ſumma
ſecundum communem talis reſtitutio nō da-
tur contra quadragenariam præſcriptionem,
quæ hîc ab anno 30. ad hunc 74. computan-
do iam pridem effluxit: ita eſt communis glo.
l.ait.§.permittitur. uerb.imputandum. de mi-
norib. Alex.l.3.§.Labeo.in fin. de acquir.poſ-
ſeſſ. & conſ.151. in fin.lib.2. Dec.l.1.num.4. C.
qui admitti, & conſ.29. conſ.154. & alibi paſ-
ſim, Aretin.l.qui uniuerſas.§.ult. nu.3. de acq.
poſſ. Curt.ſen. conſil.82. num.8.& 9. Barbat.
conſil.41.num.18.uol.1. Socin.conſil.2.in fin.
lib.3. Rub.conſ.56.num.4. Socin.iun. conſil.
54.num.9.conſ.76.nu.102. conſ.145. nu.76.
uol.1. Couar.c.poſſeſſor.parte 3.§.3.num.2.de
reg.iur. in 6. etiamſi aliqui contrà tenuerint,
Boer.deciſ.39. num.6. Crauet.de annq.temp.
parte 4.§. materia. nu.45. cum ibi allegat. Et
hoc quidē ius, exceptioq; præſcriptionis, quæ
eſt litis finita, c.1.ubi Franc. & Dd. de lit.cont.
in 6. Blancus de compromiſſ. parte 4.cap.de
excep. impletur & cōfirmatur hoc altero uin-
culo, ſeu titulo, nempe tranſactionis & renun-
ciationis, cui ſtandum eſt, l.4. C.de rep. hær.
funct.l.non minorem.leg. fratres.10. l.cauſas.
16. C. de tranſact. qui ſanè titulus eſt iuſtus,
ut

ut alia quæuis conuētio, l. ſi tranſactionis. 21. C. de non num. pec. nec retractari poteſt, d. l. cauſas. l. fratres. C. de tranſact. l. 1. C. de cond. ind. & tontrariam actionem quaſi finita lite à limine iudicij repellit, d. c. 1. de lit. cōteſt. in 6. Blan. præalleg. loc. Iaſon l. 4. in fin. C. de pact.

34 Hæc † autem etſi ſpecioſè dicuntur, non tamen eſt nihil, quod opponi poſsit. Nam primùm odioſæ ſunt & ſtricti iuris renunciationes eiuſmodi filiarum, quibus parentū hæreditatem repudiant, Iaſ. l. poſtquam. nu. 10. C. de pact. Guid. Pap. deciſ. 251. in fin. Dec. conſ. 252. nu. 7. tonſil. 312. nu. 7. tonſil. 379. num. 3. Bal. & Dd. l. 1. C. ſi aduer. donat. gl. ar. 29. lib. 1. Landtrecht, ſicut & tranſactiones, Bart. & Dd. l. ſub prætextu. 2. C. de trāſact. & in rub. eo. tit. ubi Alciat. dicit hanc eſſe cōmunem, nec præſumuntur, niſi probentur, c. ſanè. c. ſuper hoc. de renunc. l. cùm de indebito. de probat. l. ſi cùm aurum. de ſolut. Dec. & communiter Dd. l. 1. l. 4. de pact. idem Dec. l. ſi quis iniquum. §. ſi is, pro quo. nu. 3. quod quiſ. iur. & conſ. 352. in fin. Crauet. conſil. 200. auus. nu. 10. ubi addit rationem, quia renūciationes tales in donationem incidunt, Bal. l. unic. num. 2. C. ad. donat. quæ nunquam præſumitur, Bald. l. 3. nu. 4. 5. C. de non. num. pecun. Iaſ. l. 3. 4. nu. 3. ff. de pact. text. in l. cùm de indebito. in fin. de

35 probat. In præſente † porrò caſu non uidentur eiuſmodi prætenſo inſtrumento ſatis probari. Nam quæ de probatione euidēti dicuntur inſtrumēti, obtinent in inſtrumēto, quod nullam patitur exceptionem, nec ſuſpectum eſt, aut uitioſum, Iaſ. l. 4 §. condemnatum. nu. 4. de re iudic. aliàs ſerus, c. ex parte. ubi Bal. Panor. c. in literis. ubi Dd. de fid. inſtrum. c. ad audientiam. ubi Felin. de reſcrip. Iaſ. in l. centurio. nu. 58. de uulg. & pupil. Alex. conſil. 14. uiſis. num. 10. uol. 6. ſicut antiqua ſæpe inſtrumenta ſuſpecta, uitioſa, uel etiam falſa, ac ſuppoſititia ſunt, d. c. in literis. de fid. inſtr. Fatemur quidē inſtrumenti tenorem ſic eſſe interpretandū, ut, ſi fieri poteſt, remoueatur uitiū & contrarietas, c. inter dilectos. de fid. inſtru. Dec. l. ubi repugnātia. nu. 4. & ibid. Cag. n. 4. de reg. iur. & in l. ſi idē. in fin. de iuriſdict. om. iud. l. fin. nu. 6. C. de bon. poſſeſſ. ſecundū tab. Alex. tonſil. 141. num. 5. lib. 2. ſicut & falſitas, Dec. l. ſi librarius. in fin. nu. 11. & 12. de reg. iur. Bart. l. quoties. §. 1. per illū tex. de hæred. inſtit. ſed quando non poteſt ſaluari commoda interpretatione, quin incurrat in falſitatem, uel contrarietatem inſtrumētum quamuis fauorabile, ut teſtamētum, tunc ſibi ipſi fidem derogat, l. ubi repugnantia. ubi gloſſ. Dec. Cag. contordantias allegāt, de reg. iur. Bald. in fin. l. ſcripturæ. C. de fid inſtru. & ibi communiter Dd. per illum tex. Quanquam autē Cag. d. l. ubi repugnantia. nu. 6. de reg. iur. uideatur illud limitare, ſi repugnantia ſit inter principiū & finem alicuius ſcripturæ, ut tunc potius attendatur finis, q̄ principio derogat, Dec. conſ. 653. per l. pacta nouiſsima. C. de pact. Ang. l. inciuile. de legib. per gl. ibi. tamē fatetur illud ceſſare, quando ſubeſt ſuſpicio falſitatis ex repugnantia, ut d. l. ubi. de reg. iur. item uictus ueris ab illa ſuperiore limitatione reſilit, quia ſubijcit illam cōfundi, per l. non ad ea. de condit. & demonſt. ubi incontinenti non præſumitur quiſquam ſe corrigere, l. non ad ea. de condit. & demonſt. Ang. Imol. & Dd. l. ſi quis cùm aliter. de uerb. oblig. l. quoties. §. tantundem. de hæred. inſtit. Rom. cōſ. 94. uiſis. nu. 3. Socin. conſil. 27. circa fin. uol. 4. Dec. l. pacta. in princ. C. de pact. Alciat. 28. præſumt. reg. 2. ideo non aliter uult prædictam Decij & Ang. limitationem obtinere, niſi quando præcisè conſtat de uoluntate partium ad correctionē tendentiū: ita intelligit Ang. d. l. inciuile. Dec. d. conſil. 653. in fin. Manet igitur firma concluſio, quòd quando inſtrumētum habet contrarietatem & manifeſtam repugnantiā, tum uitiatur, d. l. ubi repugnantia. cum ibi à Dec. Cag. alleg. maximè quando falſi ſuſpicio inde exiſtit, Cag. d. l. ubi repugnantia. nu. 6. hoc eſt, inducitur & obſcuratur ueritas, & exiſtit falſitas. Id enim falſum in inſtrumētis appellamus, l. quid ſit falſum. ubi Bart. & Dd. ad l. Cornel. de falſ. Hoſt. in ſumma de crim. falſ. §. 1. Hippol. in rubr. de falſ. num. 1. & in genere quicquid à uero deuiat, Bart. d. l. quid ſit falſum. Matth. Affl. deciſ. 21. num. 7. Iaſ. l. ſi quis extraneus. in princ. num. 4. de acquir. hæred. Alex. conſil. 73. non puto. num. 5. lib. 1. Boniſac. de Vit. tit. de falſ. num. 2. Iam in iſto prætenſo inſtrumento, quod datum eſt anno 30. intra octauam trium Regum, ponitur initio, quòd eodē tempore pater ſoluerit eiſdem renunciātibus, ſcilicet filiæ ſuæ cū marito 5000. V. & quòd promiſerit poſt mortem ſuam adhuc 4000. iiſdem ſoluere: mox tamē ſubiungitur, poſt mortem autem eius, eos 4000. ſolutos eſſe d. renunciantibus à ſuperſtite eius uxore anno 1533. intra octauā trium Regum, quo nomine facta ſit hæc renūciatio, quę ſubijcitur. Quomodo igitur conſiſtunt ſine falſo, aut cōtrarietate, ac cōtradictione, cuius alterā partem eſſe falſam neceſſum eſt, hanc ſolutionem eſſe factam anno 33. poſt mortem patris, & renunciationē illo nomine ſubiectam, cùm tamen initio ſcripturæ fiat pactū illud uiuenti patri, & pòſt in fine iſtud inſtrumētum ponatur datum anno 30. cùm adhuc pater uiueret, & ſic tribus annis ante quàm fieret illa ultima ſolutio, quæ perhibetur ibidem facta de 4000. f. Neceſſum igitur eſt, aut falſum eſſe, quod ibi ponitur in contextu, aut falſam eſſe inſtrumēti datā, ſicut falſum cōmittitur anticipato uel prolato ſcripturę die, l. 1. §. 1. ubi Iaſ. nu. 9. & Dd. uerſ. ne quid fraudis excogitetur, uel prolato die fiat. ff. de eden. Et ſubeſt illa quoq; falſitas, q̄ cùm 4000. ponantur initiò à matre ſoluta, pòſt in fine cōtrariū aſſeueretur, nēpe ut cùm illa fuerint ſoluta, in poſterū

fiat

fiat coram iudice ſolenniter renunciatio, &c.
Item quòd in principio ſit pactio & renuncia-
tio patri, qui tamen paulo pòſt in eodem in-
ſtrumento perhibetur eſſe mortuus. Præterea
eſt imperfectum hoc inſtrumentum in ſe, quia
promiſerunt ibi renunciantes coram magi-
ſtratu iudicialiter renunciare & ſolenniter in
iure cedere: quod non eſt factum: unde uide-
tur contractus non fuiſſe perfectus: ex quo
conuentum, ut coram iudice ſolennizaretur,
l. contractus. ubi Salic. & Dd. C. de fid. inſtru.
Nec enim poteſt uideri perfectum, quamdiu
ſupereſt aliquid agendũ, l. cùm Syllanianum.
ubi gloſſ. & Iaſ. numer. 3. ac communiter Dd.
C. de his quib. ut indign. Spec. de ſalar. aduo-
cat. num. 11. Deinde non ponitur in iſto inſtru-
mento, quòd dicti parentes conſulentis ſcri-
pſerint, aut ſubſcripſerint illud, ſed tantùm
quòd ſigilla ſua appoſuerint. Quanquam
36 † autem ſigillum publicum & Principũ abſq;
ſubſcriptione probat Bald. & Dd. l. 2. C. de re-
bus alie. non alienan. Crauet. de antiq. temp.
parte 1. §. quæritur. num. 44. tamen priuato-
rum (ut hic) & præſertim mulieris cum mari-
to ſigillantis ſigillum fidem non facit, niſi do-
ceatur eorum eiúſue uoluntate appoſitum:
text. in l. 2. C. de reb. alien. non aliena. quia ſi-
gilla priuatorum facilè ſurripi, & ab alio, in-
uitis ijs, quorum ſunt, apponi poſſunt & ſo-
lent. Alber. l. 1. in ſi. quem. teſtam. aper. Panor.
cap. 2. nu. 14. 15. & ibidem Dec. Felin. ac Dd. de
fid. inſtrum. & cap. poſt ceſsionem. ubi Panor.
de probat. per l. 1. §. ſed ne firmandæ. C. de Lat.
lib. toll. l. ſi procuratorem. de procurat. ut hic
releuare nequeat, quòd in inſtrumento ſit po
ſitum uoluntate partium eſſe ſigillum appo-
ſitum, ſi de eo aliter non cõſtet ex earum ſub-
ſcriptione. Nam ut ſigillũ abſq; earum ſcitu &
uoluntate apponi inſtrumento, ſic etiam illis
ignorãtibus clauſula talis inſeri, & idem ſub-
eſſe dolus poteſt, arg. l. doli. 29. de nouat. idq;
procedit maximè, quando profertur inſtru-
mentum à perſona ſuſpecta: ſicut eſt hic pars
aduerſa, cuius bono cedit hoc inſtrumẽtum.
Ut enim nemini in ſua cauſa creditur, l. omni-
bus. C. de teſtib. l. nullus. eod. tit. ſic neq; tum
pro tali producente præſumitur ſigillum ap-
poſitum uoluntate ſigillantium, niſi id aliun-
de probetur: neq; ad hoc ſufficit temporis de-
curſus, Molin. in cõſuet. Par. rub. 1. de feud. §. 5.
num. 17. Itaq; tota uis hic conſiſtit in proban-
da ſigilli ueritate, Caſtr. & Purp. in l. admonen
di. de iureiur. Crauet. de antiq. parte 4. §. quæ-
ritur. num. 44. Sigillum enim per ſe nihil lo-
quitur ſine ſubſcriptione, quæ hic deeſt, uel ę-
quipollenti, Molin. præall. loc. nu 13. & niſi tri-
bus concurrentibus, de quibus ibi Mol Bart.
& Dd. l. quæ dotis. in ſi. ſol. matr. l. ad teſtamen
tum. §. ſi quis. de teſta. Crauet. de antiq. temp.
parte 1. §. quæritur. num. 45. cum multis ſeq &
hoc maximè iſto caſu uerum eſſe debet, ubi
de contradictione & diſſenſu mulieris appa-
ret: ut non præſumẽdum ſit illam ſua uolun-
tate ſigillum appoſuiſſe, & tam damnoſam ſi-
bi renunciationem ratificaſſe, præſertim cùm
mulierum genus ſit auarum, glo. l. 4. uerb. do
nat. ad Vell. l. ſi à ſponſa. §. quòd ſi. C. de don.
ant. nupt. Angel. & Dd. §. 1. Inſt. quib al. lic. nec
facilè donare intelligatur, l. ſed ſi ſtipulata.
34. de donat. int. uir. & uxor. l. ſed ſi ego. ad S.
C. Vell. cuiuſmodi eſt ius ſuum remittere, l. 4.
C. de nouat. l. ſi qua obligatione. de reg. iur. l.
ſed ſi quis. de nouat. & alioqui nemo præſu-
matur iactare ſuũ, l. cùm de indebito. de pro-
bat. neque ſe incontinenti corrigere, Dec. l. pa-
cta. in prin. C. de pact. Alci. reg. 2. præſump. 28.
per l. non ad ea. ubi gloſſ. & Dd. de condit. &
demonſtr. Bart. l. 1. §. parui. quod ui aut clam,
Imol. Butr. & Can. cap. ex parte tua. de off. de-
leg. Alexan. l. ſi mihi. § ult. de legat. 1. & conſil.
156 uiſu. num. 3. lib. 6. conſil. 28. in fin. uol. 4.
Cùm igitur ex his iſtud inſtrumentum non
modò reddatur ſuſpectum, tanquam habens
imaginem falſitatis. Bald. l. 1. num. 9. C. de ſer.
fug. Panorm. in ult. not. & Dd. cap. quia ueriſi-
mil. de præſump. Bald. l. ſcripturæ. numer. 3. C.
de fid. inſtrum. Iaſ. l. ſi extraneus. in 4. not. de
condict. ob cauſ. dat. Crauet. conſil. 28. num. 1.
conſil. 56. nu. 19. conſil. 134. nu. 36. uolum. 1.
uerumetiã ut contrarium & imperfectum, per
37 ea, quæ ſuprà dicta ſunt. Teſtes † autem & ſcri
pturæ imperfectè aliquid narrantes, non pro-
bant, gloſ. uerb. debeant. l. Lucius. de his qui
notan. infam. Iaſ. & Dd. l. & eleganter. in prin.
de cond. indeb. Tiraquell. de retract. conuen.
§. 7. num. 24. in fin. ſequitur, per illud nihil, &
multò minus hanc odioſam renunciationem
filiæ probari, dict. cap. in literis, ubi Dd. de fid.
inſtrum. Quod enim nullum eſt, nullum pă-
rere poteſt effectum, l. 5. C. de legib. l. non putæ
uit. 8. §. non quæuis. ubi Bart. de bonor poſſeſ.
contra tab. l. 4. §. condemnatus. de re iudic. So
cin conſil. 115. uidebatur. numer. 15. uolum. 4.
maximè ſi, quomodo refertur, filia nunquam
adimplere hunc contractum uoluit, & perfi-
cere coram iudice recuſauit: imò econtrariò
ſemper, ut enormiter læſa, talem renunciatio-
nẽ impugnauit. Nam liberi etiam ualidè re-
pudiata parentum hæreditate, quamuis in a-
dulta ętate, tamen pòſt admittuntur intra tri-
ennium, & contrauenire poſſunt, quãdiu res
eſt integra, nec in tertium aliquem (ut hic) a-
lienata, l. ult. ubi gl. & omnes Dd. C. de repud.
hæred. Nec enim illis perinde, ac extraneis, ta-
les pactiones nocere ſolent, l. 2 C. eod. tit. neq;
electione alterius remedij tam facilè à pareu-
tum ſucceſsione excludũtur, ſicut extranei, l.
ult. circa fin. C. de codicill. ubi additur ratio,
quòd illis magis ſit ſubueniendum, quibus
debetur hæreditas, quàm alijs, qui lucratiua
38 ex cauſa capiũt. Et † ut maximè non eſſet hoc
inſtrumentum imperfectum, falſum, contra-
rium, ideoq; nullum, ſed tantùm dubium ac
ſuſpectum, ut omninò hic eſt, non tamen con

tra conſulentem probaret pro aduerſa parte,
cuius eſt renuncistionem, ut qoæ non præſu-
matur demonſtrare, c. ſuper hoc. de renũciat.
Bald.l.1.in ult.no.C.de edict.diui Adrian.toll.
Dec conſil.402.in cauſa.numer.3.conſil.625.
nu.6. ſicut ſuprà uidimus. Probatio euim de-
bet eſſe concludens,l.ad probationem. l. ma-
trem. l. non epiſtolis. C.de probat.& quidem
de neceſsitate,non contingenter, uel per poſ-
ſibile,l.pen.§. docere. ne quis eum, qui in ius
uoc.& debet concludere per neceſſe, non per
poſsibile,Schurff. conſil. 52.quamuis.numer.
7.& 8.centur.2.ex Bald.d. l. probationem. C.
de probat. Et quamuis ſufficiat eam præſum-
ptiuè concludere,l.quoties.C.de rei uend.l.2.
l.cùm res.C.de probat. hoc tamen intelligen-
dum eſt,ut præſumptione iuris,non hominis
probatio concludere debeat,Iaſon l.non hoc.
numer.3.4.5.cum ſeq.C.unde legit.Nam quę
non concludit, ſed dubia eſt, contra ipſum
producentem uenit interpretanda, c. in præ-
ſentia. ubi gloſ. de probat. de qua gloſſa facit
feſtum,& reputat eam ſingularem Bal. l. quo-
ties.§.ſi quis ita.num. 2. de hæred. inſtit.Iaſon
l.ueteribus. num. 1. de pact. ideoq; nihil eum
releuat, ſed magis aggraoat, l. non hoc. ubi
Iſſ. numero 4. C. unde legit. cum ibi allegat.
Schurff.conſil.52.numer. 7.couſil.60.num.2.
cent.2. etiam in cauſa fauorabili, nedum hac
odioſa,Crauet.conſil. 218.intentio. numer. 2.
nempe renunciationis. Dec.conſil. 352.nu. 7.
conſil.379.num.3.conſil.499.numer. 9. quæ
nunquam inducitur, quoties alia leuiſsima
cauſa uel occaſio alia ſubintelligi poteſt, Bal.
l.ult.uerſic.fortunam. C. de dot.pro.l. 1. C. ad
S.C.Trebel. Anchor.conſil.106.dubitatur.Ti-
raquel.de retract.proxim.§.36.gloſ. 2. nu. 50;
51.cum multis ſequent. Deſtructo igitur hu-
ius inſtrumenti fundamento,ruere omnia ſu-
prà pro aduerſa psrte inducta & inædificata
neceſſe eſt,l.egi.26.de excep.rei iud. c.Paulus.
3.quæſt. 1.latè Euerar.in procem.loc.legal.cir-
ca finem. Et conſequenter non obſtat hoc in-
ſtrumentum, quo minus etiam materiam a-
uiæ ſuæ hæreditatem d. conſultor petere poſ-
ſit; ex quo non inueniuntur, nec probantur
pareutes eius illi renũciaſſe, cùm id non præ-
ſumatur,niſi probetur, dict. cap. ſuper. de re-
nunciat. cum slijs ſuprà alleg. probari autem
nequeat per inſtrumentum contrarium, du-
bium,ſuſpectum,d.cap.in literis.de probat.&
cui renunciantis ſigillum ſua uoluntate non
oſtenditur appoſitum, l. 2. C. de rebus alien.
non alien.Ex quo iam ſequitur, non primum
tantummodo fundamentum pro altera par-
te adductum, nempe renunciationis, euerti,
ſed etiam alterũ uidelicet præſcriptionis, quæ
& ipſa non præſumitur, niſi probetur, cap. 1.
de præſcript.in 6.ubi Fran.& Dd.cum alijs ſu-
prà alleg. Neque ſanè per hoc inſtrumentum,
uel ex illo demonſtrari poteſt. Nec enim certè
quiuerit per talem ſcripturã patris mors pro-

39 bari,ante quam † nulla tamen currere potuit
præſcriptio hæreditatis: cùm uiuentis nulla
ſit hæreditas, l. qui ſuperſtitis. de acquir. hæ-
red. id autem quod non exiſtit, præſcribi ne-
queat.Bald.in rubr.de præſcrip.num. 12. Ant.
Gab.Rom.de præſctip. lib. 5. concluſ.7.num.
2.& concluſ.10.num.8.Caſtrenſis, Alexand. &
Dd.l.pignori.de uſucap.Balb. tract. præſcrip.
4.parte 5. partis princip.quæſt. 1. quæſt.2.nu.
40 3.& 4.& quæſt. 3. num. 2. 3. Sed † & præſumi-
tur unuſquiſq; uiuere ad centum annos,gloſ.
& Dd.l.ult.C.de ſacroſ.eccleſ.Bart. l.2. §. ſi du-
bitetur.num.3.ff.quem.teſt.aperian.Menoch.
conſil.60. longo. num. 35. Et licet aliqui con-
tradicant,Dec.l.ſi emancipati. nu.3.uerſ. non
obſtant allegata.C.de collat.Gozadin.conſil.
68.nu. 6. uerſ. non obſtat.Alciat. tractat.præ-
ſumpt.reg.1.præſumpt.44.attamen ceſſat dif
ficultas, quando altera pars in morte, ut hic,
ſe fundat,quia contra eam eſt præſumptio, i-
deoq; mortem liquidò probare debet, ut re-
ctè Menoch.dict.conſil.60. numer.36.Didac.
Couar.lib.2.Var.reſol.cap.7.num. 6.uerſic. 3.
pro eadem. Vnde mors ab eo eſt probãda in
ſpecie,addito tempore & loco,Bart.l.non ſo-
lùm.§.ſed ut probari.de op.no.nun.& clariùs
ſcribit Socin.ſen.conſi.42.num. 4.5.lib.1.Me
noch.conſil.60.longo.num. 20. cum ſeq. qui
ſobiungit nu. 21. quòd licet mors per famam
probari poſsit.Bartol.l.ſiquidem.C.ſol.matr.
Dec.conſil.575. num. 2. non tamen hoc aliter
fiat, quàm per teſtes omni exceptione maio-
res,Crauet.conſi.249. num. 14.qui audierint
à fide dignis;Crauetta ibidem,& quòd ita cre
dant,Bald.Aret.cap. quoties de teſtib. Capra
conſil.156.num.7. Cornæ.conſil. 62. num.12.
lib.Neuiza.conſil.78.nu.8.Natta conſil. 170.
numer. 7.lib.1.quæ omnia articolanda, dedu-
cenda & probanda eſſe confirmat ibidẽ Me-
noch. Ex quo ſequitur, etiam hic deficere pro-
bationem præſcriptionis, quando non aper-
tè conſtet ex inſtrumẽto ante 30. annos dictũ
patrem obijſſe: & licet obijſſet, tamen non à
die mortis uel effluxi iuris deliberãdi, de quo
ſuprà,ſed à tempore tranſactionis factæ com-
41 putãda hic foret præſcriptio: quia † illa agno
ſcendo debitum hæreditarium, & confitendo
ac admittendo ſororem, ut cohæredem, inter-
rupit decurſum temporis priorem,l. cùm no-
tiſs.§.pen.ubi glo.uerb.innouatis. uerſic. item
per debiti agnitionem. C.de præſcrip. 30. an-
norum, indoxitq; malam poſsidentis fidem
confitendo:latè Balb.in rep.l. Celſus. parte 3.
num.15.de uſucap.per tranſactionem, l.quo-
niam. 5.de his qui not. infam. & informando
conſcientiam partis in facto, quamuis extra-
iudicialiter,Balb.tract.præſcript.parte 3.ſextę
& ultimæ partis quæſt.4.num. 20.& l.Celſus.
parte 3.num.12.de uſucap.per Panor.Felin.&
Dd.cap.illud.cap.nihil.de præſcript.quæ ma-
la fides interrumpit ſuperueniens omnẽ præ-
ſcriptionem ex iure Canonico,quod etiam in
foro

foro ciuili ſeruatur, ſecundum communem,
cap.ult.de præſcrip.cap.poſſeſſor. ubi Couar.
de regul.iur.in 6. Bal. de præſcript. 3. parte 6.
partis princip.in princ. quæſt.2.numer.1.& 2.
parte 3.partis quæſt.7. num. 3. adeò ut impe-
diat præſcribi actionẽ tam realem, quàm per-
ſonalem, Balb.eod.tract.2.parte 3.partis prin
cip.quæſt.13.numer.4.eademq; etiam exinde
hanc præſcriptionem impediuit: ex quo aſſe-
ritur, matrem huius conſulentis renunciantẽ
continuò poſtea cõtradixiſſe huic cõtractui,
nec uoluiſſe iudicialiter conſummare,& hunc
filiũ quoq; ab eius morte ſemper impugnaſ-
ſe: quæ impugnatio uel interrupit præſcriptio
nẽ per ſe in iſtis iuribus incorporalibus, Bar-
tol.circa finem,& Dd.l.naturaliter.de uſucap.
l. 2. ubi Bald. Caſtrenſ. C. de ſeruit. cap. nihil
cap.illud.de præſcript. Balbus de præſcript.3.
parte 6.partis princip.quæſt.1.nu. 40.uel ſal-
tem cauſauit & induxit malam fidem, ut ſu-
prà poſuimus: id quod ſufficit. Quanquam
autẽ poſt 30. annos præſumatur bona fides,
niſi probetur mala, Bartol.numer. 17. & com-
muniter Dd.l.ult.C.unde ui, Iaſ.§.ſed iſtæ.nu.
100.Inſtit.de action. Balb.l.Celſus.parte 3.nu
mer. 11.de uſucap.Crauet.de antiq. temp.par-
te 4.§.materia numer. 16.17. Dec.conſil.257.
non excedit. num.4.5.Alexan.conſil.6.num.
2.3.lib.1.conſil.151.numer. 7. lib.2.tamen hic
non probantur 30. anni effluxi, ut diximus,
cùm totum inſtrumentum ratione contrarie-
tatis & aliorum defectuũ nullius hic ſit fidei,
& ex eo nihil probari poſsit: imò contra pro-
ducentem tale dubium inſtrumentum ſit in-
terpretandum, dict. cap.in præſentia. de pro-
bat. Præterea patet ex iſto inſtrumento,& for-
taſsis aliunde probari poterit, uel confeſsio-
ne partis aduerſæ, uxorem patris, hoc eſt, a-
uiam huius conſulentis ſuperuixiſſe, & unà,
tanquam dominam, uel uſufructuariam re-
rum à marito relictarum, tranſegiſſe: quæ qui-
dem ſi fuit uſufructuaria, uel aliud ius in di-
ctis bonis ad uitam habuit, ſicut habuiſſe ui
42 detur ex dicta tranſactione, quæ † licet inu-
tilis & imperfecta, tamen uoluntatem, quali-
tates & ſimiles circumſtãtias probare poteſt,
Bart.l.gerit.num. 18. de acquir. hæred. Socin.
l.cùm auus. num. 27. de condit. & demonſtr.
per l.ult.de reb.eo.l.ult. l. quo loco.de hæred.
43 inſtit.iam † uel illa ratione currere non po-
tuit contra dictum conſulentem, uel eius ma-
trem præſcriptio, quia liberi à parente uſum-
fructum habente, petere non potuerunt, l.1. in
fin.cum authen.ſeq.ubi gloſ.Bald.& Dd.& la-
tiſsimẽ Arius Pinellus, C.de bon.mat. & l. 1.§.
ult.C.de annal.excep. Sed fruſtra de his diſpu
tamus in caſu præſente, ubi quæritur de præ-
ſcriptione hæreditatis contra filiam, & ex ea
nepotem dictum dominum cõſultorem: qui
44 † cùm ſuccedant ex tribus capitibus, nem-
pe unde liberi, unde legitimi, & unde cogna-
ti conſtat ijs hanc præſcriptionem 30. uel 40.
non currere, ſed demum ex ſpacio præſcri-
ptionum triplicato, nempe 90. annorum, ſe-
cundum communem ſententiam gloſ. & Dd.
l.1.C.qui admitti, & in l. licet. C. de iur. delib.
& hanc eſſe communem opinionem, ac ſer-
uari teſtatur Balb.in tract. præſcript. parte 4.
partis 4.princip.quæſt.19.num.5.l.1.§.ſed ui-
dendum.5.de ſucceſſ.edict.ad idem latiſsimẽ
Iaſ.in l.3.num.7.8.cum ſeq. de acquir. hæred.
ubi multis id probat & oſtendit, difficulter
uel nunquam potiùs liberorum iuri immi-
ſcendi & cernendi ſucceſsionem parentum
præſcribi. Et cùm iure Saxon. de hoc nihil ſit
cõſtitutum, cur ſtare prohibeatur, quod non
mutatur c l. ſancimus. C. de teſta. præſertim
45 cùm † iura generalia non tollant eiuſmodi
ſpecialia, ſed contrà, l.unic. ubi Bald.numero,
3.C.de Cod.confir. Iaſ. l. 4.in fin. C. de pact.l.
placet.in fin.C.de iudic.per l.in toto.ubi Cag.
46 de reg. iur. Nec † correctiones iurium indu-
cendæ ſunt, l.præcipimus.C.de appell. ſed ſta-
tuta potiùs ſic interpretanda, ut quamminì-
mùm lædant ius commune, Bald. & Dd. l. 2.
C. de noxal. cum ſimilib. Tale autem tempus
hic eſſe effluxum à morte aui, certiſsimum eſt,
cùm etiamſi ponamus eum anno 30. uel cir-
citer mortuum, tantummodo 44. anni repe-
riantur effluxiſſe. Concludendum igitur hic
eſt ex prædictis, nec tanſactionem aut renun-
ciationem matris, ut quæ non probetur, nec
præſcriptionem ullam, ut quæ nondum ſit cõ
pleta, neq; compleri tam citò contra liberos
potuerit, hic nepoti obſtare, quo minus hære-
ditatem parentum auitam petere poſsit.

CONSILIVM XII.

De fide antiqui inſtrumenti uenditionis.

SVMMARIA.

1 ¶ *Antiquum dicitur, quod ætatem centum annorum excedit.*
2 *Antiqua ſcriptura probat etiam defectuoſa.*
3 *Sigillum communitatis facit inſtrumentum eſſe publicum, ſicut & longum tempus.*
4 *Sigillum an præſumitur appoſitum eius uoluntate cuius eſt.*
5 *Solennitas extrinſeca præſumitur ex longo tempore.*
6 *Solennitates requiſitæ in alienatione rerum ciuitatis, non requiruntur in emptione.*
7 *L. ciuitas ſi cert. pet. non obtinet in alijs con-*

tractibus, quàm mutuo.

8 Subſtantialia emptionis.

9 Contrahentes intelliguntur contractum celebrare, quem nominant. & num. 27.

10 Paria ſunt ſcribere, ſubſcribere, ſigillare.

11 Sigillando, ut ſcribendo, exprimitur conſenſus.

12 Sigilla ciuitatum & magnatum præſumuntur eorum uoluntate appenſa.

13 Ex patientia decem annorum præſumitur conſenſus.

14 Tempus immemoriale ſcientiam & patientiam arguit.

15 Vaſallus in rebus feudo ſuo ſubiectis plenum dominium habet.

16 Bona, ut initio fuerunt, ita nunc præſumuntur feudalia.

17 Feuda non pertinent ad fœminas.

18 Feuda non præſumuntur hæreditaria, ſed antiqua ex pacto.

19 Talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur à prædicatis.

20 Conſenſus domini præſumitur ex longo tempore.

21 Hæredis nomen in feudis capitur iuxta materiam ſubiectam.

22 Superuacaneè adiecta non nocent.

23 Vxor habet tacitam hypothecā in bonis mariti, etiam quoad paraphernalia, à die nuptiarum.

24 Mulier in feudalibus an hypothecā habeat.

25 Satis operantur, quæ dubitationis tollēdæ cauſa apponuntur.

26 Preciū poteſt in annuas penſitationes diuidi.

27 Quomodo probetur emptio.

28 Precium in numerata pecunia conſiſtere debet.

29 Contractus innominati aſſimilātur emptioni, & pactum retrouenditionis recipiunt.

30 Contractus ſpecies unde dignoſcatur.

31 Error nominis non uitiat contractum.

32 Ex contractu nullo rei accepta ſunt reſtituenda.

33 Pacto retrouenditionis an præſcribatur.

34 Antiquo doctori pragmatico ſuper conſuetudine credendum.

35 Inſtrumenti probatio eſt euidens.

36 Negatiua, Non extare memoriam, non probatur inſtrumento, ſed approbatiua.

37 Vectigalia, collecta, & ſimilia iura, præſumptiuè ad dominum ſuperiorem pertinent.

38 Res facilè redit ad ſuam naturam.

39 Euictio debetur ex emptione & contractibus ſimilibus.

40 Quænam pro expreſſis habeantur, & quid operentur.

41 In emptione ſimilibusq́ contractibus requiritur obligatio mutua.

42 Contractus, aut actus imperfectus pro nullo eſt.

43 Scriptura eſt optima ſpecies probandi contractus.

44 Inſtrumenta ſunt ſtricti iuris, nec probant contra tertium.

45 Tria ſunt ſigilla publica, & probant ſine partium ſubſcriptione.

46 Scriptura & ſigillum probāt contra ſcribentem, uel ſigillantem, non pro eo, neque contra tertium.

47 Sigillum quatenus arguat uolūtatem, quid, quatenus probet.

48 In antiquis utrùm ſufficiat ſemiplenè, an præſumptiuè probare.

49 Veritas ſigilli quomodo & unde probetur.

50 Sigillum non probat ſine ſubſcriptione, niſi tribus concurrentibus.

51 Scriptura officialis communis nō creditur ſine ſubſcriptione.

52 Conſules ciuitatum an emere, uendere, publico nomine poſſint.

53 Ratificatio contractus ex conſequenti ratificato ſumitur.

54 Inſtrumentum emptionis non probat traditionem.

55 Poſſeſſio medij temporis præſumitur ab extremis.

56 Probata conſuetudine regionis, probatur etiā ciuitatis. & num. 67.

57 Rei ſuæ emptio non ualet, nec ex ea debetur reſtitutio.

58 Defectus ſcripturæ in grammatica, uel ſenſu, quatenus uitiet.

59 Pactum retrouenditionis eſt aſcititiū, nec præſumitur, niſi probetur.

60 Scriptura obſcura contra uenditorem interpretanda.

61 Clauſula refertur ad proxima, non remota.

62 Probatio dubia non ſufficit, & præſumptiua qualis eſſe debeat.

63 Dubia probatio contra producentem uenit interpretanda.

64 Qui cauſam habet, ab alio declarare debet quantum poſſideat.

65 Res extinctæ non retrahuntur ex pacto.

66 Poſſeſſio an & quatenus inſtrumento probetur.

67 Reditus fori ſunt uniuerſitatis.

68 Præſumptio fortior excludit debiliorem.

69 Inſtrumento emptionis nō creditur, niſi precium exprimat.

70 Con-

70 Confirmatio quid operetur.
71 An ex conſenſu & quando uideatur renunciatum retractui.
72 Intereſſe & meliorationes quæ in retractu debeantur.
73 Delicta non præſumuntur.

IN ſtreitigen ſachen des erbarn Rhats zu A. wirt ein rhatſchlag begert vber eine alte verſchreibung eines vermeinten widerkauffs/ im 1457. jar gegeben/ dardurch jre erbherzen vermeinen etzliche vff Martini fellige zinſen/ als zoll/ ſtete/ holtz/ rindesbanck vñ marckgelt/ in ſolcher verſchreibung dem Rhat verkaufft/ widerumb zu ſich zulóſen vñ zuziehē. Nu iſt es wol an dem/ das in dieſem Inſtrument der widerlóſung gedacht/ vñ nu mehr beyde im Camergericht/ ſo wol als in diſen Landen eingeführet/ vnd für recht erkañt vnd gehalten wirt/ das einige verjherung auch hundert vnd mehr jaren ſolche widerlóſung nicht hindern noch vffheben ſol oder móge/ als conſt. 1. par. 2. Es ſind aber gleichwol vil mangel in diſer geſchrifft zůfinden nicht allein von wegen deſſen/ das ſie von einem theil allein/ als den Burgermeiſtern der Statt mit gemeinen inſigel/ vnd nicht von den verkauffer bekrefftiget oder vnderſchrieben/ ſondern auch das keine volkoñliche diſpoſitio oder obligatio darin zůbefinden/ vnd fürnemlich/ das die letſte clauſel/ alda der widerlóſung gedacht wirt/ ſehr dunckel vñ zweifelhafftig geſtellet/ alſo dz es faſt ſcheinet/ das ſie nit ſey zuziehen auff den erſten theil der verſchreibung/ da der erbherr die obgenañte gelde dē Raht verkaufft/ ſondern vil mehr vff die nechſte vorgehende clauſel der zwólff ſchock járlichs zinſen/ ſo den Vicarien gegen E. auff einem widerkauff der verkauffer ſchuldig geweſen/ ꝛc. Derwegen weil auch ſonſten mit vnſchließlichen beweiſungen ſich niemandt hat zůbehelffen/ vnd dunckele/ zweifelhafftige clauſel der verſchreibung wider den verkauffer vor den kauffer vñ beſitzer zůdeuten/ auch obgedachter rhat allein das marckgelt vor das ſein/ vnd nicht auß einem kauff oder widerkauff biß anhero beſitzet/ vñ vber menſchen gedenckē beſeſſen hat/ die andere gelde aber/ dauon die verſchreibung meldet/ nie in gewehr vnd beſitz bekomen hat/ als erachte ich meinen geringē verſtand nach/ auß diſen vñ andern in folgenden Lateiniſchē rhatſchlag angezogenen vrſachen vñ Rechtsgrunden/ das wider ſolche forderung vñ vorſchreibung ein ehrbar Rhat ſich wol móge vffhalten/ auch in ſeiner vor menſchen gedenckē/ wolhergebrachter poſſeſſion beſitz vñ gewehr billich vñ biß ein anders vō gegentheil außgefürt/ gelaſſen vñ geſchützet werde.

QVod animaduerti futurum, ut recepta illa ſententia conſt. 1. parte 2. qua permittitur ex pacto retrouēditionis, uel pignoris in perpetuum, nulla obſtante præſcriptione, luere res alienatas & reuocare, turbarentur dominia, & ſequeretur magna quietarum poſſeſſionum perturbatio, contra l. 1. de uſucap. ubi Dd. idem ex hac cauſa liquet, & alijs multis tam paruo tēporis interuallo deprehendi potuit. Quicquid ſit, primū de præſentis cauſæ facto, tum de iure uideamus, ſtudendo breuitati: quoniam uictus non in dicendo multa, ſed in dicendo multum conſiſtit, & ueritas acquieſcit in paucis, ut dicit Socin. conſil. 120. cùm in præſenti in princip uolum. 1. & conſil. 231. cùm in. in princ. uolum. 2.

Quo ad factum attinet, uideri prima conſideratione poterat, pactum hic retrouenditionis ſubeſſe de ſcriptura data anno 1457. die Lunæ poſt Iudica: quæ certè eſt antiquiſ-
1 ſima. Antiquum † enim ex communi ſententia dicitur propriè, quod ætatem centum annorum excedit, Innocen & Canon. c. ueniens. de uerb. ſign. quam opinionem dicunt communem Iaſ rep. l. admonendi. num 209 de iureiuran. idem Iaſon, Alexan. & alij l. cum aliquis. C. de iur delib & conſi. 6. in fin lib. 1. conſil. 208. circa fin uerſic. nec etiam prædictis obſtat. lib. 2. conſi. 12. in fi. conſil. 75. uiſis in princip libro 4. cónſil 89. lib. 5. cum alijs multis, quos cumulat Crauet. de antiquit. tempor. in princi. num. 4. & ideo fidem meretur, etiamſi
2 † aliquatenus talis ſcriptura eſſet defectuoſa, minusq́ſolennis propter difficultatem probationis, l. penul. de probat. c. ueniens. 1. de teſtib. Dec. & Dd. cap. 1. de appel. c. cùm cauſam. ubi Panor. & Dd. de probat. Crauet. de antiq. temp. parte 1. in princip. numer. 1. 5. 6. & §. uiſo de uerbis. ac paſsim toto illo opere, Caſtr conſil. 139. pro declaratione. in fin. uerſ. præterea antiquitas inſtrumenti. lib. 1. In hoc autem inſtrumento uenditor pro ſe, uxore & hæredibus ac ſucceſſoribus ſe confitetur uēdere, (*das ich uerkaufft habe.*) Coll. qui numinantur, & to-

ti communitati A. iſtos reditus nunc conten-
tioſos, qui in inſtrumento nominantur, idq́
pro eo, ut ipſi contra certam annuam quanti-
tatem pro d. B. uicarijs E. diſſoluerent: & addi-
tur diſertè, pactum retrouenditionis his uer-
bis: *uff einen widerkauff, wann wir das oder meinen erben fugſam oder eben iſt.* Et hic ipſe contractus
in fidem rei nomine totius communitatis, ſi-
3 gillo ciuitatis publico eſt munitus: quod † ſi-
gillum etiam ipſum inſtrumẽtum publicum
facit, Bal. Salic. & communiter Dd. l. ſi qua. C.
de epiſcop. aud & cap. poſt ceſsionem. de pro-
bat. Innoc cap. 1. de fid. inſtrum. Lanfr. c. quo-
niam. uerb inſtrumentorum. num. 2. de pro-
bat. præſertim poſt tam longũ tẽpus, quod
per ſe inſtrumẽtum quoq; publicum facit, ſeu
uim publici inſtrumenti habet, deciſ. Neapol.
239. Prob. ad Ioan Mont. in cap. 1. num. 27. de
præſcrip. in 6. Ant. Gab Ro. lib. 5. de præſcript.
concluſ. 1. numer. 70. ſic ut ei plenè credatur,
Bartol. l. quæ dotis. in fin. ubi Alex & Dd. ff ſo
lut. matr. & plus operetur, quàm ſubſcriptio,
Purpur. num. 177 poſt Caſtr. in l. admonendi.
4 de iureiuran. & † præſumatur appoſitum uo-
luntate eius, cuius eſt ſigillum, Bald. l. ſi procu
ratorem queſt 3. de procurat. & l. 1 §. ſed ne fu-
randæ. C. de Lat. lib. toll. maximè in republ.
cuius ſigillum, ſicut & magnatum, diligẽtiùs
cuſtodiri ſolet, Mol. in conſuet. Pariſ tit. 1. § 5.
num. 14 15 ideoq́; non ſolùm Coſſ ſed etiam
cõmunitatis, cuius eſt ſigillum, acceſsiſſe con-
ſenſus præſumitur, Schurff conſil. 17. in pri-
ma. num. 12 13. cent. 1. ſolenniterq́; omnia pu-
tantur acta, quæ agi debuerunt, § ult. ubi An-
gel. Fab. Inſtit. de fideiuſſ l ſciendum. ubi Bar.
Iaſ. Alexan Zaſ. & Dd. de uerb. oblig. præſer-
tim poſt tam longum tempus effluxum, cap.
peruenit de empt. Crauet. de antiq. temp par-
5 te 3. num 1. ex † quo præſumitur ſolennitas e-
tiam extrinſeca, Crauet. de antiq. temp. parte
3. nu. 6. 7. dato etiam, quòd nulla eius in actu
fieret mentio, ut per multa probat ibidẽ Cra-
uet. num. 11. maximè cùm ex ſpacio 30. anno
rum omnia ſolennia præſumantur, Alex. Iaſ.
& Dd. l. qui in aliena. in princ. de acquir hær.
Iaſ. & alij d. l. ſciẽdum. de uerb. oblig licet. Iaſ.
conſil. 140 lib 4. requirat tempus immemo-
riale, cuius ſententiam pluribus refutat Cra-
uet, ut ſibi non conſtãrem, dicta parte 3. num.
5 6. 7. cum ſeq. tametſi fateatur poſt num. 28.
29. 30. tantùm præſumptionem iuris oriri ex
antiquitate, & ideo recipere probationem uel
præſumptionẽ contrariam, qua elidatur, Pa-
norm cap. Albericus. de teſtib. & conſil. 61. in
fin lib. 1 Bella. conſil. 10 Cornæ. conſil 144. in
princ lib. 4. etiamſi præſcriptio inducat præ-
ſumptionem iuris, & de iure, quæ contrariam
probationem excludat, Matheſ. Afflic. in §. ſi
quis per 30. annos. ſi de feud def. cont. in 3. no
tab. de quo hic non eſt diſputandum anxiùs,
quando communitas emerit, & ſic acquiſie-
rit, ideoq́; hic contractus non opus habuerit
6 † ſolennitatibus requiſitis in alienatione re-
rum ciuitatis, l. ult. & tot. tit. C. de uend. reb. ci-
uit. lib 11. ubi Rebuff. Lucas de Penna & alij,
Iaſ. Alciat. & Dd. l. præſes. C. de tranſact. l. ciui-
tas. ſi cert pet. Redoa. de reb. eccleſ. non alien.
par. 3. §. & deueniẽdo. mihi fol. 318. Non enim
prohibentur adminiſtratores cõtrahere, præ-
ſertim emendo abſq; alia ſolennitate, Iaſ poſt
Caſtr. l. ciuitas. nu. 15. ſi cert. pet. dicens, admi-
niſtratorem poſſe emere pannos ad ueſtien-
dum ſeruitores, & etiãſi nihil aliud interue-
niat, ualere contractum: fac. Inſtit. de autbor.
tut. in princ. uerb. in emptionibus. Nam licet
glo. l. 1. C. de uend. reb. ciuitat. lib. 16. putet, q.
7 † l. ciuitas. ff ſi cer. pet. obtineat etiam in alijs
contractibus, ſic ut non obligetur ciuitas ex
contractu adminiſtratorum, niſi probetur in
rem eius uerſum, de quo Redoa. tract. de reb.
eccleſ. §. & deinde. num. 6. mihi fol. 319. tamen
communiter illa gloſ. reprobatur ibi per Bar-
tol. & Dd in cap. 1. de depoſ. Iaſ. num 15 poſt
Caſtr. Rom. & alios in d. l. ciuitas ubi ex Bald.
l. hoc ius. C. de ſacroſ. eccleſ. per l. 1. C ſi aduerſ.
cred arguit à pupillo ad ciuitatem, ut Bald. &
Iaſ. pluribus præall. loc. declarant. Concurrũt
8 igitur † hic omnia emptionis ſubſtantialia,
nempe conſenſus, l. in uenditionibus. 9. de
cont. empt. l. 2. l. empti. 9. C. eod. tit. mer x, l. nec
emptio. 8. de contr. empt. cum ſimilibus: pre-
tium, § 1. cum ſeq Inſtit. de empt & uend. l. 2.
uerſic. ſine pretio. ff. eod. Conſenſus uenden-
tis patet ex prima inſtrumenti parte, qua B. fa-
tetur ſe uendidiſſe, l. Publia. §. fin. depoſ. l gene
raliter. C de non num. pecun. quæ eſt optima
probatio de mundo, Ioan. de Amicis conſi. 8.
9 num. 65. & conſil 33. nu. 2. & contrahens † in-
telligitur contractum celebrare, quem nomi-
nat, Tiraquel. de retract prox. § 30. glo. 1. num.
7. & quem uerba oſtendunt, Socin. conſil. 19.
adſit num 7. uol. 1. Bald. l. quoties. num 4. C.
de ſuis & legit. Conſenſus communitatis e-
mentis ex ſigillo probatur appenſo, gloſſ. l. ſi
procuratorem. 65. uerb. intelligendũ. de pro-
10 curat. Paria † enim ſunt, contractum ſcribere,
ſubſcribere, ſigillare: Rom. conſ. 303. hæc ſcri-
ptura. num. 1. 2. 3 Schurff. conſil. 17. in prima.
11 num 12. cent. 1. Et † ſicut ſcribendo intelligi-
tur quis contractum approbare, & ex eo obli-
gatur, l. Publia. §. fin depoſ. l. generaliter. C. de
non num pec. uel ſubſcribendo, l. ſicut. §. non
uidetur. uerſ. ſed ſi ſubſcripſerit. quib. mo. pig.
uel hyp. ſic etiam ſigillando ſeu apponendo
ſigillum. gl l. 2. uerb. conquiſita. C. de reb. alie.
non alienan. Bal. c. 1. num. 6. & 7. de pace Con-
ſtan. Rom. d. conſi. 303. hæc ſcriptura num. 2.
Schurff. conſ. 17. in prima. nu. 12. cent. 1 Hipp.
latè in rubr. C. de probat nu. 301. per Bald l. in
fraudẽ de teſta. mil. cap. cùm Eccleſia. de elect.
Ro. poſt alios l. quæ dotis. in fin ſolut. matr. &
meliùs Bald. in rubr. C. de fid. inſtr nu. 41. per
l plures l comparationes. cod. tit. l. ſcripturas.
C. qui pot. in pign. Quod ut diximus, com-
munia

munitatis uoluntate appoſitum præſumitur,
12 cuius eſt, ſicut & in alijs † magnatibus,quorũ
ſigilla melius cuſtodiri ſolent, quàm priuato-
rum, ut plenè probat Molin. in conſ.Pariſ.tit.
1. de feud.§.5.num.14.15.Bal.& Salic.l.ſi qua.
C.de epiſ.aud.c. poſt ceſsionem.de probat.u-
bi Panor.& Canon. præſertim.accedente tãta
temporis intercapedine,Schurff.d.conſ.17.in
prima.num.12.ubi ex Bart.in l.1.§. ſi quis ne-
get.quem teſt.aper. probat ſubſcribentem ha
buiſſe notitiam omnium contentorum,poſt-
quam per longum tempus acquieuit, etiamſi
13 perſona minus fuit diligẽs: etim etiã † ex pa-
tientia decem annorũ conſenſus prçſumatur,
Bal. Ang. Aretin Imol. l. qui in aliena. in prin.
de acq.hæred.Imol.Iaſ.& alij in l.ſciendum.de
uerb. oblig. Alex.l.2.§.uolũtatẽ.ubi dicit hanc
eſſe communem,ff. ſol.mat.Felin.& Canon.c.
Albericus.in fin.de teſtib.c. nónne. in prin.de
præſump.Cornæ.conſ.337.dictos actores.lib.
2 Iaſ.conſ 89.aggredior.in fin.lib. 1. Tiraq.de
l.connub.gloſ.5.nu.39.cum multis ſeq.nedũ
ex centum & pluribus, qui hic interceſſerunt,
annis,Iaſ.l.quominus.nu. 96.de flum.& l.ſciẽ
14 dum.nu. 17. de uerb. ob. Vnde † ſcientiam &
patientiam præſumi notiſsimum eſt,Iaſ.num.
16.17.18.& Dd.d l.ſciẽdum.de uerb ob.Caſtr.
& Dd.l 2.C de ſeruit.per illum text.Salic.l.au
thoritate.in fin.C.unde ui,Crau.de antiq.tẽp.
parte 4.§.materia.nu.131.Calder.conſil. 15.in
princip. uerſ. ex quo ſequitur.de præben.Ale.
cõſ.24.in fin.uerſ. præterea præſupponiẽ.uol.
5.Dec.conſ.185.in fin. uerſ.nõ obſtat. Lofred.
conſ 40 n.50.Ant.Gab.Ro.lib.5 de prçſcrip.
con.Iuſ.1.nu.60. Merx apparet etiam ex ipſa
ſcriptura,nempe certi reditus,& uectigalia fo-
ri ac ſimilia, quç ibi diſertè ſpecificantur & ex
primuntur eſſe uẽdita:quæ certè ſunt in com-
mercio,& fuerunt d. Nobilis domini uenden-
tis & ab illo emi à ciuitate ſubiecta poſſe oſtẽ-
dit l. uectigalia. 10. C. de commiſſ. & proinde
uendi potuiſſe,d.l.4.l.ſi quis. C.de uectig.c.1.
2.in extra.de empt. dato etiã,quòd ponamus
15 hos reditus ad feudum pertinuiſſe: nam † etſi
uaſallus reſpectu domini tantùm habet utile
dominiũ,tamen in rebus particularibus,quæ
ſuo feudo cõtinentur, plenũ & omnimodum
dominium habet, Bald.l.1. in fin.C.unde leg.
Curt.trac.feu.part.1.quæſt.6.& parte 2.quæſt.
2.Euerar.loco à tãquam ſeu reſpectiuis,in 29.
ampliat.Lud Goz.conſ.50. prima.nu.9. Nec
hic quærendum, an potuerint uendi ſine do-
mini feudalis conſenſu, tot.tit. de prob.feud.
alienat.per Fed.cum ſimil. quoniam ex tanto
tempore præſumitur conſenſus interueniſſe,
Iaſ.l ſciẽdum.num.13. de uerb. oblig. ubi Dd.
de quo non diſputandum, quia tẽpore iſtius
uenditionis hi reditus qui uendebantur,non
feudales,ſed allodiales fuiſſe, nec ad feudum
16 pertinuiſſe uidẽtur, ſicut † & omnia bona ini-
ti fuerunt allodialia, Iaſ. l. ſi prius.nu. 40.de
oper.no.nunc.Bal.c.cùm omnes.n.21.de con-
ſtit.Schurf.conſ. 69. in prin.centur.1.& in du-
bio præſumuntur fuiſſe, ac eſſe etiamnũ talia,
donec cõtrà,pbet,c.1.§.1 ubi gl.uerb.interim.
& oẽs Dd.ſi de feu.def.Iaſ. poſt Bar. d. l.ſi pri⁹.
nu.43.de oper.no.nunc. c.unic. de allod. ubi
Dd.Alciat.reg præſump.2. prçſum.3.Dec.cõſ.
468.ſuperiore.nu.6.7. cõſ.498.uiſo.nu.3.cõſ.
588.nu.9.& 12.cõſ.424.proponiẽ.nu.8.Ruin.
cõſ.156.nu.1.uol.1.Schurf.cõſ.69.prçſens.nu.
1.cent.1.Hoſt.Panor.& Canon.c.ueniẽs.de iu-
reiur.Bal.l.libertas.n.1.de ſta.hom.& c.1.de cõ
tro.int.maſ. & fœm. Fel.c.quæ in eccleſiarum.
nu.69.cum ſeq.de cõſtit. Afflic.c.1.nu. 67. 68.
ex quib.cauſ.feud.amit.Alex.conſil. 15.ſuper,
nu.11.uol.5.conſ.129.ponderatis.nu.1. uol.1.
conſ 55.perſpectis.num.24.uol.4.Caſt.conſ,
180.in cauſa nu.1.uol.1. Alb.Brun.conſ.feu.1.
circa.nu.1. quod non modò obtinet in bonis
priuatorum, uerumetiã Nobilium, Baronũ,
Comitum,ut etiamſi habeant dominia & poſ
ſeſsiones ſub Principe,eorũ tamen bona prç-
ſumantur allodialia, donec feudalia proben-
tur,Alciat.reg.2.præſump.3.prçſump.num.2.
per Io.And.& Dd. c. ult.de iudic. c. nimis. ubi
Ant.de Butr.de iureiur. Bald. poſt Innoc.in c.
ult.de cauſ. poſſ.& proprie. Iaſ.d.l.ſi priùs.nu.
42.43.de oper.no.nunc.Spec. de locat.§.nũc
uerò aliqua.nu.80 Quod in præſenti caſu di-
lucidiùs etiam patet ex iſto antiquiſs. inſtru-
mento,ubi nuſquam fit mẽtio feudi, nec con-
ſenſus domini, nec hæredum feudalium. Vn-
de quod inſtrumentum non dicit,nec nos di-
cere debemus,Bald.l.inquiſitio.nu 2.C.de ſo-
lut.& l.lecta.in 1.oppoſ.ſi cert.peta.l.ad proba
tionem.C.de probat.& apertè uẽdit uenditor
B. pro ſe,uxore, hçredib. & ſucceſſoribus, Er-
17 ben und Erbnemmen. Ad fœminam † autem feuda
non pertinent,c.unico.§.filia.de feud.ſucc.c.1.
de feu.fœm.c. unic.uerb.& in fœmina.an mu-
tus,uel aliás imperfec.c.1.§.hoc autem notan-
dum.de his qui feu.dare poſſ.c.unic.uerſic.ad
filias.de ſucceſſ. frat. uel grad. ſucceſſ. Bald. l.
quoties. nu.2.C.de ſuis & legit. Roman. cõſ.1.
uiſis nu.2.Curt.trac.feu.parte 3.prin.in princ.
Chaſſ.in conſ.Burg.tit.de feud. §. 1.ſed nec ad
18 Erben & Erbnemmen,niſi † feuda ſint hæreditaria,
c.1.ubi Bald.de not.feud.Socin. conſil. 19.ad-
ſit.nu.3.parte 1.Bart.l.iuriurſiurandi.§. liber-
tus.de oper.lib.Bal.c.1.§.ſi decedenti.qui feu.
dar.Alex.conſ.10.ponderatis.ubi dicit cõmu-
nem,uol.3.conſ.19.ſuper.conſ. 28.in fin.lib.5.
Pariſ.conſil.1.nu.5.6.7.8.9.uol.1.quod in du-
bio non præſumitur,niſi probetur,Afflic.in c.
1.num.19.an ag.uel filius,Mynſin.obſ.2.cent.
4. ut hic omnia prædicata oſtendant ſubie-
ctum de allodiali potius, quàm feudali, acci-
19 piendum eſſe,iuxta regulã. Talia † eſſe ſubie-
cta,qualia permittantur eſſe à prædicatis.glo.
fin.in c.dudũ.13.de dec.Cçpoll.in tract ſeruit.
ruſt.cap.de aquæduc.num. 14.ſeu cuiuſmodi
eſſe prædicata demonſtrant,l.1.§.1.depoſ.iſer.
c.1.§.1.de natur.feu.Quanquam in eo magna

non eſt uis:nam etiamſi ponamus feudũ fuiſ-
20 ſe,præſumẽdus † tamẽ erit domini cõſenſus
ex tanto temporis interuallo, Iaſ.d.l.ſciẽdum.
num.17.de uerb.ob.Alex.conſ.111.uiſo.in fin.
uol. 4. ac ſufficit etiam tacitus,c.1.§.præterea.
ubi Dd.quib.mod.feud.amit. & §.Titius.ſi de
feud.def. qui ſumitur ex diuturni tẽporis de-
curſu ac patiẽtia,Iacobin.in inueſtitura,uerb.
& cum pacto.nu.20.dicens hanc eſſe commu-
uẽd. aut culpa, l. ſi culpa. de rei uẽd. Cag. l. qui
dolo. 174. nu. 3. de reg. iur. Dec. cõſ. 104. nu. 2.
Schneid. poſt Iaſ. nu. 84. in §. omnium. Inſt. de
action. per l. ſi is. 7. ff. de rei uend. & ſic adhuc
poſsidere præſumat̃, & pro poſſeſſore habea-
tur ac cõueniri poſsit, l. qui dolo. 173. ubi Dec.
l. parẽ. l. ad ea. §. ſemper. de reg. iur. l. 1. §. toties.
ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. cap. pro poſſeſſore. de
reg. iur. in 6. gl. & Dd. c. pen. de except. quia cũ
pridẽ & ante hominũ memoriã nullam poſ-
ſeſsionem habuerit hic ſenatus, nõ poteſt di-
ci præſumi poſsidere: quoniã nõ cõſtat, quòd
66 unquã poſſederit. Quanquam † enĩ in inſtru-
mento ponãtur illa ſenatui uendita, nõ tamẽ
præſumuntur propterea tradita, l. 4. ubi gl. &
Dd. C. de probat. cũ traditio ſit facti, nec præ-
ſumatur, niſi probetur, Bart. in l. Celſus. nu. 11.
12. de uſucap. l. certè. in princ. nu. 19. 20. ſi cert.
pet. Vnde tale inſtrumentũ titulum probaret,
ſi eſſet integrum, & nulli exceptioni obnoxiũ:
non autẽ poſſeſsionem aliquam, quam ſena-
tus habuerit, niſi aliter doceatur poſſediſſe, l.
prædia. ubi Alex. poſt Bar. plenè, de acq. poſſ.
l. 2. C. eod. tit. Alex. cõſil. 10. uiſo proceſſu. n. 3.
uol. 4. per Spec. de emt. & uend. §. ſciendum.
uerſ. ſi uerò res. Bal. l. iudicia. C. de rei uend. &
l. non idcirco. C. de fid. inſtr. & l. 1. C. de ſuffrag.
& rub. C. de fid. inſtr. quæſt. 18. Cano. in c. cùm
ueniſſent. de reſt. ſpol. & c. 2. de cõſuet. Et quã-
uis antiquis inſtrumẽtis aliquatenus probe-
tur, Crauet. conſ. 54. nu. 2. uol. 1. Caſtr. cõſ. 81.
num. 3. uol. 2. Dec. conſ. 36. nu. 5. 6. conſil. 302.
nu. 4. 5. Curt. iun. conſ. 90. in fin. tamẽ hoc ac-
cipiendũ eſt, quando diſertè traditionis factæ
mẽtio ſit in inſtrumẽto, quod dèſuper confici-
tur, Pan. c. cùm à nobis. n. 5. de præſcrip. Bald.
l. prædia. de acq. poſſeſſ. n. 1. Bald. in rub. C. de
contra. emt. nu. 18. Oldrad. conſ. 199. nu. 2. 3.
Crau. cõſ. 54. n. 2. uol. 1. Nec enĩ aliter probare
inſtrumẽtum traditionẽ poſſeſsionis poteſt,
niſi diſertè hoc in inſtrumẽto ſit expreſſum &
poſitũ, Bal. l. ſi. q. 8. C. de edic. diui Adria. Alex.
in d. l. prædia. nu. 2. 3. de acq. poſſ. & d. cõſ. 10.
uiſo. num. 3. uol. 4. quia qualitas requiſita ad
actum debet ſpecificè apparere & ꝓbari, l. 2. §.
docere. ff. ui bon. rapt. l. 1. §. ait prætor. ubi Bar.
ne quid in flum. pub. Alex. cõſ. 100. ſuper. nu.
3. uol. 1. cum multis ibi alleg. ac proinde po-
tiùs, cùm nũc nõ poſsideat ſenatus, nec quiſ-
quam meminerit eum poſſediſſe, præſumetur
in antè nunquam poſſeſsionẽ habuiſſe: præ-
ſertim cùm hoc non modò nõ alleget, ſed etiã
inficiet̃ ſenatus ſe unquã iſta tenuiſſe & uſur-
paſſe, Bar. & Dd. l. ſiue poſsidetis. C. de ꝓbat.
Alciat. d. præſumt. 21. nu. 2. dicens hãc eſſe cõ-
munẽ, & nu. 6. 10. cũ ibi alleg. Vnde prætenſa
ſenatus

ſenatus poſſeſsio, quæ plurimum facti habet,
l. poſſeſsio. de acq. poſſ. præſumi nõ debet, niſi
probetur, d. l. 4. ubi glo. l. cùm res. C. de ꝓbat.
Bart. l. Celſus. n. 11. 12. ubi Balb. & alij, de uſu-
cap. Non igitur poteſt hîc alio nomine cõue-
niri ſenatus, quàm illi⁹ ergo, quod poſsidet:
de reliquis abſolui debet, l. ſi à te hæreditatẽ.
in prin. uerſ. quia nihil poſsidebat, abſolutus
eſt. de excep. rei iud. Poſsidet hic autẽ tantùm
uectigal forenſe, *das marckgeldt*: quod quidẽ in
confeſſo eſt poſsidere ſenatũ, ſed tamẽ nõ do-
cetur, ut antẽ dixi, quòd ex iſto cõtractu poſsi
deat, & à d. B. habeat: quoniã, ut ſuprà decla-
rauimus, inſtrumẽtum emtionis non probat
traditionẽ rei & dominij translationẽ, quæ eſt
facti, l. prędia. ubi Bar. & Ale. & Dd. de acq. poſ.
l. 4. l. cùm res. ubi gl. C. de ꝓbat. cũ ſimilibus
ſuprà alleg. Deinde ſicut Curia ipſa & forum
ſunt ipſius oppidi, nõ ſuperioris: ſic enĩ intel-
ligitur eſſe prouẽtus ipſius & pecunia ſeu re-
ditus, qui ſequi dominiũ ſolet, & debetur rei
unde prouenit, l. partũ. C. de rei uend. l. & ex
diuerſo. §. 1. ubi Bar. & Dd. eo. tit. Nã pertinen-
tiæ iure totius regulãtur, Tiraq. de retrac. ꝓx.
§. 36. gl. 3. nu. 4. Bal. c. cùm in cunctis. nu. 4. de
elec. Bald. Imol. Ang. & Dd. l. 3. in prin. de acq.
67 poſſ. Vnde † & ex communi cõſuetudine to-
tius Germaniæ pecunia forẽſis, *das marckgeldt*,
ad ciuitatẽ & ſenatũ propter onera commu-
nia toleranda, non uerò ad ſuperiorem perti-
net: quæ cõſuetudo hîc nõ eſt probanda, cùm
nihil aliud ſit, quàm ius cõmune, quo domi-
num ſequi fructũ & prouẽtum rei diximus, l.
præterea. 20. l. Iulianus. 17. de rei uẽd. l. 1. l. par-
tum. C. eod. tit. l. partũ. de uſur. & quidẽ utilẽ,
nõ directum, gl. fin. & Dd. l. 1. C. de iur. emph.
§. adeo. uerb. fruenda. Inſt. de locat. l. poſſeſſo-
res. in fin. C. de fund. pat. lib. 11. Vnde reditus
& prouentus fori ac locorũ pertinentium ad
uniuerſitatem, ſunt ipſius uniuerſitatis, Ang.
in §. uniuerſitatis. nu. 1. Inſtit. de rer. diuiſ. poſt
gl. ibi, uerb. ſi qua alia. quod pro conſuetudi-
ne non eſt habendum, ſed pro iuris cõmunis
obſeruanda, l. 1. ubi Bart. Rebuf. C. de theſaur.
lib. 10. Bart. nu. 3. Alex. & Dd. l. 1. in prin. ad l.
Falc. Ant. de ſ. Geor. c. bonæ. de app. Chaſſ. in
conſuet. Burg. tit. de iur. mar. §. 15. uerb. de ſon
douaire. nu. 4. quod ius cõmune probari nõ
debet, ſed à iudice ſuppletur. l. unic. C. ut quæ
deſ. ad. ubi Caſt. nu. 3. 4. & Dd. etiã ſtatutariũ,
Bar. l. oẽs populi. in fin. de iuſt. & iur. & l. præ-
ſcriptioni. in fin. C. ſi contra ius, uel utli. pub.
Bal. conſ. 23. ad ueritatẽ. in fin. lib. 1. Crau. cõſ.
137. magiſter. n. 6. 7. ſicut & cõſuetudo noto-
ria, Crau. præal. conſ. 137. nu. 5. per doctrinam
Bal. l. filiusfam. §. ueterani. de procur. l. iube-
m⁹. C. de iudic. l. ſi fugitiui. n. 2. cũ ſeq. C. de ſer.
fug. quæ, ſicut in alijs oppidis Germaniæ & lo
cis uſitata eſt noſtro caſu, ſic etiã in hoc oppi-
do eſſe præſumitur, ſi nulla ſpecialitas uel di-
uerſitas oſtẽdatur, Bar. l. ſi cõuenerit. 2. §. 1. nu.
2. 3. de pig. act. c. cùm capella. ubi gl. uerb. in
quantũ. de priuileg. & exceſſ. præla. Iaſ. nu. 5.
Hipp. n. 10. l. ult. de iuriſd. idẽ Iaſ. §. in perſonã.
nu. 10. Inſtit. de actio. Bar. l. ſi conuenerit, 2. §. 1.
nu. 2. 3. de pig. act. Vnde & probata conſuetu-
dine prouinciæ, probatur præſumtiuẽ eadem
obtinere in ciuitate & loco particulari eiuſdẽ
prouinciæ, c. cùm olim. 6. de conſuet. Schurff.
cõſ. 66. quanquã. nu. 10. cẽt. 1. Quocirca quæ
ſolent in ſuo foro & loco communiter habere
ciuitates, præſumit̃ etiã quælibet ciuitas ad-
huc habere, niſi quatenus ſuperior doceat ad
ſe pertinere, Schurff. cõſ. 26. diligẽter. nu. 2. 3.
cent. 1. & per hanc ſpecialẽ præſumtionẽ, quæ
pro communitate ſtat ex generali totius Ger-
maniæ cõſuetudine, qua reditus fori ad ciui-
tatẽ pertinẽt, nõ ad ſuperiorẽ, excludit̃ gene-
ralis, de qua ſ. quæ eſt pro domino territorij,
Schurf. d. conſ. 23. pro quo bonus textus in l.
non omnis. §. à barbaris. de re mil. Bart. l. ult.
nu. 16. C. unde ui, c. ult. de præſumt. Cagn. &
68 Dd. l. in toto. de reg. iur. quia † præſumtio for-
tior excludit debiliorẽ, l. diuus. de reſt. in in-
teg. l. nõ ſolùm. de ritu nupt. l. qa aũt. §. nõ ſim
pliciter. ubi Ang. ſi qs omiſſ. cauſ. teſta. l. 1. C. q
aduerſus quos, l. mater. ubi Ang. & Sal. C. de
calum. l. eũ qui probabilẽ. ubi Bal. C. de epiſ.
& cler. l. ſi hi q. C. de adulter. c. tranſmiſſæ. q fil.
ſint legit. c. literas. de præſumt. c. accedens. de
falſ. Crau. de antiq. tẽp. parte 3. nu. 30. & part.
4. §. materia. nu. 21. Boer. deciſ. 211. nu. 17. 18.
Alciat. reg. præſumt. 3. præſumt. 34. num. 5. &
reg. 1. præſumt. 30. nu. 1. & ſic conſequenter ſpe
cialis generalẽ, d. l. in toto. ubi Cag. de reg. iur.
d. l. non omnis. §. à barbaris. de re mil. ſicut &
aliàs in toto iure generi ꝑ ſpeciẽ derogat̃, l. in
toto. de reg. iur. c. 2. de off. leg. Ex quo dici po-
teſt & illud, dato ꝙ ſenatus hũc ꝓuentũ emiſ-
ſet errore aliquo à d. nobili ſuo dño, tñ cùm
hic ipſiuſmet fuerit, idcirco rei ſuæ emtionem
nõ ualuiſſe, & ex hoc cõtractu proinde nec re-
tractũ deberi, l. rei ſuę. de cõtrah. emt. cum alijs
ſ. alleg. Ponderandũ & illud hîc eſt ꝓ ſenatu,
69 quòd † nõ ſtatur inſtrumẽto loquenti de em-
tione, uel uenditione ſine certa pretij quanti-
tate, Alb. & alij l. 1. C. de cõtra. ſtip. Bar. l. admo
nẽdi. n. 33. ff. de iureiur. Caſt. Alex. Iaſ. l. ſi duo
patroni. §. Marcellus. eo. tit. Alex. cõſ. 18. uiſo.
in prin. lib. 1. Ro. conſ. 305. quoad ſcripturam.
nu. 3. Tiraq. de retrac. prox. in fi. nu. 87. 88. cũ
ſeq. & §. 36. gl. 2. n. 32. cũ ſeq. ꝑ l. ſed etſi pupil-
lus. §. proſcribere. de Inſt. act. cũ alijs ibi alleg.
Quanquam hoc exiſtimo capiẽdum, quoties
nulla ſit pretij mẽtio, ut nõ ſciat̃, quale ſit de-
finiendũ, ut Tiraq. præal. lo. nã ſine precio cõ-
tractus emtionis poni nequit, Alex. conſ. 18. in
prin. uol. 1. cõſ. 23. n. 3. uol. 2. Dec. cõſ. 57. Crau.
cõſ. 272. n. 19. uol. 2. Secus uerò uidet̃ in præ-
ſenti caſu, ut cùm appareat, qd ꝓ illo uectiga-
li datũ ſit, dicat̃ cõtractus ualere, ſi nõ iure uẽ-
ditionis, ut nominat̃, ſaltẽ in ea ſpecie, qua ua
lere põt, l. ſi olei. C. de locat. Iaſ. d. l. inſulã. n. 6.
de præſcrip. Et quoniam in emtione reditus

u 3 requi-

requiritur etiã pretium numeratæ pecuniæ, c.
s.2. de emt. in extrau. quod hic nullũ interue-
nit, uidetur permutatio quædã ex hoc inſtru-
mento elucere, quo B. uenditor certos reditus
& annua uectigalia cõceſsit ſenatui, pro alijs
annuis penſionibus & reditibus à ſe debitis,
quos ſenat⁹ in ſe reciperet, & ſuo nomine de-
inceps Erffurdenſibus uicarijs ſolueret. Con-
ſtat enĩ reditus tales ꝓ rebus mobilibus, uel
immobilibus haberi, Tiraq. in retr. prox. §. 1.
gl. 6. per totũ, Pan. & Dd. c. nulli. de reb. eccle.
non alienan. gl. uerb. annonas. Bar. Bal. & Dd.
l. iubemus. C. de ſacr. eccl. per l. ſi quis inquili-
nos. de lega. Vt igitur quoties res rebus com-
mutantur, fit permutatio, ſiue mobiles ſint, l.
pen. C. de rer. permut. ſiue immobiles, l. 1. l. 4.
C. de rer. permut. ſic etiam cùm permutantur
reditus, & præſtationes annuæ, uel menſtruæ,
l. ult. C. de rer. permut. Tiraq. de retr. prox. §. 1.
gl. 14. nu. 117. 118. cũ multis ſeq. Nec enĩ poteſt
dici emtio, ubi non eſt pretium pecuniæ nu-
meratæ pro re cõſtitutum, qua res æſtimetur
& uendatur, Bal. conſ. 98. Bertonus. nu. 2. uerſ.
in contrariũ. lib. 1. Bal. l. 2. nu. 2. 3. C. de rer. per-
mut. & l. ſi domus. §. ult. de leg. 1. Tiraq. de re-
trac. prox. gl. 14. nu. 42. 43. 44. Vnde hæc res
proculdubiò incidit in permutationem, Bal.
d. l. 2. C. de rer. perm. Tiraq. de retrac. prox gl.
14. nu. 117. cũ ſeq. Sed ſic eſt, quòd ex permu-
tatione nõ detur actio nulla re ſecuta, l. 3. C. de
rer. perm. Imò ne quidem ex uẽditione datur
cuiquã actio, niſi à ſua parte impleuit, l. Iulia-
nus. §. offerri. de act. emt. l. 5. C. de euict. Atqui
nõ hic cõſtat illorũ uectigaliũ, quæ nominan-
tur in inſtrumẽto, fuiſſe unquã d. B. uendito-
rẽ, uel ab eo ſenatui eſſe tradita, ſicut nec præ-
ſumitẽ, ut antè dixi, Bar. Alex. l. prædia. de acq.
poſſ. l. Celſus. ubi Bart. n. 11. 12. de uſucap. Vn-
de ſequitur non poſſe fundari intentionẽ hu-
ius agẽtis in prædicto inſtrumẽto, etiãſi aliàs
nõ eſſet dubium, & cõtra agentẽ interpretan-
dum, ſicut eſt, ut ſuprà pluribus oſtẽdi. Cæte-
rùm quod poſtremò ſenatus adducit, abs do-
mino illis conceſſam eſſe poteſtatẽ ædificandi
nouã Curiam, qua re pecunia fori multum ſit
aucta, ex eo colligi non poteſt dominos ſupe-
riores aliquod ius ſuũ remiſiſſe, quoniã igno-
rantiam prætẽdere poſſunt, quæ præſumitur,
donec cõtrà probetur, l. uerius. de ꝓbat. Igno-
rans autẽ nihil remittere intelligitur, l. mater.
de inof. teſt. quod eſt donare, l. ſi quis delega-
uerit. ubi Bar. de nouat. & in l. ſi quis cùm ali-
ter. nu. 8. de uerb. ob. & l. Modeſtinus. nu. 1. de
don. Alex. conſ. 22. uiſo. nu. 8. uol. 1. Tiraq. l. ſi
unquam. uerb. donatione. C. de reuo. donat.
quod nunquã intelligitur fieri ab ignorãte, l.
nec ignorans. 10. C. de don. Et ut maximè ſciſ-
ſent, & ſcire aliquid de iure huius pecuniæ fo-
renſis ex iſto inſtrumẽto uenditionis potuiſ-
ſent, quod habebant, quodq; rẽ facit notoriã,
Bal. l. generali. in ult. notab. C. de ſacro. eccleſ.
cũ alijs, quæ cumulat Tiraq. de retr. prox. §. 2.
gl. 1. n. 23. & §. 36. gl. 2. n. 44. & idẽ inſtrumen-
tum legiſſe præſumerẽtur, clemen. 1. ubi Zab.
quæſt. 16. de procur. Bal. l. non eſt ferendus. C.
de tranſac. c. cõſtitutus. de teſtib. Alex. cõſ. 12.
uol. 1. & unde de facili ſcire potuiſſent, ideoq;
debuiſſent, Car. clem. 1. §. fin. de conceſſ. præb.
(Paria enim ſunt ſcire, uel ſcire debere, l. quod
te. ſi cert. pet. l. quiſquis. C. de reſc. uendit. latẽ
Tiraq. de retrac. prox. §. 12. gl. 1. n. 9. aut de fa-
cili ſcire poſſe, l. Iulianus. uerb. ſcire potuiſſet.
ubi Alber. ad S.C. Maced. l. ſi duo. ubi Ang. de
acq. hær. Tiraq. præall. loc.) tamen aliud eſt il-
lud forẽſium prouẽtuum uectigal, quàm Cu-
ria ciuitatis, cuius exædificatio per accidens
tantùm fecit meliorẽ fori prouentũ: accidẽta-
le autẽ intereſſe nõ cõſideratur, Alex. & Dd. l.
de unoquoq;. de re iudicat. Iaſ. l. ſi qs nec cau-
ſam. n. 7. ſi cert. peta. Bart. l. ſi eo tempore. C. de
remiſ. pign. Ideo concedẽdo ædificationẽ no-
uæ Curiæ nihil ne ſic quidẽ, hoc poſito, uide-
rantur de ſuo illo iure ſeparato remiſiſſe: cùm
hoc iure ſuperioritatis & ad aliũ finẽ fecerint,
quæ finis uarietas actus diuerſificat, l. qui in-
iuriæ. de fur. Tiraq. de retrac. prox. §. 36. glo. 2.
nu. 49. cũ ſeq. & multis ibi alleg. cùm finis re-
ſtringat & ampliet effectus, Soc. conſ. 165. n. 7.
& 21. uol. 2. & declaret, qualis ſit res, Tiraq. de
retrac. prox. §. 1. gl. 7. n. 44. & ex ſeparatis nul-
la fiat illatio, l. fin. de calum. cũ ſim. & permi-
tendo ædificari Curiã, nihil illis imputã dum,
ſi uoluerint ea ratione enã ad ſuũ cõmodum
augeri fori reditus, quod quiſq; poteſt operã
dare, etiã cùm alterius incommodũ ſequitur,
l. Proculus. l. flum. §. ult. de dam. inf. Bart. n. 25.
Iaſ. n. 84. & 182. l. quo minus. de flum. Cæpol.
de aquæduc. n. 50. 52. Bal. l. unic. nu. 45. C. de
ſent. quæ pro eo quod intereſt, per l. quæro. de
iure patro. l. medicus. de oper. lib. quanquam
tẽpore ædificationis fuerit, & adhuc ſit huius
oppidi & ſenatus, cùm lex retrouenditionis
necdum ſit exercita. Imò hæc ipſa cõceſsio uel
permiſsio, qua opus habuit ſenatus, oſtendit
d. Virzthumb ius ſuperioritatis in d. foro cõ-
petere, & illorũ intentionẽ fundare, cùm alio-
qui in ſuo liberũ ſit unicuiq; ædificare ad cœ-
lũ uſq; ſine alterius permiſſu, l. altiùs. C. de ſer
uit. ubi gl. cũ ſimil. niſi dicamus, quod uerum
eſt, hanc ueniam cõcernere tantùm illã ſuper-
ficiẽ, quæ fuit domini, & ſuper qua certos cen-
ſus habuit, in qua idcirco nõ potuit ædificari
cõmodè Curia, niſi uoluntate domini & eius,
qui cẽſus ibi habuit, factis ex ipſius uoluntate
permutationibus, de quib. ſcriptura illa agit,
& quæ ideo pro finali cauſa ſumi debet, Bal. l.
eam quam. nu. 1. C. de fideicom. & ſemper pro
finali habenda illa, cuius cauſa actus ſit, etiãſi
nõ exprimatur, Pariſ. cõſ. 5. n. 47. uol. 1. Cæte-
70 rùm † & cõfirmatio priuilegiorũ & iuriũ uete-
rũ in hac ædificatione ſenatui abs dño facta,
nihil noui iuris induxit, ſed qđ habebat, con-
firmauit, c. cùm dilecta. de cõfir. util. c. quia di-
uerſitatẽ. de cõceſ. ꝓb. Bal. l. 3. in fin. C. ſi aduer.
rem

rem.iud.Innoc.c.dudũ.n.2.de dec.Bal.c.1.n.1.
ꝑ quos fiat inueſt.nec ulterius extendit,Bal.l.
nominationes.in fin.C.de app.Iaſ.l.more.nu.
26.cum ſeq.de iuriſd.& l.non dubium.nu.10.
C.de legib.tex.cle.1.§.nos.ubi Zab. notat.nu.
8.de iureiur.Tantũ abeſt,ut uideri debeat do-
minus de ſuo tum aliquid remiſiſſe,& iuri cõ-
tractus renunciaſſe,Molin.in con.Pariſ.tit.1.§.
13.nu.8.cum multis ſeq.Tiraq.de retrac.prox.
71 §.1.gl.9.num.132.ubi probat,†conſentientem
actui ſine pacto. non uideri renunciaſſe retra-
ctus iuri,maximè quando alia ſumi poteſt in-
terpretatio,& cauſa etiã leuiſsima,Dec.conſi.
308.in caſu.in fin.& conſ.374.nu.3.Bal.l.ult.
nu.4.C.de dot.promiſſ.l.1.C.ad S.C.Treb.latè
Tiraq.de retract.prox.§.36.gl.2.nu.49.50.51.
& l.ſi unquam.§.donatione.nu.169.124.cum
ſeq.C.de reuoc.don. & potiſsimùm, quando,
ut hîc,actus eſt ſeparatus à renũciatione,quæ
ne quidem, ubi expreſsè facta eſt, extenditur
etiam in eadem re ad aliud ſeparatum,l.iube-
mus.C.ad Vell.latè Tiraq.de retract. prox.§.1.
gl.9.num 44.& 161. maximè cùm renuncia-
tio nunquam præſumatur,c.ſuper.de renunc,
cum aliĳs ſuperiore conſ.allegat. l.cùm de in-
debito.de probat.Tiraqu.latè l.ſi unquam. in
princ.legis, nu.124.& uerb.donatione largi-
tus.nu.168.C. de reuocan.donat.& in retract.
prox.§.1.gl.9.num.132.ubi alia cauſa etiam le-
uiſsima haberi poteſt, Bald.d.l.ult. C. de dot.
promiſſ.cum aliĳs,quæ cumulat Tiraqu.in re-
tract.prox.§.36.gl.2.num.50. ſicut hic neceſsi
tas officĳ, ex quo ꝑpter ius ſuperioritatis ſe-
natui dominus indulſit,& uetera iura confir-
mauit,aliam cauſam oſtẽdit,d.l.ſancimus. C.
de admin.tut.Bar.& Dd.l.Caius.de pig.ac.Ti-
raq.in retract.prox.§.1.gl.9.nu.139.cum mul-
72 tis ibi alleg. Vnde † & illud uerendum eſt,li-
cet retrahens melioramenta refundere debeat
emtori,qui concedit iuri contractus,Bal.con-
ſil.167.in fin.conſil.303.ad euidentiam.lib.1.
per l.intra utile.§.1.ubi Alber. de minor.l. do-
mus.de legat.1.l.qui exceptionem. §.ſi pars.de
condic.indeb.l.emtor.ff. de rei uendic. Cagn.
repet.l.2.quæſt.24.C.de pac.int.emt.& uend.
latè Tiraq.in retrac.conuen.§.7.gl.1.nu.1.2.3.
4.cũ multis ſeq.& infinitis ibi alleg.tñ iſto ca-
ſu retractu ad executionem perducto,ſumtus
& impenſas in Curiæ ſeu domus ciuicæ ædifi-
catione impenſas nõ iuſta firmaq́ꝫ ratione im
putatum iri pro melioramentis fori ſeu redi-
tus & prouentus forenſis, *des marckgelds*, cùm
aliud ſit Curia,aliud forum, & præſertim eius
prouentus & reditus, qui obuenit incremen-
to mercium & rerum uenalium importatarũ:
nã tale lucrũ incertũ eſt, cùm pendeat ex alie-
no eorum qui inuehunt arbitrio, & poſsit cõ-
tra ſe habere ac decreſcere illis nõ ita cõfluen-
tibus:itaq́ꝫ conſiderari non debet, Bal. l.unic.
nu.45. C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt,l.
Neratius.ubi gl. uerb. & quia retrorſum. ad l.
Aquil.quã ad hoc ponderat Bal.conſ.71.n.2.
uol.1.Iacob.trac.de feu.uerb.& cum molendi-
nis.nu.4.bonus tex.in l.medicus.de oper.lib.
Iaſ.& aliĳ.l.3.§.fi.de eo qđ cert.loc.Caſt.l.fidei-
cõmiſſo.in fine,C.de tranſact.& licet conſide-
rari poſsit & probari, tamẽ,ut antè dixi, cùm
ſit à d.Curiæ ædificatione ſeparatũ, & d.Curia
cũ omni ſuo uſu apud ſenatũ maneat & man-
ſura ſit etiã hoc retractu admiſſo , & præcipuè
ad finem habitationis & gerendorũ publico-
rũ negociorũ cauſa principaliter ædificata ſit,
nõ augendi prouẽtus forenſis cauſa, qui inde
nõ pendet, ſed à cõmeantium frequẽtia acceſ-
ſu,arbitrio,& ſic aliũde, quod nõ cõſideratur,
ut antè ꝓbaui: his de cauſis uidetur admiſſo
pecuniæ ſeu uectigalis illius forenſis retractu
ſumtus Curiæ illius, quã ſenatus retinet, ex-
penſum ferri non poſſe retrahẽti,ut qui Curiã
non accipiat:& eundẽ rectè excepturũ ſenatũ,
qđ in Curiã,ut rem ſuã,impẽdit, hoc tolerare
debere,ſicut & Curiã ipſam, & eius uſum reti-
net,iuxta regulam l.ſciendum.de reg.iur. §.fi.
Inſt.de leg. pat.tut. præſertim cùm ea ædifica-
tio non auxerit prouentũ huius forẽſis uecti-
galis,niſi accidentaliter, & qđ cõtrà ſe habere
& diminui poſsit ex uoluntate cõmeantium,
aut etiam ex incendio,peſte, hoſtilitate, uel a-
lio caſu Curiæ ciuitatisue, ut hoc accidentale,
& quod aliter ſe habere queat, conſiderari nõ
debeat,l.de fideicõmiſſo. C.de tranſact. l. ſed
an.§.1. de negoc.geſt.Iaſon & Dd.l.3.§.fi. de eo
quod cer.loco.Quare in hoc non multum eſt
firmitatis,maximè cùm tradat etiam Tiraqu.
in retractu non refundi , quanti res melior ſit
effecta,ſed quantum expenſum, in retrac.con
uen.§.7.gloſſ.1. per l.in fundo. ubi Bart. de rei
uend.nec ualorem, quanti turris ædificata cõ
ſtitit,ſed quantitatem tantùm certi reditus,l.ſi
quos. uerb. redituum quantitas æſtimetur. u-
bi Bartol.& Angel.C.de reſcind.uend.l.ſi fun-
dus.de rebus eorum.in uerſi.cùm utique pro
fructuum modo.l.2.ubi Platea in 3. notab. C.
de præd. nauic.lib.11.l. ſi fundum per fideicõ-
miſſ.uerſicul.reditum eius fundi.de legat.1.u-
bi gloſſ.1.& Iaſon.in 1.notab.l.qui bonis. quẽ
text. Bartol.ad hoc dicit mirabilem , de ceſſat.
bonor. Iaſon l. ſi conſtante. numer.150. ff.ſo-
lut. matrimon. cum aliĳs , quæ cumulat Tira-
quell.de retract.conuent.§.7.gloſ.1. numer.9.
Sed nec illud pondus habet, quod allega-
tur fortè alium contractum tanto tempo-
re factum,quo aliqua ad dominum in iſto in-
ſtrumento mentionata,tanquam uendita,re-
dierint:contractus enim cùm ſit facti, nõ præ-
ſumitur,niſi probetur, l.conſilio. de curat.fur.
l.ſiue poſsidetis, C.de probat. Multo minus
illud dici poteſt,per errorem, uel incuriam of
ficialium inſtrumentum ex tali aliquo con-
tractu caſſatum , & ab aliquo ex ſyndicis op-
pidi redditum nobilibus fuiſſe. Id enim in cri
men falſi caderet contra ſuam ciuitatem ad-
miſſum,& l.Paulus.16.ad l.Corn.de falſ. Si e-
nim literas ſibi cõmiſſas quis oſtendit aduer-

ſariu in falſi crimē incidit, Bar. l. 2. l. Paulus. de falſ. l. Titiu. nu. 2. 3. ad municipal. Iaſ. ſep. l. admonendi. num. 125. de iureiur. quantò magis qui illi planè reſtituit in fraudem Reipub. & ſi peculatus tenetur, q̇ in tabula uel inſtrumento publicu aliquid inducit, l. qui tabulam. in fin. pecul. quantò magis qui aduerſario in detrimentum Reipub. reddit eiuſmodi. Delicta
73 autem † nullo modo præſumenda ſunt ab officialibus & ſyndicis eſſe commiſſa, l. meritò. pro ſoc. l. ul. C. de probat. latè Alcia. reg. 3. preſumt. 1. Grammat. conſil. 13. nu. 4. Menoc. conſil. 102. nouem. num. 6. conſ. 82. nu. 105. conſ. 101. num. 54. præſertim contra ipſorum iuramentum, quod præſtare ſolent, & cōtra quod non eſt uerisſimile, quòd facilè uenerint, l. ſancimus. 6. C. ad l. Iul. rep. Firmiora igitur ſunt illa ſuperiora, uēpe quòd hic nullus retractus ius ſubſit, neq; probari ex illo dubio imperfectoq; ac minus ſolenni inſtrumētu poſsit, nec ex eo aliquid poſsidere ſenatus probetur, &c. Ex quibus concludo, cōcurrente tanti tēporis ultra centum annos poſſeſsione, ſenatū cōtra tale inſtrumentum ſatis eſſe munitum: quod certè æquitas quoq; ſuggerit, etiamſi iure deſiceremur, ut in ſimili dicit Iureconſ. l. a. §. item rarus. de aqua plu. arcen. c. fi. ubi gl. & Panor. num. 6. 7. de tranſact. ſaluo, &c.

CONSILIVM XIII.

De probatione proximitatis, & aditione hæreditatis in petitione hæreditaria.

SVMMARIA.

1 ¶ *Sententia libello & probationibus conformanda: & quomodo. num. 3.*
2 *Iudex facit litem ſuam, niſi ſecundum probationes iudicet.*
3 *In re dubia pro reo pronunciandum, maximè ſi quid probarit.*
4 *Narratio & concluſio demonſtrant, qualis actio proponatur.*
5 *Poſſeſſor petitione hæreditatis conuentus, cogitur qualitatem bonorum indicare, aut econtra eum in litem iuratur.*
6 *Libellus eſt ſubſtantiale iudicij fundamentum, ut eo annihilato, reddatur proceſſus nullus. & num. 7.*
7 *Exceptio ineptitudinis libelli in qualibet iudicij parte poteſt proponi. & nu. 8.*
8 *Iudex ex officio debet ineptum libellum reijcere.*
9 *Alia eſt exceptio ineptitudinis, alia iniuſtitia.*
10 *In petitione hæreditatis, ut quæ ſit petitorij iudicij, concludi debet ad ius agentis declarandum.*
11 *Concluſio libelli declaratur & deducitur ex narratione præcedente, ad quam adaptatur.*
12 *Petitio rei ſonat in dubio in petitorium, poſſeſsionis in poſſeſſorium.*
13 *Clauſula, Petens ius ac iuſtitiam, an præter alios effectus & hunc operetur, quòd uideri debeat petitorium intentatum.*
14 *Clauſula, Peto ius & iuſtitiam, reſtringitur ad expreſſum, nec ulteriùs operatur.*
15 *Petens hæreditatem declarare debet, ex quota parte petat.*
16 *Particula Interdum, denotat regulam eſſe in contrarium.*
17 *Libellus incertus eſt uitioſus.*
18 *Indefinita petitio an in realibus ſuſtineatur.*
19 *Numerus hæredum conſideratur, prout eſt tempore mortis.*
20 *Pœna plus petentium.*
21 *Duo uincula fortiùs ligant: &, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*
22 *Iniuſtitia petitionis ſternit uiam abſolutioni.*
23 *Sententia iuſtitiæ ac iuri conformis eſſe debet.*
24 *Ad inuentarium iure Sax. hæres non tenetur, nec eo confecto ultra uires hæreditatis obligatur.*
25 *Inuentarij confectio eſt iuris poſitiui, & ſtatuto remitti poteſt.*
26 *Ius loci attendendum, ubi defunctus domicilium habuit.*
27 *Inuentarij confectio iure Canonico remiſſa.*
28 *Hæredis ignorantia probabilis eſt, & excuſationem habet.*
29 *Iurare non cogitur ignorans ſuper facto alieno. & nu. 32.*
30 *Hæres non cogitur iurare ſuper facto defuncti, quod probabiliter ignorat.*
31 *Iuramentum credulitatis quando ab hærede poſſit exigi.*
32 *Iuramentum deciſorium debet eſſe ueritatis, non credulitatis.*
33 *Qui non tenetur ad principale, is nec ad acceſſorium, ſeu ſurrogatum obligatur.*
34 *Quando non amplius obtinet principale, nec ſurrogato locus eſt.*
35 *Iuſiurandum in litem non obtinet contra hæredem ex dolo, uel culpa defuncti.*
36 *Iuſiurandum in litem non defertur hæredi, qui*

qni probabilem ueritatem ignorat.

37 *Fructus nō debentur à bona fidei poſſeſſore.*

38 *Bona fides in dubio præſumitur.*

39 *Bona fidei poſſeſſor ex quib. coniecturis præſumatur.*

40 *An contra titulo poſſidentem detur hæreditatis petitio.*

41 *Actor probare debet.*

42 *Inter deſcendētes proximus eſt tantū hæres.*

43 *Non debet quis admitti ut talis, niſi ſe talem probet.*

44 *In petitione hæreditatis actor debet ſe hæredem probare proximum.*

45 *Conſanguinitas non præſumitur, ſed per ſenſum corporeū diſtinctè probanda eſt, reddita idonea ſciētia cauſa, per duos ad minimum teſtes.*

46 *Probatio incerta cōtra producentem interpretanda: & num. 56.*

47 *Nominatio non probat proximitatem, præſertim ad poſſeſſionem hæreditatis alicui auferendam.*

48 *Nominatio & tractatio aliquam quaſi poſſeſſionem parentelæ inter deſcendētes inducit, non autem inter collaterales.*

49 *Tractatio non probatur, niſi expreſſis actibus, unde æſtimari proximitas poſſit.*

50 *Ex nominatione & opinatione uicinorum proximitas non probatur.*

51 *Nominatio & tractatio non probant contra eum, quem conſtat eſſe in certo gradu coniunctum.*

52 *Narrata libelli contra actorem quaſi ex confeſſo probant.*

53 *Producens nō poteſt opponere contra perſonam ſui teſtis, ſed bene contra dictum, ut quia nō reddiderit ſufficientem cauſam.*

54 *Acta non probant contra tertium. (nis.*

55 *Vltra fratrū filios ceſſat ius repræſentatio-*

56 *Vltra fratres non conſideratur diſcrimen, utrùm quis ſit ex uno, an ex duobus lateribus coniunctus.*

57 *Nihil probatur cōtra ſanguineum certi gradus, niſi probetur conſanguinitas proximior, uel par.*

58 *Parentela non probatur per teſtimoniū auditus, niſi 12. concurrentibus & in linea recta ac fauore coniugij.*

59 *In probanda collaterali parentela, teſtes deponere debent de ueritate.*

60 *Notorium ſaltem duob. teſtibus probandum.*

61 *Teſtis ſuper fama, nō probat, niſi probet, unde & à quib. audiuerit, & cum redditione idoneæ ſcientiæ, etiamſi de eo non requiritur. & num. 63.*

62 *Notorium eſt indubitata certitudo: ideo non probatur per teſtes ſingulares, uel qui cauſam non reddant.*

63 *Obſeruantia Canonum circa famam probandam, non ſeruatur in foro ciuili.*

64 *Fama non probatur, niſi ex cauſis idoneis.*

65 *Cauſa debet aliud eſſe, quàm dictum.*

66 *Decem teſtes faciunt uniuerſitatem, & famā probant.*

67 *Fundamento, uel antecedente deſtructo, reliqua corruunt.*

68 *Communis tractatus & opinio ius facit atq; probat.*

69 *Poſt quinquenniū de ſtatu defuncti non quæritur.*

70 *Alienum eſt nobiles ignobilibus nubere.*

71 *Valet argumentum à conſuetū.*

72 *Inſignia, arma, ſculptura, in antiquis probāt.*

73 *Quando eſt pro reo uerſimilitudo, probationes ab actore requiruntur euidentiſſimæ.*

74 *Probatio non concludens per neceſſarium, uel probabile, ſed per poſſibile, nulla eſt: & contra producentem uenit interpretanda: & num. 77.*

75 *Vltra fratres eſt ius repræſentationis, ſed proximus gradu ſuccedit.*

76 *Fundans ſe in alicuius uita, uel morte, probare eam debet.*

77 *Non præſumitur quis uiuere ultra cētum annos, ſed nec ad centum annos: ideo fundās ſe in uita, probare debet.*

78 *Tempus mortis, aut aliud, eſt idoneè probandum.*

79 *Annuus ignorans, tempus non probat.*

80 *Teſtimonium de credulitate, uel opinione, nihil probat ſine idonea cauſa.*

81 *Petens hæreditatem an et quando aditionem probare debeat.*

82 *Nulla hæreditas, etiam proximorum collateralium, uel deſcendentiū, tranſmittitur, niſi adita, ſed tantùm aſcendentium.*

83 *Articuli probant contra actorem, uelut iudicialis confeſſio, quæ reuocari nequeat.*

84 *Aditio conſiſtit in facto, nec præſumitur, niſi probetur.*

85 *Etiam aditio facta debet allegari ab eo, qui in ea ſe fundat.*

86 *Deliberatio de adeundo, aditionē nō probat.*

87 *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*

88 *Teſtis de tractatu tantùm deponens, non concluſione, nihil probat.*

89 *Per uerba ambigua non aditur hæreditas, ſed tantū expreſſè adeundo uerbis, aut factis.*

90 *Repudiatio uni cohæredi facta, obſtat, quo ad alios.*

91 *Repu-*

91 Repudiatio cùm pendet à mera uoluntate, probatur ex ſola recuſatione facta uerbis enunciatiuis.
92 Ad ius repudiatum rediri nequit.
93 Repudiatio ex facto et neglectiōe inducitur.
94 Faciliùs præſumitur repudiatio, quæ non obligat, quàm aditio, quæ obligat.
95 Ex longo tempore uoluntas etiam in aditione præſumitur.
96 Aditio non ualet, niſi facta ab eo, qui ſciat ſe proximum eſſe hæredem.
97 Hæreditas regulanda ſecundum domiciliū defuncti.
98 Conſiliarij præſumuntur ſcire conſuetudines ſui palatij.
99 Peritis in ſua arte creditur, & iudici etiam iniurato. & num. ſeq.
100 An doctori illuſtri credatur.
101 Sacramentum à teſte non exigitur, niſi poſtuletur.
102 An per fidem aſſertio pro iuramento habeatur.
103 A teſte exigitur corporale iuramētum, quod non ſuppletur per ſimile.
104 Curia ſcriptura authentica ſuper conſuetudine probat.
105 Comparatio literarum non probat, ſed adminiculatur.
106 Reaſſumtio teſtium inducenda, quando non ſunt iurati.
107 Domicilium præſumitur ex decennali habitatione.
108 Tranſactio cum aliquo facta, non probat eū eſſe hæredem.
109 Qui tenetur de euictione, ad ſumtus etiam tenetur.
110 Qui ex tranſactione pecuniam accepit, non tenetur de euictione.
111 Condictio indebiti nō eſt contra eum, qui ex tranſactione accepit, niſi tranſactio poſſit reſcindi, uel annihilari ex aliqua cauſarū, quæ indicantur.
112 Quæſtio nullitatis durat triginta annis.
113 Ius ex facto ſumitur.

IN lite nobiliſs. Thomæ rei, ius li-
belli probationumq́ nobis exa-
minandum eſt. Cùm enim ad ſen-
tentiam uſq; res ſit perducta, con-
ijci nequit, qualis ferenda ſententia, quid ſpe-
randum, quomodo hic pronunciandū ſit, ni-
ſi ex iuſtitia actionis & documentorum. Nam
1 † ſententia tam libello conformanda eſt, l. ut
fundus. 18. ff. comm. diuid. l. ult. C. de fideicō.
lib. c. licet Heli. de ſimon. & ibi Dd. Anch. conſ.
249. in quæſt. nu. 2. q̄ probationibus, Bal. l. 1.
nu. 2. C. de quæſt. quæ potiſsimùm attendun-
tur. l. 2. l. domum. l. doce. C. de rei uend. l. argē-
tarius. 10. §. ult. de edēn. l. duo ſunt Titij. de te-
ſtam. tut. & ſecundū quas iudicare iudex de-
bet, l. illicitas. §. ueritas. ubi Iaſ. & Dd. de offic.
præſ. & idem Iaſ. in §. ſi minus. nu. 15. Inſtit. de
2 action. Couar. lib. 1. uar. reſol. c. 1. alioqui † litē
facturus ſuam, glo. ad uerb. de iudice queri. &
Dd. in d. l. argentarius. 10. § ult. de eden. Caſtr.
& alij in l. prolatam. C. de ſenten. Cald. in tract.
ſyndic. num. 170. Quod igitur dicitur, ſenten-
tiam libello conformandam eſſe, d. l. ult. C. de
fid. lib. hanc habet interpretationē: pro libel-
lo ſecundum actorem iudicari, ſi quidem in-
tentionem hic probādo impleuerit, l. doce. l. ult.
C. de rei uen. l. actor. C. de probat. l. ſiquidem.
C. de exc. c. ult. de re iud. cum ſimil. contrà ue-
rò reum ab actione libelli abſolui, & ſic cōtra
libellum pronunciari, ſi ſuam actor intentio-
nem non impleuerit, l. qui accuſare. C. de eden. l.
2. l. actor. C. de probat. c. ult. uerſic. actore. de iu
reiur. tam in perſonalibus, d. l. qui accuſare. c.
ult. de re iud. c. 3. de probat. quàm in realibus;
l. ult. C. de rei uend. l. cogi. de petit. hæred. l. 2.
C. de probat. c. 3. ubi Dd. ex. eo. tit. maximè qn̄
reus contrarium eius, quod poſtulatur, oſten-
dit, l. circa. de probat. c. 3. c. licet. de probat. Nō
enim ſufficit actori probare intentionē, ſi reus
è diuerſo iuſtam demōſtrarit exceptionem, l.
in exceptionib. de probat. l. ſiquidē. C. de ex-
cep. per quam actio excludatur, l. 2. l. antep. &
t. t. de exc. & Inſt. eod. in prin. Sed & qn̄ utrinq;
3 aliquid probatum eſt, in † dubio pro reo pro-
nunciandum, c. 1. 3. uerſ. quid ſi. de proba. c. in-
ter dilectos. de fid. inſtru. l. fauorabiliores. ubi
Dec. Cag. & Dd. de reg. iur. c. cùm ſunt. ubi Dy.
Io. And. de reg. iur. in 6. §. cōmodū. ubi Ang. &
Dd. Inſtit. de interdic. ex reg. l. Arrianus. de a-
ction. Nam ſi reus abſoluēdus eſt, etiamſi ni-
hil præſtiterit, actore non implente intentio-
nē. d. l. qui accuſare, d. l. ul. C. de rei uendi. cum
ſimilibus: quantò magis, ſi æquè aut melius
probauerit, quàm actor, d. c. 3. de probat. ubi
Pan. & Dd. l. circa. de probat. His euidētiæ gra
tia præmiſsis, primùm de actione ſeu libello,
ſecundo loco de probationibus, ut inſtitutū
4 eſt, agamus. Et † quoniā narratio ac concluſio
libelli oſtendūt, qualis actio ſit propoſita, c. di
lecti. c. examinata. ubi Panor. in prin. de iudic.
Iaſ. & Dd. §. omnium. Inſt. de act. idcirco dubi-
tari nequit, quin hîc ꝓpoſita ſit ab actore pe-
titio hæreditatis, ſicut ipſe libelli cōtextus eui
denter demonſtrat, quo petit actor, demortui
iam pridem Iodoci hæreditatē à reo Thoma,
cuius pater hanc hæreditatem creuerit, poſſeſ
5 ſam: cuiusq́ idcirco † quantitatem intenditur
reum debere intermedio inuentario uel iura-
mento declarare, ex l. ult. §. licētia. ubi gl. uerb.
illius. C. de iur. deli. l. 2. C. quā & quib. quarta
pars, lib. 10. aut in eius defectū poſſe actorē in
litē iurare, t. t. ff. & C. de in lit. iuran. ſicut quo-
6 tidie practicaſ. Cæterū † quia libellus eſt ſub-
ſtantiale fundamētum iudicij, Spec. §. utrùm.

num. 2. 3. 4. & per tot. de lib. oblat. ſic ut libel-
lo annihilato, totus proceſſus reddatur retrò
nullus, c. examinata. ubi Felin. num. 14. de iu-
dic. Socin. & Dd. c. 1. de libel. oblat. & actor ob-
tinere nõ poſsit ex uitioſa petitione, licet pro-
batio ſequatur exquiſitiſsima & aptiſsima, ut
dicit Aret. conſi. matr. 13. caſus. num. 36. uol. 1.
quia cùm fundamentum, uidelicet petitio, eſt
uitioſa & inepta, non poteſt roborari pòſt, l.
egi. de excep. rei iud. §. ante. Inſt. de legat. Euer.
in loco legal. in fin. princ. ex probatione apta,
Aret. d. conſ. 13. per notata Innoc. & Dd. in d. c.
examinata. de iudic. Bal. l. addita. C. de edend.
uel ſuppleri, ut per multa firmat Iaſ. in l. 1. nu.
6. & 7. de off. aſſeſſ. Quocirca cum primis & an
te cætera nobiliſs. uiro D. reo uidendum hîc
eſt, an libellus non aliqua ratione oppugnari
7 & ſubuerti poſsit. Nam † hæc exceptio inepti-
tudinis libelli in qualibet iudicij parte poteſt
opponi, Iaſ. l. ſi patronus. nu. 2. de iureiur. Bal.
l. exceptionem. numer. 2. 3. cum ſequent. C. de
prob. Maran. Spec. aur. part. 6. §. nouum mem
brum huius primæ partis. nume. 5. cùm enim
probata retrò proceſſum annihilet, d. c. exami
nata. ubi Panor. numer. 12. Felin. nume. 14. de
8 iudic. ſic † ut iudex ex officio debeat ineptum
libellum reijcere. Pan. d. c. examinata. num. 21.
de iudic. Fel. c. 2. nu. 5. de lib. oblat. Iaſ. nu. 6. cũ
ſequent. & communiter Dd. in l. 1. per gloſ. ibi
de off. aſſeſſ. Guid. Pap. in procem. deciſ. circa
fin. Tiraquel. de prin. in prin. nu. 7. ſequitur in
quauis cauſæ parte obijci talem exceptionem
& effectum operari ſuum poſſe, Felin. in c. ex-
ceptionem. num. 28. de except. Bal. Sal. & Dd.
in d. l. exceptionem. C. de probat. & l. licet. C.
9 de procurat. Hæ † porrò exceptiones in duo
genera rectè diſtinguuntur. Vt enim aliud eſt
ineptitudo libelli & ſententiæ peccans in for-
ma, quæ dat eſſe rei, l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff.
ad exhib. aliud uerò iniuſtitia, quæ non in for
ma ſua, ſed qualitate, materia, ac iure uitium
habet: ſic alia eſt exceptio ineptitudinis, quæ
probata nullitatẽ prorſus inducit, Iaſ. & Dd.
d. l. 1. de off. aſſeſſ. l. cùm prolatam. ubi Bald. &
Dd. C. de ſent. alia exceptio iniuſtitiæ, quæ nõ
annihilat, ſed aliter & contrà quàm petitum
ſit ob eius iniuſtitiam petitionis pronuncian-
dum demonſtrat, ut §. 1. 2. Inſt. de except. l. 1. &
ſequent. de appellat. ut non obſcurè inter hęc
noſtri diſtinguunt in d. l. cùm prolatis. l. Pau-
lus. de re iudic. l. 1. quæ ſent. ſine appella. l. 1. de
appel. Ferrar. in for. appella. uerb. fuiſſe & eſſe
nullam. & uerb. in quantum eſt aliqua. Qua-
re & hîc primò de exceptione ineptitudinis,
ſecundò de exceptionibus iniuſtitiæ, quæ li-
bello opponi poſſunt, agendum eſt. Primùm
10 † ergo obijci huic libello poteſt, ꝙ actor non
formiter concluſerit in petitione hæreditatis.
Cùm enim ſit iudicium petitorium, Iaſ. in §. a-
ctionum. num. 214. Inſt. de act. debebat in eo
concludi ad ius actoris declarandum, quæ eſt
propria petitorij concluſio, Bar. in l. ex diuer-
ſo. §. 1. num. 11. de rei uend. ut in l. Pomponius.
§. ſed & his. nu. 2. de procurat. Ang. in §. actio-
num. 12. Inſtit. de act. ubi Fab. nu. 26. dicit, hoc
tenere communem proceſſuũ curſum, Imol. c.
2. num. 6. de lib. oblat. ubi hanc ait eſſe uſita-
tam & propriam cõſuetudinem libellandi in
petitorio: ſicut & ſententia ſuper illo ferenda
eſt, l. Pomponius. §. ſed & is. ubi gloſ. uerb. rem
meam eſſe. ff. de procurat. Quamobrẽ etiam
in petitione hæreditatis concludi ad hoc de-
bet, ut actor declaretur hæres eius, cuius hære
ditatem petit, Iaſ. in §. actionem. nu. 214. Inſt.
de actio. Pet. Iacob. in lib. in petit. hæred. num.
4. uendicando, l. 1. §. ult. ſi pars hær. ut ſuam,
l. licet. 10. de pet. hæred. l. ſed ſi. 10. §. 2. de iureiu-
ran. Fruſtra namq; petat hæreditatem ſibi re-
ſtitui, l. 4. C. de pet. hęr. l. non ſolùm. 11. eod. ni
ſi cauſam quare doceat, hoc eſt, ſuam eſſe hæ-
reditatem quam petit, uel ſe eſſe hæredem, l. li
cet. de pet. hęr. quod antè ꝙ declaretur, perpe
ram petitur reſtitutio: cùm effectus poni non
poſsit, niſi poſita cauſa, l. ad rem mobilem. de
procurat. Itaq; factum reſtituendi ſolùm præ-
poſterè petitur petitione hæreditatis, quæ ꝓ-
ponitur, non ex obligatione, qua quis ſit ad
factum obligatus, ſed ex iure reali, quod fortè
competere ſibi prius declarare actor debet, ꝙ
illi reſtitutio debeatur ulla, l. cogi. C. de petit.
hæred. l. ult. C. de rei uend. ubi declarat Roffr.
in for. lib. pet. hæred. num. 6. Niſi igitur præce-
dat petitio declarationis iuris competentis,
concluſio ad reſtitutionem ſit ſine medio con
cludendi, & proinde cùm fiat ex cauſa nulla,
uel quod perinde eſt, ex inepta, l. 7. C. de acq.
poſſeſſ. l. 8. C. de præſcript. long. tempor. cauſa
annihilat proceſſum, Iaſ. l. 3. numer. 4. & 19. C.
de eden. Hinc Bartol. ait in l. 2. numer. 3. & l. li-
cet. num. 1. de pet. hæredit. duo eſſe petenda &
concludenda in hoc iudicio: primò, ut actor
petat ſe hæredẽ declarari: ſecundò, poſſeſsio-
nem ſeu res hæreditarias ſibi reſtitui: quod
confirmat Iaſ. num. 28. cum ſeq. in l. 1. in princ.
de edend. dicens, ita in petitione hæreditatis,
nec aliter eſſe libellandum. Cùm autẽ iſto ca-
ſu non petierit actor ſe hæredem declarari, ſed
tantùm hæreditatem reſtitui, uidetur inepta
eſſe petitio, per ſuprà dicta: & quæ cumulat Ia
ſon in d. §. actionum. numer. 214. Inſtit. de act.
ubi licet ſubijciat, ſufficere peti reſtitutionem,
tamen hoc ita accipit, quando petitur actori,
ut hæredi reſtitui: hoc enim ipſo intelligitur
petitum, ut declaretur hæres, Iaſ. ibi per Bart. l.
ex diuerſo. §. 1. in princip. de rei uend. Et quan
quam Bart. in l. ubi. nu. 2. de rei uend. & l. Pom
ponius. §. ſed & his. num. 2. de procur. dicat ſe
non damnare antiquam formam concluden
di, qua ſolùm petitur res reſtitui: tamen Iaſ. in
§. omnium. num. 173. Inſt. de act. quò ſe remit-
tit in §. actionũ. (ut ibi intelligi debeat ſecun-
dum locũ, quo remittit, & quem allegat, Bart.
& Dd. l. non ſolùm. §. liberationis. de lib. legat.
Salic. l. ſi ex cautione. in princ. C. de non num.

pec.

pec. Iaſ. in l. ſeruum filij. §. ſi ponit. num. 6. de
leg. 1. Socin. conſil. 62. num. 7. uol. 1.) dicit tu-
tius eſſe, peti declarationem dominij, ſeu iuris
realis. Nam illam Bar. theoricam, & antiquio-
rum concluſionem non aliter obtinere, quàm
cùm diſertè propoſita eſt rei uendicatio, aut
alia actio realis, uel dominium in narratione
11 deductum: tunc† enim concluſio ſubſequens
ad rei reſtitutionem uidetur ex illa cauſa præ-
cedente deduci: Imol. c. 2. n. 6. de lib. obl. Peti-
tio enim reſtitutionis ambigua eſt, & poteſt
æquè ſe habere ad petitorium atq; ad poſſeſ-
ſorium, c. cùm ad ſedem. de reſtitu. ſpol. Spec.
eod. tit. nu. 7. uerſic. & no. Bal. l. pen. nu. 8 C. de
ſent. quæ ſin. cert. quant. Vnde concluſio nar-
ratis præcedentibus adaptatur, Specul. Bald.
Imol. præallega. loc. & in terminis Soc. conſil.
762. in cauſa. nu. 1. uol. 2. Dec. conſ. 57. pro te-
12 nui. num. 1. Quanquam† autem in dubio ui-
deatur petitio Rem reſtitui, ſonare in petito-
rium, ſicut petitio poſſeſsionis, uel miſsionis
in poſſeſsionē in poſſeſſoriū, Fed. de Sen. cōſi.
262. in cauſa. nu. 1. uol. 2. Innoc. Im. c. cùm ec-
cleſia. de cauſ. poſſ. & prop. tamen res nō caret
dubitatione ac diſputatione, ut patet ex Iaſ.
præallega. loco. Menoch. tract. recup. poſſeſ. in
prin. nu. 10. 11. cum ſeq. Cùm itaq; non petie-
rit in præſenti libello actor ſibi hæreditatē re-
ſtitui, ut hæredi, nec in narratione diſertè po-
ſuerit, eam hęreditatem ad ſe pertinere, uel ad
patrem ſuum auiúmue pertinuiſſe: poteſt ex
hoc capite per ſuprà dicta probabiliter hic li-
bellus impugnari: quem non excuſat clauſu-
13 la ſubiecta, † perēs ſibi ius ac iuſtitiam impar-
tiri: cuius etſi plures ſint effectus, Iaſ. in l. pe-
tens. nu. 5. cum ſeq. C. de pact. ita ut ex ea poſ-
ſit uideri petitorium motū, Innoc. Cald. Pan.
in c. cùm dilectus. de ord. cog. Iaſ. l. naturaliter.
§. nihil commune. nu. 191. & ibi Ripa. nu. 199.
Franc. dę March. quæſt. 195. nu. 4. de acq. poſſ.
tamen in præſenti non ſaluat libellum, in quo
non ſit expreſsè facta proprietatis ſeu iuris
realis competentis mentio: nam tunc demum
intelligitur petitorium intētatum ex hac clau
ſula, quando talis proprietatis expreſsio in-
uenitur, & non aliter: ut in terminis Menoch.
præalleg. tract. recup. poſſ. num. 16. lib. 2. Cor-
næ. conſil. 8. num. 3. lib. 1. conſil. 56. numer. 17.
14 Quoniam † illa clauſula ſe reſtringit ad ſpeci-
ficata, Dec. l. petens. num. 5. C. de pact. Iaſ. poſt
Ang. d. §. omnium. præalleg. loc. Lud. Gozad.
conſil. 93. nu. 15. Crauet. conſil. 151. num. 4. &
conſil. pro genero. nu. 215. Ruin. conſil. 19. nu.
9. lib. 4. Neuiz. conſil. 79. nu. 1. nec quicquam
operatur circa non expreſſa, Menoch. præall.
loc. nu. 17. per Alex. conſil. 43. conſil. 117. lib. 1.
Aret. conſil. 17. cum alijs per eum alleg. Alterū
uitium in iſto libello, quòd non expreſſum in
eo ſit, quota pars hæreditatis petatur. Quan-
quam enī actor pro ſe & germanis petat por-
tionem hæreditatis defuncto patri ſuo debitā
& cōpetentem, & fateatur patrem rei fuiſſe co-

hæredē: tamen nec allegat, neq; declarat, qua-
lit ex parte hæres pater ſuus fuerit, & quantam
ex eius iure & nomine portionē petat: quod
tamen iſto caſu neceſſarium prorſus erat, ut
declarat Ferrar. in for. lib. pro hæred. ab inteſt.
15 uerb. ad reſtituendum. in princ. Hic† nota, in-
quit, quòd ipſe ſolus erat hæres, ideoq; inte-
gram hæreditatem petebat: ſi uerò habuiſſet
alios cohæredes, tunc neceſſe fuiſſet (notetur)
in libello exprimere, quam partem peteret, an
tertiam, uel quartam, ut in l. 1. in prin. §. 1. cum
ſeq. ſi pars hæred. niſi cohęredes eſſent adhuc
in uentre, (In quo caſu hîc nō ſumus) ſic quòd
incertum ſit, quòd naſci poſsint. nam tūc ad-
mittitur petitio incertæ partis: aliàs non, l. 1. §.
interdum. l. antiqui. ſi pars hæred. per. l. cùm
quidem. de acquir. hæred. idq; probat tex in l.
16 1. §. interdum. ſi pars hæred. cùm† ait, Interdū
prætorem admittere petitionem incertæ par-
tis idoneis cauſis interuenientibus, ut propter
incertitudinem uentris cohæredis. Ergo à cō-
trario ſenſu, ubi talis cauſa non ſubeſt, haud-
quaq; admittitur incertæ partis petitio: quia
ignoratur, quantum debeatur, & quid reſtitui
debeat, cùm ex minima parte poſsit actor hæ-
res eſſe, gl. & Dd. d. l. ſi in rem. 6. de rei uend. &
in c. 2. de lib. oblat. idq; denotat ipſa ibi parti-
cula Interdum, poſita in d. l. 1. §. interdum. in-
nuens regulam eſſe in contrarium, Corraſ. la-
tè in l. admonendi. ad uerb. interdum. ff. de iu
17 reiur. Itaq; † talis libellus incertus extra illam
neceſsitatis cauſam planè uitioſus eſt, quo-
niam ignoratur, quid quātumq; debeatur, &
pręſtandū ſit, etiā intentione impleta, Dd. d. §.
interdū. & d. l. ſi rem. & l. 1. in prin. de eden. ubi
licet dicāt petitionem hæreditatis eſſe uniuer-
ſalem, & in ea admitti libellum incertum, qui
pòſt in probatione declaretur: tamen hoc ac-
cipiendum eſt, quo ad incertitudinem rerum
hæreditariarū, quæ pòſt declarari poſſunt, &
ſaltem in executione declarari debent, Iaſ. nu.
6. & 28. 29. cum ſeq. in l. 1. in prin. de eden. & i-
bi Dd. in l. 1. Cod. de ſent. quæ ſine cert. quant.
Schurff. conſ. 63. quod prædicta. nu. 4. cent. 1.
nō etiam, quo ad partem hæreditatis. nam ex
hac ius omne actoris metiendum eſt, l. 1. §. ſi
pars hæred. pet. Itaq; niſi illud ponat & decla-
ret ipſe, neſcitur, quid & quantum petat, aut à
reo reſtituendum ſit: quod tamen omnino eſt
neceſſariū, Dd. d. l. 1. de eden. præſertim in rea-
libus. l. ſi rem. l. in ſpeciali. 73. de rei uend. alio-
qui libellus, ut incertus, reijciendus eſt, Ferra.
in for. reſt. rei. ibi, libellus. num. 1. ex doctrina
Bart. l. prætor. §. quod autem. de iniur. etiam ſi
pars nihil opponat, ut per multa confirmat Ia-
18 ſon in l. 1. in prin. num. 2. ff. de eden. Bene† ue-
rum eſt in realibus ſuſtineri indefinitam pe-
titionē rei, quoties tota res petitur, Bartol. l. de
pupillo. §. qui nunciat. n. 1. de no. op. nunc. Fer
rar. in for. rea. uerb. cui cohæret. nu. 2. quia in-
definita æquipollet hîc uniuerſali, Iaſon. l. ſub
prætextu. num. 5. C. de tranſact. & in l. ſed etſi.
§. quæ

§.quæſitum.nu.13.ſi quis caut. l.ſi fundum.§.
ſi libertus.n.2.de legat.1.l. quod dicitur.nu.8.
de uerb.obl.in l.re coniuncti.nu.23.de leg.3.l.
qui filiabus.§.ſi qs.de leg.1. Vnde qui petit to
tam rē,indefinitè petere poteſt,quia ſic totam
intelligitur petijſſe,gl.l.ſi rem.uerb.totā.de rei
uen.Sed quando pars rei tantùm poſtulatur,
tunc omnino quota & quanta petatur, eſt de-
clarādum : alioqui incertus erit libellus & in-
certa ſententia,proindeq́ nulla,Bar.d.l.de pu
pillo.§.qui uunciat. num.1. Ferrar. præall.loc.
num.2.qui ſic dicunt accipiendā gl. in l.Pom-
ponius.§.ſed & is.uerb.rem meam.de procur.
dum ait,Aliàs ſententiam,ut incertam,nō ua-
lere,niſi totum& pars in uendicationibus ex-
primatur. Cùm ergo hîc expreſsè actor tantū
partē hęreditariam ſuo patri debitā petat,nec
exprimat,utrùm in totum,an aliqua quotaq́
parte hæres is fuerit,& quotam inde petat,in-
cōuincibiliter ſequitur,libellum hic incertum
& ineptum eſſe. Quòd ſi uerò replicetur,dimi
diam uideri petitā , ex quo rei patrem actorē
cohæredem nominat:unde intelligatur quo-
dammodo diuidere hęreditarium ius inter ſe
& reum uoluiſſe,Ang.§.ſi plures. Inſtit.de hæ-
redib.inſt.l.interdum.in princip.& paſsim,de
hæred.inſt.l. 3.§.ſi quis ita. ubi Iaſ.& Dd.de eo
quod cert.loco,l.nomen.§.portionis.de uerb.
ſignificat.ubi Alciat.& Dd.ſicut gl.in l. ſi rem.
uerb.totam. de rei uend.decidit,quòd peten-
do indefinitè partem , intelligatur actor pete-
re dimidiam,arg. l.ſi fideiuſſor. §. qui interro-
gatus.de interrog.act.& d.§.portionis. ad hoc
argumentum reſponderi contrà poteſt , acto-
rem ſic interpretando plus petere re & cauſa:
quando ex priori proceſſu Valentini,cū quo,
ut cohærede, tranſactum fuit:item ex atteſta-
tionibus & narratis tum huius , tum illius iu-
dicij pareat fuiſſe plures hic hęredes,quorum
59 † numerus qualis , quantusq́ tempore mor-
tis fuerit,attenditur,Iaſ.n.50.in auth. nouiſsi-
ma.ubi Dd.C.de inoff.teſt.Bal.l.2.in fin. C.ad
S.C.Orfic.l.1. §.in primo.nu.11. C.de cad.tol-
lend.Nec enim etſi cum alijs aliquo dato trā-
ſactum ſit,propterea deſierūt eſſe hæredes, aut
partes facere,Bal.d.l.1.§.in primo.num. 11.de
caduc.tollend.Imò quoniam aliquid accepe-
runt à poſſeſſoribus , liquet illos fuiſſe cohæ-
redes & hęreditatē adijſſe.l.pro hęrede.§.pen.
§.ult.ubi Bart.nu.1.de acqui.hæred. & l.filius,
qui patri.ubi Alexan. & Imol.de uulg.& pup.
20 Quamobrē † illa interpretatione facta,pœnas
plus petētium actor effugere hic nequibit , de
quibus in §.plus autem.cum ſequ.Inſt. de act.
§.appellant.Inſt.de excep.l.un.C.de plus pet.
& ex̄.eod.tit.& ad minimū in expēſas hoc no-
mine condēnandus eſſet,etiāſi obtinere aliàs
in aliqua parte poſsit, Caſtr. in l.1.§.1. num.1.
& 2.ſi pars hære.pet.Et per eam interpretatio-
nem multò magis demonſtrabitur incertitu-
do ac ineptitudo libelli,de qua diximus:quia
nihilominus manet iſta recepta interpreta-
tione,q nesciatur , nec appareat, quota pars
& quid quantumq́ petatur : quando conſtet
inde(quod nec actor inficiari poteſt)plures e-
tiam cohæredes eſſe: & ſic ſententiam ferri nō
poſſe certam ſuper certa parte: cùm nulla cer-
ta petatur , cui ſententia certò poſſet accōmo-
dari, ut fieri oportet, l. ult. C. de ſent.quæ ſin.
cer.quan.ubi Bal. proindeq́ talis incertitudo
libellū ac proceſſum annihilare debet , l. præ-
tor edixit in princ.& §. quod autem, ubi Bart.
de iniur.& in d.l.ſi in rem. de rei uend. Canon.
in c.1.& 2. de lib.oblat. Ferrar.in reſp.rei.ubi li
bellus eſt incertus,Schurf.con.63. quod præ-
dicta.cent.1.nu.1. Nam,ut Schurff.d.conſ.63.
num.1.cent.1.ait, petitio debet eſſe certa,ſic ut
certa quantitas,uel res exprimat̄,d.l.ſi in rem.
d.l.prætor edixit. c.1.2.3. de lib.oblat. alioqui
nullam meretur executionē,l.Pomponius ſcri
bit.§.fin.de rei uen.l.duo.ubi gl. uerb. neuter.
cum ibi allegat.de teſt.tutel. Schurff.d.conſil.
63.nu.2.quando petitio eſt incerta, quia nul-
la fieri poteſt condemnatio, Schurff. ibidē. n.
3. quia definiri nequeat , in quantum ſit con-
demnatio facienda, d.l. Pomponius ſcribit.§.
fi.d.l.duo ſunt Titij. cum gl. uer.neuter.de teſt.
21 tut.Cùm † autem duplex uinculum fortiùs li-
get,authe.itaq́ C.com.de ſucceſſ.c.1.de treug.
& pace, & quæ non proſunt ſingula,multa iu-
uant,c.cùm cauſam.13.ubi glo. ult.de probat.
c.præterea. de teſtib.l.ſancimus.C.de teſt.l.nec
non. §.ſi quis ſæpius. ex quib. cauſ.ma. l.2.de
excuſ.tut.idcirco utile fuerit ſimul,attamē di-
ſtinctè & ordine,iſtas exceptiones, ineptitudi
nis ſcilicet & plus petitionis,obijci.Et tantùm
de ineptitudine libelli,quæ annihilat iudiciū,
ut in forma peccans,qua deſtructa res deſtrui
tur,l.Iulianus.9.§.2.ad exhib.§ ſi tn̄ alienā.In-
ſtit.de rer.diuiſ. Nunc uideamus de libelli in-
iuſtitia , quæ quidem proceſſum non annihi-
lat:facit tamē, ut contra libelli iniuſtam inten
22 tionem pronunciandū, & † reus abſoluendus
23 ſit,t.t.Inſtit.de excep. quia † ſententia nō iniu-
ſtæ petitioni, ſed iuſtitiæ ac iuri, quæ ipſa in li-
bello adminiſtrari petuntur, c.cū dilectus.de
ord.cog.c.1. de off. deleg. c.1.de mut.pet. con-
formis eſſe debet, c. inter cætera. ex̄. de ſent. &
re iud.l.tum prolatis.32.ubi Dd.ff.eod. Quod
igit̄ ad petitionē reſtitutionis attinet,in eo ui-
dct̄ iniuſtè peti ab actore reſtitutio per inuen-
tariū , quoniā ab hoc hæres immunis eſt iure
24 † Sax. cùm etiam abſq́ repertorio nunquam
teneat̄ ultra uires,act.6.& 16.ubi gl.lib.1.itaq́
Henning.Goden.conſil.15.num.18.de ſucceſ.
feud. expreſsè decîdit, iure Sax. non teneri hæ
redē ad confectionē inuētarij,& probat iſtiuſ-
modi conſuetudinē ualere,ex doctrina Bal.in
l.tutor qui repertorium.de admin.tut.Confe-
52 ctio † em inuētarij nō eſt iuris naturæ,uel gen-
tium,ſed poſitiui.Mont.tract.de inuen.§.3.nu.
1. Ideo conſuetudine uel ſtatuto remitti po-
teſt,ut idem Mont.probat ibi.d §.3.num.11.&
§.1.nu.28.& 29. Dicet aliquis, non eſſe hic at-

tendendum ius Saxon. etiãſi in Saxonica cu-
26 ria agatur, ſed † ius loci, ubi domicilium ha-
buit defunctus, & eius hæreditas eſt adita, per
ea quæ tradit Schurff. conſil. 26. caſus. nu. 5. 6.
cent. 2. Quanquam autẽ hoc controuerti poſ-
ſet, & alioqui ignoratur, quale illius loci ius
hac in parte ſit, ac uerisſimile eſt etiam ibi con-
27 fectionẽ inuentarij nõ deſiderari, utpote † iu-
re Can. & ſtatutis locorũ plerorũq; , quæ iuris
Canonici æquitatẽ ſequuntur, abrogatã, Pan.
c. tua nos. nu. 11. de uſur. Iaſ. §. ſed iſtæ. nu. 114.
Inſt. de actio. tamen ut ponamus ibi in uſu in-
uentarij confectionem eſſe, non id pondus ha
bebit hîc momentoſum. Nam cùm pater Rei
conſultoris diu hereditatem hanc poſſederit,
& intra 90. dies aut annum ſaltem inuentariũ
nullũ fecerit, & neſciat hic reus eius filius, ut-
pote pupillus tum exiſtens, quid pater ex illa
hæreditate conſecutus ſit, certè cogi nequa-
quam debet ad inuẽtarium poſt tempus eius
conficiendi pridem effluxum, per ea quæ tra-
dit Mont. d. §. 5. nu. 54. in tract. de inuent. ma-
ximè cùm ſcire nõ poſsit, ut qui tũ infans fue-
rit, & pòſt à patre pupillus relictus, quid pa-
28 reus eius ex bonis defuncti acceperit, & † pro-
babilis eſt hîc eius, ut heredis, ignorãtia, quæ
excuſationem habet, l. qui in alterius. 42. ubi
Dec. de reg. iu. l. in ſumma. §. ſi ſeruũ. de cõdic.
indeb. maximè in damno uitando, Dec. in d. l.
qui in alterius. n. 3. & 9. l. ult. ubi Bal. & Dd. ff.
pro ſuo: & talis facti alieni ignorantia præſumi-
tur, donec cõtrà probetur, l. uerius. de probat. I-
taq; molto minus in iſto caſu nõ cõfecti inuẽ-
tarij à rei patre, poteſt hic exigi iuſiurandum.
Quomodo enim iſte reus, qui tẽpore, quo Iodo
cus defunctus eſt, aut nondũ natus, aut certè
pupillus erat: quomodo, inquã, ſcire, & ſuper
ſua ſciẽtia iurare poteſt, quid pater eius ex bo
nis d. Iodoci acceperit? Tiraq de retrac. lig. §. 2.
gl. 2. num. 5. per c. cum quis. de reg. iur. in 6. &
conſtat alioqui neminẽ ſuper alieno facto co-
gendũ iurare, l. Marcellus. ff. rer. amot. l. 4. de
29 in lit. iuran. adeoq; † nec quidẽ hæredẽ, cuius
probabilis eſt ignorantia, l. qui in alterius. de
reg. iur. cũ ſimil. ſuper facto defuncto adigen-
dum ſacramentro eſſe, Bald. in l. generaliter. in
princ. C. de reb. cred. per illum text. Quamob-
30 rem iudicis eſt operam dare, ne † cogatur hæ-
res ſubire anceps periurium, ut dicit Tiraq. de
retract. lig. §. 2. gloſſ. 2. numer. 9. per d. l. uidea-
mus. & alia iura, quæ allegat, bonus text. in l.
a. C. de indict. uid. tollen. in uerb. quamobrẽ
neſcientes, prudentesq; periuria committi pa
tiamur? & cùm hoc caſo ſtet pro hærede præ-
ſumta ignorãtia, d. l. qui in alterius. d. l. unus
ea debet tum ab onere probandi, tum etiam
iurandi neſcientem releuare, l. olim. ubi Dd.
poſt gloſſ. uerb. præſumtioni. uerſic. ideóque
nec ſacramenta. & Bald. in 2. lect. ibi ad finem.
ff. quod met. cauſ. Quare nec illis caſibus, ubi
iuſiurandum legale tranſit in hæredem, hæres
iurare cogitur, ſi alleget probabilem ignoran-
tiam: niſi uerisſimile ſit etiam ipſum ſcire facta
defuncti, & de ijs ſuper quibus iurandum eſt
bene informatũ eſſe: ut quia cum ipſo ratio-
nes tractauit, &c. Bald. 2. notab. & Aluar. in ca.
1. ſi de inueſt. inter uaſ. & dom. qui text. ita in-
telligendus eſt, cum ijs quæ tradit Tiraquell.
præallegat. loc. num. 2. ut ſcilicet procedat in
hærede uerisſimiliter ueritatem ſciente, Alciat.
cap. 1. de cont. inter dom. & uaſall. Iaſon l. ad-
monendi. num. 119. de iureiuran. in lectura, &
in l. ſi quando. numer. 51. 52. C. unde ui: quod
Iaſon d. l. ſi quando. C. unde ui, producit etiã
ad taxationem & quantitatem rerum à defun
cto relictarum, ut ſcilicet hæres ignorans ſu-
per earum quantitate iurare non debeat, ne-
que teneatur ex hac ratione, quòd nemo an-
ceps periurium ſubire cogatur, per gloſſ. fin.
in l. 3. uerſic. in prædictis. C. de rebus cred. ubi
tradit. iudicẽ non debere ad iuſiurandum cõ-
pellere eum, qui uerisſimiliter ueritatẽ neſciat,
31 ſicut eſt hæres. Quamuis † autem iuramentũ
exigatur, ſaltem credulitatis, ab hærede non-
nunquam, c. 1. §. ult. ubi communiter not. Bal.
Mat. Laud. Aluar. & alij, de nat. feud. Tiraqu.
præallegat. loco num. 10. ut caſu, quo per ſen-
tentiam iuſiurandum defuncto eſt impoſitũ,
conſtit. 34. part. 4. & quoties de facto conſtat,
ut ex inſtrumento defuncti, ſuper quo hæres
de credulitate iurare quandoq; cogitur, ut in
caſu d. c. 1. §. ul. item quo ad hæredem eius, qui
damnũ paſſus eſt, & antequam iuraret, diem
obijt, Iaſ. d. l. ſi quando. num. 51. C. unde ui: i-
dem Iaſ. poſt Bal Angel. Rom. Alexand. Caſtr.
Soc. l. pen. § ult. ff. ne quis eum, qui in ius uoc.
Tiraquel. præa. leg. loco, num. 1. deniq; quan-
do non agitur de iuramento ueritatis, ſed cre-
dulitatis, ut l. 1. 2. C. de iur. propt. calum. dan.
32 ſecus † tamen eſt in iuramẽto deciſorio, quod
non debet eſſe credulitatis, ſed ueritatis, Ang.
in l. Marcellus. num. 3. ff. rer. amot. Anto. Cor.
in tract. de iureiur. quæſt. 5. n. 12. Secus etiam,
quo ad hæredes eius, à quo datum damnum
intenditur, Iaſ. d. l. ſi quando. nu. 51. Tiraquell.
præalleg. loc. Secus item lite cum defuncto nõ
conteſtata, propter cuius dolum uel culpam
iuramentũ exigitur: quoniã ex eiuſmodi non
eſt actio contra hæredem, ſi lis non fuerit cum
defuncto priùs cõteſtata, Iaſ. poſt Fab. & alios
d. l. ſi qoando. nu. 54. C. unde ui, ex l. un. C. ex
del. defunct. Et in ſumma, etiã caſu, quo ab hæ
rede iuſiurandũ præſtari poteſt, uel debet, ſem
per illod eſt interpretandũ, ut obtineat, quan-
do hæredes ſunt in tali conditione, ut poſsint
iurare: putà quia rem habeant bene compera-
tam, nec aliter: nã anceps quis periuriũ ſubire
nõ debet, ut iſtam dicit ſingularem & notabi-
lem eſſe limitationẽ totius huius materiæ, Iaſ.
cuius hæc ſunt penè uerba formalia, quòd hæ
res debeat commoratus eſſe in domo defun-
cti, & negocia eius tractaſſe, ad hoc ut iurare
cogatur, uelut de re cõperta, aliter nõ, in d. l. ſi.
quando. n. 53. C. unde ui, ex Bal. in. c. 1. num. 2.

& 3.

& 3. ſi de inueſt. inter dom. & uaſal. lis or. Cùm
autẽ hîc nulla lis rei iſtius patri, quamdiu ui-
xit, ſit nomine hæreditatis intentata, nec illius
rationes Thomas filius hic eius nunc reus, ut-
pote adhuc puer, tractauerit aut tractare po-
tuerit: neq; à patre ullum inuentarium aut in-
ſtrumentũ ſit relictũ, unde aliqua credulitas
concipi poſsit de relictis hæreditatis, quæ nũc
petitur: liquet utiq; ipſum hæredẽ omnium ta-
lium rerum ignorantiſsimum, nõ hic poſſe co
gi ad iuramẽtum, ex eo quod pater ipſius in-
uentarium nõ fecerit: præſertim cũ etiam poſt
tempus inuẽtarij uiuo defuncto defluxum a-
modò ad inuentarij confectionem nõ tenea-
tur, ut ſuprà oſtendimus. Ex quo conſequens
eſt dicere, quòd nec ad iuramẽtum obligatus
ſit, ut quod omiſsioni repertoriorũ caſu quo
fieri debẽt, de quo conſuetudine nunc ſurro-
getur ex d. l. ult. §. licentia. ubi glo. uerb. illius.
33 C. de iur. deliber. Quando † enim quis non te-
netur ad principale, certè nec teneri debet ad
acceſſorium, uel id quod ſurrogatur, ex ratio-
ne l. cùm principalis. de reg. iur. Surrogatũ e-
nim ſapit & retinere debet naturã eius, cui ſur
rogatur, Iaſ. latè l. certi condictio. in princ. nu.
27. poſt gl. ibi & Dd. ff. ſi cert. pet. Euer. in loco
à ui ſurrogati, etiam quo ad locũ & tẽpus: ſci-
34 licet † ut quando non amplius obtinet princi-
pale, cui aliquid ſurrogatũ eſt, nec ipſum ſur-
rogatum obtinere poſsit, l. ſi tum. §. qui iniu-
riarum. ff. ſi quis caut. Iaſ. præalleg. loco, num.
39. Euer. præalleg. loco in 9. ampliat. cum ſe-
quen. Bald. in l. querela. num. 1. & 2. C. de falſ.
Boer. deciſ. 26. num. 1. 2. cum ſeque. Quæ cùm
ita ſe habeant, multò minus in locum horum
deficientium rectè petijt, aut petere potuit hic
actor ſibi iuramẽtum deferri in litem: nam cũ
in nullo dolo uel culpa ſit iſte reus, unde per-
uenitur ad iuramẽtum in litem, l. in actionib.
ubi Iaſ. de in lit. iuran. & t. tit. C. eod. etiã in hac
hæreditatis petitione, l. itẽ. §. reſtituere. de pet.
35 hæred. nõ poteſt † ex dolo uel culpa patris ſui
tale iuramẽtum contra eum obtinere, l. ult. C.
de in lit. iur. Bart. in l. ſi Romæ. Alex. Sal. in l. in
actionib. ff. de in lit. iuran. Iaſ. d. l. ſi quando. n.
51. 52. cum ſequen. C. unde ui. Alex. l. qui bo-
na. in fin. ff. de dam. infect. maximè quia iudi-
cium non fuit cum defuncto rei patre iſto ca-
ſu ſuſceptum, neq; lis cõteſtata, Iaſ. d. l. ſi quã-
do. nu. 54. cum ſequen. per l. un. C. ex del. def.
cum alijs per eũ alleg. idq; generale eſſe in o-
mni tali iuramẽto, quod à lege uel ſtatuto ob
dolum aut culpam alicuius in litem alteri par
ti cõceditur: tenet cõmunis Dd. ſchola, Raph.
& Alexan. d. l. pen. §. hoc autem iudicium. ff. ne
quis eum: Dec. in c. condità. nu. 49. uerſ. non
obſtat, quòd ſuprà. C. de edẽ. Zaſ. in l. ait præ-
tor. 2. in fin. ff. de iureiuran. Matth. Afflic. deciſ.
Neapol. 169. per tot. & firmat Tiraquell. d. §. 2.
gloſ. 2. nu. 3. Verumenimuerò licet hic aliàs lo
cum habere tale iuramentũ in litem poſſet, eã
tamen adhuc cauſa debitori huic deferri non

deberet, quoniam tempore, quo deceſsit defunctus
Iodocus, cuius hæreditas poſtulatur, hic actor
fuit natu minor, & abſens, nec unquã uerſatus
in eius domicilio, ut nunquam rationes eius tra-
ctarit: & pater illius tũ uiuẽs erat proximior, q
tñ præſens illã ſpem ſucceſsionis repudiauit,
nec unquã ſe petitioni huic immiſcere uoluit:
tam lõgè abeſt, ut de ſtatu bonorum iſtorum
inquiſierit, id quod ipſemet actor nõ diffitet:
ut ex iſtis circumſtantijs liquidiſsimè intelli-
gatur, planè ſcire actorẽ nõ poſſe, quid, quan-
tumq; reliquerit d. defunctus Iodocus. Quã-
36 obrem † ei tale iuramentũ propter anceps per-
iurium nullo modo deferendũ eſt, ut per mul
ta probat Matt. de Afflic. d. deciſ. 169. nu. 2. 3.
cũ multis ſeq. Iaſ. d. l. ſi quã do. n. 3. C. unde ui:
quoniam iuſiurandum tale nunquã deferen-
dum eſt ſucceſſori eius, qui in litem iurare pò
tuit, quando non probabiliter ſcire poteſt ue-
ritatẽ, ut uidimus ſuprà ex Iaſ. d. l. ſi quando.
num. 52. 53. & Tiraq. d. §. 2. gloſ. 2. cum alijs ad
37 hoc ſuprà alleg. Poſtremò, quòd † petũtur hic
fructus & utilitates perceptæ, ac quæ percipi
potuerunt, prorſus iniuſtum eſt: cùm non de-
beãtur à bonæ fidei poſſeſſore, niſi poſt litem
conteſtatam, l. 1. C. de pet. hær. l. itẽ. §. prætor. §.
ait ſenatus. de pet. hæred. quoniam iniquum
eſſet, eum, qui in mora nõ ſit, ad uſuras & fru-
ctus teneri, l. 3. in prin. & §. 1. l. mora. 32. §. in bo
næ. de uſur. Hîc autẽ reum eſſe bonæ fidei poſ-
38 ſeſſorem, dubium non eſt: cũ † quia præſumi-
tur unuſquiſq; bonæ fidei, donec præſumatur
malæ, l. pen. C. de euict. & gl. & Dd. c. ſi diligẽti.
c. ſanctorũ. c. ult. de præſcrip. Bart. & Dd. præci
puè Franc. Balb. l. Celſus. de uſucap. Alciat.
39 de præſum. regul. 3. præſum. 5. tum † quia reus
hic bona fide hãc ſucceſsionẽ à patre ſuo quie
tè multis annis poſſeſſam, hæreditario iure ad
ſe deuolutam, ut paternorum bonorum par-
tem aditione quæſitã, Dec. l. hæreditas. nu. 2.
de regu. iur. accepit, ut meritò bonæ fidei præ-
ſumatur, Cag. l. qui in alterius. num. 12. 15. de
reg. iur. Tiraq. de præſcrip. §. ult. gloſ. 2. in pri.
Tertiò, quoniam antè lis illi mota eſt ab alte-
ro iſtius actoris cohærede, cum quo ſuper o-
mnibus tranſegit, & qui contra omnes ſe hoc
nomine indemnem ſeruaturum reũ promiſit,
exindeq; ultra longũ tempus pacificè poſſe-
dit. Eſt enim tranſactio iuſtus titulus, l. 1. 2. C.
de cond. indeb. l. & eleganter. §. ſi. ff. eo. tit. l. ſi
ex tranſact. C. de nõ nu. pec. Iaſ. l. un. nu. 12. 13.
C. de erro. calcul. qui proculdubiò cauſat bo-
nam fidem, præſertim accedẽte longi tẽporis
poſſeſsione, Bar. Balb. & Dd. d. l. Celſus. & d. c.
ſi diligenti. quæ & ipſa per ſe titulũ iuſtũ & bo
nam fidem præſumi facit, Bar. l. cùm de in rem
uerſo. nu. 7. de uſur. & l. litib. nu. 7. C. de agric.
& cenſ. lib. 11. Iaſ. §. præiudiciales. n. 56. Inſt. de
act. l. ſi certus. num. 6. 8. 11. C. de pact. Quartò,
quoniam error facti alieni malã fidem nõ in-
ducit, præſertim quoad poſſeſſorẽ hæredita-
tis, l. ſed etſi lege. §. ſcire. de petit. hær. Quintò,

quia non eſt in mora, aut mala fide, qui nõ re-
ſtituit petẽti, quoad & anteq̃ probet, ſe hære-
dem eſſe, Bar. l. ſi quis inficiatus. nu. 1. ff. depoſ.
Et tantum de ineptitudine ac iniuſtitia huius
libelli: unde bonas & prægnãtes exceptiones
aduocatis domini rei ſumere licebit ad inten-
tionem actoris annihilandam, ut nullã, pro-
pter ineptitudinem, uel elidendũ, & ad abſo-
lutionẽ impetrandũ propter iniuſtitiam intẽ
tionis actoris. Quibus expeditis nunc de iure
probationis agẽdũ: ſi modò illud præmonea-
mus, poſſe dici ex eo quoq; nõ cõpetere hanc
petitionẽ hęreditatis contra hunc reũ, q̃ ex iu
ſto titulo, uidelicet tranſactione, ut modò di-
40 ximus, poſsideat. Cõſtat † em̃ nõ dari petitio-
nẽ hæreditatis cõtra titulo poſsidentẽ, l. hær.
7. ubi Dd. C. de pet. hær. l. 4. ubi Caſtr. C. in q̃-
bus cauſ. ceſſ. long. tem. præſcr. Sed nõ inſiſto,
quõniã replicari poſſet hoc accipiẽdũ eſſe de
titulis nõ fluentib. ex hæreditate: unde iſte du
citur, quod genus nõ excuſat: l. regulariter. cũ
ſeq. de petit. hær. item tranſactionem aliquorũ
cohæredum alijs nihil obeſſe, &c. l. cohęredib.
l. licet. C. fam. herc. Quod igitur ad probatio-
41 nem attinet, dubiũ nõ eſt, quin † illa hîc agen-
ti petitione hæreditatis, ex quo negatiuè re-
ſponſum eſt, incũbat, l. cogi. C. de pet. hæred. l.
qui accuſare. C. de eden. cũ ſim. ſicut eidẽ im-
poſita multò antè fuit per ſententiã, quæ iam
pridem tranſiit in rem iudicatam, & cui actor
producendo tamdudum acquieuit: ut iam ſo
lùm hoc ſit inquirendum, utrùm ſecundũ ius
& ſententiam, cui ſatisfacere uoluit, ac etiã de-
buit, ille probationẽ impleuerit, an non. Si enim
non impleuerit, quid certius, quàm non ſolùm
ob ineptitudinẽ & iniuſtitiam petitionis, de
qua ſuprà dictum eſt, uerũetiã propter nõ im-
pletam & probatã agẽtis intentionẽ eſſe reum
mox ad abſoluendũ: d. l. qui accuſare. C. de e-
den. l. ul. C. de rei uen. l. actor. C. de prob. In pri
mis uerò hic cõſiderandũ eſt, quòd actor agat
non ex ſua perſona, ſed ex iure patris, qui ui-
xit, ut ipſemet teſtat̃, tẽpore, quo defunctus, cu
ius hæreditas petit̃, ante 20. annos mortuus
42 eſt, & cuius hæreditatẽ antea adierit, ut tũ † ius
nullum habuerit hic actor cũ ſororibus, nec
cernere eam hæreditatẽ potuerit, ad cuius ſpẽ
propinquior eſſet & extaret eius parens, §. ita
demum. cum ſeq. Inſtit. de hæred. quæ ab in-
teſt. §. 2. Inſtit. de hæred. qual. & diff. Iam ſi po-
terit ex ipſiuſmet probatione oſtendi nõ eſſe
ab eo probatũ, ipſius patrẽ hæredẽ fuiſſe, & ſi
fuiſſet, nõ adijſſe: ideoq; nec aliquid huius iu-
ris in actorẽ tranſmiſiſſe, proculdubiò palàm
erit hũc actorem nihil probaſſe, & proinde d.
reũ ab illius petitione abſoluendũ eſſe, iuxta
d. l. q accuſare. cũ ſimil. ut in terminis, uidelicet
petitione hæreditatis, conſuluit Schurf. conſi.
43 68. uiſis. nu. 6. & 7. Non † enim debet quis ad-
mitti, ut talis, niſi ante omnia probet ſe talem
eſſe, l. non ignorat. n. 1. per illũ tex. C. qui accu.
Quare qui uult aliqd facere, aut habere, ut hæ-
res, debet ante omnia probare ſe hæredẽ eſſe,
Bart. in l. ſi quis inficiatus. num. 1. depoſ. & l. 1.
nu. 20. de ope. no. nun. Dec. nu. 6. l. qui in alte-
rius. de reg. iur. quod omnino probãdũ eſt in
petitione hæreditatis, tanq̃ fundamentũ intẽ
tionis, l. licet. 10. cũ ſeq. Bar. l. 2. nu. 1. 2. ff. de pet.
44 hær. Quomodo † enim petere actor poſsit, q̃
debeatur, & ſibi reſtituenda ſit hæreditas, niſi
probet ſe hæredem: ſiquidẽ illud à poſſeſſore
negatur, l. cogi. de pet. hær. Bal. l. 3. num. 73. C.
de eden Alex. conſ. 70. nu. 10. & conſ. 152. nu.
3. uol. 6. Imò licet non opponatur, tamẽ debet
agẽs petitor in hac actione docere ſe hæredẽ:
cum hoc ſit fundamẽtum ſuæ intentionis, nec
aliàs illi competit actio, Dec. l. hæredem. nu. 9.
de reg. iur. Multò igitur magis, quando nega-
tur à reo, ut hic, quòd ſit hæres, aut, quod per-
inde eſt, hæres ſaltẽ proximus, Iaſ. l. ſi uerò. §. q
pro rei. num. 15. qui ſatiſd. cog. Alex. conſi. 10.
nu. 11. lib. 3. Curt. de feu. part. 1. quæſt. 8. nu. 20.
Schurff. conſ. 66. n. 7. & 8. cent. 1. Cũ igitur hic
actum ſit ab inteſtato ad petitionem hæredi-
tatis, & à reo negatiuè lis conteſtata, omnino
neceſſe habuit actor ꝓbare (ſicut & facere uo-
luit) ſuam cognationem, & quòd ex ea proxi-
mus eſſet ab inteſtato hęres, uel cohęres, c. 1. §.
bis uerò. de ſucceſſ. feud. Caſt. conſi. 56. ſuper.
nu. 3. & 4. lib. 1. Lanfr. c. quoniã. uerb. teſtium.
45 in fin. de proba. Nõ † enim præſumitur proxi-
mitas, ſed probanda eſt, l. 1. de probat. l. 6. C.
de fid. inſtr. c. licet ex quadam. ubi Pan. & Dd.
de teſtib. maximè quoties (ut hic) allegat̃ non
admodum propinqua, ſed remotior, quæ dif-
ficilius demonſtratur, Caſt. d. conſil. 56. ſuper.
nu. 4. & 5. uol. 1. Et quia proximitas aut cõſan
guinitas nõ cadit in ſenſum corporeum: ideo
teſtes eã nõ aliter probant, quàm reddita ido-
nea ſcientiæ cauſa, Dec. cõſ. 321. in cauſa. n. 5. &
cõſ. 524. n. 2. cõſ. 595. n. 1. Anch. cõſ. 52. pro cla
riore. n. 7. 8. diſtinctèq; & cõcludenter probari
debet, Pan. d. c. licet. circa fi. Anc. d. con. 52. pro
clariore. n. 7. Alex. conſ. 182. uiſo. num. 9. & 10.
uol. 7. Tiraq. de retr. lig. §. 1. gl. 16. n. 1. per duos
ad minimũ teſtes, qui idoneã ſcientiæ cauſam
de proximitate gradus & natiuitate reddãt, c.
ſeries. ubi Inn. in prin. & Canon. de teſtib. Bal.
l. 1. nu. 14. C. de teſta. Anc. conſ. 277. ex prædi-
cta. nu. 3. Par. con. 115. n. 6. uol. 4. Nam cùm, ut
diximus, cõſanguinitas nõ incurrat in ſenſus
externos, ſed intellectu & ratione tantũ com-
prehendatur, his de cauſis non credit̃ teſtib.
ſup proximitate deponẽtibus, niſi allata ido-
nea ſcientiæ cauſa, etiãſi de ea rogati non ſint,
Anch. conſil. 52. pro clariore. nu. 8. Par. cõſ. 115.
Ioan. n. 6. uol. 4. ex communi reg. Dd. in l. ſolã.
C. de teſtib. Itaq; debẽt diſtinctè probare, qua-
lis & quotus ſubſit proximitatis gradus, & ex
qua cauſa ac cõputatione, & quòd ita ſemper
habiti ſunt agnati, c. licet. 47. de teſtib. Ac q nõ
deſignatè & diſtinctè ſic probat gradũ proxi-
mitatis, nõ uidet̃ cõcludẽter ad obtinendã ſuc
ceſsionẽ, nec ſufficiẽter cõsãguinitatẽ ꝓbaſſe.
Alex.

Alex.d.conſ.182.uiſo.nu.10.uol.7.Dec.conſ.
431.num.4.Tiraquel.de retrac.lig.§.1.glo.16.
46 nu.14. Nam † incerta probatio proximitatis
contra producentem eſt interpretanda, Alex.
d.conſil.182.uiſo.num.10.uol.7.& conſ.181.in
cauſa.in princ.lib.2. Pariſ. conſil.115. num.6.
uol.4.Tiraq.præalleg.loc.num.7.ſicut & alia,
l.4.ubi Iaſon,num.3.4.C.unde legit.c. in præ-
ſentia.ubi glo.ad uerb.dubium.Inn. Panor.&
Imol.de probat.Dd.l.inter ſtipulantē.§.ſi Sti-
chū.de uerb.oblig. Bal.l.quoties.§.ſi quis ita.
nu.2.& 3.de hæred.inſt.Iaſ.conſil.36.in cauſa.
47 n.4.lib.3. Quod † aūt de nominatione ac tra-
ctatione hîc articulatū eſt, etiāſi prolatū eſſet,
(quod non eſt)tamen non ſufficeret:quando-
quidē nominatio non probat conſanguinita-
tem, quia ſita eſt non in nomine, ſed natura,l.
5.C.de teſta.l.neq; epiſtolis.l.non nudis. C.de
probat. præſertim cōtra tertium poſſeſſorem,
Pariſ.conſil.59.in huiuſmodi.n. 7. & 8.uol.4.
per c.illud. ubi Dd. de præſumt.ad ſucceſſio-
nem acquirendam, uel poſſeſſori auferēdam,
quam ad rem nominatio nūquam ſufficit,d.
l.5.C.de teſtam.§.cæterùm.in uerb.ſin plerſiq;
ſermonibus fieri ſolet, dixerit alicui. Inſtit. de
mil.teſt.ubi Pan. Multò uerò minus nomina-
tio & tractatio,quo ad collaterales,ullā facit,
ſuper conſanguinitate ſidē: cùm multi ſe inui-
cem compellent ac ſalutēt amore uel familia-
ritate fratres, (*wie die ſtallbrüder und dutzbruder*)
aut eiuſdem nominis etiam remotiſs.ſorores,
(ut in Germania uicinæ mulieres, aut aliàs a-
liqua ratione iunctæ ſe uocant *ſchweſtern*) aut
cognatos,(*vettern*) l.nemo.de hæred.inſtit.per
quem text.ita confirmat Anch.d.conſ.52.pro
48 clariore.numer.8. Quocirca † licet,quo ad de-
ſcendentes, nominatio & tractatio aliquam
quaſi poſſeſſionē parentelæ inducat, non tñ
idem obtinet in parentela collaterali, de qua
hic eſt quæſtio, & quæ probanda actori incu-
buit:qa nō eſt perinde fauorabilis: nec hoc p-
æquè iure inueniſ cautū,ut de parentela lineę
rectæ:unde planè & ad oculum probari debet
collateralis proximitas, ita ut teſtes deponāt
de ueritate, addita idonea ſcientiæ cauſa: ita
Caſt.conſ.56.ſuper. n.4. ex quo tale poſſeſſo-
rium, quod in linea recta ſumiſ à tractatione
& nominatione,Bar.l.quod S.C.§.per contra-
rium.n.3.4.& ibi latè Alb.de lib.agn.l.filiū.u-
bi Dd.de his q ſunt ſui uel alien.c.Michael.de
fil.presbyt. non eſt proditū inter collaterales,
ut in terminis conſuluit Anchor. conſ.52.pro
49 clariore.nu.7.& 8. Super † hæc à teſtibus, qui
talem tractationē allegant,nō probatur ea,ni-
ſi exprimant actus,ex quib.tales tractatus col-
ligi poſſint,Soc.conſi.39.uiſis.num.6.uerſ.ſe-
cundò tractatus.uol.1.Pariſ.con.13.de plurib.
num.18.uol. 2. quia oportet tractationem ad
hoc eſſe ordinatam, ut ex actibus eius duci
proximitas & æſtimari queat, Soc.conſil.39.
50 uiſis.n.5.6.7.uolu.1.Multò † uerò minus pro-
bari poteſt talis proximitas ex nominatione

& opinione uicinorū, Pan.Fel.& Can.c.illud.
de præſcr.& c.per tuas.qui fil. ſint leg.Soc.cōſ.
39.uiſis.nu.5.& conſi.89.in tuam.nu.4.uol.1.
Pariſ.conſ.18.de plurib.nu.19.uol.2. Iam ſi ad
has iuris theoricas teſtiū ab actore hic prodi-
torū dicta componas,nihil erit facilius,quàm
colligere hāc prætenſam proximitatē ab acto-
re non eſſe probatā. Articulum enī ſecundum,
in quo poſuit auiam ſuā fuiſſe ſororē,& quidē
ex utroque latere coniunctam defuncto Io-
doco,cuius hæreditas nūc ex illa prætēſa pro-
ximitate petiſ,nullus teſtis uerificauit:nec ul-
lus deponit demortuū Iodocum hanc actoris
auiā uel tractaſſe,uel appellaſſe ut ſororē:tan-
tùm unus quidē & ſingularis & multis modis
ſuſpectus, dicit ſe ſemel audiuiſſe à defuncto,
q appellauerit patrē huius actoris agnatum,
ſeinen vettern: quæ nominatio eſt planè genera-
lis, cū etiā attinētes remotiſſimi ſic uulgò ap-
51 pellent. Vnde † dato, q appellatio aliquid fa-
ceret, (cuius cōtrarium in linea collaterali, de
qua hic tractaſ, ſuprà demonſtraui)tamen in
terminis noſtris nō probaret hanc prætēſam
propinquitatē & proximitatē. Alex. d. conſil.
182.uiſo,num.10. uol.7.& con.181.in cauſa.in
prin.lib.2.Dec.con. 531.num.4.Tiraq.de retr.
lig.§.1.gl.16.nu.14.Pariſ.conſ.115.n. 6.uol.4.
ſine idonea ratione,c.3.de teſtib.maximè con-
tra iſtum reum, quē conſtat eſſe filiū legitimū
fratris cōſanguinei d.defuncti, cuius de hære-
52 ditate diſceptaſ: ſicut † ipſe actor fateſ paſſim
in actis, atq; adeò in ipſo libello p fundamen-
to ponit & conſiteſ, ut talis cōfeſſio meritò cō-
tra ipſum probare debeat, Pan. c.examinata.
num.3.& 4.de iudic.Dec.conſ.252.nu.1.& 2.
53 Quanquam † aūt contra perſonam huius te-
ſtis opponere reus nequeat, ut qui illum quo-
que produxerit:tamen contra dictum nihilo-
minus excipere poteſt,l.ſi quis. C.de teſtibus.
Caret hic autem eius dictum idonea ratione:
54 Ergo nō probat,c.3.de teſti.& refert † ſe ad ſuū
teſtimonium in priore litigio datum,& ad illā
uetera acta relatum. Non plus igitur ei credi-
tur,quàm in actis habetur,Bal.l.2.nu.4.C.de
erro.aduocat. & in auth.ſi quis in aliquo.nu.
2.C.de eden.Menoc.conſil.1.num.83.per l.aſ-
ſe toto.de hæred.inſtit. Dec.conſil.63.num.6.
& conſ.47.in prin.Pariſ.conſ.22.nu.10.lib.1.
arg.l.in teſtamento.1.de condit.& demonſtr.
Atqui illa acta non producuntur, & ſi produ-
cerentur, non probarent tamen in alio hoc iu-
dicio inter alios, c.cū de teſtib. Dd.d.l.2. C.de
eden. Cùm igitur hic de rei huius propinqui-
tate,nempe q ex defuncti fratris cōſanguineo
filius ſit, res aperta habeatur & confeſſa; ſicut
& nomē,inſignia,nobilitas & poſſeſſio tā diu-
turna coarguunt: debebat actor utiq; proba-
re,ſe æquè proximū fuiſſe, ſicut in libello intē-
dit; & hoc fundamentū ſuæ petitionis ponit.
Itaq; licet probaſſet(quod nō)ſe agnatū,tamē
nihil probaret cōtra hunc reū, ex quo potuiſ-
ſet remotior eſſe,quàm iſte reus: & ſic excludi

55 ratione proximitatis. Notum † enim eſt, ultra
fratres & horum filios ceſſare ius repræſenta-
tionis etiam iure ciuili, (nam Saxonico ne in
iſtis quidem ullum eſt) Landr. lib. 1. art. 3. 17.
ubi gl. autor diff. 25. diff. & remotiores ſola
ſeruata gradus prærogatiua ſuccedere, §. pen.
cũ ſeqq. in auth. de hæred. ab inteſt. auth. poſt
fratres. auth. ceſſante. C. de leg. hære. nec ultra
fratres iure communi (nam ſecus Sax. Fach.
diff. 26. Reinb. diff. 33. quod hic nõ attẽditur)
56 conſiderari † diſcrimẽ, utrùm quis ex uno uel
utroq; fuerit coniunctus, Caſtr. in auth. itaq;.
C. com. de ſucceſſ. Euerar. conſil. 44. caſus. per
tot. Schurff. con. 52. & 86. uol. 2. Cũ igitur reus
habeat proximitatem demõſtratam in certo
gradu, nihil probaret hic actor, etiamſi oſten-
diſſet ſe fuiſſe cognatum in genere abſq; certo
gradu, quia potuiſſet eſſe in remotiore, quàm
reus, & ideo non probaret hoc eſſe, quod ab
hoc contingit abeſſe, l. neque natales. l. ma-
trem, C. de probat. & dubia talis probatio con
tra ipſum eſſet interpretanda, iuxta d. theori-
cam Iaſ. in l. 4. nu. 3. & 4. C. und. legit. Canon.
in c. in præſentia. ubi gloſ. uer. dubiũ. & Dd. de
57 probat. maximè † contra actorem pro reo &
poſſeſſore, per c. 3. de probat. quem conſtet eſ-
ſe certi gradus cognatum, Alex. con. 182. uiſo.
nu. 10. uol. 7. Dec. conſ. 531. nu. 4. Tiraq. de re-
tract. lig. §. 1. gl. 16. n. 4. Cano. in c. ſcries. de te-
ſtib. Cæterùm nec hanc ipſam conſanguinita-
tem, nec quidẽ in genere probauit; ut apertiſ-
ſimè teſtificationes oſtẽdunt. Nam unus qui-
dem tantùm ſolus, & quidẽ aliàs multipliciter
ſuſpectus, dicit ſe audiuiſſe nominari patrem
actoris cognatum à d. defuncto: quod ipſum
inſufficiens eſt, ut diximus: & ut maximè ſuffi
ceret, non tamen probaretur ſufficienter per
hunc unicum & ſingularẽ, etiamſi uel plures
(quod tñ hic abeſt) cum illo concurrerent ſin-
gulares teſtes, neq; concordantes in tempore
& loco, Alex. d. conſ. 50. 51. uol. 5. Dec. con. 133.
Pariſ. conſ. 59. in huiuſmodi. nu. 13. per c. cùm
dilecti. c. bonæ. de elect. c. licet. de prob. Quod
autem hic idem ita audiuiſſe ſe & hoc eſſe per-
uulgatum & notoriũ aſſerit, in eo quoq; ipſe
eſt ſingularis, & aliàs etiam nihil probat. Nã
58 † teſtimoniũ de auditu in probãda parẽtela
nihil operatur: niſi duodecim concurrẽtibus
(quæ hic omnia deſunt) requiſitis, de quibus
Ioan. And. Hoſt. & Dd. in c. licet. de teſti. Caſt.
conſ. 56. ſuper nu. 4. uol. 1. Quo tamen ipſo ca
ſu tantũ probat in parentela rectæ lineæ pro-
pter fauorem aſcendentium & deſcendentiũ,
& propter fauorẽ matrimonij etiam pro con-
iugibus, c. licet de teſtib. Cæterùm inter colla-
terales, & qñ agitur de effectu inter eos ſucce-
dendi, quomodo loquitur Caſtr. d. con. 56. ſu
per. nu. 4. uol. 1. (ut iſto caſu) nõ reperitur un-
quam fuiſſe ſtatutum, quòd parentela proba-
ri poſsit dicto modo: & ideò ſtandũ eſt, inqt
59 Caſtr. cõmuni formæ, ut † teſtes hic deponere
debeat de ueritate, Caſtr. d. conſ. 56. per d. c. li-
cet. & Bart. l. 2. §. item. nu. 6. de aq. plu. arc. c. de
parentela. 35. q. 1. Anch. d. conſ. 82. num. 7. Alc.
conſ. 82. num. 2. uol. 7. Preterea cùm non eſt a-
liquid factum in conſpectũ iudicis, nõ ſufficit
60 allegari eſſe notorium, niſi † probetur ſaltem
duobus teſtibus, c. tua. ubi gl. uerb. nõ ex eui-
dentia. de cohab. cler. c. conſuluit. de appellat.
Spec. de crim. not. nu. 9. & ibi Bal. Iaſ. num. 12.
13. poſt Bart. & communiter Dd. in l. ſi uerò. §.
qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. Multæ
enim allegantur & dicuntur notoria, quæ ta-
men nõ ſunt, ut rectè Pan. inquit n. 3. & 4. in c.
porrò. de diuort. Vnde etiam fama cõmunis
notorij duobus ſaltẽ teſtibus omni exceptio-
ne maioribus debet probari, Sal. l. ea quidem.
num. 104. cum ſeq. C. de accuſ. Dec. conſ. 272
61 nu. 4. Mont. trac. ſi. reg. cap. 55. nu. 8. Nec † ſuf-
ficit dici, auditũ eſſe, niſi probetur, à quibus:
Dec. conſ. 57. num. 4. ut ſciatur, utrum teſtes à
fide dignis teſtib. audiuerint, an à maleuolis,
Alex. conſ. 50. in cauſa. n. 11. lib. 1. Ferrar. in for.
poſ. uerb. item quod. num. 7. Dec. conſil. 37. in
cauſa. num. 9. & 10. Iaſ. l. non hoc. num. 10. C.
unde legit. quibus ſicut non creditur, ita mul-
tò minus teſtibus, qui ab his audiuerũt, Ferr.
præall. loc. num. 9. Crau. conſ. 112. n. 13. ex reg.
l. de acceſsionib. de diuer. præſcrip. Item opor
tet eos teſtificari, qd' audiuerint à maiori po-
puli parte, Bart. l. de minore. §. plurimum. nu.
2. de quæſt. & l. 2. §. eius. de teſtibus. Alexand.
conſil. 59. in fin. lib. 5. & conſil. 117. uiſo. num.
4. uol. 2. Nec probat iſto caſu teſtis, ſi dicat tã-
tùm ſe audiuiſſe: quia poſſet ab uno tantùm
audiuiſſe: ut hanc dicunt eſſe communem A-
lex in l. hæredes palàm. in prin. de teſta. Mon.
tract. fin. reg. cap. 56. nu. 2. 3. 4 Fran. Turza. cõ
opin. 43. per totum. Quare teſtis hic rationẽ
ſuæ ſcientiæ dicere debet, etiam nõ interroga-
tus, præſertim ſuper notorio, Iaſ. l. ſi uerò. §. q
pro rei nu. 14. ff. qui ſatiſd. cog. Mar. Blanc. de
indic. & tort. uerb. fama. nu. 311. Mont. præall.
loco. nu. 2. 3. Productus enim ſuper notorio &
fama nihil probat nõ aſsignata ratione ſui di-
cti. Abb. Fel. Dec. in c. ueniens. 1. de teſtib. Ale.
conſ. 25. in cauſa. nu. 6. Pariſ. conſ. 27. nu. 100.
& conſ. 104. num. 150. cum ſeq. & conſ. 112. nu.
25. cum ſeq. ut. Ideo teſtis in iſto caſu ſemper
debet exprimere cauſam, propter quam fama
ſit orta, & quòd ſtatim ex illo facto, de quo a-
gitur, poſtquam factum fuit, ortus fuerit eiuſ-
modi rumor, Cater. in pract. crim. l. obſeruare.
§. curabis. num. 1 ſt. Alex. conſ. 20. num. 10. cõſ.
25. num. 4. 5. conſ. 19. num. 21. uol. 4. Pariſ. cõſ.
61. num. 25. conſ. 153. num. 14. conſ. 169. num.
44. uol. 4. Mont. præall. loco. nu. 3. Quinenã
unicus teſtis, uel plures ſingulares fidem non
faciunt, niſi probent de iiſdem perſonis, locis,
tempore, Mont. & Dd. præalleg. loc. Notoriũ
62 † enim eſt indubitata rei certitudo, quæ ita ſe
uulgo exhibet, ut negari non poſsit, Bald. l. ea
quidem. num. 18. C. de accuſat. eoq; impoſsibi
le eſt notoriũ eſſe illud, in quo teſtes ſunt ſin-
gulares,

gulares: cùm notorium ſe omnibus exhibeat,
63 Bal. l. ea quidem. n. 34. C. de accuſat. Et † quan-
quam Bal. in c. literis. de præſump. & Caſsiod.
in deciſ. Rot. de probat. deciſ. 3. num. 7. Franc.
Turz. com. opin. 43. Monta. præall. loc. dicãt,
has non ita ſtrictè ſeruari, & communem eſſe
obſeruantiam in contrarium, alioqui difficul-
ter famam probari poſſe: tamen hoc accipien-
dum de obſeruãtia fori Canonici, non etiam
de foro ciuili, ubi ſeruatur communis opinio,
Bartol. in d. §. plurium. ſecundum Pariſ. conſ.
67. num. 108. uol. 3. Monta. præall. loco nu. 7.
& 8. Sed & ubi talis obſeruantia obtinet, non
tamen probant teſtes famam, niſi oſtenſa cau-
ſa, propter quam talis fama, & quando, an ſta-
tim, uel longè pòſt, increbuerit. Poſſet enim a-
liquis famam ſpargere de induſtria ad præpa-
rationem ſuæ probationis, ſicut hic poſt tam
longum interuallum facilè fieri potuit, Mon-
ta. præal. loc. nu. 8. qui addit maximè hoc ob-
tinere, ſi teſtis non nominauerit eos, à quibus
audiuerit. Potuiſſet enim, ut ipſe inquit, ab u-
no actore (notetur) fama originem habuiſſe.
Itaq; non eſt tali caſu credendum teſtibus ta-
liter ſuper fama deponentibus, per ea quæ ha-
bentur in c. licet ex quadam. ubi gloſ. uerb. ab
uno. de teſtib. Barbat. c. ex literis. n. 39. de teſti-
64 bus: ita Monta. præal. loc. nu. 8. quia † niſi fa-
ma oſtendatur ex probabilibus ac uerisimili-
bus cauſis, & à fide dignis orta, nihil probat,
Crau. conſ. 67. ad dubium. nu. 7. uol. 2. Mont.
65 præall. loco num. 7. Vnde † & ſcientiæ cauſa
alia eſſe debet, quàm dictum, l. qui interroga-
tus. de petit. hæred. Nec enim ſufficeret teſtem
dicere, quia ſcio, uel quia audiui: nã talia ſunt
idem cum dicto. Cauſa autem ſciẽtiæ, ut pro-
bet, debet ſeparata eſſe à dicto: ita Mar. Spec.
aur. part. 2. iud. §. ſextus actus. num. 11. Monta.
præal. loco num. 14. per Bart. in l. ult. nu. 1. ubi
hoc notat ex illo tex. de off. procur. Cæſar. So-
cin. conſ. 98. in fin. uol. 4. Mont. præall. loc. nu.
66 14. qui limitat paulo antè nu. 11. niſi † decem
teſtes ſimiliter & æquiuocè deponerent ſuper
fama: quia decem homines faciunt uniuerſi-
tatem, Alex. l. prætor. 2. num. 4. de ui bon. rap.
Hipp. ſing. 477. & ideo tali caſu, inquit, ꝓba-
rẽt de fama, etiãſi nõ ita formiter deponerent,
ut habet per Alex. ad Bar. d. §. ut pluriũ. in ad-
dit. quæ incipit, ſed qa. & per Fel. in c. cũ opor-
teat. nu. 8. de accuſat. Carre. in pract. ſua crim.
§. obſeruare. §. curabis. nu. 111. Pariſ. conſil. 67.
num. 26. uol. 3. Nam notorium dicitur, quod
à decem teſtibus deponitur, Cornæ. conſ. 337.
capio. num. 20. uol. 1. per Bal. in l. ſi uerò. §. qui
ꝓ rei qualitate. in prin. ff. qui ſatiſdar. cog. Sed
& hoc ſignanter addit in d. l. ſi uerò. §. qui pro
rei. qui ſatiſd. cogan. Bal. licet notorium facti
permanentis, & quod præſentialiter demon-
ſtrari poteſt, non opus habeat probatione, ta-
men ſecus eſſe in allegato notorio præteriti,
quod non ante oculos comparet: hoc enim
probari ait debere, & quidem à maiori parte
populi, q̃ habeat pro notorio, & ſic opinetur.
multa eñ dicũtur notoria, quæ nõ ſunt, c. con-
ſuluit. 14. de appell. & id maximè uerũ eſt, qñ
allegatur notorietas alterius loci, q̃ ubi agi-
tur, Spec. de not. crim. §. 1. nu. 9. & 10. (ut hic.)
Nam illa omninq probanda eſt, gloſ. c. ueſtra.
uerb. notoriũ. uerſ. in notorio requiritur pro-
batio. de cohabit. cler. Bal. num. 44. Sal. num.
74. in l. ea quidẽ. C. de accuſat. Cùm ergo non
modò nõ decem, ſed ne quidẽ duo de iſto no-
torio famę & opinionis cõmunis hic depoſue-
rint, ſed unus tantùm & idem non omni exce-
ptione maior, & ſine aliqua probabili ratione
ſcientiæ & ſui dicti: nemo autem omnium de
iſta pretenſa proximitate & germanitate auię
agẽtis cum defuncto depoſuerit, in quo tamẽ
cõſiſtit fundamentum actoris: liquet nihil o-
mnino hic eſſe ꝓbatũ, & ꝓinde ſubducto fun-
damẽto reliquum corruere, l. egi. de except. rei
iud. c. cùm Paulus. 1. q. 1. ac uerificari illud uul-
gare, *Collapſa ruunt ſubductis tecta columnis,*
c. qualiter & quando. 2. de accuſat. ita Euerar.
67 in loco lega. in fin. proœm. Nam † deſtructo
antecedente, tanquam fundamẽto, neceſſe eſt
conſequens collabi, l. & quia. ubi hoc notat
Alb. in prin. de iuriſd. l. 1. §. huius rei. de off. e-
ius, cui mand. eſt iuriſ. Bald. l. non dubium. in
13. opp. num. 22. C. de legib. Quamobrem fri-
uolè nititur probare actor iſtam ſuam auiam
fuiſſe uxorem aui ſui, & ex his ſuum patrẽ eſſe
natum, quamdiu non docet hanc auiam fuiſ-
ſe ſororem defuncti: quod eſt medium conclu-
dẽdi ſuper proximitate iſta prætẽſum, ex qua
hæreditas defuncti petitur: & tãto magis iſto
caſu probare debet actor, quanto minus ue-
riſimile eſt, l. ult. de eo quod met. cau. Iaſ. l. non
hoc. num. 15. C. unde leg. nempe hanc auiam
nuptam ignobili, ſororem fuiſſe uiri nobilis,
68 qui † talis ſemper eſt publicè & priuatè habi-
tus, etiã in Curia prouinciali illius loci, & pro
tali nominatus, tractatus, cultus, quoad ui-
xit, ut teſtes etiam actoris deponũt, quod ius
inter omnes inducit, Iaſ. & Dd. in l. Barbarius.
de off. præſ. & in l. 3. de S.C. Maced. aut ſaltem
probationem facit, Crau. conſ. 127. nu. 17. uol.
1. Vnde nũc etiam poſt eius mortem, & uigin-
ti quinque annos exinde ab illius obitu ela-
pſos ſtatus eius talis cõtrouerti amplius non
69 debet, neq; poteſt: cũ † talis quæſtio quinquẽ-
nio à morte præſcribatur, l. 1. l. 2. l. ult. ff. ne de
70 ſtat. defun. l. 1. 2. & tot. tit. C. eod. Non † eſt aũt
moris, nobiles fœminas elocari ignobilibus,
ut notiſsimũ eſt, in his regionibus præſertim,
ex ratione l. lege. 14. l. obſeruãdum. 49. l. ſena-
71 toris. 47. & paſsim, de rit. nup. & † ualet argu-
mentum à cõſuetis ac ſolitis, l. quòd ſi nolit. §.
quia aſsidua. de ædil. edic. Euer. in loc. leg. à ſo-
litis: itẽ à uerisimilibus, l. ult. de eo, quod met.
cauſ. l. ſi quis donaturus. de uſufr. l. quòd ſi no-
lit. §. quia aſsidua. de ædil. edic. l. certi cõdictio.
§. ſi nummos. ubi Dd. ſi cert. pet. Stat igitur hic
præſumptio pro reo, qui eſt eiuſdem ſtatus &

dignitatis, nominis, armaturæ, ſtemmatis, &c.
72 quæ † inſignia in antiquis probãt, Mar. deciſ.
Delph. 98. quæritur. in fin. Crau. de antiq. tẽp.
§. octaua. n. 12. Ancb. & Dd. c. quicũq; 30. diſt.
Fel. nu. 2. 3. 4. poſt Pan. & alios c. cùm cauſam.
de probat. Iaſ. & Dd. l. cũ aliquis. C. de iur. de-
lib. Et accedit confeſsio aduerſæ partis nõ in-
ficiantis, ſed magis concedentis, reum eſſe de-
functi fratris filiũ, & ſic recto gradu cõiunctũ.
Item diuturnitas tanti temporis, quo nihil eſt
hîc petitum: ut uerisſimile ſit actorem & eius
patrem nihil petiuiſſe, præſertim alio cohære-
de agente, non quòd cuperent ditari hæredi-
tate, cùm alioqui nõ abundarẽt, (nemo enim
præſumitur iactare ſuum, l. cùm de indebito.
in fin. de probat.) ſed quia ſcirent ſibi nullum
73 ius cõpetere. Quum † igitur tãtæ tamq; mul-
tæ præſumptiones faciant hîc pro reo contra
actorem, & in dubio interpretatio pro reo ac
poſſeſſore faciẽda ſit, l. Arrianus. de act. Iariſ.
Alciat. de præſumt. reg. ult. præſumt. 43. per
totũ, præſertim in probationibus, c. 3. de pro-
bat. & ſententia, c. ult de ſenten. certè debebãt
probationes actoris tanto hîc eſſe prægnan-
tiores, quantò magis præſumptionibus iuris
elidũtur, l. ult. ubi Bart. Bal. & Dd. uerb. euiden
tisſimis. ff. qđ metus cauſ. gl. ibi ad uerb. præ-
ſumptioni. quæ dicit, tali caſu duriore proba-
tiones grauare actorem, nec in defectum eius
poſſe ei iuramentum (notetur) in ſupplemen-
tum deferri. Cùm autem non modò non in ſu
perlatiuo probauerit hîc prætenſam conſan-
guinitatem actor contra tot præſumptiones,
ut requirit gl. d. l. ult. ſed ne quidem in poſiti-
uo, imò nullo modo, ut antè poſitũ eſt: liquet
hic obtinere debere regulam Actore non pro-
bante, l. qui accuſare. C. de eden. cum ſim. Nec
74 † enim probatio actoris nõ cõcludens debet
pro probatione haberi, Aemil. cõſ. 128. in cau-
ſa. nu. 3. & 4. Schurff. conſ. 52. quamuis. nu. 7.
& 8. ſed pro nulla, Aemil. præal. loc. Pariſ. cõſ.
56. nu. 21. uol. 2, conſ. 54. aſſerto. nu. 25. & 50.
uol. 4. Dicitur autẽ non cõcludens, quæ con-
cludit per poſsibile, non per neceſſarium, aut
admodum probabile, Bal. l. ad probationem.
num. 1. C. de probat. Iaſ. nu. 4. cum ſeq. l. non
hoc. C. unde legit. Schurff. præall. loc. num. 8.
& talis probatio contra producentẽ uenit in-
terpretãda, c. in præſentia. ubi gl. uerb. dubiũ.
de probat. Aemil. conſ. 9. magnificè. nu. 6. Pa-
riſ. conſ. 54. aſſerto. nu. 51. uol. 41. Schurf. præ-
alleg. loco: maximè quando contrà ſtat præ-
ſumtiò iuris, per Iaſ. nu. 15. 16. in l. nõ hoc. C.
unde legitimi. ſicut in præſenti caſu ſtare ſu-
prà declarauimus. Sed dato, quòd actor hoc
fundamẽtum ſuæ intẽtionis impleuiſſet, non-
dum tamẽ ex eò poſſet adiuuari: primò, quia
non ſufficienter probauit patrem ſuum uixiſ-
ſe tempore, quo Iodocus, de cuius hæreditate
agitur, eſt mortuus: quia teſtes de anno & tẽ-
pore exactè nihil ſciunt, & nullam iuſtam ido-
neamq; ſcientiæ cauſam reddunt: atq; niſi po-
natur & probetur uixiſſe tũ huius actoris pa-
trem, nihil iuris poteſt prætendere hic nepos
75 ex auia ſorore: cùm † ultra filios fratrum non
habeat locum ius repræſentationis, & ſic iſte
nepos excludatur à fratre cõſanguineo rei pe
tere, per auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. §.
hoc eſſe. ubi Angel. Inſt. de legit. agnat. ſucceſ.
§. pen. cum ſeq. in auth. de hæred. ab inteſt. Er-
go fundamentum hoc alterũ actoris erat pro-
bare patrem ſuum tunc uixiſſe, qui in locum
ſuæ matris auiæ defuncto ſucceſſerit. Conſtat
76 autem, quando † intentionis fundamentum
eſt in alicuius uita, uel morte poſitum, quòd
is probare tum uitam, uel mortẽ debeat, qui
in alterutro ſe fundat, per reg. l. 2. de probat. l.
actori. C. eod. Iaſ. & Dd. l. ſi uerò. §. quæ pro rei.
qui ſatiſd. cog. Quanquam enim præſumatur
quis uiuere centum annos, l. ult. C. de ſacr. ec-
cleſ. l. an uſusfructus. de uſufr. quotidie tamen
totum contrarium, imò rarisſimè illud cõtin-
gere uidemus, ut dicit Alciat. reg. præſumt. 1.
præſumt. 44. & ideo Dec. in l. ſi emancipati.
num. 3. C. de collat. itaq; licet ſecundum natu-
ram poſsibile ſit aliquem uiuere centum an-
nos, non tamen eſt uerisſimile, Dec. præall. loc.
ꝑ Bald. in l. ſcriptura. C. de fid. inſtr. nec omnia
poſsibilia ſunt uerisſimilia, Dec. præal. loc. Vn-
77 de procedit ita argumentum, ut † ſcilicet quis
poſt cẽtum annos intelligatur eſſe mortuus,
ex quo ulteriùs non præſumitur uiuere, l. ult.
C. de ſ. ſ. eccleſ. & ita gl. ibi interpretatur, Alex.
in l. ſed etſi. de acq. hæred. Si uerò quis aſſera-
tur uiuere, & ſi quis in alicuius uita ponit fun
damentum intentionis, tunc illa præſumptio
non obtinet, quia hæc conſuetis aut uerisſimi-
libus eſt attemperãda, cap. quia uerisſimile. de
præſumpt. Bal. l. ult. in ult. notab. & 20. oppoſ.
de hæred. inſt. l. 2. ubi Bal. C. de ſicar. l. ſi extra-
neus. de cond. cauſ. dat. Nõ eſt autẽ uerisſimi-
le, ſed tantùm poſsibile & cõtingens, (qui nõ
eſt modus probandi concludens, l. neq; nata-
les. l. ad probationes. ubi Bal. & Dd. C. de pro-
bat. Schurff. d. conſil. 22, num. 8. ut ſuprà uidi-
mus.) aliquẽ tamdiu uiuere. Ideo ſemper qui
ſe fundat in uita alicuius, illã probare debet:
ita Alciat. reg. 1. præſump. 44. per text. expreſ-
ſum in l. ſpadonem. §. qui abſolutus. de excu-
ſat. tut. Bartol. in l. 2. in fin. ff. iud. ſol. & in l. qui
duos. §. qui in bello. ff. de reb. dub. & dicit hãc
fuiſſe mentem Raphael. & Moder. in l. ſed etſi
78 de ſua. ff. de acq. hæred. Quare † in noſtro ca
ſu uita & tempus mortis huius actoris patris
articulatum, diſertè probari debuit per teſtes
de illo tempore deponentes, & iuſtas ac ido-
neas ſcientiæ cauſas afferentes, l. matrem. ubi
Bart. Bal. & Dd. C. de prob. Dec. l. in ambiguis.
nu. 4. de reg. iur. Alex. cõſ. 200. ſuper. nu. 1. uol.
1. & conſ. 72. uiſo. nu. 17. uol. 5. At uerò in præ-
ſenti teſtes ſuper articulato tempore mortis,
quo pater actoris mortuus fuiſſet, nihil certi
deponunt, nec idoneè, nimirum addita ſcien-
tiæ cauſa, teſtificãtur: quippe cùm alius dicat
ſe

ſe annum ignorare, alius ſe tantùm audiuiſſe.
alius ſe opinari, quòd circa illud articulatum
79 tempus mortuus fuerit. Qui † autem annum
ignorat, nihil de tempore certo deponere po-
teſt: cùm planè ſit incerta probatio, & contra
producentem interpretãda, Bal. l. 1. l. matrem.
C. de probat. & in d. c. in præſentia. ex͂. eod. nec
ex tali dubia probatione producens iuuetur,
80 Salic. in l. 2. nu. 30. C. de reſcin. uen. Sed † & te-
ſtimoniũ de opinione, uel credere, nihil pro-
bat, quando non redditur de iure ſufficiẽs ra-
tio ſcientiæ, quare teſtis ita credat, uel opinet̃,
l. qui tamen. §. ſi arbiter. de arb. & poſſ. Cyn. in
l. teſtium. ubi etiam Salicet. C. de teſt. Spec. &
Ioan. And. tit. de inſtr. edi. §. 1. uerſ. & quam ob
cauſam. ſuæq́ credulitati credi debeat, latè
Hipp. in rubr. de probat. nu. 13. 14. cum ſeq. &
ſing. 19. tu ſcis. Soc. reg. 429. per tot. Alexan.
conſ. 109. uiſis. nu. 3. conſ. 76. uiſam. nu. 5. uol.
2. Bart. in tract. ad reprobat. teſt. ubi nu. 9. Itaq́
Bart. præal. loco dicit eſſe regulare, quòd non
credat̃ teſti deponenti de credulitate ſua. Sed
& teſtimonium de auditu nihil operari abſq́
redditione ſcientiæ, & à quibus auditum ſit,
ſuperius eſt pluribus demonſtratum. Secun-
81 dò, † etiamſi probata hîc eſſet prætenſa cõſan-
guinitas, & uita patris, (quod abeſt) deficeret
tamen idcirco in probãdo actor, quia non ar-
ticulauit, multò minus probauit, (ſicut neceſ-
ſe habuit) patrem ſuum hanc hæreditatẽ ſibi
delatam adijſſe, Ferr. in for. pro hær. ab inteſt.
uerb. ipſamq́ hæreditatem adiuit. Quãquam
enim aliàs qui ex ſuo iure agit, eo ipſo quòd
petit hæreditatẽ, adijſſe uideatur, Roſ. de pet.
hæred. num. 4. tamen iſto caſu ſecus eſt: quo-
niam actor hic non agit ex iure ſuo, ſicut nec
poteſt, quia poſita etiã & admiſſa ſua præten-
ſa cognatione, excluditur tamẽ, ut remotior,
à rei patre, qui Iodoco fratri ſucceſsit, ut patet
ad oculũ. Agit igit̃ ex iure ſui patris, ad quem
adhuc tum uiuentem illa defuncti hæreditas
ſit deuoluta. Hic igitur debuit adijſſe: aliàs, ut
extraneus, hanc hæreditatẽ non potuiſſet trãſ-
mittere non aditam ad ſuos hæredes. Tan-
82 tùm † enim patẽtum hæreditas tranſmittitur
non adita in liberos, l. un. ubi glo. & Dd. C. de
his qui ante apert. tab. non uerò collateraliũ,
uel extranei, l. quoniã. l. cùm antiquioribus.
C. de iur. delib. l. un. §. 1. 2. ubi Dd. C. de cad. tol.
Bald. conſ. 264. ad euidentiam. num. 1. uol. 5.
adeò ut ne parentes quidem deſcendentium
hæreditatem non aditam tranſmittant, Crau.
conſ. 37. nu. 4. per l. quoniam ſororem. C. de
iur. delib. Caſtr. conſ. 304. primum. in fin. lib.
2. Socin. l. qui duos. §. cùm in bello. in 1. notab.
ff. de reb. dub. per gl. l. cũ antiquioribus. C. de
iur. delib. Corn. conſil. 1. nu. 6. lib. 2. Cùm itaq́
hîc agatur de extranei hæreditate, hoc eſt col-
lateralis, §. cæteri. cum ſeq. Inſt. de hæred. qual.
ſequẽs eſt, niſi adijt pater huius actoris uiuus
iſtam petitam auunculi hæreditatem, nihil ex
ea iuris trãſmiſiſſe eum in iſtum ſuum filium

actorem. Eſt enim manifeſtiſsimi iuris, collate
ralium ſucceſsionem, etiam fratrum, nedum
remotiorum, non tranſmitti non aditam, tex.
eſt apertiſs. in l. quoniam. 1. ubi Bal. Sal. Iaſ. &
oẽs Dd. C. de iur. delib. & ita in terminis Hen.
Goden. de ſucceſſ. ab inteſt. conſ. 10. nu. 18. 19.
Quanquam autem ex conſtitutione Iuſtinia-
ni ius deliberandi annale tranſmittatur in hæ
redem quemcunq́, l. cùm antiquioribus. C.
de iure delib. tamen niſi intra annum adierit,
ſeu, ut loquitur textus, aliquid geſſerit, quod
aditionem, uel pro hærede geſtionẽ inducat,
& aliquid fecerit, ex quo àdeundam hæredita
tem manifeſtauerit, ille poſt anni ſpaciũ, & ſic
poſt extinctum ius deliberandi ſi decedat, ni-
hil ad ſuos hæredes tranſmittit, text. eſt ad lite
rã in l. cùm antiquioribus. 9. ubi gl. & Dd. C.
83 de iur. delib. At † in præſenti articulauit actor,
(qui articuli contra ipſum, tãquam cõfeſſum,
probant, Dec. conſ. 252. num. 3. adeò ut reuo-
care talẽ confeſsionẽ, utpote iudicialem, non
poſsit, Spec. de poſit. §. decimo. nu. 8.) patrem
ſuum & ſciuiſſe hanc hæreditatẽ ſibi delatam,
& deliberaſſe cum amicis de adeũdo, & ultra
annum, (quo finitur ius deliberandi & tranſ-
mittendi, d. l. cùm antiquioribus) ex quo Io-
docus mortuus fuit, eum ſuperuixiſſe aliquot
annis. Habet igitur neceſſe hic actor omnino
docere, q̄ pater ſuus adierit, alioqui nullum
in ipſum ius trãſmittere potuit; d. l. quoniam.
d. l. cùm antiquioribus. C. de iur. delib. Iã con-
84 ſtat, aditionem † hæreditatis conſiſtere in fa-
cto, Crauet. conſ. 37. deceſsit. nu. 4. uol. 1. text.
l. pro hærede. ubi Dd. l. egerit. & paſsim, de ac-
quir. hæred. Facto autem nõ præſumi, ſed pro-
bari, l. aſſeueratio. C. de non num. pec. l. ſiue. C.
85 de probat. Ideò † q̄ ſe fundat in aditione, aut
cuius fundamẽtum intentionis ſuper aditio-
ne hæreditatis conſiſtit, illam aditionem pro-
bare debet, Crau. præall. loco per l. 1. & 2. ff. de
inter. act. Bal. conſ. 273. factum dicitur tale. in
fin. lib. 1. & conſ. 31. Ang. nu. 4. cõſ. 224. ſuper.
lib. 2. cõſ. 382. pro parte. nu. 5. conſ. 437. ſuper.
lib. 3. Roma. conſ. 224. iſta. nu. 2. 3. &c. & qñ e-
tiam in caſibus quibuſdam & ex circumſtan-
tijs præſumitur aditio, tamen non ſufficit, niſi
ea alleget̃ ab eo, qui ſe ſuper ea fundat, Alex.
conſ. 94. n. 8. uerſ. plus dic. uol. 2. deciſ. Neap.
13. num. 3. latè Maran. in repet. l. is poteſt. nu.
90. 91. cum ſeq. de acq. hæred. In præſente ue-
rò lite actor nedum probauit, ſed ne quidem
allegauit, aut articulauit patrẽ ſuum adijſſe,
ſicut omninò debuit, cùm hoc in libello po-
ſuerit, & fundamentum eius ſit intentionis.
86 Nam † quod poſuit, patrẽ ſuum dixiſſe de ca
ſu huius ſucceſsionis, & cum amicis, quomo-
do petere deberet, cõſultaſſe, hæc etiamſi ma-
ximẽ probata eſſent: tamen ſciẽtiam eius (un-
de arguitur ei, ut ſcienti, annus deliberationis
effluxiſſe, d. l. cũ antiquioribus. C. de iure de-
lib.) quidem oſtenderẽt, & deliberationem a-
liquã, (cuius ius anno expirauit, d. l. cùm an-
tiquio-

tiquioribus. C. de iur. delib.) nõ etiam aditio-
nem. Aliud enim eſt adire & petere hæredita-
tem: aliud verò deliberare cum amicis de ea
petẽda, d. l. cùm antiquioribus. & tot. tit. C. de
iur. delib. & ff. eod. Tales deliberationes & tra-
ctatus nihil diſponunt, aut inducũt, c. tua. de
his quæ fiunt, Iaſ. l. ſi quis cùm aliter. nu. 4. de
uerb. ob. & l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. de
minor. l. 5. §. ult. de iureiura. c. dudum. de reb.
eccl. non alien. l. ſciẽdum. § dictã. de ædil. edic.
Bart. l. multũ. C. ſi qs alt. uel ſibi, l. cũ collegas.
87 C. de uſur. Alex. cõſ. 31. uol. 2. quia † multa tra
ctantur, quæ non perficiũtur, nec ueniunt ad
effectum & concluſionẽ, ut dicit Iaſ. in l. ſi quis
cùm aliter. num. 3. 4 ff. de uerb. obl. per l. ſi ex
cau. §. uidendum. in fin. ff. de minor. l. elegãter.
in princ. ubi gl. de condic. indeb. c. dudum. de
reb. eccleſ. non alien. in 6. Iaſ. in l. multũ inter-
eſt. num. 3. 4. C. ſi quis alt. uel ſib. & l. cùm alle-
gas. num. 4. C. de uſur. Bald. Imol. Ang. & Dd.
88 d. l. ſi quis cùm aliter. de uerb. obli. Vnde † te-
ſtis deponens de tractatu, non de cõcluſione,
nihil probat, Tiraq. de retract. conuen. §. 7. per
gl. l. Lucius. de his qui not. infam. cum alijs ſ.
allegatis. Hioc dicit Bar. in l. gerit. nu. 6. 7. 8. 9.
10. cum ſeq. de acq. hær. & in l. ſi is poteſt. num.
10. eo. tit. quòd per hæc uerba. Obuenit mihi
magna fortuna talis hæreditatis, item Volo
89 adire, Non diſplicet mihi hæreditas, & † ſimi-
lia ſuſpenſiua ac ambigua, uel de futuro, non
inducũt aditionem, neq; probant, niſi ex præ-
cedentibus & cõſequentibus aliud appareat.
nẽpe de deliberata uolũtate adeundi: ut quia
ſe immiſcuit, quod pluribus Dd. declarant,
Maran. in rep. l. is poteſt. nu. 43. de acq. hæred.
Henn. God conſ. de ſucceſſ. ab inteſt. 10. num.
59. Crauet. conſil. 33. nobiles. num. 11. & ita ac-
cipienda, quæ uariè diſputant Bart. Caſt. Alb.
& Dd. l. 6. de inoff. teſta. Quantò ergo minus
aditio poteſt hic probari, ex eò, quòd pater a-
ctoris dixit ad ſe hęreditatis caſum deuolutũ,
uel quòd deliberauit cum amicis, quomòdo
petere uellet ac poſſet? Tales enim actus præ-
paratorij non probant aditionẽ nullo ſecuto,
ut per Bart. in d. l. gerit. & ibi omnes Dd. ma-
ximè cùm per aditionem obligetur hæres, §.
hęres. Inſtit. de oblig. quæ ex qua. contr. Vnde
non poteſt taliter obligari, niſi declarata ſua
uolũntate adeundo, uel uerbis, uel factis ad
hoc ordinatis, l. pro hærede. ubi Bar. & Dd. de
acq. hæred. Caſtrenſ. in l. recuſari. nu. 1. de acq.
hæred. pro quo l. filiusfam. §. inuitus. ubi Dd.
de procurat. Cùm autem non mòdò nihil hic
ſit ſecutum, ſed agẽte ad hãc hæreditatem fra-
tre uterino dicti patris ipſe nõ egerit, imò ius
ſuum illi ſuo fratri tum agenti ceſſerit ac repu
diarit, ut idem frater & alij teſtes conſtanter aſ
ſerunt, nẽpe quòd huius agẽtis modò pater
tum adire ac agere nòluerit propter ſuã pau-
pertatem, & dignitatẽ, ac benemerita quæ ab
hui⁹ rei parte poſſeſſore hæreditatis percepiſ-
ſet, & in hac uolũtate mortuus ſit, qua morte
animus adeundi extinctus eſt, l. 4. ff. loca. pa-
tet manifeſtiſsimè, hic non modò non proba
90 tam eſſe aditionem, ſed † multò magis repu-
diationem patris d. actoris: quæ uni cohæredi
facta, obſtat etiam, quo ad alios, Crau. conſil.
91 200. nu. 1. uol. 1. &c. & † probatur ac inducitur
ex ſola recuſatione, l. un. uerſ. ſi non recuſaret
talem hæreditatem. C. de his qui ante apert.
tab. l. recuſari. de acq. hęred. facta etiam uerbis
tantùm enunciatiuis, cùm pendeat à mera uo
luntate ac poteſtate, Bartol. in auth. ſi quis in
aliquo. in fin. C. de eden. l. ſciendum. num. 4.
de uerb. oblig. l. ſi fortè. de caſt. peculio, Crau.
92 conſ. 24. nobilis. num. 2. uol. 1. Cuius † hic eſt
effectus, ut ad ius hęreditatis repudiatum am
plius rediri non poſsit, Crau. præal. conſil. 23.
num. 4. per l. quæritur. §. ſi uenditor. de ædil. e-
dict. l. ſi maritus. §. ſi negauerint. de adulter. l.
non uidetur. ſi quid in fraud. pat. l. poſtquã.
C. de pact. l. fi. C. de remiſ. pig. c. ex trãſmiſſa. de
renũc. c. ex ore. de priuil. melior text. in l. is qui
poteſt. l. e contrario. l. nec is. de acq. hæred. l. 4.
ubi Dd. C. de repud. hæred. & ibi Azo ad rub.
num. 4. adeò ut etiam legitima priuetur, qui
renunciauit, Molin. conſ. 35. nu. 15. 18. 19. &c.
& collaterales in primis ad hæreditatẽ ſemel
repudiatam redire nequeant, Bal. l. ult. per il-
lum text. à contrario ſenſu, C. de rep. hæred.
93 Sed † & quod amplius eſt, re ipſa & qualicun-
que facto declarante uoluntatem poteſt hære
ditas repudiari, l. recuſari. de acq. hær. ex quo
textu notant Bart. & Ang. ibi, quòd licet peti-
tioni hæreditatis nõ præſcribatur niſi 30. an-
nis, tamen ſi filia, uel alius cohæres patiatẽ fra-
tres poſsidere quietè longo tempore, & nihil
ab illis petat, aut petat indigẽs alicuius neceſ-
ſitatis cauſa, nõ, ut hæres, quòd eo ipſo uideatẽ
repudiaſſe, nõ tã ex ſolo lapſu tẽporis, quàm
94 ex tacitæ uoluntatis iudicio. Faciliùs † enim
præſumitẽ repudiatio, quæ non obligat, quàm adi
tio, quæ obligat, Caſt. l. recuſari. de acq. hæred.
95 Quanquã † etiã in hac ex diuturno ſilẽtio, ui-
delicet decẽ annorũ, animus præſumatẽ, l. qui
in aliena. ubi Dd. oẽs, per illũ tex. in prin. ff. de
acq. hæred. & hanc dicit cõmunem Alex. in l.
2. §. uolunt. ſol. mat. Tiraq in ll. connub. in fin.
glo. 5. nu. 39. & 44. Cùm igitur hic nedum in-
tra decem, ſed ne quidem uiginti annos petie
rit actor, aut eius pater, cùm tamen alij cohæ-
redes peterent, facilè intelligi poteſt, quid ſit
de repudiatione ſtatuendũ: præſertim addi-
tis atteſtationibus d. cohæredis & aliorum: de
quo hic amplius non eſt laborandum. Nec e-
nim reo neganti repudiatio, ſed actori agenti
aditio paterna erat probanda, ut fundamen-
tum intentionis, Crau. d. conſ. 37. num. 4. per
l. actor. C. de probat. cùm ex ſua perſona, ut re-
motior, hanc hæreditatem cernere nõ poſsit:
ex perſona uerò patris nõ aliter, quàm ſi à pa-
tre aditam & ita ad ſe tranſmiſſam hãc ſucceſ-
ſionem demonſtret: quod quando non arti-
culârit, tantum abeſt ut probârit, cõcluditur,
etiamſi

etiamſi hic ſuam prætēſam cognationem, qua
ſuæ auiæ defuncto Iodoco iunctā fuiſſe inten-
dit, planè & ſufficienter docuiſſet, (quod lōgè
abeſt) non tamen poſſe illum ad hanc ſucceſ-
ſionem aſpicace, quā pater ſuus poſt tempus
deliberationis effluxum tranſmittere in hunc
non potuit, qui non pcobet eam fuiſſe ab illo
aditā, l. quoniam. l. cùm in antiquioribus. C.
de iur. delib. quam aditionem non præſumi
ſed probandam eſſe demonſtrauimus: eo au-
tem minus hic præſumitur, nedum pcobatur,
quia non ſufficit etiam adice animo, & de eo
pcoteſtari, (quod tamē hic non eſt factū) niſi
alijs etiam concurtennbus, de quibus Ferr. in
for. lib. pro hæred. ab inteſt. uerb. ipſamq; hæ-
96 reditatem. nu. 1. ut † quòd certò ſciuerit adiēs
ab inteſtato ſe pcoximū eſſe hæredē, nec aliū
ſibi præcedere, & ſimilia multa, quæ requirit
Bart. poſt glo. num. 15. 16. cum multis ſeq. in l.
is poteſt. de acq. hære. Cuiuſmodi cùm hic ne
quidem allegata, nedum pcobata ſint, liquet,
nec hoc aditionis fundamētum ab actore de-
ductum ſatis: multò minos conſtructum, aut
exædificatum eſſe. Vltimò dici quoq; poteſt,
ex eo non ſufficientem hanc eſſe actoris pro-
bationem, dato, quòd pcobaſſet prætenſam
97 auiæ ſuæ germanitatem: quia † ceus ex aduer-
ſo docuit illo, ubi Iodocus defunctus domici-
lium habuit, loco (ſecundum cuius iuca hæ-
reditas eſt cegulāda, per communem doctri-
nam Bart. Sal. & Dd. l. 1. C. de ſom. trinit. & l. o-
mnes. ff. de iuſt. & iur.) inter nobiles & in illa
Curia conſuetudinem, quòd frater etiam tan-
tùm conſanguineus, exclodat ſocores & eorū
liberos: quam quidem conſuetudinem ita ue
cā eſſe, & ſic ſecuari iudices & Pares Curiæ ac
conſiliarij eius loci pcoducti in teſtes, uerifica-
98 runt: qui † cùm præſumantur ſcire conſuetu-
dinē palatij, in quo uerſantur, Bart. l. de quib.
num. 21. uerſ. quia præſumtio eſt, quòd conſi-
liarij ſciāt. ff. de ll. per l. de tutela. C. de in integ.
reſt. ideo abſq; cauſæ redditione credit ijs. Suf
ficit enim, quòd in genere teſtificentuc ſe ſcice
talem ibi conſuetudinem eſſe & ſecuari, quan-
99 do † peritis in ſua acte credatur: ita Bac. præal.
loco, latè Curt. in c. fin. in 6. quæſt. princ. mihi
fol. 59. 60. 61. cum ſeq. de conſuet. Et ſanè cùm
literis iudicis credetuc etiā iniurati, c. poſt ceſ-
ſionem. 7. ubi Dd. de pcobat. cur non & teſti-
100 monio ſupec cōſuetudinec cùm † uel doctori
illuſtri, licet iniurato, & pec ſcriptum tantum-
modo ſuum teſtanti credatur ſoper conſuetu-
dine, ut Bart. d. l. de quib. nu. 20. cum ſeq. Iaſ. l.
1. num. 62. C. de iur. emphy. Acet. conſ. 132. pec
tot. Curt. d. c. fi. in 5. quæſt. prin. pec tot. Quan-
quam autē alij dicūt, communiter cōtca Bart.
Iaſ. l. fin. nu. 58. C. de iur. emph. & Curt. pcæall.
loc. Molin. tot. tit. de cenſib §. 5. 6. gl. 1. num. 10.
Dec. conſil. 402. teneri, tamen præſumtiuè &
in dubijs fatentur ita cōſoetudinem probari,
Alex. conſil. 55. perſpectis. num. 27. lib. 4. Soc.
conſ. 165. uiſis. nu. 16. lib. 2. Anto. Cocaſ. com.
opin. lib. 1. cap. de pcobat. concluſ. 4. & peritis
conſuetudinis ac morum patriæ ſic abſq; iu-
ramento etiam in ſcriptura teſtātibus creden-
dum eſſe, ut planè pec Alex. & Dd. in l poſt do
tem. ff. ſol. matrim. præſertim quādo deponūt
ſuper cōſuetudine ſui loci. tanq; notoria, Soc.
in ceg. 424. fall. 1. per not. c. cùm cauſam de co
hab. cler. cum alijs per eum alleg. uel ſicut fori
illius notoriè periti. Ant. Gab. Ro. li. 1. de pro-
101 bat. concl. 1. Et dato, quòd † hic iuramentum
cequirecetur, pec ea quæ diſputat Curt. præal.
loc. quæſt. 6. tamen non opus hic eſſet, ex qoo
à parte aduerſa non eſt poſtulatum, ſed tacitè
magis remiſſum, cap. tuis. de teſtib. c. tertio lo-
co. de pcobat. gl. Bal. Cyn. Sal. & Dd. in l. iuriſ-
iurādi. C. de teſtib. l. 1. de fec. deinde poteſt ui-
deri hos teſtes eſſe iucatos, quia depoſuerunt
per fidem & iucamentum, quo Cæſ. Maieſt. ut
102 ſuo ſuperiori, ſunt obligari. Conſtat † autem
talem aſſeuerationem de notocia Germaniæ
conſuetudine, præſertim inter magnates, de
quorum teſtimonio hic agitur, pro iuramēto
haberi, Mynſing obſer. 17. cent. 1. Couar. in c.
a. §. a. num. 2. de pact. lib. 6. pec c. ad aures. ubi
Pan. num. 4. & 5. Imo. nu. 4. quod met. cauſ. c.
peruenit. de fideiuſſ. c. 1. de ſepol. in 6. glo. cap.
querelam. uerb. pcæſtita. ne prælat. uic. ſuas.
Hoſt. de iureiuran. num. 1. Iaſ. l. 3. §. iurari. nu.
3. de iureiuran. Bal. c. literas. in fi. de præſumt.
103 Quod tamen † non iam pono pco conſtanti:
quia cùm Dd. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. re-
quicant à teſte cocporale iuramentum, non
ſofficere uidetur hoc fieri per aliud: quoniam
focma à lege data, eſt ſecuanda, per ea qoæ tra
dit Iaſ. in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſ. uend.
ſicut in pcaxi quoque quotidie ſeruatur. Itaq;
quoniam hic d. Pares Cutiæ nō prorſus ut iu-
dices, ſed ut teſtes producti ſunt, & agitur de
conſuetudine alterius tetritocij, & pertinentē
quidem non ad proceſſum, ſed merita cauſæ,
in quibus plena & ſolennis probatio requiri-
tur: ut pluri. confirmat Curt. d. c. ult. qoæſt. 6.
104 cum ibi alleg. his de cauſis iudico † conſulti-
us adhuc peti à Curia illius loci teſtimonium
de hac conſuetudine per ſcripturam, cui ſta-
tur, Bal. conſ. 461. inter Ioan. lib. 1. Curt. præal.
loco in d. c. fin. mihi fol. 61. uerſ. an autem, ſi. &
conſilium ciuitatis atteſtetuc de conſuetudi-
ne pec literas authenticas, &c. remittens ſe ad
not. in c. poſt ceſsionem. de probat. ubi tradi-
tuc in text. & gloſ. literis iudicum credi, donec
contrà probetur: quod maximè in conſuetu-
dine uerum eſt, quam Curiales cuiuſq; loci
optimè ſcire præſumuntuc, Bart. & Dd. d. l. de
quib. ff. de ll. & l. 2. C. quæ ſit long. conſ. & quæ,
quamuis termino probationis elapſo, produ
ci ſemper ante concluſionem in cauſa poterit,
c. cùm dilectus. 9. de fid. inſtr. Spec. de inſtr. e-
dit. §. nūc dicamus. in prin. Lanfr. in c. quoniā.
uerb. inſtrumētocum. no. 24. Maran. in Spec.
auc. iud. pac. 6. num. 8. & 26. cum moltis ſeq. &
ſimul offerri ſcriptuca quondā iudicis Curiæ

Idem

105 idem atteſtantis: quæ † licet ſit ſine ſigillo, ta-
men per comparationem literarum poterit fi-
dem aliquam facere, per l. comparationes. C.
de fide inſtr. Nam licet ea probatio ſit fallax,
tamen reliquis adminiculatur, ut Dd. ibi & A-
lex. cõſ. 76. uol. 3. præſertim accedente uiciniæ
ſimili conſuetudine & obſeruantia, c. rũ olim.
6. de cõſuetud. c. ſuper eó. de cognat. ſpir. c. fin.
de off. uicar. Mõt. tract. fin. reg. cap. 83. Schurff.
conſ. 66. num. 19. centur. 1. Crauet. conſil. 94.
num. 5. conſil. 118. nu. 3. Menoch. conſil. 9. nu.
22. Et ſanè hac cõſuetudine probata, dubium
nullum relinqueretur, quin abſoluendus uel
ex hac ſola eſſet reus, cùm ſecundum eam iu-
dex pronunciare debeat, l. 1. l. ſi manifeſtè. 7.
C. de ſeru. l. 1. de aq. plu. l. 1. 2. C. quæ ſit lon. cõſ.
ubi Bald. & Dd. § illo. in auth. de iudic. Cyn. &
Dd. l. 2. C. quand. prouoc. non eſt nec. l. more.
ubi Iaſ. de iuriſd. Zabar. clem. ſæpè. §. & quia. in
6. notab. de uerb. ſign. Guid. Pap. in procœmio
106 deciſ. circa finem. Ideo † ſi aliud non poſſet
haberi, utile eſſet peri dictos etiamnum teſtes
reaſſumi. & ſolenniter ad iuſiurandum adigi,
ut tantò maiorem fidem faceret eorum depo-
ſitio, per theor. Bart. l. produci. 23. ff. de teſtib.
c. cùm clamor. c. 2. extrà co. Spec. eod. §. 1. nu.
72. & §. ſatis. nu. 3. Non obſtat uerò hîc, quòd
ciues quidem oppidi N. de cõtraria fortè con-
ſuetudine deponant: nam diſertè loquuntur
de ſuo municipio: quomodo autem inter no-
biles ſeruetur, id planè fatentur & perſpicuè,
ſe neſcire. At conſtat Iodorum fuiſſe nobilem
cum ſucceſſore ſuo rei huius patre, de quibus
aliter deponunt Pares Curiæ illius territorij.
Et quãuis in d. oppido mortuus fuerit Iodo-
cus, non tamen ibi domicilium habuit, quod
107 † demũ ex inhabitatione decem annorũ præ-
ſumtione inducitur, Ang. & Dd. l. 2. C. de in-
col. li. 10. Bar. l. lex Cornelia. 5. §. ſi in fundum.
de iniur. & alijs modis, de quibus dictum eſt
ſ. conſil. 1. Et licet habuiſſet ibi domicilium,
nihil tamẽ faceret d. atteſtatio: quæ cùm ſit ad
ciues & ignobiles reſtricta, non probat in pa-
trimonio huius nobilis, de quo genere Pares
108 Curiæ aliter depoſuerunt. Sic † etiam nihil
hîc officit lis, tranſactio, & diuiſio cum N. co-
hærede quondã ſuſcepta & perfecta. Nã acta,
ſecundum Bald. & Dd. l. 2. C. de eden. & res iu-
dicatæ in una cauſa, non nocẽt alijs, & in alia
cauſa, l. ſæpe. de re iudic. l. 1. 2. 3. 4. & tot. tit. C.
de exec. rei iud. Dd. l. 2. C. de eden. l. 2. C. quib.
res iud. ubi gl. l. ſi rui. 7. §. 1. de accuſat. & illa lis
non fuit ad exitum perducta, cùm antè tranſ-
actum fuerit, quàm ea definiretur. Idcirco ni-
hil ex illa tranſactione iuris, aut probationis
duci poteſt, quia potuit fieri etiam cum non
hærede redimendæ uexationis cauſa, l. 4. C.
de iur. & fact. ign. l. cùm putarem. ff. fam. herc.
Schurff. conſ. 25. cent. 1. & alioqui trãſactio cũ
alijs facta, ad alios porrigi non debet, l. 1. C. de
tranſac. iuxta reg. tot. tit. C. res inter alios act.
Nec hîc leuis ſubeſt tutorũ d. rei culpa & negli-
gẽtia, qui nec litẽ rectè proſecuti ſunt, & trãſi-
gendo enormiter ius rei, tum pupilli ſui, læſe-
runt & alienarunt, contra communes doctri-
nas in l. præſens. de tranſact. l. pactum curato-
ris. C. de pact. ideo iniquiſsimum eſſet eum il-
la tranſactione cũ alijs facta, in hac cauſa præ-
grauari, d. l. 1. cum ibi not. C. de tranſact. In reli-
quis diluendis non inſiſto, cùm ſit eiuſdem
monetæ. Nec addam illud, quòd non proba-
tum ſit, reum eſſe hîc petitæ hæreditatis poſſeſ-
ſorem: nam certè teſtes dicunt, patrem huius,
cui ipſe ſucceſsit, aliquas res ex iſta hæredita-
te, ut hæredẽ, abſtuliſſe, & ſic ſe pro hærede geſ-
ſiſſe, l. pro hærede. l. is poteſt. ubi Bar. & Dd. de
acq. hære. & cùm hîc reus ſe iudici offerat, ſa-
tis pro poſſeſſore habetur, l. is, qui ſe obtulit.
de rei uendic. Quapropter & illud ut leuiden-
ſe prætermitto, quòd non ſit probata hæredi-
tatis quantitas: nam & hoc delatum eſt rei ſa-
cramento, quo quãtitatem hæreditariam de-
clarare cogitur, l. ut. §. licentia. ubi gl. uerb. il-
lius. C. de iur. delib. l. 2. C. quan. & quib. lib. 10.
Sed nec puto eò perueniri poſſe, ex quo actor
nõ probauit ſe eſſe hæredem, & proinde reus
hîc abſq; hoc abſoluendus ueniat, ex l. qui ac-
cuſare. C. de eden. l. rogi. C. de pet. hæred. l. ult.
109 C. de rei uend. cum ſimil. Et † tantũ de prima
lite. De altera non arbitror nunc tempeſtiuè
agi, cùm, ſi ſecũdum reũ pronuncietur, (quod
futurum conijcere licet) nulla contra priorem
actorem, qui cum trãſactum eſt, eſſe poſſet de
euictione actio, l. ſi ſtatus. C. de euict. niſi fortè
nomine ſumptuum & expẽſarum: quod con-
tra gl. in l. 1. uerb. ſumptuum. l. ſi ſtatus. uerb.
non poſſe. C. de euict. tenet Bartol. & Docto-
res l. uenditores. de uerbor. oblig. per l. ſi plus.
§. mota. ff. de euict. l. qui abſentem. de procu-
rat. Panorm. in cap. ult. in fin. de emt. & uend.
Quãquam hîc ex illa tranſactione uix putem
ad euictionem iſtius alienę litis teneri dictum
110 actorem priorem, qui † pro remiſsione ſuæ
dũtaxat portionis pecuniam accepit, l. ſi pro
fundo. ubi Dd. C. de tranſact. in quo caſu hîc
ſumus, non in caſu l. ſi familiæ. C. famil. herc. &
l. ſi cùm uenditor. 66. §. fin. de euict. Conſtat
111 † etiam non eſſe cõdictionem ex cauſa tranſ-
actionis, dati tanquam indebiti, l. 1. 2. C. ſi cer.
petat. quia licet indebitum fuerit, tamen ſuf-
ficit litis remiſsio pro cauſa debiti, l. in ſum-
ma. 65. in prin. de condic. ind. l. ſi trãſactionis.
11. C. de non num. per. Dd. d. l. 1. 2. C. de cõdict.
indeb. & ipſa tranſactio ſatis eſt obligationis,
unde debeatur, l. ſi tranſactionis. 11. C. de non
num. pec. niſi poſſet argui, actionẽ calumnio-
ſè ad exprimendam tranſactionem fuiſſe inſti-
tutã, d. l. in ſumma. de condict. indeb. aut ali-
qua ratione trãſactionẽ reſcindi, l. & elegãter.
de cõdict. indeb. de quo nihil dici poteſt, non
uiſis actis & proceſſu cum d. cohærede priùs
agitato. Reſtitutionem autem ex læſione non
poterit obtinere reus cõtra talem tranſactio-
nẽ, ex tit. C. ſi aduer. tranſact. quia id tẽpus re-
ſtituendi

ſtituendi minores pridem exceſsit, & maior factus, etiam tranſactionem ratificaſſe uidetur, ex quo intra quinquennium non contradixit, ſaltem intra decennium inter pręſentes, aut uiginti inter abſentes, l. ult. C. ſi maior fac. rat. hab. quæ præſcriptio etiam ignorantibus currit, l. ult. C. de long. temp. præſcrip. ut ex regula ignorantiæ non poſſet dari adolto hic reſtitutio, maximè poſt conſtitutionem Principis, ord. 9. part. 2. qua talis reſtitutio ex capite ignorantiæ inhibetur. Quòd ſi quis arguat tranſactionẽ hanc nullius eſſe momenti, ex l. præſes. 12. C. de tranſact. ubi Dd. ideoq́;
112 † nullitatis eius quæſtionem durare 30. annis iure ciuili, & iur. Saxon. 31. annis, Ferrar. in for. appel. à ſenten. defin. uerb. & in quàntum ſit aliqua. num. 2. per doctrinam Bar. in l. quidam in ſuo. de condit. inſtit. cum alijs alleg. p eund. idipſum, ut dubiũ, iam iam in medio relinquo: nam certè de eo nihil ſtatui poteſt
113 non uiſis prioribus actis: quia † ius ex facto ſumitur, l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ad l. Aquil. l. quidam referunt. de iur. codic. l. obligamur. §. ex facto. de act. l. in duobus. ſi ei. de iureiur. l. ut reſponſum. C. de tranſact. Specul. de teſte, §. nunc uidendum. num. 4. ut pluribus proſequitur Iacob. Omphal. in tomo Francofor. 1. conſil. 31. num. 1. 2. Quare ſufficiat nunc hæc concluſio, quòd ex omnibus actis & præmiſſis colligatur, Nobilem iſtum reum ab intentata actione, compenſatis, ut arbitror, expenſis, abſoluendum eſſe.

CONSILIVM XIIII.

De fideiuſſoribus.

SVMMARIA.

1 ¶ *Scriptura eſt probata probatio, pleneq́; probat:*
2 *Contra ſcilicet ſcribentem, ſubſcribentem, ſigillantem.*
3 *Sigillatio operatur approbationem actus.*
4 *Sigillum præſumitur uoluntate appoſitum.*
5 *Rogatio præſumitur, quando ſcriptura eſt inſerta.*
6 *Scientia quomodo à uoluntate differat, & hæc ex illa ſequatur.*
7 *Propter antiquitatem omnia præſumuntur ſolenniter in inſtrumento geſta.*
8 *Numeratio pecuniæ præſumitur ex inſtrumento, & quanto tempore eius quæſtio preſcribatur.*
9 *Obligationes etiam ſcripturarum actiuè & paſsiuè tranſeunt in hæredem etiam fideiuſſoris, etiam ex iure Saxonico.*
10 *Omiſſa ſtatuto manent in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod illa ſunt interpretanda.*
11 *Fideiuſſores an in ſolidum, & quatenus obligentur, ut principales.*
12 *Principalibus, uel ita ſe obligantibus an dentur exceptiones fideiuſſoriæ, quibus non ſit renunciatum.*
13 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*
14 *Renunciatio qualis requiratur ad tollenda fideiuſſorum beneficia.*
15 *Fidei præſtatio pro iuramento eſt.*
16 *Iuramentum pro ſpecifica renunciatione eſt, & tollit etiam fideiuſſorum beneficia.*
17 *Clauſula Abſq; dolo, facit contractum bonæ fidei.*
18 *Contractibus bonæ fidei nõ admittit exceptionem excuſſionis.*
19 *Vbi principalis inſufficientia notoria, non eſt opus excuſſione.*
20 *Inſufficientia æſtimatur nõ ſolùm ex eo quòd non ſit ſoluendo, uerumetiam à difficultate conueniendi.*
21 *Non præſumitur ſolutum, quamdiu inſtrumentum eſt penes creditorem.*
22 *Scriptura ſemper loquitur, & in mala fide conſtituit.*
23 *Mala fides impedit omnem præſcriptionẽ.*
24 *Pactũ luitionis nullo tempore præſcribitur.*
25 *Immemoriale non eſt, cuius origo ſcire poteſt.*
26 *Dato initio excluditur immemorialis præſcriptio.*
27 *Quod defunctus præſcribere non potuit, nec hæres præſcribit.*
28 *Debitor quatenus ad penſiones ſortis teneatur & uſuras.*
29 *In executione habetur ratio intereſſe & uſurarum.*
30 *Verba enunciatiua nihil diſponunt.*
31 *Inducta ad augmentum, non debent operari effectum contrarium.*
32 *Inſtrumenta iure communi non habent paratam executionem.*
33 *Statutum ualet, ut inſtrumentũ habeat paratam executionem.*
34 *Exceptio uſurarum non impedit executionẽ inſtrumenti.*
35 *Inſtrumentum probat abſq; recognitione poſt mortem illorum qui ſunt inſcripti.*
36 *Inſtrumenta habent executionem paratam ubiq; locorum.*

Rationum decidendi ſummaria.

37 ¶ *Mutuum ſcriptura contrahi poteſt numeratione ſecuta.*

38 Vnde remonentur ſubſtantialia contractus, ipſe contractus remonetur.

39 Verba demonſtrant ſpeciem & formam contractus.

40 Contrahentes intelliguntur facere contractum, quem nominant.

41 Aliud non intelligitur actum, quàm quod ſcriptura expreſſum.

42 Clauſula adiecta declarant ſpeciem contractus:

43 Mutuum naturale & ciuile unde intelligatur ſubeſſe.

44 Vſura propriè in mutuū an cadant, & num debeantur.

45 Non conſiſtente obligatione ut cauſa, non cōſiſtit effectus.

46 Quod nullum eſt, nullum parit effectum, etiam inſtrumentum guarentigionatum.

47 Paria ſunt non eſſe, non apparére, non probari.

48 Contractus ſunt probandi, & quomodo probentur.

49 Fideiuſſor actus an ſuper eo poßit eſſe teſtis.

50 Priuatis ſcripturis ex ſtatuto poteſt conferri authoritas publici inſtrumenti.

51 Inſtrumentum guarentigionatum admittit exceptiones contra uitia inſtrumenti, ſolutionis item & ſimiles: num. ſeq.

52 Inſtrumentum uitioſum; aut imperfectum, non dicitur inſtrumentum.

53 Alij, quàm debitores, opponere inſtrumento poſſunt.

54 Ius & forum loci, ubi ſolutio deſtinata, non ubi contractum eſt, attenditur.

55 Inſtrumenta iure communi non habent paratam executionem.

56 Ius loci, ubi fit executio, attenditur.

57 Inſtrumenti executio quibus exceptionibus impediatur.

58 Inſtrumentum publicum, aut priuatum, an teſtibus habeat opus: & num. ſeq.

59 Fideiuſſores non ſunt loco teſtium in inſtrumentis.

60 Inſtrumentum nō ualet, niſi habeat ſua ſubſtantialia, naturalia, accidentalia.

61 Sigillum quādo faciat publicum inſtrumentum.

62 Scriptura priuata creditur contra eum, qui ſcripſit, aut ſigillauit, & eius heredem.

63 Loci, uel temporis omißio an & quando uitiet inſtrumentum.

64 Adiectio loci cur in inſtrumēto requiratur.

65 Vtrùm locus cōtractus, an deſtinata ſolutionis exprimendus.

66 Argumentum à tempore ad locum ualet, & contrà.

67 Exceptio præſcriptionis eſt litis finita quando poteſt incōtinenti probari: & num. ſeq.

58 Exceptionem præſcriptionis non allegatam an iudex ſuppleat.

69 Incontinenti probatur per inſtrumenta.

70 Fundans ſe in inſtrumento, debet pati, ut idē contra ſe ualeat.

71 Exceptio præſcriptionis aduerſus inſtrumentum guarentigionatum poteſt opponi.

72 Exceptio præſcriptionis eſt loco ſolutionis.

73 Omni actioni 30. annis præſcribitur.

74 Præſcriptionis requiſita.

75 In præſcriptione 30. annorum non opus eſt titulo, aut poſſeßione.

76 Præſcriptionem actionum an impediat mala fides.

77 Præſcriptio Sax. an impediatur à mala fide.

78 Debitor nō eſt in mala fide, q ſcit ſe obligatū.

79 Mala fides præſumpta non impedit uſucapionem.

80 Mala fides debitoris & interruptio contra eū facta, non nocet fideiuſſori.

81 Bona fides in dubio præſumitur, maximè poſt 30. annos, qui præſumptionem malæ fidei excludunt, adeò ut hæc difficulter probari exinde poßit.

82 Actioni necdum nata & conditionali non præſcribitur.

83 Prorogatio termini non liberat fideiuſſores.

84 Præſcriptio principalis, ut ſolutio, prodeſt fideiuſſori.

85 Obligatio fideiuſſoris tranſit in heredem, niſi ſit aliter conuentum.

86 Pactum non debet fruſtra uideri appoſitum.

87 Particula Si, importat conditionem, ſicut etiam dies mortis.

88 Conditio ſpecificè ſeruanda, ut forma actus.

89 Fideiuſſorum obligatio ſtricta: nec ultrà tenentur, quàm promiſerunt.

90 Vniuerſalis Omnis, in quibus uerificetur.

91 Inſtrumentum conditionale, ut illiquidum, non habet paratam executionē, donec impleta conditio probetur.

92 Filij heredis fructus in feudo pro debitis paternis tenentur.

93 Hæres conuentus utitur iure ſui domicilij.

94 Iure Sax. hæres etiā abſq; confectione inuentarij adiens, non tenetur ultra uires.

95 Feuda non capiuntur iure hæreditario.

96 Vſura an, quando, quales debeantur.

B. à

BA' VV.nobilis uiri demortuus pater F. 22.Februarij anno 1542.fideiuſſit cum alijs quinq; nobilibus pro A. Comite in M. nomine 5000. fl. quæ idem à G. B. equite acceperat mutuo, ſub pacto uſurarum 250. fl. quotannis pendendarum:à quo tempore uſq; in hunc 12. diem Octobris anni 1574.etſi nihil hactenus fuerit exactũ,tamẽ iam demum hæredes B. poſt eius & quatuor fideiuſſorum magna parte obæratorum mortem petunt totam ſortem cum uniuerſis tot annorum penſionibus à VV.hærede & confideiuſſore patris G.H.ſolo adhuc ſuperſtite:quæritur,an & quomodo VV.aduerſus creditoris hæredes tunc agentes ſe quopiam iuris colore tueri poſſit?

ET uidebatur prima fronte, ut loquitur Celſus in l.quingẽta.12.de probat. tueri ſe cõmodùm non poſſe, ideo ꝗ heredes creditoris fundatã habeant intentionẽ ex ſcri
1 ptura obligationis,quæ † eſt probatio probata,& nõ probanda,Bal.l.intereſt. nu.1. 2.C.de ſolu.l.ult.C.de uſur. pup. l.quoties.nu.6.C.de iudic.l.2.in prin. quãdo fiſ.uel priuat. & auth. qui ſemel in fi.C.quom.& quan.iud.auth.qui cõtra.in prin.C.de non num.pec.Hipp.l.ſi qs. nu.140.de quæſt.Soc.conſ.12.quoniam.in fi. uol.1.Dec.conſ.118.uiſo.in prin.Iaſ.reper.l.admonendi.nu.154.de iureiur. & l. 1.num.10.de oper.no.nunc.& conſ.124.factum.in prin.lib. 1.conſ.137.uiſo. lib. 4. faciens rẽ euidentem & notoriam,c.cùm dilecti.uerb.ex tenore inſtrumenti euidenter appareat. ubi Panor.in 1.notab.Barb. & Can. de donat. c.cùm inter. de re iudic.c.ad noſtrã.ubi Barb. in fi.c.cùm contingat.uerſ. ex tenore eorum deprehen. euidenter.de reſcrip.c.cùm acceſsiſſẽt.c.licet cauſam. de prob.c.auditus.de in integ.reſtit.c.euidẽtia. de accuſ.latè Tiraq. de retr. prox. §.2.glo.1.nu. 20.21.ut nõ immeritò Noli me tangere,à Baldo nominetur in conſ.249.ſuper libris.ad finem,lib.1.conſ.400.lib.5. Habet enĩ uim definitionis,Bald.conſ.233. ſi per inſtrumenta. in princ.lib.1. & facit rem manifeſtã, indubitatã, notoriã,gl.ult.uerb.manifeſtũ. C.de reb.cred. Soc.conſ.127.quoniã.nu.5. 6.lib.3.Alex.conſ. 37. uiſo.in fine,lib.2.conſ.135. circa.nu. 5. lib. 6.conſ.62.in cauſa.nu.3.lib.7.per text. c. cùm cõtingat.de reſcrip.c.accedẽs.1 ut lite nõ conteſt.c.cùm olim.in fin.de uerb.ſign.l.ſi plurib. uerſic.ex ſcriptura manifeſtiſſ. de uerb.obl.lațiſsimè Tiraq.præal.loc.de retrac.prox.§.2.gl.
2 1.nu.20.21.22.23.cum ibi alleg.Et hanc † ſcripturã cùm pater Vu. ſuo ſigillo ſciẽter (ut habet litera) ſecundũ principalem & reliquos fideiuſſores munierit, æquè ſe ſic obligauit,atque ſi ipſa ſcriptione ſua atq; manu ꝓpria uel ſubſcribẽdo ſe obſtrinxiſſet: ut enim quis deuincitur ex ſua ſcriptura,l.Publia.§.fi.depoſ.l. generaliter.C.de non nu. pecun.Bar.nu.2.Iaſ. nu.3.l.emptor. §. Lucius. de pact. & ꝓbare intelligitur,quę ſcribit,l.Caius. de pign.act. l.ſicut.§.non uidetur. quib.mod.pig.l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ubi Iaſ. in 1. notab. de uerb.obl.uel ſubſcribit.d.l.ſicut.§.nõ uidetur. qb.mod.pig.uerſ.ſed ſi ſubſcripſerit.§.1. uerb. ſubſcripta.Inſt.de empt. l. cõtractũ. uerb.ſubſcriptione.C.de iur.delib.atq; ad ea ſe obligare putatẽ,d.l. ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. d.l.emptor.§.Lucius.ſic etiã ſigillando, l. 2.C. qd' cum eo,qui in alte.pot.Rom.conſ.303.hęc ſcriptura.nu.1.2.Schurf.cõſ.17.n.12.13.cent. 1.
3 quæ † ſigillatio operaĩ approbationẽ & ratificationẽ ſigillantis, gl.l. 2.uerb.cõquiſita.C.de reb.alie. & l.ſi procurator. uerb. intelligendũ. de procur.Bal.c.1.nu. 6. & 7. de pac.Conſtan. Rom.conſ.303.hæc ſcriptura.num. 2.& plenè probat idipſum cõtra ſigillãtem, aut eius hæredem,Bart.l.quæ dotis.in fin.ubi Alex.ſolut. matr.c.tertio loco. in prin. ubi Fel. de probat. Dec.c.2.in fi.de fid.inſtr.& plus operaĩ, quàm ſubſcriptio,Purpur.repet.l.admonendi.num. 177.poſt Caſt.ibi de iureiur.cõtra ſigillantem ſcilicet, aut eius hæredẽ, de quo hic tractatur, Crau.de antiq.temp.part.1.§.quæritur. n.44. Quin etiã adfert fidẽ publicæ ſcripturæ,Bald. n.4.5.Sal.& Dd.l.ſi qua. C. de epiſcop.& cler. c.poſt ceſsionem.de prob.Lanfr. c. quoniam. uerb.inſtrumentũ.nu.2.de probat. Schurff.d. conſ.17.nu.12.cent.1.etiam ſine ſubſcriptione partis,Zaſ.conſ.1.orta.n.13.uol.1.Et huiuſmodi ſcriptura non minus obligant in ea cõtrahentes,ꝙ cõſenſu, uel alio modo cõſtituentes obligationem, Inſt.de obligat. in fin.de liter. oblig.per tot.l.nõ figura.de action.Non figura,inquit I.C.literarũ, ſed oratione, quam exprimunt literæ,obligamur:quatenus placuit nõ minus ualere,quod ſcriptura,quàm quod uocibus lingua figuratis ſignificaretĩ, l.cõtractus.C.de fid.inſtr.§.1.Inſt.de emp.& uend.l.3. uerſ.ſi tamen in inſtrumẽto.C.ſi minor ſe maior.dix.quia cõuentio & cõſenſus per ſcripturam demõſtratur,d.l.ſicut.§.nõ uidetur.quib. mod.pig.pręſertim ſigillatam,d.l.2.C.de reb. alie.nõ alien.Schurff.conſ.17.in prima.nu. 12. 13.cent.1.ubi firmat, præſumi acceſsiſſe cõſenſum eius,qui inſtrumentũ ſigillauit.Nam certè nõ ſcienter obſignaſſet ſuo ſigillo d.ſcripturam fideiuſſor Vu.cõſulentis huius pater,niſi obligare ſe uoluiſſet, d. l. non figura. l.uendicantẽ.de euict.l.Pomponius.§.1.in quib cauſ. pig.tac.contrab.Alber.l.Caius.num. 2. & 3.ff. de pign.actio.Bal.Sal.Alb.l.exceptione C.de euict.Raph.Fulg.cõſ. 67. paterfamiliâs.nu.3. latè Tiraq.in retr.prox §.1.gl.9.num.268.Sed
4 † & præſumitur ſigillũ eius uolũtate ac ſcientia appoſitum, Bal.l. ſi procuratorẽ, quæſt.3. de procurat.& l. 1. §. ſed ne ferendæ. C. de Lat. lib.toll.præſertim cùm hic acceſſerit Principis Comitis ſigillũ, & aliorum multorum nobi-

lium,quos uerisimile eſt,non coactos, nec er-
rantes,ſed ſponte & ultro,ac ſcientes ſigillaſſe
ſuam fideiuſſoriā obligationē, Molin.in con-
ſue.Pariſ.tit.1.§.5.nu.14.15.Schurff.d.conſ.17.
maximè hoc caſu,ubi inſtrumento eſt expreſ-
ſum, *haben wiſſentlich underdrucket.* Vnde dato,
5 quòd † aliàs non præſumeretur uoluntariè
ſigillum appoſitum:tamen hic ſatis illa uolū-
tas probatur,cùm inſtrumento ſit ſtandū,do-
nec cōtrà probetur,l.cùm precibus.C.de pro-
bat.perinde atq; cùm in teſtamēto ſcriptū eſt,
teſtes eſſe rogatos,Bauer.§.ult.nu. 42. Inſt.de
teſtamen. uel ipſi teſtes ſe ſubſcribunt ac ſigil-
lant:ex hoc eñ ipſo præſumuntur rogati, Ba-
uer.§.ult.nu.42.& poſt Porcium & Ang.ibidē
ex Bar.l. ſciendū. de uerb. oblig.Bal.l.hac con
ſultiſsima.C.de teſtamen.in prin.licet alioqui
rogatio non præſumat̃,Alex.& Dd in d.l.ſciē-
dum.in fin.de uerb.oblig.l.hæredes.§.in teſta-
mentis.de teſt.Alb.& alij in auth.rogati. C.de
6 teſtib.Sciētia † autem licet aliàs diſtinguatur
à uoluntate,Bal.l.nemo.num.6.C.de ſent.& l.
omnium.num.9.ubi Iaſon num. 4.C.de ſent.
Ang.in §.emphyteuſis.2.per illum tex.qui fa-
cit differentiam inter ſcientiam & conſenſum,
in auth.de alienat. & emphyt.Fel.in c.nonne.
num.5.de præſump.Alex.Ripa,Soc. Bolog.&
communiter Dd.l.2.§.uoluntatem,ſolut.mat.
Rom.ſing.783.ſtatutum. Tiraq. in ll.connub.
gl.5.ad uerb.expreſ. nu.35.36. tamē cùm agi-
tur de aliquo obligādo,qui in ſcriptura ſe pa-
titur obligari,& eam ſcienter obſignat, nō po
teſt non talis ſcientia pro conſenſu & uolun-
tate haberi,d.l.2.C.de reb. alien. non alienan.
addita præſertim præſentia eius, qui actum
prohibere potuiſſet,l.qui patitur. mandati:&
fideiuſsione facta, qua fideiuſſor conſentire
cenſetur in contractum,l.1.§.ſed etſi. ubi gl. &
Dd. ff. quod iuſſu, l. exceptione. ubi Bald. &
Alb.C.de euict.Tiraq.de retract.prox.§.1.gl.9.
nu.268.Deinde, quia non eſt permanſum hic
in terminis nudæ ſcientiæ,ſed ulteriùs proceſ-
ſum,& d. ſcriptura ſigillis fideiuſſorum com-
munita, ut aliter dici nequeat, quàm eos uo-
luntate ſua ſe obligaſſe,ex ſigillo,gl.& Dd.c.1.
§. præterea. uerb. regreſſum. quib. mod.feud.
amit.Mynſing.obſeruat.38.cent.2.latè Tiraq.
in retract.prox.§ 1.glo.9.nu.148.152.153.154.
156.& in ll.connub.in fi.uerb. expreſ. gloſſ. 5.
nu.23.quod plenè contra eos probat, & in cō
tractu obligat ex ſcriptura ſigillata,gl.Bald.&
Dd.d.l.2.C.de reb.alien.l. ſi procurator.uerb.
intelligendum.de procurat. Schurff. conſ.17.
num.12.13.cent.1.quæ inſtar eſt publici inſtru
menti,Bal.nu.4.& 5. Sal. & cōmuniter Dd. in
l.ſi qua.22.C.de epiſ.& cler. & c.poſt ceſsionē.
de probat.Innoc.& Can.c.1.de fid. inſtr. Lan-
franc.c.quoniam.uerb. inſtrumentorū. nu. 2.
de probat. præſertim hic à generoſo Comite
principali,& nobilibus eius fideiuſſoribus ſi-
gillata,Felin. c. poſt ceſsionē.nu.8.de probat.
Iaſ.l.pacta nouiſsima.nu.16.C.de pac.& in re-
petit.l.admonendi. nu.90. cum ſeq.de iureiu.
Schurff.conſil 7.licet.num.6.conſi. 17.nu.12.
7 13.conſ.39.in præſenti.nu.1.2.cent.1.Nec † ſa-
nè hic de ſolennitatibus extrinſecis uel intrin
ſecis inſtrumenti huius diſputandum eſt am-
plius,poſtquam 30.anni à dato inſtrumentò,
nempe anno 43.ſunt effluxi, & ita amodo o-
mnia ſolenniter præſumātur acta, quæcunq;
inſtrumento comprehenſa ſunt, dato etiam,
quòd aliàs non præſumeretur, Iaſon & Dd.d.
l.ſciendum.de uerb.oblig.& l.qui in aliena.in
princ.de acq.hæred.Fab.& Ang. §.ult. Inſt. de
fideiuſſ.c. peruenit. de emp. Crauet. de antiq.
temp.par.3.nu.6.7.11.Affric.in 3.notab.& Feu
diſtæ in §.ſi quis per 30. annos. ſi de feud. def.
8 Quare † ne quidem de numeratione pecuniæ
hic quærendum, cùm in inſtrumento diſertè
ſit poſitū,eam numeratā,& hoc nomine quie-
tatio ſubiuncta ſit,quæ plenam facit eius rei fi
dem, l. pecuniæ. 14. C. de ſolut. l. generaliter.
ubi Caſtr.nu.9.C.de non nu.pec.l.Publia.§.fi.
depoſiti,l.ſi acceptilatio.19. ubi glo.ult.de ac-
ceptilat.l.2.§.fi.ubi Bald.C.de quad.præſcrip.
Ferar.in form.libel.uend.uerb. ceſsit. num.7.
Tiraquel.in retract.prox.§. gloſſ. 16. num. 83.
cum ſequen.Salic.l.ſi ex precio.nu.6. C. de nō
num.pec.per l.lecta.in prin.ſi cert.pet.& l.ſi ita
ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerbor. oblig.
Iaſ.l.2.§.ult.num. 20. ſi cert. pet.cùm optimus
modus probandæ numerationis pecuniæ ſit
inſtrumentum, l. in contractibus. §. ſuper. C.
de non numer.pecun.d.l.pecuniæ.C.de ſolut.
l.fin.§.Titius.de condict.indeb. l. 1. & l. fin. C.
de apochis, lib. 10. l. Lucius. 47. §. tutelæ.de
adminiſt.tutor.& confeſsio numerationis, ac
ipſa numeratio, paribus paſsibus ambulent,
Specul. de teſtam. §. 1. num. 66. per l.fin.ad l.
Falcid.l.ſi rem.§.fi.de pig. action. Et quanquā
exceptio non numeratæ pecuniæ contra in-
ſtrumentum mutui propriè detur & cadat,d.
l.generaliter.& l.in contractibus.in princ. ubi
Bart.num.1.C.de non numer. pecun.Caſtren.
l.ſi non ſinguli.in fi.C.ſi cert.pet. Imol.c.ſi cau
tio.num.2.de fide inſtrum. tamen hic iampri-
dem ſublata eſt, non modò per lapſum olim
quinquennij,hodie biennij, in princ.Inſtit.de
lit.oblig l. ſi intra legibus definitum tempus.
ubi gloſſ.1.l.in contractibus.in princ. C.de nō
numer.pecun. l.ult.C. de condict.ex lege: ſed
etiam per 30.& plurium annorum decurſum.
Quanquam enim etiam poſt biennium exci-
pere de non numerata pecunia debitor po-
teſt,dum in ſe probationis onus ſuſcipere ue-
lit,quod intra biennium creditori incumbit,
Cyn.num.7.Bald.num. 13. 14. Salic.num.19.
20.poſt gloſſ. uerb. probare. l. ſi ex cautione.
Caſtrenſ.l.aſſeueratio. num.1.C.de non num.
pecun.Iaſon.l. manifeſtæ. nu. 6. de iureiuran.
tamen quando hæc exceptio ſit eiuſmodi, ut
per modum actionis etiam proponi poſsit,
l. 3. C. de poſtulan. Cyn. Bald. Salic. & com-
muniter Dd. l. ſi ex cautione. C. de non num.
pecun.

pecun.Felin.c.ſi cautio.antep.nu.60.cum ſeq.
de fid.inſtrum.ideo 30. decurſu annorum in-
ſtar actionum, & hæc præſcribitur,Bal.l.ſicut.
nu.12.C.de præſcrip.30.annor.Cyn.Bal.Sal.l.
licet 5.cum l.ſeq.C.de excep.per l.quæſitum.§.
ult. de pecul. Cùm igitur & hoc inſtrumento
conſtet hanc pecuniam mutuo datam & nu-
meratam eſſe,ſequens eſt,eandem à principa-
li,uel ſaltem eius fideiuſſoribus ac horum hæ-
redibus reddendam eſſe ex natura mutui,l.2.
9 l.3.& paſsim, de reb. cred.Etenim † huius ſcri-
pturæ obligatio & actio , ſicut actiuè tranſiuit
in creditoris hæredes, l. 2. ubi Dd. C. de pact.
int.empt.l.ſi neceſſarias.§.penult.de pign.act.
Bartol.Bald. Angel.Iaſon in l. decem cum pa-
trono.de uerbor.oblig.l. à teſtatore. de cond.
& demonſt.Bald.& Iaſ.in l.epiſtola.§.1.de pac.
& idem Bald. ca. 1. ex parte dari.in prin.de re-
ſcrip.& in l.cùm ſeruus.ut Iaſ.& Raph.Cuma.
de uerbor.oblig.maximè cùm eorum expreſ-
ſè ſit facta mentio, d. l. 2. uerb.ut ſiue ipſi,ſiue
hæredes ipſorum.C.de pac.int.empt.ubi Pe-
trus à Bell.pert.Cyn.Bald.Fab.Sal.& commu
niter Dd. Anchor.in c.conſtitutus.in 10. no-
tab.de in integ.reſtit.Bald.conſ.38.,ppouitur.
num.1.2.lib.3.conſ.70.apparente.in fin.lib.1.
Caſtr.conſil.249.ſtatutum.nu. 2.3.lib. 2.Dec.
conſil.680. in cauſa feudali.nu. 3. 4.ſic etiam
tranſiuit paſsiuè in fideiuſſorum hæredes,l.ſi
deiuſſores.24.l.pẽ.C. de fideiuſſ. Ang. Fab.&
Dd.§.2.Inſt.eod.per §.fideiuſſor. eod.tit.l.1.C.
ut act.ab hæred.Guid. Pap. deciſ.480.locaui.
num.2.non minus quàm in ſucceſſores prin-
cipalis debitoris,l.fideiuſſoris.24.uerſ.exem-
plo rei principal.C.de fideiuſſ. Crauet.conſil.
272.nu.2,3.d.l.ſi pactũ. de probat.l.ſi neceſſa-
rias.§.ſi in uendendo.de pig.act.l.2.C.de pac.
int.emp.Chaſſ.in cõſuet. Burg. tit. des rentes,
§.2.l.ſtipulatio iſta. l.2. §.itẽ ſi in facto. ubi Iaſ.
nu.3.4.de uerb.oblig.etiamſi nulla hæredum
facta foret mentio,ut latiſsimè cõprobat mul-
tis ad hoc allegatis Tiraq.in retrac. conuen.§.
1.gl.6.nu.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. cum ſeq.
& in terminis hoc decidit glo. in §. fideiuſſor.
Inſt. de fideiuſſ. ad uerb. relinquit obligatum
hæredem, ſiue hoc dictum ſit, ſiue non ſit. per
l.ex cõtractibus. de action. Idq; etiã iure Sax.
obtinet,quo licet exiſtiment quidam,fideiuſ-
ſoriam obligationem non tranſire in hæredẽ
ex iure municipali. Vueichbildt art. 118.& gl.
art.6.lib. 1. tamen contrà receptum eſt & pra-
cticatur, & nuper etiam cõſtitutum eſt art.20,
parte conſti.Saxon.2.ubi ſic habet textus: Die
burgſchaffi verbindet ipſo iure *der burgen erben , ob
gleich derer in der verſchreibung nicht gedacht* : quia
cùm iure cõmuni ſit trãſitoria in hæredẽ obli-
gatio,d.l.penul.d.l.fideiuſſoris. C.de fideiuſſ.
Inſt.de fideiuſſ.ubi traditur hæc regula: Fide-
iuſſor non tantùm ipſe obligatur,ſed etiã hæ-
redem relinquit obligatum , ſiue hoc dictum
ſit,ſiue non ſit,ut ibidem gl.interpretatur:nec
id ius moribus Sax. reperiatur mutatum ex-
preſſè d.art.118.Vueichbildt gloſſ.art. 6.lib.1.
meritò illi ſtari debet, l. ſancimus. C. de teſt.l.
præcipimus.C.de temp.app.l.cùm hic ſtatus.
de condit.& demonſt.l.nam ad ea. de cond.&
10 demonſtrat. nam † omiſſa ſtatuto manent in
diſpoſitione iuris communis , l. ſi extraneus.
6.ubi Iaſ.& Dd.de cond.cauſ.dat.l.ſi cùm do-
tem.ubi Bar.& Dd.ſolut.matr. Bald.Sal.& alij
in l.3.C.de inſt.& ſubſt. Schurff. conſ. 51.& 55.
cent.1.Iaſ.poſt alios l.illã. C.de collat.Imò ſta-
tuta ſunt interpretanda , quoad eius fieri po-
teſt,ſecundũ ius cõmune,l.2. ubi Bald. & Dd.
C.de noxal.act.Panor.in c.cauſam. num.6. de
reſcript.c.cùm dilectus. de conſuet. Iaſ. l. pro-
perandum.11.in princ.num. 5.C.de iudic.Ale.
conſil.140.uidetur.num.4.uol.2.Mynſinger.
obſer.5.centur.1.Crauet.conſil.259.num.2.&
conſil.236.num.9.ut quamminimùm ius cõ-
mune lædant,l.ſi cùm dotem.l.ſi uerò.§.de ui-
ro.ubi communiter Dd.ſolut.matr.dato etiã,
quòd uerba eſſent improprianda, Bart.num.
58.in l.omnes.de iuſt.& iur.ubi Dd.& l.1.C.de
ſumm.trinit.idem Bart.in l. Cæſar num.58. de
publican.Panorm.c.cùm dilectus.num.21.de
conſuet.Iaſ.& Dd.l.1.§. fin. quod quiſque iur.
Crauet.conſil.197.num. 6. Et quanquam ubi
expreſſè ueniunt contra ius commune, inter-
pretari debent,prout iacent,Iaſ.auth.nouiſsi-
ma.nu.24.C.de inoff.teſtam. tamen etiã tunc
recipiunt interpretationem paſsiuam à iure
cõmuni,Crau.conſ.236.nu.9.conſ.259.nu.2.
Nec enim ſtatuta oportet abhorrere ab æqui-
tate,Crau.conſ.195.nu.4.ideoq; reſtringũtur
nõ ſolùm ob rationẽ & cauſam expreſſam,ue-
rumetiam ob tacitam , conjecturatam & præ-
ſumptam,Crau.conſ.259 nu.5.cum ibi alleg.
de quo non opus eſt hic diſputare pluribus,
cùm,ut dixi, ſtatutum Sax.nihil hic innouet,
& ideo res iſta meritò maneat in terminis iu-
ris cõmunis , ſcilicet ut hæres fideiuſſoris per-
inde atq; ipſus defunctus teneatur obligatus,
d.§.fideiuſſor.Inſtit.de fideiuſſ.l.fideiuſſoris.l.
pen.C.eo.ex regula l.ex cõtractibus.de oblig.
l.ſi pactũ de probat.l. 2. ubi omnes Dd. & re-
petentes, C.de pac.inter emp.& uendit.hic au-
tem d.ã. Vu.hæres factus eſt patris, ſicut fate-
tur, & fieri debuit, cùm etiã bona feudalia ac-
ceperit, & adhuc poſsideat , quæ nequit acce-
ptare,niſi ſimul hæres fiat, c. 1.an filius uel ag.
ubi Dd. ſicut etiam nuper conſtitutum eſt cõ-
11 ſtit.47.parte 2.Quanq̃ † autẽ plures hic acce-
pti ſint fideiuſſores , qui licet ipſo iure in ſoli-
dum obligentur,l.3.C.de fideiuſſ. §. ſi plures.
uerſ.in ſolidum obligantur. ubi gl. Ang.Fab.
Por.Inſt.eo.tit.habent beneficiũ diuiſionis,d.
§.ſi plures.Inſt.de fideiuſſ.& ibidẽ Ang.ac Dd.
Guid.Pap.deciſ. 570. tñ iſto caſu, cùm alij nõ
ſint hic ſoluẽdo , ſicut nec ipſe principalis de-
bitor Comes,meritò qui ſuperſunt, & à quib.
ſolis duntaxat litis conteſtatæ tẽpore idoneis
ſolui poteſt,exigunt̃ iam in ſolidũ , l. ſi Titius.
49.l.inter eos.l.ſi plures.28.de fideiuſſ.l. 3.C.

eod.tit. cùm etiam rei idonei debendi, qui lu-
re nouo beneficiũ diuidundarũ habent, in ſo
lidum tamen ẽt teneãtur, quãdo alij ſiunt nõ
ſoluẽdo, uel ſunt abſentes, §.1.in auth.de fide-
iuſ.auth.hoc ita.ubi gl.C.de duob.reis, Tiraq.
de retrac.prox.§ 31.nu.10. Multò igitur magis
idem dicendum in fideiuſſoribus, qui in ſoli-
dum ex natura cõtractus obligant̃, d.l.3. C.de
fideiuſſ. Ang. Fab.& Dd. in §.ſi plures. Inſt.eo.
tit.l.reos.§.1.ubi gl.& Dd.de duob.reis, Tiraq.
de retrac.prox.§.30.gl.1.nu.10.etiam ſi iure no
uo aliud ſit in duobus reis cõſtituendi, auth.
hoc ita.C.de duob.reis. Nam hi ſe principali-
ter, & ideo tacitè quodammodo uiriliter obli
gãt: fideiuſſores autem ſinguli pro ſecuritate
ſpõdent, & fide ſua alienã obligationẽ ſinguli
eſſe iubẽt: unde meritò in ſolidũ tenẽtur, ſecũ-
dum gl.cõmuniter approbatam d.§.ſi plures.
Inſt.de fideiuſſ.l.3.in fi. C.de fideiuſſor. maxi-
mè quãdo ſe cõſtituerũt principales, Hipp.de
Marſil.de fideiuſſ.in rub.nu.62.cum ibi alleg.
de quo nõ diſputandũ eſt ſubtilius: cum hic
ſinguli expreſſè ſe obligarint in ſolidum, &
ideò meritò ſic teneant̃, l. 2. 3. l.duos.6 §.1.cũ
ſimilib.de duob.reis. Sic enim habent uerba,
*Als rechte ſelbsſchuldige unerſchiedentliche burgen ſein
wollen*, &c. Debẽi enim teneri, prout ſe obliga-
runt, Rom.conſ.114.uiſis.n.3.4. ut illud nihil
opereẽ, ꝙ nõ addita ſit clauſula, *einer uor allen*;
quoniã per æquipollentia ſuppletur, Tiraq.
de retrac.prox.§.31.gl.1.nu.11.& 12.cum ibi al
leg. Et quanquam principales effectu etiã ha-
beantur pro fideiuſſoribus, ad quos pecunia
non peruenit, l.ſi non ſinguli.C.ſi cer.pet.l.uir
uxori.§.fin.ubi gloſ.ad Velleian. l.1.l.reos.ubi
Bal.C.de duob.reis, Ferrar.in form.lib.contra
plures reoa deben.uerb.quilibet ipſorum.nu.
4.& 5.Rom.conſ.114.uiſis.nu.1.& 2.Tiraq.la-
tè de retract.prox.§.30.gl.1.no. 8. etiã ipſi cor-
12 rei debendi, l.reos 11.de duob.reis: tamẽ † nõ
dantur illis beneficia fideiuſſorum excuſſio-
nis, diuiſionis, &c. Hippol.de Marſ.in rubr.de
fideiuſſ.num.62. Bart.l.ſi conuenerit.nu. 2. 3.
de pig act.Bald.l.fruſtra.nu.1.C.de non num.
pecun.Spec.de renunc.& concloſ.§.1.num.13.
Alexand.ad Bartol.l. Marcellus.uerb. tamen.
de fideiuſſ.per l. ſi fideiuſſor.ubi Bart.Bald.de
pac Iaſ.in l.ſingularia.nu. 39. ſi cert.pet.Rom.
conſil.114.uiſis.num.3.4.cum ſeq.addens ra-
tionem, quoniam ubi eſt expreſſa obligatio-
nis qualitaa, non debet ea in dubium reuoca-
ri: ſcilicet an fideiuſſor ſit, uel principalis, ſed
pro principali obligatur & habetur, qui ſe, ut
principalis, obligauit, l.ſi non ſinguli.C.ſi cer.
pet.ex ratione l.illi.§.cùm in uerbis. l. non ali-
ter. ff. de leg. 3. quia fideiuſſores ſibi ipſis eſſe
neqoeunt, l.hæres 22.§.ſeruo tuo.in fine, de fi-
deiuſſ. Quod etſi controuertant alij, ut etiam
talibus competant exceptiones fideioſſoriæ,
ſicut ita practicatur ex æquitate, gl.§.1.uerb.ſi
deiuſſorem.in auth de fideiuſſor. uerſ.quid, ſi
principaliter ſe cõſtituit. Aretin.in §.ſi plures.
circa fin. Inſt. de fideioſſ. Panor.& Canoniſtæ
in c.2.ext.eo.tit.Guid.Pap.deciſ. 570. num.6.
tamen illud extra dubium eſt, cùm fideiuſſo-
res, uel etiam correi debendi principales ex-
preſſè his exceptionibus renunciarunt, ſicut
hic eſt factum, glo.d.auth.hoc ita.in uerb. *Son-
derlich uerzihen wir uns der priuilegien excuſſion, und
diuiſion, und aller andera freiheiten.* Nam expreſſè
talibua renunciari poteſt, Hippol.de fideiuſſ.
num.29. Aretin.& Dd. d.§. plures. in fin.Inſt.
de fideiuſſor.ut omnino neceſſe hic ſit, in ſoli-
dum ſingulos teneri, cùm beneficia diuiſio-
nis expreſſa pactione repudiarint & amiſe-
rint, Hippol.d.rub.de fideiuſſor.num.28.cum
ſequen.Bellon.Angel.Fab.& Dd.d.§.ſi plures.
Inſtit.de fideiuſſ.num. 28.cum ſeq. Maran. de
ord iud.parte 6.num.7.19.29.Dec.l.ult.num.
20.ſi cert.pet.Bart.in fin.Iaſ.nu.15.in l. ſed etſi
quis.§.quæſitum.ff ſi quis caut.Bal.l.1.C.com
mod.& l.pactum.C.de collat. l.ſi diuerſa.C.de
loca Bart.l.1.ſi quis in ius uoc. Aret. conſil.33.
nu.7.8.10.Rom.conſ.392.circa. nu. 10.cũ ſeq.
& conſi. 472.in eo.nu.1.2.Imol. conſ.46.Soc.
conſ. 200.quoniam ex forma.nu.1.2.3.4.uol.
2.Dec.conſ.27.pro uirili.nu.1.2.3.4.5. Afflict.
deciſ.182.quia.num. 13. etiamſi correi deben-
di eſſent, Tiraq.de retract prox.§.31.gl.1.num.
10.& 11.per gloſſ.authen. hoc ita. C. de duob.
13 reis. Lex † enim nõ ſuum, ſed tuum tibi dene-
gat auxilium, gloſſ.& Dd. l.1.C.ſi aduer.uend.
l.ex aſſe. ad Trebel. & mitiùs agitur cum lege,
quã homine, l.Celſus. de arb. Bart.l.amplius.
rem rat. hab. cuius prouiſio tollit prouiſionẽ
legis, l.ult.ubi gl.& Dd. C. de pac.conuen.Iaſ.
§.item Seruiana.nu.69.& 70.Inſtit.de action.
Schurff.conſil. 2a. cent. 1. nam lex illi non ca-
uet, qui ſibi cauit, Spec. de pignor. §. 1. nu. 19.
14 Et † qoidẽ potiſsimùm hæc obtinent, quan-
do expreſſè renunciant fideiuſſores benefi-
cija legis quibuſdam, cum clauſula generali
ſubiecta, quæ reliqua omnia tollit, Ang. Aret.
d.§ ſi plures. in fin.& ibi Bello. atq; alij, Inſtit.
de fideiuſſor. Iaſon l.ſed & ſignis. §.quæſitum.
num.15 ff ſi quis caot. Ronchegallus l.3.§.ubi
duo fol.41.42. cum ſequen. ff. de duob. reia,
Hippol de fideiuſſ.num.29.30.id quod hic fa-
ctum apparet ex uerbis ſuprà recitatis, *und al-
ler andern freiheiten*, &c. maximè accedente fidei
præſtatione, Socin.conſil 125. num.19.uol.4.
quæ hic diſertè acceſsit & ſubiuncta eſt in uer-
bis, *Bereden unnd geloben bey unſere edelmans trawen
und glauben, ſolchs alles unnd jedes ueſt und unuerbre-
chlich zuhalten, trewlich und ſonder geferde*, &c. Nã
15 † fidei præſtatio pro iuramento eſt, Mynſing.
obſer.17.centur.1. pro quo text. quem ad hoc
ponderat Panor.num.4.& 5. Imol.num.4.de
his quæ ui metuſ. cauſ. Hoſtien. de iureiuran.
nu.1.gloſſ.c.querelam. uerb. præſtita. ne præ-
la.uices ſuaa, c.peruenit. de fideiuſſ. c. 1. de ſe-
pult. in 6. Bald. c. literaa. in fin.de præſumpt.
Iaſon l.3.§. iurari. num. 3. de iureiuran. quod
16 † habetur pro ſpecifica renunciatione, Bart.
num.

num. 6. Salic. num.20. Iaſ. 56. in auth. ſacra-
menta puberum. C. ſi aduer. uend. Bald. l. 1.
num. 4. C. commodati, Bart. num. 8. & Dd. l.
ſciendum. de uerbor. oblig. Bart. num. 1. Ca-
ſtrenſ. & Dd. l. ſi duo. §. Idem Iulianus. de iure-
iuran. & hanc communem eſſe teſtatur Alex.
conſ. 27. uiſo. num. 7. conſ. 42. ſuper. per to-
tum, uol. 1 & eſt textus in c. reſcripto. ubi Bald.
nu. 2. & Dd. de iureiur. adeò ut taliter nedum
principalibus, ſed etiã fideiuſſoribus, omnia
iuris beneficia adimantur, Alexan. in apoſtil-
la ad Bartol. l. Marcellus. uerb. tamen, de fide-
iuſſ. Bald. c. ex reſcripto. num. 2. de iureiuran.
Hipp. in rubr. de fideiuſſ. nu. 29. Soc. reg. 134.
fallen. 1. Alexa. conſ. 24. uiſis. num. 48. uo. 1. Et
17 † clauſula, Abſq; dolo, *ſonder geſehrden*, quę hic
etiam inter alias eſt adiecta, facit contractum
bonæ fidei, Bal. conſ. 243. nu. 2. lib. 1. pro quo
textus in l. hoc iure. §. ult. ff. de reg. iur. ubi bo-
na fides & clauſula, ſeu promiſsio de præſta-
18 tione doli exęquantur. Quod † genus exce-
ptiones fideiuſſorias, excuſsorias, &c. exclu-
dit, Hipp. de fideiuſſ. nu. 9. & 12. Iaſ. § itẽ ſi quis
in fraudem. nu. 78. Inſt. de actio. & l. ſingula-
ria. nu. 39. & l. creditum. num. 19. ſi cert. petat.
Chaſſ. in conſuet. Burg. rub. 5. §. 2. in princ. nu.
31. per Bal. l. fruſtra. num. 1. C. de non num. pe-
cun. ut quæ ſint de apicibus iuris, l. ſi fideiuſ-
ſor. 29. §. ult. ff. mãdati. Iurata porrò ſpecificè,
& ſine ullo ſubterfugio ſunt implenda, Iaſ. in
§. itẽ ſi quis. 2. nu. 12. Inſt. de act. & maior ani-
mæ quàm bonorum, ratio eſt habenda, l. ſan-
cimus. C. de ſacro. eccleſ. gloſ. §. ſi quis prædi-
ctis. uerb. ſi enim. in auth. ut cùm de app. co-
gnoſ. Iaſ. l. licet. nu. 5. C. de pac. per c. cùm infir-
19 mitas. de pœnit. Deinde † tam notoria hic eſt
principalium inſufficientia, ut excuſsio nulla
ſit recipienda, cùm eam fieri nihil fideiuſſorũ
interſit, Cyn. nu. 2. Bal. nu. 1. in auth. præſente.
C. de fideiuſſ. Hip. de fideiuſſ. num. 10. in auth.
hoc ſi debitor. C. de duob. reis, Iaſ. §. itẽ ſi quis
num. 35. de iuriſdict. Bald. l. 1. num. 2. poſt glo.
C. ubi cauſ. ſtat. Fel. c. cùm cōtingat. num. 2. de
reſcrip. Alciat. reg. 3. præſum. 5. nu. 4. & omni-
no quidē poſt 30. annos pręſumitur, quia tali
ſpacio malę fidei præſumptio omnis tollitur,
Bart. nu. 17. & communiter Dd. in l. ult. C unde
ui, Iaſ. §. ſed iſtæ. num. 100. Inſt. de act. Balb.
l. Celſus. part. 3. num. 11. de uſucap. Crauet. de
antiq. temp. parte 4. §. materia. num. 16. 17. 21.
Dec. cōſ. 257. non excedit. num. 4. 5. cōſil. 267.
conſil. 558. conſil. 266. & paſſim, Alex conſ. 6.
num. 2. cum ſequen. lib. 1. conſ. 151. num. 7. lib.
2. Curt. ſenior cōſil. 82. nu. 4. 5 Iaſ. conſil. 57. in
fine, cōſ. 72. lib. 1. Curt. iun. cōſ. 52. n. 11. Matth.
Affl. deciſ. Neap. 40. nu. 2. dato, quòd cōſtaret
de antiquiore titulo, & ſic de mala fide poſſi-
dentis, Panor. c. ſi diligēti. nu. 16. de præſcript.
Salic. & Dd. d. l. ult. C. unde ui, Balb. d. l. Celſus.
parte 3. num. 31. dicēs hanc eſſe communem,
Dec. cōſ. 558. in cauſa. nu. 11. 12. 13. ut hæc malę
fidei allegatio non poſſit hic obſtare exce-
ptioni præſcriptionis ex inſtrumēto apparen-
tis, niſi aliter de mala fide debitoris probari
queat, cùm ex ſolo decurſu 30. annorum ſatis
bona fides probetur ſemper, donec ex aduer-
ſo mala fides doceatur, Franc. Balbus d. l. Cel-
ſus. parte 3. num. 11. de uſucap. per Innoc. in c.
2. nu. 8. de in integ. reſt. quæ difficulter tū pro-
bari poteſt, ut ibidem Balb. num. 13. glo. uerb.
niſi. & Philip Franc. num. 14. in c. 1. de præſcr.
in 6. Ang. §. furtiuæ. nu. 1. Inſtit. de uſucap. Cal-
can. conſi. 6. in fin. conſil. 53. num. 3. deciſ. Nea-
pol. 366. in cauſa. numer. 10. cum aliis allegat.
ſuprà conſil. 4. numero 87. Nec uerò obſtat,
quòd hæredes fideiuſſoris hic diſertè tantùm
obligati ſint demum poſt omnium mortem,
ut tunc tenerentur in uerbis: *Wo die burgen alle
verſtorbē, als dan ſollen jhre erben in ſolche burgſchafft
und ſelbſtſchuldſchafft zutretten verpflichtet.* Vnde
82 † uideri poſſit nullam, quoad hos, cucurriſſe
præſcriptionem hactenus, cùm necdum nata
fuerit contra eos obligatio, uel actio: utpote
necdum exiſtente cōditione obligationis eo-

& l. 3. in 1. oppoſ. de leg. 1. per l. ſi Titio. ubi Bar.
quando dies leg. præſertim concepta in tem-
pus mortis, ut hîc, cuius dies incerta per ſe
conditionem habet, l. in fin. l. dies incertus. l.
quibus diebus. §. quidam. de cond. & demõſt.
iuxta diſtinctionem Bal. l. ambiguitatem. nu.
88 4. C. de uſufr. Conditio † autem ſpecificè ſer-
uanda, l. Mæulus. l. qui hæredi. de cõdit. & de-
monſt. Tiraq. in retract. conuen. §. 2. glo. 1. & u-
nic. num. 4. tanquam forma & ſolennitas con
tractus, Bald. authen. matri & auiæ, in prin. C.
quando mulier tut. off. per l. 2. §. ult. ubi Iaſ. &
Dd. de uulg. & pup. Tiraq. latè de retract. pro-
xim. §. 1. gloſ. 21. num. 13. & de retract. conuent.
§. 2. gl. 1. num. 3. & cauſa finalis, Tiraq. ibidem
per Bartol. l. 2. §. ult. in princ. de donat. & l. de-
monſtratio. §. quod autem. de condit. ne ultra
ſuam intentionem obligentur contrahentes,
l. non omnis. ſi cert. pet. cum ſimilibus, latè Ti-
raq. de retract. prox. §. 30. gl. 1. nu. 7. 8. 9. 10. 11.
maximè fideiuſſores pro alio intercedentes, l.
centum. l. ult. de eo quod cert. loc. l. fideiuſſo-
res magiſtratuum. l. Græcè. §. 1. 2. de fideiuſſ.
89 quorum † obligatio ſtricta eſt, l. blanditus.
C. de fideiuſſ. ubi Dd. & ideo non tenētur, niſi
quatenus promiſerunt, l. ſi fideiuſſor fortis. l.
fideiuſſores magiſtratuū. l. Græcè. de fideiuſſ.
l. 2. § ſed ſi. qui ſatiſdar. cogan. l. ſolutum. §. 2.
de pignor. act. l. penult. ut leg. nom. dato etiã,
quòd principalis amplius teneretur, l. Græ-
cè. §. illud. §. ult. de fideiuſſor. gloſſ. uerb. præ-
ſtabilis. in l. quæro. in princip. ubi Dd. locati.
Cùm igitur adhuc ſuperſit unus fideiuſſorū,
nempe H. ſequens eſt, nõ extitiſſe caſum, quo
hæredes teneri queant, cùm uerbum uniuer-
ſale, *Vno die burgen alle uerſturben*, non poſsit
uerificari, niſi omnibus mortuis: nam uni-
90 uerſalis † Omnis, omnia comprehendit, ni-
hil excipit, l. Iulianus. de legat. 3. præſertim in
futurum (ut hîc) concepta, Bart. numer. 3. 4.
& Dd. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & uerificatur
tantùm in pluribus comprehenſis, Bartol. in
proœm. Digeſtorū, uerb. omnem. nam totum
cõplectitur, l. ſerui. §. fin. ubi Bar. l. ſi ex toto. de
legat. 1. Dec. conſ. 69. num. 5. Crauet. conſ. 80.
num. 15. uolum. 1. neq; ſcindi poteſt, Tiraquel.
de retract. prox. §. 1. gloſſ. 21. num. 12. 13. 14. &
de retract. conuent. §. 2. gloſſ. 1. num. 3. & 4. ſed
in omnibus uerificari debet, non in uno tan-
tùm, aut altero eorum, quibus adiecta eſt, l. ſi
fuerit. in princ. de man. teſt. l. ſi plures. ubi glo.
uerb. conditionem. Bald. & Dd. C. de condit.
inſer. l. cui fundus. ubi Bartol. de condit. & de-
91 monſtrat. Et conſtat † inſtrumẽtum in talem
conditionem conceptum, non poſſe execu-
tioni mitti ante quàm ſpecificè cõditio ſit im-
pleta, Crauet. conſil. 220. num. 10. nec habere
executionem paratam ante conditionem im-
pletam, & donec impletum eſſe probetur, e-
tiamſi ex ſtatuto guarentigionatum, Bald. l.
cum teſtamento. in fi. C. de teſtam. man. Imol.
Angel. l. fin. §. Titius. de uulg. & pup. Alexan.
l. qui balneum. qui pot. in pign. Nec enim eſt
inſtrumentum liquidum antè quàm condi-
tio eius liquidetur: Caſtrenſ. & Alexan. l. item
quia. in princ. de pact. Bald. l. ſi quidem. num.
3. 4. C. de excep. Alexan. cõſil. 119. parte 1. nam
conditiones ſpecificè implendæ ſunt: ſicut di-
ctum eſt ex l. qui hæredi. l. Mæuius. de condit.
& demonſtrat. & ſuſpẽdunt actum, l. cedere. de
uerb. ſig. l. neceſſariò. de peric. & com. rei uen-
dit. l. ul. com. prædior. adeò ut pro imperfecto
pendente conditione habeatur, Menoch. con
ſil. 88. num. 9. & nõ præſumuntur impletæ, ni-
ſi probentur, Caſtrenſ. Alexan. & Dd. d. l. item
quia. de pact. quoniam hoc eſt de ſubſtantia
probationis, Bald. conſil. 122. dictus proceſ-
ſus. in princ. lib. 3. Tiraquel. de retract. con-
uent. §. 2. gloſſ. 1. numer. 4. Vnde inſtrumẽtum
guarentigionatum non habet executionẽ pa
ratam, niſi liquidata conditione, Alex. l. item
quia. in princip. de pact. Bald. l. ſecunda, C. de
execut. rei iudic. Et ut maximè (poſito, non
conceſſo) teneretur hic Vu. nomine ſui pa-
tris, cui ſucceſsit, non tamen uel ex eo capite
poſſet cõueniri, quòd iampridem duplo plus
nomine patris exſoluit, quàm ex eius hæredi-
92 tate percepit. Quanquam † autem iure com-
muni hæres adeundo omnibus debitis hæ-
reditarijs & ad omne æs alienum obſtringi-
tur, ſi adierit ſine beneficio inuentarij, §. ante-
pen. & pen. Inſt. de hæred. qual. l. ult. § in com-
putatione. ubi Bald. Salicet. Mont. & Dd. C. de
iur. delib. ad quorum diſſolutionem non tan-
tùm res eius allodiales capiũtur, uerumetiam
in fructus feudi ad ipſius uitam nomine pa-
ternorum debitorū fit executio, Caſtrenſ. nu-
mer. 4. Angel & Dd. l. pro hærede. §. ſi quid ta-
men. de acquiren. hæredit. tamen illa non ob-
tinent in ſolo Saxon. ubi hic domicilium Vu.
habet conſtitutum, & cuius iure meritò catė-
nus utitur, Landtrecht lib. 3. art. 33. & 44. ubi
gloſſ. quia licet contractum intelligatur eſſe
93 loco deſtinatæ ſolutionis, tamen † cùm ibi
non ſit hic reus, nec habitet, in contractibus
non fit remiſsio, Caſtren. & Dd. l. 1. de eo quod
cer. loc. & meritò attẽditur ius loci, ubi agitur,
& res ſita eſt, & hic reus domicilium habet, ac
hæreditatem tenet paternam, l. unic. ubi Sa-
lic. C. ubi de hæred. Pariſ. conſil. 120. numer.
10. uolum. 1. & ubi executio contra eum faci-
enda eſt, Bald. l. ult. numer. 1. C. de iur. domin.
impetran. l. ordo. numer. 1. 6. 7. C. de execut.
rei iudic. & iſta exceptio nihil pertinet ad il-
lud inſtrumentum, ſed eſt res planè ſeparata,
quam iſte hæres ex iure communi Saxon. du-
cit, ut omnino hoc iuris beneficio iuuari, non
decipi debeat, l. Paulus. de prætor. ſtipul. non
obſtante illo inſtrumento nihil ad ius hære-
ditarium & beneficia hæredum pertinente: ut
ex ſeparatis nihil inferri poſsit, l. Papinianus
exuli. de minorib. l. fin. de ſeparat. l. inter. §. ſa-
94 cram. de uerb. obligat. Nam † hoc iure etiãſi
hæres adeat ſine cõfectione inuẽtarij, non ta-

men ultra uires paternæ hæreditatis ad æs pa‐ tris alienum tenetur, Landtrecht lib. 1. art. 6. & 22. ubi gloſſ. Reinbard. different. 38. Henning. Goden. conſil. 15. de ſucceſſ. feud. & proinde nec fructus feudi eius hoc nomine poſsint obligati eſſe, cùm non in patris ſint hæredita‐ te, ſed ipſiuſmet propria bona poſt mortem patris quæſita, excepto ultimo anno, quo pa‐ ter mortuus eſt, Reinbard. differ. 11. parte ult.

95 per art. 76. lib. 3. quemadmodum † & feuda ipſa, quæ non capit iure hæreditario, Mynſin ger. obſeruat. 67. centur. 1. ſed beneficio pri‐ mi acquirentis, ideoque nec iure, neque nomi‐ ne hæreditatis ueniunt, cap. 1. de eo qui fin. fec. cap. generali. ubi Lauden. ſi de feud. con‐ trouer. cap. 1. ubi gloſſ. de cap. qui cur. uend. c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. clientulus. de alie. feud. Bald. authen. in ſucceſsione. ad fi. C. de ſuis & legit. cap. 1. ubi Aluar. & Feud. an agnat. uel fil. ubi Bald. numer. 12. Iaſon & communiter Dd. l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & poſthum. Iaſon in §. actionum. num. 210. Inſt. de action. & in præl ud. feud. numer. 43. Bald. l. cùm ui‐ rum. nu. 21. Cod. de fideicommiſſ. & l. 1. quæſt. 48. de rerum diuiſion. latè Tiraquell. in tract. mortis, 4. parte declar. §. numer. 18. & de re‐ tract. proxim. §. 1. glo. 3. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Quamuis etiam teneretur ad ſortem principa‐ lem, diſputari tamen poſſet, an ad uſuras, uel penſiones prom iſſas: quia cùm ſint promiſſæ nomine uſus pecuniæ Comiti mutuò datæ, ni hil aliud ſunt, quàm uſura, quæ propriè in mutuum cadit, l. 2. §. creditum. ubi Dec. in 3. notab. ſi cert. pet. cap. 4. cap. conſuluit. 10. de uſur. Panorm. conſil. 62. circa. in fin. lib. 1. Cra‐ uet. conſil. 189. quando. numer. 7. conſil. 145. numer. 6. per gloſſam 14. quæſt. 3. quam dicit communem ſententiam Molin. tract. de uſur.

96 in princip. num. 8. & 9. Quanquam † autem ſore ciuili ueteri ex ſtipulatiõe deberi poſſunt, l. Titius. de præſcrip. uerb. l. 1. C. de iudic. l. 1. l. 3. C. de uſur. ſicut & ex mora, l. cùm quidam. §. ſi pupillo. de uſur. Iaſon l. 1. poſt Bart. num. 48. C. de ſumma trinit. intra legitimum modum, l. ſi pro mutuo. C. ſi cert. pet. definitum, l. eos. C. de uſur. l. placuit. ff. eod. & cauta in inſtru‐ mento (ubi uſuræ) pro ſtipulatione habe‐ antur, l. non figura. de oblig. & action. tamen lex diuina prohibet uſuras in utroque teſtamẽ‐ to, c. 4. de uſur. Panor. in rub. eod. num. 5. Mo‐ lin. de uſur. in princ. num. 9. 10. 11. 15. Alexan. conſil. 93. num. 8. uolum. 6. & Canonicum ius omnes generatim damnat, cap. 1. 2. 3. 4. & paſ‐ ſim, de uſur. cap. 1. 2. 14. quæſt. 3. 4. 5. 6. quod ius in hac cauſa peccati etiã in foro ciuili iam ſeruandum eſt, c. 2. ubi Dd. de uſur. Bald. Sal. & alij, l. eos. C. eod. tit. Balb. tract. præſcrip. in princ. num. 2. 3. Negozan. de pig. parte 5. Soc. conſil. 39. uiſis. num. 5. uolum. 1. Dec. conſil. 210. num. 6. Schurff. conſil. 83. prædictæ. num. 11. cent. 3. atque adeò etiam Iuſtinianus puta‐ tur nouiſsimo iure ciuili uſuras omnes ſuſtu‐ liſſe, ex quo concilia quatuor uniuerſalia pro‐ bauit, quibus uſuræ damnabantur, in auth. de eccleſ. tit. ut de hoc concilij Niceni decreto conſtat ex c. quoniam. diſt. 47. & hanc com‐ munem facit Panorm. cap. cùm ſit. num. 18. de for. compet. Couar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 7. Salic. in authen. ad hæc. num. 3. & 5. C. de uſur. Cache. deciſ. Pedemont. 137. num. 9. Quocir‐ ca hodie neque ex ſtipulatione, nec ex mora u‐ ſuræ debentur, Iaſ. l. qui Romæ. §. Seia. nu. 29. de uerbor. oblig. ne quidem ex litis conteſta‐ tione, uel ſententia, Angel. in §. fuerat. num. 4. Inſt. de action. Natta conſil. 450. num. 14. Pa‐ nor. & communiter Dd. in rubr. & c. 1. de uſur. Nam iure nouiſsimo, etiam ciuili, omne fœ‐ nus eſt improbum, Sal. nu. 2. poſt Bald. l. im‐ probum. C. ex quib. cauſ. infam. & l. eos. num. 8. C. de uſur. glo. cap. quia. ubi Panor. nu. 7. de uſur. Alber. l. ſi pecuniam. nu. 3. ſi certum pet. Guid. Pap. & Alex. præal. loc. Cacher. deciſ. Pe‐ dem 137. nu. 9. Ruin. conſ. 145. num. 9. lib. 4. Roland. à Valle conſ. 35. num. 26. Crot. conſil. 86. nu. 1. Socin. conſil. 2. num. 3. lib. 1. Cotta in memorab. incip. uſuræ triẽtes. Sed nec de hoc anxiè diſputandum, poſtquam ordinationes Imperij & locorum ſtatuta quincũces uſuras admittunt, ut executionem etiam ita fieri ſu‐ per his quotidie uideamus. Itaque ſufficiat hic illud, quòd, ubi ſors ipſa peti non poteſt ab hoc hærede fideiuſſoris, per rationes ſuprà di‐ ctas, ibi nec uſura peti queat, l. 4. C. de uſur. l. 4. C. depoſiti, l. terminato. C. de fruc. & lit. ex‐ penſ. l. centũ Capuæ. l. ult. ubi Iaſ. & Dd. de eo qđ cert. loc. & in l. 1. C. de iudic. cũ ſimil. Qui‐ bus ex omnibus cùm ſatis pateat & demon‐ ſtratum ſit, nullam hic creditori competere a‐ ctionem contra hunc Vu. fideiuſſoris hæredẽ, cùm quia conditio nondum extitit, ſub qua hæredes obligantur in inſtrumento, utpote ſuperſtite adhuc uno fideiuſſorum, ut perpe‐ ram agat, qui ante ceſſam conditionis diem agat, l. cedere. de uerb. ſign. l. interdum. l. con‐ tinuus. §. 1. de uerb. oblig. l. 1. in fin. quan. dies leg. tum quoniam actio, ſi qua hic extitiſſet, iampridem eſt præſcripta, & præſumptio mi‐ litat cõtra creditorem, qui tamdiu non petijt: dato, quòd præſcriptum non eſſet, Hippol. conſ. 111. num. 8. denique quòd ſuprà uires hæ‐ reditatis à parente relictæ conueniri hæres hic iure Sax. nequeat: cõcludendum eſt, non ob‐ ſtantibus dubitãdi rationibus ſuprà poſitis, quæ per ſe concidunt, & ex iam dictis refutan‐ tur, d. Vu. conſulentem ab hac petitione nunc quidem abſoluendum eſſe, Saluo.

CON‐

CONSILIVM XV.

An filius per renunciationem patris, & ob non leuatam manum à feudo ſit excluſus?

SVMMARIA.

1 ¶ Fratris filius cum patruis etiam in feudo iure repræſentationis ſuccedit, etiam iure Saxonico.

2 Sufficit hæredi feudali probare ſe proximum.

3 Limitata cauſa limitatum inducit effectum, nec diuiſio hæreditatis renunciationem.

4 Tranſactio & renunciatio ſtricti iuris, nec ad alias perſonas extenduntur.

5 Iuramentum renunciationi appoſitũ, eius naturam induit, ut ſit ſtricti iuris.

6 Renunciationes liberorum odioſæ.

7 Inſtrumenta ſtricti iuris, nec ſupplenda ſunt.

8 Bona ſignificant hæreditatem.

9 Hæreditatis appellatione aut iure feuda non ueniunt, nec bonorum.

10 In generali diſpoſitione feuda non ueniunt, ut donatione, renunciatione, ſed bene in uniuerſali diſpoſitione.

11 Indefinita nõ æquipollet uniuerſali in ſtrictis, ut in feudalibus.

12 Bona non ſignificant, ut hæreditas, uniuerſitatem.

13 Renuncians ſucceſſioni paternæ, non excluditur à fraterna, etiam in feudis.

14 Renunciatio parentum non nocet filijs, quo minus ſuo iure ueniant.

15 Ius repudiatum non tranſmittitur in filium.

16 In feudis filius ſuo, non patris iure uenit, præſertim tempore alienationis necdum natus.

17 Pater non poteſt liberis, præſertim necdũ natis, in feudo præiudicare.

18 Quando res euincitur ex natura rei, ſibi debet imputare, qui ſic contraxit.

19 Vaſallus intelligitur alienare ius, quod ſe uiuente habet, non ulterius: ſicut uendens illud ſolùm quod habet.

20 Filius, nõ hæres reuocat alienatum feudum, & an hæres abſq; uel cum beneficio inuentarij.

21 Permittitur hæredi et filio impugnare factũ patris, quod ex rei natura oritur, nec eſt in hæredem tranſiturum, nec euictio hoc nomine hæredi debetur.

22 In feudis filij ſuccedunt primò acquirẽti, nõ patri: ideo contra huius factum poſſunt uenire, præſertim in feudis ſibi præiudiciale & fraudatorium. & num. 38.

23 Filius ratione feudi fit hæres neceſſarius: ideo in alijs ſubleuatur, ut q in uno grauetur.

24 Confirmatio nõ extenditur ultra actũ, quem confirmat, ſeu confirmatũ & relatum ineſt referenti.

25 An eydes ſtadt, non eſt iuramentum.

26 Priuati non poſſunt ex eo, quod non eſt, facere iuramentum.

27 Ad renunciationẽ ſuper hæreditate uiuentis opus corporali iuramento, nec ſufficiũt æquipollentia.

28 Iuramenta non tranſeunt ad hæredem.

29 Actio ad intereſſe ſuccedit in facti obligationibus.

30 Renunciatio hæreditatis uiuentiũ an ualeat.

31 Inueſtituræ intelligendæ ſaluo iure tertij.

32 Forma priorũ inueſtituræ non poteſt mutari in præiudicium agnatorum.

33 Defectus ueritatis narrationis in inueſtitura, conceſſione, inſtrumento, uitiat.

34 Conditio nihil ponit, niſi uera & completa: eaq; deficiente, deficit reſcriptum & inueſtitura & nu. 39.

35 Non cogitur inueſtituram petere, qui non eſt in quieta poſſeſſione.

36 Viuentis ſucceſſionẽ qui petit, ante diem agit.

37 Iudex ex alijs quoq; cauſis poteſt animũ informare.

38 Contumacia & ſententia deſuper lata contra defunctum, non nocet in feudis ſucceſſori: & teſtamento non poteſt de feudis diſponi.

39 Ex conditione ab altero oblata, non oritur obligatio.

40 Tractatus nõ obligant: quia multa tractantur, nec perficiuntur.

41 Renunciatio in dubio non præſumitur, præſertim de iure futuro.

42 Quod inſtrumentum non dicit, nec nos ſupplere debemus.

43 Iure Sax. non eſt ſimultanea ſucceſſio feudalis à latere, niſi ex inueſtitura ſimultate: ſed tantùm inter deſcendentes ſine beneficio talis inueſtituræ.

44 Nemo proprium factum ignorat.

45 Sola 30. annorum præſcriptio in feudis dominatur.

46 Niſi intra annum ſimultanea manus ſequatur, ius amittitur.

47 Signum uniuerſale facit orationem uniuerſalem: aliàs eſt indefinita.
48 Inſpicitur, quod actum eſt, etiam in contractibus ſtricti iuris: qui bona fides intelligũtur, quatenus actum eſt.
49 Indefinita æquipollet uniuerſali, niſi ratio diuerſitatis oſtendatur.
50 *Tranſactio & renunciatio generalis ad omnia extenditur.
51 Finalis cauſa ex proœmio accipitur.
52 Referẽs intelligitur ſecũdũ terminos relati.
53 Expreſſum uidetur, quod per relationem habetur.
54 Nouatio intelligitur habere qualitates prioris obligationis.
55 In generalem renunciationem ueniunt feuda, quando hoc eſt actum.
56 Ex tacita uoluntate inducitur earundem qualitatum repetitio.
57 Illud pro expreſſo habetur, quod partes interrogata expreſſiſſent.
58 Ex cõtractu ſublato poteſt mẽs colligi tamẽ.
59 Antecedentia magis declarant ſequentia, quàm contrà.
60 Generalis conuẽtio recipit interpretationem à ueriſimili contrahentium mente.
61 Nõ eſt interpretatio faciẽda, ut actus pereat.
62 Renunciatio extenditur ad feuda, quæ non poſſunt aliter uerificari.
63 An eydes ſtadt, licet non ſit iuramentum, habet tamen eius effectum. & num. 88.
64 Iuramentum pro ſpecifica renunciatione habetur.
65 Specifica renunciatio feuda comprehendit, ſicut uniuerſalis.
66 Interpretatio ex antecedentibus & conſequentibus ſumenda.
67 Deficiente fundamento omnia deficiunt.
68 Tibi nõ cõpetit actio, eſt litis finita exceptio.
69 Sententia etiam hæredi nocet, & in eum tranſit.
70 Exceptio trãſactionis pacti eſt litis finita. Itẽ præſcriptionis & rei iudicatæ. & nu. 103.
71 Exceptiones incõtinenti probãtur per inſtrumentũ, aut acta, ex quib. ſufficit de ijs conſtare uel ex ſimplici narratione. & nu. 88.
72 Acta faciunt notorium iudici.
73 Pacta derogant natura feudorum.
74 Ad inueſtituram ſemper recurritur, ut formam ſubſtantialem.
75 Conſuetudines feudales derogant ſcripto iuri, & locales utriq;.
76 Pacta nouiſſima derogant primis.
77 Bona aliud ſunt, quàm hæreditas, & intereſt inter utriuſq; renunciationem.
78 In renunciatione prægnante bonorũ ueniunt feuda, præſertim inter fratres. nu. 81.
79 Feuda ſunt in bonis uaſalli.
80 In materia feudali bonorũ appellatione feuda ueniunt, etiã in petitionẽ hæreditatis.
81 Renunciatio cõprehendit feuda inter fratres.
82 Verba ex mente improprientur.
83 Inueſtitura quomodo præſcribatur.
84 Hæredes coguntur ratificare factum defuncti: etiãſi ex ſua perſona cõtrouenerit et hæredes feudales, dũ modò ſint & allodiales.
85 Filius cogitur hæres eſſe patris, ſi uult ſuccedere in feudũ: et an præſumitur eſſe hæres?
86 Filius contrauenire facto patris an poſſit, qui cum beneficio inuentarij adijt, uel ultra legitimam non habet.
87 Ius retractus & protomiſeos tantùm annale.
88 Hæres contrauenient actus defuncti, ad totale intereſſe tenetur.
89 In dubio tutius pro iuramento iudicatur, ut periuriũ euitetur: cuius iudex nõ debet eſſe author, quando iuramentum poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis.
90 Licet iuramentũ non trãſit ad hæredẽ, tamẽ bene cõtractus iurat⁹, quẽ ſeruare cogitur.
91 Pacta de futura ſucceſſione renuncianda ualent cum conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, etiam in feudis.
92 Licet omni iuri, etiam futuro, renunciare.
93 Inueſtitura de conſenſu mutari poſſunt. (liæ.
94 Parẽtes & filij præſumũtur ſcire facta fami-
95 Conſenſus ex longo tẽpore præſumitur, deinde & agnatorum ex conſenſu annali.
96 Tacens intelligitur conſentire, quando poteſt impedire.
97 De iure tertij non licet excipere.
98 Inueſtitura ſimultanea etiam in antiquis eſt intra annum petenda: aliàs rumpitur.
99 Sententia tranſit in hæredem, etiam ob contumaciam defuncti lata.
100 Factũ & delictũ patris nocet filijs in feudo.
101 Secundum ius feudorum de feudo diſponi teſtamento poteſt.
102 Teſtamentum eſt indiuiduum, & aut totũ approbandum, aut improbandum.

PIRGIVS filius Sempronij demortui (qui uiuens partẽ feudi paterni ſuam reliquis fratribus uendiderat, ea lege ut nec ipſe, nec eius deſcendentes ſuccederent, quamdiu aliquis illorum fratrum ementium, uel ex ijs mares extarent) ad mortui ſui patrui unius ex d. emtoribus ſucceſſionem adſpirat, & ab altero patruo ut admittatur ad eam, poſtulat: quæritur, quid iuris?

ET

1 ET uidebatur† admittendus non tantùm
communi iure Cæſareo, quo fratrum li
beri cũ patruis iure repræſentationis ſuc
cedunt, auth. ceſſante. C. de leg. hær §. ſi igitur
defunctus. in auth. de hær. ab inteſt. etiã anti-
quis in feudis, uel quando de ſucceſsione col-
laterali hoc cautum eſt per ſimultatem inue-
ſtituræ, c. 1. uerſ. his uerò deficientibus. de ſuc-
ceſ. frat. c. 1. de benef. frat. c. 1. de frat. de no. feu.
inueſt. ubi Dd. uerumetiam Saxonico: quod
licet in allodialibus fratrum filios à patruis in
ſucceſsionibus excludi permittat, per text. art.
3. lib. 1. in uerb. *die ſich neher zu der ſibſchafft.* & ar.
17. eod. lib. uerſ. *wann ſich aber ein erbe,* &c. tamẽ
in feudalibus pariter iure repræſentationis &
in ſtirpes eos admittit author, diff. diff. 25. &
diff. 29. in fin. per tex. Lehenrecht, c. 32. & Rein
har. diff. 25. Quod cùm ſit in confeſſo, admit-
2 ti cum patruo debet, cùm † ſufficiat hæredi e-
nam feudali probare ſe proximum aut æquè
proximũ eſſe, Curt. in tract. feu. parte 1. quæſt.
8 num. 20. Alex. conſ. 10. nu. 11. lib. 5. Nam feu-
dalis ſucceſsio eſt ſimilis ei, quæ deuoluitẽ ab
inteſtato, in hoc ut proximis agnatis deferatẽ,
Aluar. in prin. & Dd. in c. 1. de ſucceſſ. feu. Bal. l.
cùm antiquioribus nu. 7. C. de iur. delib. & in
c. imperialem. in princip. num. 19. de prohib.
feud. alie. per Fed. Caſtrenſ. conſ. 441. pro de-
claratione num. 5. uol. 1. Sigiſm. Neapol. con.
feud. 38. quoniam. n. 10. Necuerò obſtat Sem
pronij uenditio fratribus facta ſuper ſua feu-
di paterni parte. Nam illa tantũ portio patris
uendita fuit, non huius patrui tum adhuc ui-
uentis: quæ ut aliena & ſuperſtitis proculdu-
bio uendita non eſt, cùm quiſque ius ſuum in-
telligatur uẽdere, non alienũ, l. qui tabernam.
l. cùm uenderes. 59. de contrah. emt. etiam in
feudis, Afflic. §. hoc quoque nu. 8. de ſucceſ. feu.
3 Dec. conſ. 208. num. 9. Limitata † enim cauſa li
mitatum habet effectum, l. in agris. de acq. rer.
dom. cum ſim. etiam in uenditione, l. cum ſer-
uo. 63. de contrah. emt. & diuiſio hæreditatis
nõ inducit renunciationem ſui iuris, Crauet.
4 conſ. 24. num. 3. Nec† renunciatio bonorum
paternorum, uel ſucceſsionis paternæ extẽdi-
tur ad ſucceſsionem fratrum, aut aliorum col
lateralium, quibus bona paterna fuerunt ac-
quiſita, c. 1. de eo qui fin. fec. Ang. conſil. 52. do
minus. per totum, Ale. & Aretin. l. 1. §. ueteres.
de acq. poſſ. latè Socin. conſ. 73. ſuper. num. 1.
uol. 1. per l. ſi unus. §. ante omnia. de pac. Dec.
& Cag. l. hæreditas. in princ. de reg. iur. Quan-
quam autẽ paulo pòſt anno 31. Sempronius
pro ſe & hæredibus tranſigendo renunciauit
ſucceſsioni etiam fratrum emtorum, quam-
diu aliquis eorum ſupereſſet, non tamen per
hoc debet fieri renunciatum iſti, de qua mo-
dò quæritur, feudali ſucceſsioni. Tranſactio-
nes enĩ ſunt ſtricti iuris, gl. & Dd. in l. ſub præ-
textu. 20. C. de trãſac. & in rubr. ff. & C. de pact.
& hanc eſſe cõmunem teſtatur Alciat. in rubr.
C. de tranſac. multoque magis renũciatio quæ-
libet, Iaſ. in l. poſtquam. nu. 10. & 11. C. de pact.
Guid. Pap. deciſ. 231. fuit. nu. 1. & 2. per l. quod
uerò. de legib. & Dec. in pluribus cõſilijs pro-
bat, ut conſ. 312. num. 7. conſ. 379. nu. 3. conſil.
419. num. 9. conſ. 452. nu. 21. Vnde nec de re
ad rem, nec de perſona ad perſonam non ex-
preſſam extendũtur, Bal. l. in ſumma. §. ſin au-
tem. in princip. de cond. indeb. l. 1. C. de tranſ-
act. Dec. conſ. 460. num. 6. conſ. 595. num. 20.
conſ. 551. n. 1. & conſ. 68. num. 4. etiamſi iura-
mentum renunciationi ac tranſactioni acceſ-
ſerit, Dec. in conſ. 493. nu. 21. 26. & conſi. 408.
num. 8. quia † cùm iuramẽtum apponitur re- 5
nunciationi, quæ eſt ſtricti iuris, etiam illius
naturam induit, ſecundùm regulam l. ult. ubi
Dd. C. de non num. pec. Iaſ. l. ſi conuenerit. nu.
4. & 5. de iuriſdic. Dec. conſ. 536. nu. 7. & conſ.
309. num. 6. con. 240. num. 2. conſ. 345. nu. 2.
conſ. 306. num. 8. conſ. 351. num. 8. conſil. 408.
num. 9. conſ. 493. num. 20. & 27. Schurf. conſ.
27. num. 4. cent. 1. quod maximè in renuncia-
tionibus liberorum reſpectu, quorum † ſunt 6
odioſiſs. uerum eſt, Crauet. conſ. 43. nu. 2. qui
eſt caſus noſter. Sed † & inſtrumenta ſtricti iu 7
ris perhibentur, Socin. conſ. 73. circa. num. 4.
uol. 1. ſicut ultra uerborum proprietatem ex-
tendi non debeant, Bald. in l. intereſt. num. 2.
C. de ſolut. & in l. lecta. in 2. oppoſ. ff. ſi cer. pet.
& l. ad probationẽ. 21. C. de prob. Vnde quod
uerbis inſtrumenti non continetur, pro omiſ-
ſo haberi debet, d. l. ad probationem. ubi Bal.
& quod inſtrumentum non dicit, nos ſupple-
re, uel inferre non debemus, Bald. d. l. intereſt.
num. 2. C. de ſolut. & l. ult. C. de falſ. cauſ. adiec.
& in c. per uenerabilem. de elec. & con. 297. lib.
2. conſ. 89. uol. 2. Atqui in præmiſſa conuẽtio-
ne tantũ renunciauit Sempronius ſucceſsio-
ni bonorũ, quoad reliqui fratres ſupereſſent.
Bona † porrò nihil aliud ſignificant, quàm hæ 8
reditatem, Crauet. conſ. 11. num. 7. & conſ. 139.
num. 1. per l. nam quod. §. fin. l. cogi. in princ. &
§. 1. ad Trebel. Bart. l. Quintus. 2. §. argento. de
aur. & argen. leg. l. 3. in princ. de bon. poſſ. Bal.
conſ. 234. ſtatuto. nu. 2. lib. 2. Dec. cõſ. 425. cir-
ca finem. & quidem potiſsimùm eam, quæ ſu-
perat deducto ære alieno, l. ſubſignatum. §. bo
na. de uerb. ſig. Hæreditatis † autem nec appel 9
latione, nec iure bona feudalia ueniũt, c. 1. ubi
Dd. de ſucceſſ. feud. c. 1. ubi Bal. num. 12. Land.
& alij, an ag. uel fil. c. 1. §. etſi. de alie. feud. Bald.
l. cùm uirũ. nu. 21. C. de fideicom. & l. 1. quæſt.
48. de rer. diuiſ. Dec. conſ. 78. licet. nu. 5. Iaſ. in
§. actionem. nu. 210. Inſtit. de act. latè Tiraq. in
tract. le mort ſaiſit le uif. in 4. parte, declar. 4. n.
18. Quare nec reliquorũ bonorũ appellatio-
ne uel iure uenire poſſunt: cùm eorum natura
ab alijs bonis planè ſit ſeparata, c. generali. ſi
de feud. cont. ſit int. dom. & ag. uaſ. c. 1. de cap.
qui cur. uend. c. 1. §. quamuis. de inueſt. de re a-
lie. fac. & ibi Dd. Iaſ. in l. Gallus. §. quidã rectè.
circa finẽ, de lib. & poſth. Signor. de Homod.
conſ. 218. quidam ferè. per totum, Bald. conſil.
207.

207. quæſtio eſt. num. 3. Dec. con. 139. in fi. Ti-
raq. de retract. prox. §. 1. gl. 3. nu. 3. 8. 9. & in l. ſi
unquam. uerb. bona. nu. 10. C. de reuoc. don.
10 Itaque † nec in generali diſpoſitione ueniunt
feuda, d. c. generali. latiſsimè Tiraq. de retract.
prox. §. 1. gl. 3. num. 3. cum ſeq. nec etiam in a-
lienatione, niſi nominatim de eo caueatur,
Laud. & Dd. c. 1. de inueſt. de re alien. fac. Alex.
conſil. 16. uiſo. nu. 4. lib. 2. conſ. 168. requiſitus.
num. 3. cum ſequ. lib. 2. Gozadin. conſil. 26. in
cauſa. num. 51. neq; in donatione, Guid. Pap.
conſ. 214. circa. & conſ. 218. indubitanter. in fi.
& conſequenter nec in generali renũciatione,
de qua hic agimus, Bald. in auth. in ſucceſsio-
ne. in fin. nu. 6. C. de ſuis & legit. & c. 1. ubi etiã
Aluar. in fin. an ag. uel fil. Laud. d. c. generali.
Aretin. l. qui ſuperſtitis. uerſ. utrùm in renun-
ciatione. de acq. hær. Iaſ. in d. l. Gallus. §. quidã
rectè. in fi. de lib. & poſth. & cõſ. 96. dominus.
in fi. lib. 1. conſ. 207. in præſenti. in prin. lib. 2.
dicens de hoc eſſe bonum tex. in c. 1. de eo, qui
ſi. fec. ag. Soc. conſ. 73. ſuper nu. 3. 4. lib. 3. Dec.
conſ. 269. num. 11. 12. conſ. 395. nu. 10. & conſ.
389. uiſa nu. 5. cum multis ibi allegat. Quan-
quam autem Decius conſ. 389. nu. 11. conclu-
dat, aliud eſſe in renunciatione uniuerſali, quã
renuncians omnia complexus eſt: quia qui
Omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus. de lega.
3. l. à procuratore. C. mandat. & quoniã plura
ueniunt in uniuerſalem, quàm generalem diſ-
poſitionẽ, Bart. l. generali. §. uxori. de uſuf. leg.
tamen fatetur in generali renunciatione præ-
dictã theoricam obtinere: nẽpe quod renun-
cians bonis generaliter, nõ uniuerſaliter, hoc
eſt, non addito Omnibus, nunquã intelliga-
tur cauſæ & ſucceſsioni feudali renunciaſſe: ſi-
cut expreſsiùs alij quoq; ſic inter generalẽ ſeu
indefinitam & uniuerſalem renunciationem
diſtinguunt, Bald. nu. 6. in auth. in ſucceſsio-
ne. C. de ſuis & legit. Aretin. in d. l. qui ſuperſti
tis. quem adducit & ſequitur Soc. d. conſil. 73.
num. 4. & 5. uol. 3. & ſic etiam diſtinguit inter
uniuerſalem ac generalem Tiraqu. præall. loc.
de retract. prox. §. 1. gl. 3. num. 7. & 8. uerſ. ut ta-
men intelligas, aliud eſſe in diſpoſitione uni-
11 uerſali. Non † enim indefinita, uel generalis æ-
quipollet uniuerſali in materia ſtricta & odio-
ſa: ſicut renunciationem & tranſactionem eſſe
diximus, Socin. in l. 1. in 3. & 5. notab. de lib. &
poſt. & conſil. 278 in quæſtione. num. 6. uol.
2. Crauet. conſ. 33. nobiles. num. 16. lib. 1. maxi
mè in feudalibus, ut eleganter Socin. d. conſ.
278. in quæſtione. nu. 6. uol. 2. cuiuſmodi ſunt
etiam ſtricti iuris, Bal. l. pen. num. 10. C. de con
dit. inſer. Socin. conſil. 165. uiſis. num. 3. uol. 2.
Gab. Mudæus præceptor meus piæ memoriæ
in conſil. 29. in lite. nu. 1. tomo Francof. conſi.
1. per c. 1. de cog. feu. & quorum ideo ſucceſsio
non comprehenditur idcirco generali renun
ciatione, Decius in terminis d. conſ. 389. uiſa.
12 nu. 5. & 11. Sed † nec uerbum Bonorũ, eſt uni-
uerſale quiddã, neq; ſonat in uniuerſitatem,
ſicut hæreditas, Bald. conſ. 1. an mulier. nu. 4.
uol. 1. per l. mulier bona. de iure dot. ſequitur
& confirmat ad eundem modum diſtinguens
inter hæreditatem & bona, Crauet. conſi. 134.
13 Titius n. 5. Cùm igitur † in præſenti caſu Sem-
pronius tantùm ſucceſsioni bonorum pater-
norum renunciare uoluerit, non uidetur ea fi-
lio illius Pirgio nunc ad feudalem patrui ſuc-
ceſsionem aſpiranti, nocere poſſe: quia renun
cians parentũ ſucceſsioni, non excluditur per
hoc ab hæreditate collateralium, qui parenti-
bus ſuccedendo propriam & ſuam illam fece-
runt ſucceſsionem: ut non amplius pro aſcen
dentium, ſed collateralium bonis ſint haben-
da, c. 1. de eo qui fi. ſec. aguat. Angel. conſil. 52.
dñs. per totum, Alex & Aretin. in l. 1. §. ueteres.
de acq. poſſ. latè Socin. conſil. 73. ſuper. nu. 1.
uol. 1. per l. ſi unus. §. ante omnia. de pact. cum
alijs quæ ad hoc allegant Dec. num. 2. & Cag.
in l. hæreditas. de reg. iu. maximè cùm hæc ſuc
ceſsio nequaquam in uita renuncianns, ſed
poſt eius mortem ſit deuoluta, ut ad eam ſuo
iure Pirgius, nõ paterno, ſit admittendus. Nã
14 † etſi parens per iuramentũ renunciet ſucceſ-
ſioni: nihilo tamen magis coguntur eius fi-
lij huic ſtare, ſed admittuntur ſuo iure, tanquã
proximi, quoties ſucceſsio non in uita paren-
tis, ſed poſt eius mortem ad ipſos eſt deuolu-
ta, Bald. l. ult. nu. 16. C de pact. gl. uerb. impro-
batur. & Dd. in l. pactum dotali. C. de collat.
Bart. l. qui ſuperſtitis. nu. 3. ubi latiſsimè Caſt.
nu. 3. & 4. de acq. hær. idem Bart. l. Titia Seio. §.
Imperator. num. 10. de leg. 2. Franc. in c. 2. in
fin. de pac. in 7 Zaſ. l. ſtipulatio. num. 45. fall.
10. de uerb. oblig. Nec † enim ius repudiatum
15 transmittitur in filiũ, l. ſi quis filiũ. C. de inoff.
teſt. ſed liberi ad hoc admittũtur iure ſuo & ex
ſua perſona, non obſtante renunciatione pa-
rentum, l. 3. §. ſi emancipatus. de bon. poſſ. con
tra tab. l. ſi quis poſthumus. §. ſi filium. in fin.
de lib. & poſth. & l. ſi quis filio exhæredato. de
iniuſt. rup. teſt. ad idem Bar. in l. 1. §. ſi. filius de
coniung. cũ eman. lib. Iaſ. in l. ſi arrogator. nu.
19. & 20. de adop. Fab. in l. ſi quis. nu. 11. C. de
inoff. teſt. Iaſ. & Dd. l. qui ſe patris C. unde lib.
Alexan. conſ. 20. uiſo. num. 8. uol. 1. & conſ. 4.
ponderatis. num. 13. uol. 4. conſ. 119. uiſo. in fi.
16 lib. 5. Idq; † potiſsimũ obtinet in feudalibus,
ubi ex pacto, non iure hæreditario ſucceditur,
& proinde filius ſuo iure, nõ patris, uenit, Soc.
conſ. 73. ſuper. nu. 1. quoniam uenit filius non
ex ſucceſsione patris, ſed iure inueſtituræ anti
quæ, c. ſi capitaneus. uer. per inueſtituram. de
feud. marc. Tiraquel. in trac. de iure primigen.
quæſt. 40. nu. 113. & in retract. prox. §. 1. gloſ. 9.
num. 142. & nu. 46. 47. cum multis ibi alleg.
& gloſ. 9. num. 14. Molin. in conſuet. Pariſ. tit.
1. de feudis, §. 30. num. 133. præſertim ſi (quem-
admodum hic uſuuenit) tempore alienatio-
nis & renunciationis necdum fuerit natus, gl.
3. §. hoc quoq;. ubi Bald. Aluar. num. 6 Iſer. n.
9. Afflic. num. 6. 8. 80. & 81. de ſucceſ. feud. & in

§. ſi

§.ſi clientulus.de feud.alien. Iaſ.conſ.56. uerſ.
tertiò principaliter.lib.3. Dec.conſ.468. ſupe-
rior.num.29.& conſ.498.uiſo.nu.20.Schurſ.
conſ.30.indubitati.num.2.cent.1.& conſil.82.
17 habens.num.5. cent.2. Pater † enim nõ poteſt
his liberis futuris præiudicare,l.apud Iulianũ.
§.ſi quis alicui.l.filiusfam.§. diui.uerſ. quòd ſi
liberis.ubi Dd.de legat.1.Bald.l.1.in fin.C.per
quas perſon. nob.acqui.multò minus filio in
feudis,Bald.conſil.215.num.2.uol.2.Pinell.&
Moder.l.1.C.de bon.mater.Alexan.conſil.57.
lib.5.Curt.conſil.1.in prin.Iaſ.conſ.7.conſ.55.
18 conſ.63.uol.3. Nec † obſtat regula,Quem de
euictione tenet actio,l.uendicantem. de euict.
quando ex perſona extranei & prouiſione le-
gis poteſt euinci,l.ſi per imprudentiam.l.hoc
iure.cum l.ſeq.l.ſi ſeruus.l.ſi fundum.l.ſi man
cipium.de euic. & quando res euincitur ex na
tura rei, ut in feudo, ſibi imputare debet, qui
ſic contraxit, gl.ult.l.ſi familiæ. ubi Cyn. Bart.
Bald. Salic.& alij,C.fam.herc.Bal. Lauden. Al
uar.& cõmuniter Dd.c.1.§. rurſus. quib.mod.
19 feud. Sed † nec uidetur filius tali caſu uenire
contra factum patris:uaſallus enim uendens,
uel conecdens ius,intelligitur tantùm illud a-
lienare, quod tempore uitæ ſuæ habet,Dec.cõ
ſil.208.num.9. Afflict. §.hoc quoq;.num.8.de
ſucceſſ.feud.ſicut etiam emphyteuta, Iaſ.l.ult.
num.86.& 141.C.de iur.emph.& pater rem fi-
lij uendẽs,in qua habet uſumfructum, Alb.&
poſt eum latè Arius Pinel.in l.1. parte 3. num.
37.C.de bon.mat.Couar.lib.1.reſol.cap.8.nu.
7.Vendens enim intelligitur ius ſuum, quod
habet,limitatum uendere, glo.Bar.Bal.&Dd.
l.qui tabernas.de contrahen.em. Iaſ.l.1. nu.5.
20 & 21.C.qui teſt.fac.poſſ. Non † igitur modò
reuocare poteſt filius feudum à patre aliena-
tum,qui non eſt hæres, quod eſt extra dubiũ,
Iſer.c.1.num.18.qui ſucc.ten.Bald.c.1. num. 8.
Alua.num.9.Præpoſ.nu.6.an ag. uel fil. Alex.
conſ.19.num.6.conſ.26.num.5.lib.5. Dec.cõ.
445.nu.51.Iacob. in inueſt. uerb. & cũ pacto.
num.36.Iaſ.l.quod dicitur.nu.33. ubi dicit cõ
munem,de uerb.obl.Zonbec. de feud.par.13.
num.136.Neuiz.conſ.10.nu.5.ſed etiam quo-
ties eſt hæres,uel abſq; beneficio inuentarij e-
tiam ſine pretij reſtitutione. Ar. Pinel.l.1.part.
3.num.99.C.de bon.mat. Tiraq de retr.prox.
§.1.gloſ.9.num.52. Nam permittitur ei impu-
gnare factum patris ex iure, quod natura rei
producit,Bart.l.poſt mortem. de adop.l.ſi fa-
miliæ. C.fam.herc. etiamſi expreſsè obligaſſet
pro euictione ſe & hæredes,Tiraq d.§.9.n.55.
Obligatio enim de euictione non porrigitur
ad illa, quæ ex natura contractus ueniunt, l.
fundum meum.ubi Bart.Bal.Sal.Caſt. & in d.
l.ſi familiæ.C.fam.herc.Laud. & Præpoſ. c.1.ſi
21 de feu.def.uaſ.ab al.interpel. Vnde † filius feu
dũ repetẽs,non dicitur uenire contra factũ pa
tris, Angel.& Iaſ.l.4.de iuſt.& iur.l. decem. de
uerb.oblig.& repetit ſine pretio, Affl.c.1.§.hoc
quoq;.nu.8. de ſuc.feu. Zonbec. parte feu. 13.
n.176.Nam patris alienatio in feudo eſt quæ-
dam uenditio ad tempus, nempe iuris ad ui-
tam durantis: quo reſoluto nihil emptori de-
betur,Dd. d.l.ſi familiæ.Iaſ.l.qui Romæ.§ duo
fratres.nu.34.cum ſeq. de uerb. oblig. Alexa.
conſ.21.num.7.lib.5.ex regula l. lex uectigali.
de pignorib. & feudo ex natura rei euicto agi
contra hæredem alienatoris nequit, Alua.Bal.
Præpoſ.c.1.§.rurſus.quib.mod.feu. Vnde po-
teſt uenire hæres cõtra factum defuncti, quod
non eſt in hæredem trãſitorium, Bal.in l.cum
à matre.num.5.C.de rei uend.& l.2.C.de inof.
donat.l.2.C.ſi quid.in fraud.patr.Item quan-
do is,cui ſucceditur, nõ potuit pro lubito diſ-
ponere, ſicut diſpoſuit, Caſtrenſ. cõſ.199.nu.
3.& conſ.445.tria.in fi.lib.2.Craue.conſ.200.
num.7.Gramm.deciſ.93. num.12.13. Rolan.à
Valle.con.1.num.98.99.lib.2.Menoch.conſ.1.
22 nu.104. Sed † etiamſi pater non tantũ ſuum
ius,uerumetiam filiorum uendat, poſſunt ta-
men filij contrauenire & reuocare,quando cũ
beneficio inuentarij hæredes fiunt, Iſer.c.1.nu.
8.qui ſucceſ.ten.Laud.& Afflict.c.1.num.4.an
agnat.c.1.num.8.ubi etiam Iſer.de alien.feud.
pat.Alexan.con.13.num.15.conſ.19. num.14.
conſ.26.num. 4.lib.5. Iacob.uerb. & cum pa-
cto.1.nume.35.Curt.parte 4.num.148. Curt.
iun.conſ.13.136.num.20.conſ. 155. n.6. Sigiſ.
Neap.conſ.14.num.46. Dec.conſ. 395.in fin.
Ar.Pinell.l.1.parte 3.num.93. C.de bo. mat.u-
bi dicit eſſe communem,maximè in feudis:u-
bi non intelliguntur patri ſuccedere, ſed pri-
mo acquirenti,Bal.& Dd.c.1.§. ſi uerò. de gra.
ſucceſſ.ideoq; regula, quòd hæres non poſsit
uenire contra factum defuncti,non obtinet in
feudis antiquis,gl.d.c.1.§.hoc quoq;.uerb.in-
ueſtiri.de ſucc.feu.Socin.iun.con.112.num.11.
lib.2.ex Iaſ.conſ.56.lib.3. Tendit enim tale fa-
ctum ad fraudandum beneficio legis & inue-
ſtituræ filium, Affl.c.1.§.hoc quoq;. nu.35. de
ſuc.feu.Tiraq.de retrac.prox.§.1.glo.9.nu.57.
Mol.in conſ.Par.lib.1.§.8.gl.3.nu.22. Ideo po-
teſt filius contrauenire, Ar.Pinell.l.1.parte 3.
num.99.C.de bon.mat.Bart.l.defuncto.nu.5.
C.ſi quid in fraud.pat.quia factum eſt inuali-
dum, ſaltem effectu, quod fit in fraudem alte-
rius,tot.tit. quæ in fraud. contra quod, etiam
proprium,nedũ authoris,poteſt quis uenire,
Bart.l.poſt mortem.de adopt.Panor.c.noſtri.
de elect.Alexan.conſil.123.num.6 lib.1. Ruin.
conſ.78.num.5.lib.4. Socin.iun.conſ. 93.nu.
15.lib.2.Menoch.conſ.1.num.100.nedum cõ-
tra tale factũ prædeceſſoris, Bar.d.l.poſt mor-
tem.Zab.conſ.137.in fin. Menoch.d.conſ.1.n.
102.Socin.conſ.79.num.47.lib.1.Grammat.
deciſ.93.num.8. Socin.iun. conſ. 77.nu. 134.
lib.1. Alciat.reſp.126.nu.4.Curt.ſen.conſ.pen.
Tiraquel.de retract.prox.§.1.gloſ.1.nu.5. Nec
obſtat,quòd cogatur eſſe hæres, c.1. an ag.uel
fil.& conſt.Saxon.prouinc.47.parte 2. Succe
23 dit enim non uolens,ſed ex neceſsitate legis:
& ideò ſuccurritur ei,ut iura reſeruet integra.

Tiraq.

Tiraq. de retrac. prox. §. 26. gloſ. 1. num. 10. uſq;
ad 29. ut qui in uno grauat, in alio releuetur, l.
eum qui. ubi Bart. Iaſ. & Dd. de iureiur. Ar. Pi-
nel. l. 1. num. 95. C. de bon. mat. maximè facto
inuentario, quod omnia iura hæredi ſua inte-
gra reſeruat, l. ult. §. in computatione. ubi Dd.
C. de iur. delib. Cæterùm cùm iure Sax. inuen
tarium non requiratur, eius omiſsio hîc d. Pir
gio nocere nõ debet, quo minus iua feudi ſuũ
conſequi poſsit. Et ſanè hoc caſu nõ opus eſt
diſputare multis, an filius feudũ à patre alie-
natum reuocare, & aduerſus eius factũ uenire
poſsit: contra conſ. 49. parte 2. Nam de hoc
propriè non hic agitur, nec repetit à patre alie
nãte, aut ex illius iure, ſed utitur iure ſuo, quo
uult admitti ad ſucceſsionẽ ex ſua perſona, ut
agnatus proximus, cui renunciatio & factum
patris, ne quidem iuramẽtum, ut diximus, of-
ficere poteſt. Sed nec obſtare uidentur tranſa-
ctiones inſecutæ, quia diſertè ſe referunt ad
24 hanc priorem. Vnde † cõfirmans non plus o-
peratur, quàm confirmatum, c. cùm dilecta.
de confir. util. cap. quia diuerſitatem. de con-
ceſ. præben. nec quicquam de nouo aut plus
iuris tribuit, quàm inuenit, Bal. l. 3. C. ſi aduer.
rem. iud. Innoc. c. dudum. num. 2. de decim. ut
pluribus confirmaui ſ. conſil. 4. etiam in feu-
dalibus, Bald. c. 1. num. 1. per quos fiat inueſt.
quoties, ut hic, tranſactio prior ſeu actus con-
firmatus per ſe ualet, Oldrad. conſil. 164. in fi.
Dec. l. more. poſt Bart. ibi. num. 24. de iuriſd.
om. iudic. Pariſ. conſ. 23. nu. 78. lib. 1. Gozad.
conſ. 8. num. 19. con. 101. num. 18. Pariſ. con. 19.
num. 35. lib. 1. conſ. 3. num. 37. lib. 4. Menoch.
conſ. 1. n. 6. nec extenditur ultra actum, quem
confirmat, Bald. l. nominationes. in fin. C. de
appel. Iaſ. l. more. n. 26. cũ ſeq. de iuriſd. Chaſ.
in cõſ. Burg. rub. 11. de cẽſib. §. 3. uerb. s'il n'ad-
uient. num. 22. per l. Aurelius. §. teſtamẽto. de
lib. leg. & relatũ ineſt cum omnib. ſuis quali-
tatibus, ac repetitum intelligitur in referente,
l. aſſe toto. de hæred. inſt. Dec. conſ. 47. in pri.
Pariſ. conſ. 22. num. 10. uol. 1. Dec. conſ. 63. nu.
6. per l. in teſtamento. 1. de condit. & demonſt.
25 Menoch. d. conſ. 1. num. 83. Quanquam † au-
tem hæc renunciatio facta ſit loco iuramenti,
An eydes ſtadt, non tamẽ hoc iuriiurando eſt ad
æquandum, per not. Did. Couar. in c. quam-
uis. parte 1. §. 2. nu. 3. ut in terminis Lipſenſes
aliquando conſuluerunt: nec enim eſt idem,
quod ponitur pro eodẽ, glo. l. merces. de uer.
ſignif. Bald. c. 1. in princ. de conſuet. rec. feud. &
conſ. 12. num. 4. parte 3. conſ. 491. num. 2. par-
te 3. & iuramentũ præſtari debet ſpecificis uer
bis, non relatione ad aliud facta, c. pen. ubi Pa
nor. de iureiuran. latè Tiraqu. de leg. connub.
gloſſ. 5. num. 120. nec quod non eſt iuramen-
tum ex lege diuina & humana, hoc eſt, ubi nõ
iuratur per Deum, l. 3. §. ult. cũ ll. ſeq. ubi Dd.
26 de iureiur. id † priuati facere iuramentum pri-
uata pactione poſſunt, c. ult. & paſsim, de pac.
l. ius publicum. l. iua agnationis. eod. tit. ſicut
nec religionem nouam aut ſacramenta noua
inſtituere, uel ex eo quod non ſit, inuocationẽ
diuini nominis (cuiuſmodi eſt iuramentum)
facere poſſunt: præſertim quod ad tollẽda re-
media, quibus impugnari poteſt renũciatio.
27 Nã † ad hoc opus eſt corporali iuramẽto for-
miter, ſeu in forma iuris pręſtito: ut copioſè di
xi conſil. 23. ex doctrina Can. c. cùm cõtingat.
de iureiur. c. 1. 2. eod. in 6. Iaſ. l. 3. §. iurari. nu. 3.
de iureiuran. Cyn. num. 5. Bart. num. 7. Bald.
nu. 7. Sal. nu. 6. Fab. num. 1. Iaſ. nu. 13. in auth.
ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. uendi. Couar.
præall. loc. Et quanquã illa clauſula pro iura-
mento aliàs eſſet habenda, tñ liquidi iuris eſt
& cõmunis obſeruantiæ, ut nõ ſatis ſit, nec ea
habeatur pro iuramento in renuncianda ui-
uentis hæreditate, per text. in c. 2. ubi omnes
Dd. de pact. in 6. ut pluribus oſtendam ĩ. con-
ſil. 23. Conſtat etiam & antè demõſtratum eſt,
28 iuramenta † non tranſire ad ſucceſſorem, Pa-
nor. & Dd. c. ueritatis. de iureiuran. Coua. d. c.
quamuis. parte 1. §. 3. nu. 4. & non obſtare ſuc-
ceſſori, quo minus ex ſua perſona ſuoq; iure
contra renunciationẽ defuncti, cui ſucceſsit,
uenire poſsit, Bald. l. ult. nu. 16. C. de pact. Bar.
num. 3. & latè Caſtr. hãc ſententiam multis ful
ciens num. 3. 4. cum ſeq. in l. qui ſuperſtitis ff.
de acqu. hæred gloſ. uerb. improbatur. & Dd.
l. pactum. ubi Bald. num. 13. C de collat. per l.
29 3. §. ſi emancipatus. de bo. poſ. cõ. tab. Quod †
ulteriùs affertur, Pirgij patrem nomine huius
renunciationis bonã pecuniæ ſummam acce-
piſſe, quòd pactis ſtaret, nihil ad rem facit, ſed
tantũ actionem ad intereſſe producit, quæ in
obligationibus facti ſuccedere ſolet, ſi factum
non ſit, quod conuenerat, l. ſi quis. §. final. de
re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur. ubi
30 Bart. & Dd. de uerb. obligat. dom † etiam in iu
re controuerſum eſt, an talis renũciatio facta
de uiuentis hęreditate, ualeat, propter uotum
mortis captãdæ, & quia nulla dum res ſubeſt,
l. qui ſuperſtitis. de acq. hæred. l. pactum dota-
li. C. de collat. l. ſi quãdo. §. 1. C. de inof. teſt. Bal.
Sal. & communiter Dd. in l. pactum dotali. C.
de pac. quibus locis probatur, quod pactum
de hæreditate uiuentis renuncianda, nihil o-
peretur: nam hæreditas ſicut nõ datur pactis,
uerùm tantummodo teſtamento, l. hęreditas.
C. de pac. conuẽt. ita nec alijs modis debet au-
ferri, l. non codicillum. C. de teſta. §. ult. Inſt. de
iur. cod. cum ſimil. ex doctrina contrariorum,
l. ab emtione. de pac. l. 2. de reſcin. uen. l. quẽ-
admodum. de acq hær. l. ſacr. l. nihil tam natu
rale. de reg. iur. idq; potiſsimùm in feudalib.
uerũ eſt, ubi ne quidem teſtamẽto poteſt ſuc-
ceſsio auferri, nedum pacto, c. 1. de ſucceſ. feu.
Quod autem ulteriùs opponitur, Pirgium &
eius patrem in literis inueſtituræ à tẽpore hu-
ius renunciationis partim excluſos & præter-
miſſos fuiſſe, partim nõ aliter admiſſos & re-
ceptos, quàm deficiente tota poſſeſſorum em-
31 torum ſtirpe, ad hoc reſpõderi poteſt, † quòd
inueſti-

inueſtituræ ſint intelligendæ ſaluo iure tertij,
Caſt.conſil.72.in cauſa appellationis.num.2.
uol.2. Dec.conſ.468.ſuperiori. num.26. cum
multis ibi per eum alleg. Hen. God. conſil.13.
feud.quidam.num.28. Zaſ.conſ.17. num.75.
lib.1. Schurff.conſil.32.caſus. num.14. cent.3.
32 nec † forma prioris inueſtituræ poſsit muta-
ri in præiudicium aliorum filiorũ, aut agna-
torum, qui nõ conſenſiſſe probentur, Præpoſ.
in c.1.num.2.an agn.uel fil. Aluar.c.1.nu.2.de
uaſ.decrep.ætat. Bald.l.1. num.13. C.quando
non peten. part.& l.ult. num.3.4.11. C.de ſuis
33 & legit. deinde † tales inueſtituræ ſunt ſubre-
ptitiè & obreptitiè impetratæ hac ſpecie per-
ſuaſo feudi domino, quaſi Pirgius eiuſq; pa-
rens acquieſcentes in emptione ac renuncia-
tione facta ſponte libenterq; (quod longiſsi-
mè ac ueritate diſtat) taliter ſe ex inueſtituris
excludi paterẽtur. Atqui defectus narrationis
& ueritatis in reſcripto, uel inueſtitura, reddit
inſtrumentum nullũ iure ciuili, l.etſi. C.ſi con-
tra ius, uel util.pub. l.1. C.de colluſ. deteg. l.ſi
quis. de falſis, Cornæ. conſil.45. in hac. no.7.
uol.2. aut annihilat per exceptionem iure Ca-
nonico, Panor.c.cæterùm.num.6. de reſcr.de-
ciſ.Rot.13.de off.deleg.num.2. Bella.deciſ.84.
Corn.conſ.236.licet.num.11.uol.1.Rom.conſ.
33. circa. num.3. per Bar.in l.2. num.1.2.3.4.
C.ſi contra ius, uel util.pub. cùm omnes con-
ceſsiones hanc habeant & habere etiam de-
beant conditionem, Si preces ueritate nitan-
tur, uel expreſsè iure ciuili, l.ult.ubi Dd. C.de
diuerſ. reſ. uel ſaltẽ tacitè iure Canonico, c.2.
ubi Dd. ex̃.eod. Iaſ.l.2.nu.22. C.ſi contra ius,
uel util.pub.Bart.l.à diuo Pio.in prin.de re iu-
34 dic. Cõditio † porrò nihil ponit, l.ſi quis ſub
conditione dandorum. ſi quis omiſſ. cauſ. te-
ſtam. Alexan.conſ.24.attentis. num.7. uol.3.
niſi ſit uera ac cõpleta, l.filiosfam. §.cùm quis.
de leg.1. Socin.conſil.916. & 62. uol.3. Guid.
Pap. deciſ. 599. ideoq; illa deficiente, deficit
etiam reſcriptum, uel inueſtitura, Bart. nu.2.
Iaſ.l.2.num.22.C.ſi contra ius, uel util.pub.c.
cæterùm.c.ſuper literis. c.ad audientiam.2. de
reſcr.c.ut debitus., de appellat. Sed nec obſta-
re poteſt intermiſsio ſimultaneæ inueſtituræ,
quoniã hactenus non tenebatẽ Pirgius, eiúſue
pater petere inueſtituram quolibet caſu mor-
talitatis, & curare eam ſemper renouandam:
35 quia † qui tantùm habet ſpẽ ſucceſsionis, aut
qui litigat de feudo, nõ cogitur inueſtituram
petere, ſed tantummodo is, qui eſt in quieta
eius poſſeſsione, Sal.& Dd.l.ſolẽnib. C.de rei
uẽd. Feudiſtæ in c.1. quæ fuit prima cauſ.ben.
amitt.& c.1.§.illud. de proh.feud.alie. per Lo-
thar. per l.quamdiu.6.C.qui admitt.Bal.conſ.
429.num.1. & 2.& conſ.466. uol.1. conſ. 361.
num.1.uol.2. Dec.conſ.144. num.6. Schurff.
conſ.66.quanquam.nu.18. & 19. cent.1. Hen.
God.conſ.13. de ſucceſ. feud. quidam. nu.20.
Anch. conſ.174.dominus. nu.3. Roma. conſ.
27.uiſo. nu.1. Adhæc nec res contra Pirgij pa-
trem hic iudicata ei nocere debet, ut res inter
alios acta, quam alijs incõmodare non opor-
tet, l.ſæpe. de re iudic. t.t. C.res int.alios actas,
præſertim cùm hic nõ eadem res & cauſa uer-
tatur, ut rei iudicatæ exceptio hoc caſu nocere
nequeat, l.4.l.& an eadem. & paſsim tot.tit. ff.
36 de except. rei iudic. tum † enim temporis pa-
truos, cuius ſucceſsionis ius tunc petebatur,
adhuc uiuebat: cùm autem uiuenus nulla ſit
ſucceſsio, l. qui ſuperſtitis. de acq. hæred. ni-
mis egit tempori Pirgij pater & ante diem, ac
perperam, l.1.in fi.quãdo dies uſuſ.leg. §. plus
autem.cũ ſeq. Inſt.de actio.§ temporalis. Inſt.
de excep.etiam petendo, quod ſpe deberetur,
Ioan.de Blan. Inſt.de actio.cap.an lib. ac.præ-
iudic.fil. in fin. quoniam nullũ adhuc certum
intereſſe habebat actor, cùm ipſe mori potue-
rit ante eum, cuius in ſucceſsione ius petebat,
ideoq; non debuit eſſe ſolicitus de hæreditate
uiuentis, l.2. §.interdũ. de uulg.& pup. quan-
do talis ſpes ſit improba, l. interdũ. §. ſacram.
de uerb.ob.quare ex ea agi nequit, cùm nõ ſit
ſpes licita, ſed incerta, Caſtren.conſ.448. non
eſt dubium. nu.1. uol. 1. per l. poſt emancipa-
tionem.de lib.leg.l.1. §. ſi impuberi. de collat.
bon. At nunc poſtquam portionem in illius
demortui bonis ſuam Pirgius petit, nõ ex pa-
tris, ſed ſua perſona, haudquaquam debet illi
contra patrem ex alijs iudicata res cauſis ob-
ſtare, d.l.4. l.ſi mater. §.eandem. & an eadem.
de excep.rei iud. Non enim utitur iure patris,
ſed ſuo: proindeq; quocunq; modo patri ius
fuerit ablatum, uel abiudicatum, non prohi-
betur filius ſuccedere ex ſua pſona, ex doctri-
na Bart.Caſt.& Dd.l.ſuperſtitis.de acq.hæred.
37 His addaĩ & illud, quòd † licet ex alijs quoq;
cauſis, quàm expreſsis, potuerit animi iudex
ſui motum informare, c. cùm ad ſedem.13. de
legata acceptarit, amplius uoluntatem agni-
tam impugnare nequit, l. Papinianus. §. ſi con
dition. de inoff. teſt. l. ſi quando. §. & generali-
ter. ubi gl. uerb. præiudicium. C. de inoff. teſta.
etiam in materia hac feudali, Curt. d. parte 4.
102 nu. 128. quia † ius teſtamentorum eſt indiui-
duum, leg. ius noſtrum. ubi Deci. nu. 1. de reg.
iur. nec poteſt pro parte acceptari, partim ue-
rò impugnari, Iaſon l. admonendi. num. 129.
de iureiuran.

CONSILIVM XVI.

De laudemijs.

SVMMARIA.

1 ¶ *Laudemia quando ex uenditione debea-tur.*
2 *Laudemia ex ſucceſsione non debetur.*
3 *Laudemia debetur pro recognitione inueſti-tura.*
4 *Laudemia ſunt odioſa.*
5 *Cauſa finalis omnia moderatur.*
6 *Ex contractu nullo, uel inutili, laudemia non debetur.*
7 *Nullum eſt, quod non ſortitur effectum.*
8 *Laudemia debetur ob inueſtituram & defen-ſionem.*
9 *Conditio, cauſa finalis, & forma in idem re-cidunt.*
10 *Deficiente conditione actus deficit, nec lau-demia debetur.*
11 *Laudemia dicta ex eo, quòd dominus contra-ctum laudet.*
12 *A quo remouetur nomen, remouetur effe-ctus.*
13 *Laudemiam nõ debet priore inueſtitura com prehenſus.*
14 *Succeſſor feudi ad quod æs alienum defuncti teneatur.*

1 LAVDEMIAM fateor † ex uendi-
tione deberi, l. ul. C. de iure emph.
ubi Dd. maximè poſt traditionẽ,
Tiraq. de retract. prox. §. 1. gloſſ. 2.
num. 92. Molin. in conſuet. Pariſ.
tit. 1. §. 13. num. 7. & §. 23. num. 11. & quidem ab
2 emptore, non à uenditore: ab † hærede in ſuc-
ceſsionibus non item, Iacob. in inueſt. uerb.
qui quidem inueſtiti. nu. 58. Iaſ. l. ult. num. 41.
C. de iure emphyt. Alex. conſil. 5. num. 2. lib. 5.
Brunos conſil. 44. Crau. conſ. 215. Henning.
God. conſ. 25. niſi & hoc cõſuetudine, quæ hic
præſupponitur, ſit indoctum. In iſto tamen ca
ſu, ubi prior agnatus, cui feudum obuenerat,
antè deceſsit, quàm inueſtiretur, & ſucceſſori
ſimultaneè inueſtito uacuum locum reliquit,
itidem idcirco nõ duas, ſed unam tantùm lau
demiam præſuppoſita illa conſuetudine de-
beri, Henning. God. in terminis conſil. feudal.
25. per totum, Bertach. Firmia. in tractat. ga-
3 bellar. parte 5. quæſt. 3. 4. 5. Nam † certè lau-
demia non debetur, niſi pro recognitione &
inueſtitura, Goden. d. conſil. 25. nu. 8. & 9. quã
qui mortalitate præuentus non accepit, quid
4 † hoc nomine debeat in re ualde odioſa? Mo
lin. de feud. in conſuet. Par. §. 23. nu. 3. & 5. & ſi
deberet, an agnatus, non hæres, ſed feudi ſuc-
ceſſor ad æs eius alienũ teneretur? c. 1. ubi Dd.
an agnatus, uel filius. Notiſsimæ ſunt regulæ:
5 Cauſam † finalem reſtringere, & ampliare ef-
fectus, Soc. conſ. 165. nu. 7. uol. 2. & totam obli
gationem moderari, Soc. ibid. nu. 21. cùm ſit
fons cauſarũ, Bald. l. eam. nu. 1. C. de fideicom.
& maxima qualitas actus, Bal. auth. præſente.
num. 3. C. de fideiuſſor. ſupra quam nihil ope-
rari debet, Pariſ. conſil. 84. nu. 12. conſi. 85. nu.
8. conſ. 86. nu. 9. conſ. 113. nu. 22. uol. 1. conſ. 56.
num. 4. uol. 3. Itaq; uerisſima hic eſt altera illa
regula, Ceſſante cauſa ceſſare effectũ, gl. uerb.
derelictis. in l. generaliter. 40. C. de epiſcop. &
cler. per illum tex. & l. ult. de teſtam. tut. l. 1. §. ſe-
cundo loco. uerb. cauſam. uerſ. illud obtinet
in cauſa finali. de poſtulan. latiſsimè Tiraq. to
6 to tract. Ceſſante cauſa finali. Quid, quòd † ex
contractu actuq; nullo, ſeu inutili, nulla lau-
demia debeatur? Fab. l. ult. uerb. in irritom. C.
com. de legat. l. 1. C. quan. lic. ab emp. diſ. Tira-
quel. de retract. prox. §. 1. gloſſ. 2. nu. 7. cum ibi
7 allegat. Nullum † autem eſt, quod non ſorti-
tur effectum, l. licet cauſam. de probat. Iaſon &
Dd. l. centurio. de uolg. & pup. Ex quo itidem
non deberi laudemiã, oſtendũt Bal. Alb. Fab.
Caſtr. l. ult. C. cõmun. de leg. Tiraq. in retract.
conuen. §. 6. gl. 2. num. 5. 6. 7. 8. 9. cum multis
ſeq. Nam paria ſunt, ab initio nõ exiſtere, uel
exiuiſſe, nec habuiſſe effectum, l. ſi ſub condi-
tione. de teſtam. tutel. l. ſi quis in ſenatorio. de
ritu nupt. gloſſ. c. quamuis. uerb. legitima. de
elect. lib. 6. Nec ſufficit quid fieri, niſi ſortiatur
effectum, gl. l. hæc cõditio. §. ſed et enim. uerb.
cõiunctiones. de cond. & demon. Præterea di-
8 ximus, laudemiam † deberi ob inueſtituram
&

& recognitionem, Henning. God. conſil. feud. 25. nu. 8. & 9. & ob defenſionẽ, Iaſ. l. ult. nu. 32. ubi ſex eius rei cauſas recitat, C. de iur. emph. tanquam ob cauſam finalẽ, quæ cõditionem importat, l. demonſtratio. §. quod autem. ubi Bar. de condit. & demonſt. Bal. d. auth. præſente. num. 3. C. de fideiuſſ. gl. d. l. generaliter. 40. uerb. derelictus. C. de epiſc. & cler. cui forma ineſt actus, Blanc. de compromiſſ. q. 1. num. 9.
9 Nam † cõditio, cauſa finalis & forma in idem redeunt, Tiraquel. in tract. Ceſſante cauſa, in 1. parte, limit. 1. nu. 5. 6. 60. 61. Bal. auth. matri. C. quan. mul. tut. off. Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 21. num. 12. 13. Paria uerò ſunt, non eſſe cauſam, & eam eſſe finitã, l. 1. de cond. ſina cauſa, l. nihil intereſt. de naut. fœn. Tiraq. prælleg.
10 loc. in prin. tract. Ceſſan. cauſ. nu. 14. & † deficiente conditione deficit actus, Pariſ. conſ. 31. nu. 17. uol. 4. l. Titio centum. §. ante nuptias. l. quibus diebus. l. in teſtamẽto. de cõdit. & demonſt. per l. neceſſariò. de peric. & commod. cum ſimil. nec effectus ſequitur diſpoſitionẽ, niſi poſt impletam conditionem, Afflict. §. ſi quis per 30. annos. in 3. not. num. 7. ſi de feud. d. fun. Qua deficiente nullã quoq; laudemiã deberi par eſt, cùm ante conditionem impletam nõ debeatur, Guid. Pap. deciſ. 126. de auo. in 2. dubio, Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 2.
11 nu. 22. cum ibi allegat. Quid, quòd † laudemia ex eo ſit dicta, quòd dominus laudet contractum? Afflict. c. imperialem. §. illud quoq;. num. 14. de prohib. feud. alien. per Fed. Antequàm igitur laudetur per inueſtituram, quæ eſt quædam cõfirmatio, Bal. c. 1. in fi. de proh. feud. alien. per Lothar. Menoch. conſil. 1. num. 24. quid laudemiæ nomine deberi poteſt?
12 Nam † à quo remouetur nomen, remouetur & effectus, l. à nullo. ubi Bar. & Odofred. C. de fer. l. diurnos. ubi gloſſ. C. de frumen. Alexan. lib. 11. l. fi. ubi Bald. Salic. C. de inoffic. teſtam. Euerar. loc. leg. ab etimol. in princ. quoniam hoc argumẽtum negatiuè & per remotionem quaſi generis ac ſpeciei, rectiſsimè procedit, ut ibidem Euerar. & Iaſ. ac Dd. alij, l. 2. §. appellata. ſi cert. pet. Quid, quòd hic ſimultaneè in-
13 ueſtitus ſuccedit, qui † prioris anteceſſoris inueſtitura comprehenſus eius nomine nullam laudemiam debere poteſt? Iaſ. l. fin. nu. 49. C. de iur emphyt. Crauet. conſil. 215. pater. nu. 8.
14 cum multis ibi allegat. quanquã † aliàs ſucceſſor feudi etiam caſu, quo non eſt hæres allodialium, nihilo minùs ad debita occaſione feudi, & in huius utilitatem contracta, teneatur, conſtit. 46. parte 2. ex communi doctrina in c. 1. ubi Camerar. de prohib. feud. alien. per Fed. & in c. 1. an agnat. uel filius.

CONSILIVM XVII.

De teſtamento militari filijfam. & peculio caſtrenſi: & legitima parenti inde debita: & an in fraudem creditorum pater eam repudiare poſsit?

SVMMARIA.

1 ¶ *Creditores etiam poſt ceſsionem poſſunt à debitore petere hæreditatem deuolutam. & num. 25.*
2 *Paria ſunt teſtamentum nullum eſſe factum, uel non ritè.*
3 *Filiusfam. teſtari nequit, ne quidem de bonis, in quibus pater uſumfructum non habet, etiam iure nouo.*
4 *Præteritio ut liberorum, ita parentum facit teſtamentum nullum.*
5 *Conſenſus patris non ualidat teſtamentum ex eius præteritione nullum. & num. 6.*
6 *Parentibus æquè, ut liberis, titulo inſtitutionis eſt relinquendum.*
7 *An poßit dici præteritus, cui relinquitur citra titulum inſtitutionis aliquid in legitimam.*
8 *Vſusfructus à legitima relinqui nequit.*
9 *Debitor conſentire in fraudem creditorum nequit, ut prætereatur.*
10 *Teſtes in teſtamento ſubſcribere & ſignare, in codicillo ſubſcribere tantùm debent.*
11 *Codicillus non ualet, niſi coràm 5. teſtibus.*
12 *Teſtamentum militare coram duobus ualet.*
13 *Teſtamentum militare non poteſt fieri niſi in expeditione. & nu. 37.*
14 *Declaratio ſola militis in caſtris non efficit teſtamentum prius militare.*
15 *Militis bona regulantur & deferuntur ſecundum locum ſui domicilij & originis.*
16 *Ibi quis eſſe creditur, ubi habet animum reuertendi.*
17 *Filio in peculio caſtrenſi quomodo ſuccedatur.*
18 *Tria genera ſucceſsionum.*
19 *Qui non teſtatur, ſua uoluntate intelligitur ab inteſtato uenientibus relinquere.*
20 *Iure nouo filius etiam in caſtrenſi peculio patrem habet heredem.*
21 *Debitor an poßit hæreditatẽ delatã repudiare?*
22 *Hæreditas delata dicitur, quia adiri poteſt etiam antè, quàm adeatur.*
23 *Sufficit creditores re, non conſilio fraudari.*
24 *Debitor quatenus obligatione per ceßionem liberetur.*

25 *Legi-*

25 *Legitima parentum hodie aucta.*

26 *Legitima non aufertur generali præteritione, & eſt æs alienum.*

Decidendi rationum ſummaria.

27 ¶ *Vt ſit locus reuocatoriæ, neceſſe eſt rem in bonis debitoris fuiſſe.*

28 *Milites filijfam. de bonis ſuis teſtari poſſunt, nedum caſtrenſibus, ſed & alijs.*

29 *Militare teſtamentum non ſubiacet querelæ, & in eo pater poteſt præteriri iure ueteri.*

30 *Præteritio non annihilat militare teſtamentum iure nouo, ſed facit locum querelæ.*

31 *Præteritio militis eſt pro exheredatione iuſta.*

32 *Militaria priuilegia ad milites noſtri temporis pertinent.*

33 *Debitor in fraudem creditorum poteſt querelam omittere.*

34 *Querela quinquennio præſcribitur.*

35 *Querela non præparata, non eſt in bonis, nec tranſmittitur.*

36 *Miles in dubio potiùs uidetur uelle teſtari iure communi, quàm militari.*

37 *Clauſula, Omni meliore modo, facit teſtamentum ualere iure militari.*

38 *Miles non tantùm facto, ſed etiam uerbo declarare poteſt uelle ſe prius teſtamentum iure militari ualere.*

39 *Miles cenſetur noluiſſe iure militari teſtari, quando teſtamentum ipſius non poteſt ualere iure communi.*

40 *Miles quando dicatur eſſe in expeditione, & actu militari, ut condere teſtamẽtum iure militari poſſit.*

41 *Forenſis poteſt teſtari ſecundum ſtatutum loci, etiam de bonis alibi ſitis.*

42 *Iniuriam non facit, qui ſuo iure utitur.*

43 *Debitor in fraudem creditorum poteſt hæreditatem, atq; adeò legitimam repudiare.*

44 *Legitima repudiata non eſt æs alienum, nec cenſetur in bonis fuiſſe.*

45 *Repudiatio non eſt propriè alienatio.*

46 *Hæres omnis, qui non eſt in poteſtate, ſiue aſcendens, ſiue deſcendens, dicitur extraneus.*

47 *Hæreditas alia delata eſt, alia acquiſita.*

48 *Debitor poſt ceſſionem non poteſt cõueniri, niſi quatenus facere poteſt.*

HERMANNVS nobilis cùm etiamnum cœlebs abſq; cõiuge & liberis in militia non parum caſtrenſis peculij quæſiuiſſet, profecturus denuò in Turcas, domi teſtamentum ſeu ultimam uoluntatem coram patre cõſentiente, & duobus teſtibus ſubſcripturis & ſignaturis (qui tamen poſtea non ſubſcripſerunt) fecit: in quo fratrem ſuum Remum hæredem inſtituit: & caſu, quo ipſe abſq; liberis decederet, proprietatem ſororibus, patri uerò uſumfructum, aut ſi illud à creditoribus eius, uel alijs cõtrouerteretur, alimẽta tantùm ei reliquit: idq́; eo, quòd multa ſuſpicari permittunt animo & conſilio, non ut patrem præteriret, cuius uoluntate hæc gerebantur: ſed ut illi & familiæ conſuleret potius, quàm obærati patris creditoribus. Pater enim ob æs alienũ bonis ceſſerat, aut ceſſurus erat: cui ſi hæc hæreditas obueniſſet, creditores eam abſtuliſſent, §. fin. Inſtit. de actio. l. 4. cum ſeq. de ceſſ. bonor. cum ſimilib. ſicut & nunc auferre contendunt: atq; ita ad alieniſſimos ſucceſſio d. Hermanni contra mentem eius eſſet delata. Quod ne fieret, ultimam uoluntatem eo, qui oſtenſus eſt, modo condidit: cumq́; profectus exinde contra Turcas, in caſtris ualetudinem contraxiſſet indies ingraueſcentem, commeatum ab Imperatore conferendi ſe ad propinquam Viennam tantiſper dum curaretur, durante nihilominus ſtipendio, impetrauit. Ibi cùm morbo inualeſcente uitæ finem adeſſe intelligeret, coram duobus nobilibus ad id uocatis, declarauit illam, de qua modò dictum eſt, ſuam ultimã etiamnum eſſe uoluntatem, & in ea ſe uelle perſeuerare, cupereq́; eam ad exitum perduci: cuius rei teſtimonium, ſicubi opus eſſet, ut reddere uellent, amicè poſtulauit. Poſtea defuncto Hermanno Remus frater hæres nominatus, conſentiente & repudiante ius ſuum patre, ſucceſsionem capeſsit: creditores autem paterni eandem, uelut patri delatam, petunt: quæritur, quid iuris?

ET uidebatur prima facie, cùm hæc ſucceſsio ad patrem fuerit deuoluta, rectè
1 † eam, quãuis ceſsione facta, à creditoribus eius peti, quaſi deducto ad pinguiorẽ fortunã debitore: uti Iaſon nu. 2. Ang. num. 5. Fab. num. 6. §. ult. Inſtit. de actio. l. 1. ubi Barto. Bald. & communiter Dd. C. qui bon. ced. poſſ. cum ſimil. Nam quòd deuoluta hæc ſucceſsio ſit ad patrem, ex eo probatur, quòd teſtamentum hic factum nullũ ſit, aut certè inualidum, tam ratione perſonæ teſtãtis, quàm à defectu ſolennitatum iure requiſitarũ: unde ab inteſtato ſucceſsio fuit proximo hæredi, nẽpe patri, non exiſtentibus liberis, iure Saxon. præ

fratribus

2 fratribus delata: cùm † paria ſint, teſtamẽtum
nullum eſſe ſactum, uel non ritè ſactum, arg.
l. quoties. qui ſatiſd. cogan. §. 4. Inſtit. de ſatiſd.
tut. & utroq; caſu eodem modò ab inteſtato
ſuccedatur, in princ. Inſt. de hær. quæ ab inteſt.
3 Ratione † perſonæ teſtis non uidetur hic ua-
luiſſe teſtamentum, quia d. Hermannus teſta-
tor fuit filiusfa. qui teſtamẽti factionẽ non ha-
bet, l. qui in poteſtate. 6. de teſtam. ne patre q-
dem conſentiente, in princ. Inſt. quib. non eſt
permiſſ. fac. teſt. ex ratione d. l. qui in poteſtate.
l. teſtamenti. 3. ff. eo. ac ne quidẽ in bonis, quo
rum uſusfructus patri quæritur, ut dicit hanc
eſſe communẽ Iaſ. in l. ult. nu. 3. uerſic. retenta.
C. qui teſt. fac. poſſ. Ang. in §. ult. num. 1. C. de
teſt. mil. quod ius poſtea per authenticas con-
ſtitutiones immutatum nõ eſt, l. penult. C. qui
teſt. fac. l. ult. C. de inoff. teſt. l. ult. §. antepenul.
C. de bon. quæ lib. §. ſancimus. in uerb. in qui-
bus habent teſtandi licentiam. argumento à
ſpeciali ſumpto. Nouell. 115. ut cùm de appel.
cognoſ. & ubiq; Dd. nã Nouel. 117. de diuerſ.
capit. quæ in contrariũ ſolet allegari, nõ teſta-
tionẽ de bonis, ſed bonorũ adminiſtrationẽ
inter uiuos, & ius cõtrahendi tantũmodo cõ-
cedit, quomodo & l. ult. §. filijs. C. de bon. quæ
lib. ratione ſolẽnitatum, quia pater in primis
4 in hoc teſtamẽto inuenitur præteritus. Vt † aũt
præteritio liberorũ facit teſtamẽtum nullum,
l. inter. 30. ubi Iaſ. & Dd. & tot. tit. de lib. & poſt-
hu. Inſtit. de exhær. lib. in princ. cum §§. ſeq. ita
quoties liberi, quorum prima in ſuccedendo
cauſa & ordo eſt, §. 1. No. 118. §. 1. 2. Inſt. de hær.
ab inteſt. non extant, (ſicut hic nullos habuit,
aut reliquit d. teſtator) toties parẽtes, quorũ
ꝓximus, eſt in hæreditatib. ordo, §. 2. in auth.
de hæred. ab inteſt. No. 118. inſtituẽdi ſunt aut
exhæredandi à liberis, nec præteriri poſſunt,
alioqui teſtamentum fit ipſo iure nullum, ut-
pote contra diſpoſitionem legis factum, §. ſi-
ue igitur uerſic. ſancimus. in authen. ut cùm
de appell. cognoſc. Dd. præſertim Iaſon nu-
mer. 19. in authen. ex cauſa. C. de lib. præter. &
l. inter. de lib. & poſth. Alexan. in l. filio præte-
rito. de iniuſt. rup. teſt. nec admittenda hic eſt
diſputatio, quòd hoc non obtineat, quando
pater ius ſuum repudiat & conſenſu præterit.
Nam fruſtra repudiatur uiuentis hæreditas, l.
qui ſuperſtitis. de acquir. hæred. Iaſ. in l. 1. in fi.
C. de pact. nec talis conſenſus quicquam ope-
ratur, neq; in filio paciſcente, l. ſi quando. 35.
§. 1. C. de inoff. teſtam. nec in parte, gl. uerb. re-
pelletur. in l. 1. ff. ſi quis à paren. manu. ubi hãc
opinionẽ ultimo loco ponit, & ſic eam ſequi
intelligitur, l. ſi idẽ. 11. de iuriſdic. ac ſimilibus
5 iuribus uulgat. Et † quãuis olim conſenſus pa
tris eum poſt petentem doli exceptione op-
poſita excludebat uno caſu, ſcilicet cùm legi-
timam à filio accepiſſet inter uiuos, uel ex ul-
tima uoluntate, d. l. 1. tamen, ut ibi rectè anno-
tat Bart. in d. l. 1. §. ſi parens. in fin. uerſ. itẽ præ-
dicta omnia. ſecus eſt hodie: quoniam omni-
no patri legitima, aut aliquid loco legitimæ ti
tulo honorabili inſtitutionis iã eſt relinquen-
6 dum, alioqui teſtamentũ nõ ualeat. Vt † enim
liberis, ita & parentibus, quibus non minus
piè relinquitur, l. nam etſi 15. in princ. de inoſ-
fic. teſt. eodem titulo inſtitutionis, ad hoc ut
teſtamẽtum ſubſiſtat, eſt relinquendũ: & hanc
eſſe communem teſtatur Iaſ. in d. auth. nouiſ-
ſima. num. 37. C. de inoff. teſta. Franc. Viuius
in com. opin. uerb. inſtitutio parentum. num.
1. cum multis ſequen. per doctrin. Bal. cõſ. 84.
ueritas. lib. 4. Calder. conſi. 5. de teſtam. Barb.
& Mod. in c. Raynutius. de teſtam. fac. Spec. de
inſt. edit. §. compendiosè. Itaq; ne quidẽ con-
ſenſu ſuo pater iam præteriri poteſt, cùm teſta
mẽta ſint publici iuris, l. 3. de teſta. ideoq; non
ualidẽtur eius uoluntate & conſenſu præteri-
ti, qui ex lege inſtitui, uel ſecundum datam le-
ge formã exhæredari debet, ut hanc dicit com
munẽ Iaſ. in l. inter. 30. nu. 10. 11. 12. 13. ff. de lib.
7 & poſthu. Nec mouere † debet, quaſi pater hic
præteritus dici nequeat, cùm illius in teſtamẽ-
to facta ſit mentio, & aliquid illi relinquatur.
Nam primùm non eſt illi relictum in legiti-
mam aut loco legitimæ: quod ſi factum eſſet,
plus habere res dubitationis poſſet, per not.
Iaſ. in d. auth. nouiſsima. nu. 28. Clarus de te-
ſtament. paſsim. Deinde ne purè quidem ali-
quid & ſimpliciter eſt relictum, ſed tãtùm ſub
conditione, ſcilicet ſi moreretur ante patrem
ſuũ frater hæres inſtitutus. Neq; illo caſu pro-
prietas relicta eſt, ſed tantùm uſusfructus, uel
alimenta: quæ omnia recedere à relicto legiti-
mæ, nec pro ea reputari, aut in illam imputari
8 poſſe certiſsimum eſt: cùm † legitima ſub con
ditione, aut tantùm in uſufructu relinqui ne-
queat, Iaſ. d. auth. nouiſsima. nũ. 45. per illum
text. ibi in fin. l. quoniam nouella. C. de inoff.
teſtam. Deniq;, ut antè dictum eſt, parẽtes ho-
die titulo inſtitutionis accipere debent, non
9 relicti. Conſenſus † igitur patris nihil hic ope-
ratur, nec defectum & uitiũ præteritionis ſup-
plet, uel qui uiuẽte teſtatore interceſsit, d. l. q
ſuperſtitis. in princ. Inſt. de exhær. lib. l. ſi quã-
do. §. 1. C. de inoff. teſt. Iaſ. d. l. inter. nu. 10. cum
ſeq. uel qui teſtatore mortuo ſubſecutus eſt,
cum in fraudem uergat creditorum, l. in frau-
dem. 45. de iure fiſci. l. 1. C. de ijs, quæ in frau.
credit. alter defectus ſolẽnitatis hic eſt, quòd
tantùm teſtes duo ſint adhibiti, qui ipſi non
ſubſignarunt. Iam notiſsimi eſt iuris, teſtamẽ-
tum non ualere, ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupa
tiuum, niſi fiat coram ſeptẽ teſtibus: adeò, ut
etiam uno teſte deficiente, ad nihilum rediga
10 tur, l. ſi unus. 12. C. de teſtam. qui † quidẽ teſtes
omnes etiã ſubſcribere & ſignare in teſtamen
to in ſcriptis facto debẽt, §. ſed cùm paulatim.
uerb. ſubſcriptionẽ teſtium. & uerb. ſignanda.
Inſtit. de teſtam. l. hac cõſultiſsima. 21. C. de te-
11 ſtam. In codicillo † autem etſi non ſubſignare,
tamen ſubſcribere debẽt, Iaſ. in l. ul. per illum
tex. nu. 11. & 12. C. de codicil. Quæ cum hic de-

B ficiant,

ficiant, ſi quet ipſum quoq; deficere teſtamen-
rum, d.l. ſi unus. C. de teſtam. cum ſimilib. Nec
in cõtrarium mouere debet, quòd adiecta ſit
clauſula codicillaris. Primò, quia nõ prodeſt,
quando teſtamentum uitioſum eſt ob inhabi-
litatem teſtatoris, l. Titia. de inof. teſt. l. 2. § fin.
ſ. codicilli. de iur. cod. Molin. de inoff. donat.
num. 2. Secundò, quia ne codicilli quidẽ aut
ullæ aliæ uoluntates aliter ualent, quàm ſi co-
ram quinq; teſtibus fiant, Bart. l. nutu. nu. 2.
3. de leg. 3. l. ult. C. de codicil. l. ult. C. de donat.
cauſ. mort. & quidem ſubſcribẽtibus, ut dixi.
Quare cùm hic duo tantùm teſtes ſint adhi-
biti, qui etiam nec ſubſcripſerunt, neq; ſigna-
runt, ſequens eſt, nullo iure hoc teſtamentum
12 ualere. Quanquam † autẽ militari iure teſta-
mentum coram duobus cõditum ualet, ut no
tatur in §. planè. ubi gl. ad uerb. hominib. ſal-
tem duobus, Angel. Bauer. & Dd. Inſtit. de mi-
lit. teſtamen. & hic miles fuerit aliquando te-
ſtator: tamẽ non fuit miles tempore teſtamen
ti, neq; id fecit in caſtris, ſed domi. Notum au-
13 tem eſt, teſtamentum † nõ ualere iure militari
hodie, niſi à militibus actu militantibus fiat,
§ ſed etſi quis. ubi Ang. Bauer. & Dd. Inſtit. de
teſta. mil. Soc. iun. latè in l. centurio. nu. 51. de
uulg. & pupil. & quidem niſi fiat in caſtris at-
que in procinctu, l. ut quidem. penult. C. de
teſtam. mil. gloſ. in §. 1. ubi Bauer. num. 3. §. ſed
etſi Inſtit. de teſt. mil. per tex. in §. illis autẽ tem
poribus eod tit. ubi poſt. gloſſ. Ang. & Dd. Ba
uer. nu. 1. 2. 3 4. 5. cum ſequent. optimus text.
in §. ſed hactenus eod. tit. nã alibi factũ. quàm
in procinctu, uel in tẽtorijs atq; ſub pellibus,
iure cõmuni fieri debet, Bauer. in §. planè. nu-
mer. 12. Inſtit. de teſt. mil. etiã abs actu adhuc
militantibus, ut eſt tex. ad literam in §. ſed ha-
ctenus. Inſtit. de teſta. mil in uerb. poſt miſſio-
nẽ uerò ueterani. uel extra caſtra alij ſi faciant
adhuc militantes teſtamentum, communi o-
mnium ciuium Rom. iure id facere debẽt: idq;
non conſiderato animo, utrùm reuerti ad ca-
ſtra uelint, an non: nã quamdiu ſunt milites,
ſatis intelligitur eos animum reuertendi ha-
bere, per tex. ibi in uerb. militantes. & ibidem
Ang. nu. 1. 2 3. latè Socin. iun. in l. cẽturio. nu.
48 de uulg & pup. Vnde licet poſtea eandem
illam uoluntatem ſuam confirmauerit hic te-
ſtator reuerſus ex caſtris Viennã, & adhuc in
ſtipendijs & militia exiſtens, non tamen tunc
fuit in procinctu & ſub pellibus, & potuiſſet,
uel debuiſſet potiùs iure communi teſtari, per
14 d §. ſed hactenus. cum ſimil. Deniq; † in caſtris
quidem & expeditione ſufficit declarare mi-
litem, ſe uelle teſtamentum prius, aliàs nõ iu-
re factum, ualere iure militari, ſed neceſſe eſſe
uidetur, quòd factũ aliquod teſtãdi accedat,
quo uolũtas prior tollatur, & noua reapſe fiat
ac declaretur: puta, ut prius teſtamentum reſi-
gnetur, mutetur, &c. §. ſed etſi quis. Inſt. de te-
ſta milit. Ex quibus nũc omnibus quia cõclu-
di & inferri rectè poſſe uidetur, prætactum te-

ſtamẽtum non ualere: ſequẽs eſt dicere, hęc fi-
lijfam. bona ad patrẽ, qui iure Sax. fratres ex-
cludit ab inteſtato, eſſe deuoluta, in princ. In-
ſtit. de hær. quæ ab inteſt. Nam cùm nullos hic
teſtator reliquerit liberos deſcẽdentes, ſequi-
tur, quòd aſcendẽtibus, hoc eſt parẽtibus, ut
hæredibus proximis, debita ſit eius ſucceſſio:
maximè iure Sax. quo in ſucceſſione parẽtes
excludũt collaterales omnes, & fratres, ut eſt
notorij iuris & cõſuetudinis, Landt. lib. 1. art.
17. author diff. 14. Secundum hoc autem ius
Sax. hæc hæreditas regulanda eſt, quia illi te-
ſtator ſeu defunctus ſubiectus fuit, & in terris
Saxonici iuris originẽ duxit, ac domiciliũ ha-
15 buit, unde ſecũdum † hoc ius eius bona non
ſolùm immobilia, ſed etiã mobilia deuoluun
tur & regulantur, non obſtante, quòd alibi in
militia ſit mortuus, l. libertis. §. præſcriptio. ad
municipal. & eſt communis doctrina Dd. in l.
1. C. de ſacr. eccleſ. Socin conſil. 36. rectè. num.
16 5. 6. 7. 9. uol. 1. Nam † ibi quis eſſe creditur, ubi
habet animum reuertẽdi, l. nihil. ubi hoc Bar.
notat, de capt. & poſt. reuerſ & quamdiu quis
deſtinatus eſt ad locum originis, ut eò redire
uelit, tamdiu pro ciue habetᷣ. gl. ult. in l. ciues.
7. C. de incol. lib. 10. Socin. d. conſil. 36 Et cùm
hic filiusfam. nullũ aliud domicilium habue-
rit, intelligitur paternum & originis ſequi, ut
17 dixi pluribus ſ. conſil. 1. Etſi autẽ † filiusfam.
olim in peculio, ne quidẽ caſtrẽſi, habuit hæ-
redẽ, cùm pater omnia iure peculij occuparet,
l. 1. & 2. ff. de caſtr. pecul. ubi gl. l. filiusfam. 18.
ad l. Falcid. l. pen. C. de caſt. pecul. lib. 12. tamẽ
& tunc lato modo & effectu hæreditas erat ac
taliẽ ſucceſſio, Caſt. nu. 2. in d. l. filiusfam. Nã
18 † ſunt tria genera ſucceſſionũ, una ex teſtamẽ
to, altera ab inteſtato, tertia iuris ſingularis,
Bal in l cùm antiquioribus. nu. 7. C. de iur. de
lib. & in c. imperialẽ. n. 19. de proh. feu. alie. per
Fed. Caſtr. conſil. 441. pro declaratione. nu. 5.
uol. 1. Sigiſ Neapol. conſil. feud. 38. quoniam.
nu. 10. & talis quidẽ ſucceſſio hæc erat pater-
19 na. Nam † filius miles qui non condiderat te-
ſtamẽtum, uidebatur etiam ſua uoluntate pa
tri ſucceſſionẽ iure peculij relinquere, l. conſi-
ciuntᷣ. 8. in princip. de iure codicil. Iaſ. in l. poſt
dotẽ. nu 96. 67. ſolu. matr. per l. 1 §. ſciendum.
de legat. 3. quo in genere reſpectu creditoris
omnia obtinuerunt, quæ in alia ſucceſſione:
cùm lex inter ſucceſſiones hac in parte nõ di-
ſtinguat, ſiue ſit teſtamẽtaria, ſiue legitima, ſi-
ue prætoria, l. qui autẽ. §. 1. ff quæ in frau. cred.
unde nec nos diſtinguere debemus, l. de pre-
cio. de Public. Sed de eo fruſtra diſputatur, cũ
20 † iure nouo filiusfam. quãuis miles, etiã in pe
culio caſtrẽſi, uel quaſi, habeat hæredẽ, l. 3. C.
de bon. quæ lib. nedũ ex teſtamẽto, ex quo e-
tiam iure ueteri capiebatur militis hæreditas,
d. l. 2. de caſt. pecul. l 4. C. eo. tit. lib. 12. ſed etiã
ab inteſtato, cũ illi nõ ſolus pater, ſed ex ęquo
uterq; parens ſuccedat, §. 2. in auth. de hær. ab
inteſt. hæc eſt communis opinio Scribẽtium,

gl. in

gl. in d. l. 2. uerb. non quaſi. uerſ. ſed hodie. de
caſtr. pecul. Bart. in l. filiusfam. nu. 2. ad l. Falc.
& ibidem Caſtr. ac cõmuniter Dd. & Bart. in l.
1. in fi. de caſt. pecul. qui perhibent non eſſe du-
bium iure nouo, quin babeat filiusfam. hære-
dẽ, Bar. d. l. 1. in fin. de caſt. pecul. idq; maximè
uerũ eſt iure Sax. quod hic attendẽdum dixi-
mus, quo illud ſingulare peculij ius prorſus
ignorat̃ & parẽtes liberis cuiuſcunq; ordinis
iure proximitatis ſuccedunt. Cùm ergo hic fi-
liusfam. nullos, ut dictũ eſt, deſcẽdentes reli-
querit, & in linea aſcendẽte non matrẽ, ſed tã-
tùm patrẽ ſuperſtitẽ babuerit, ſequẽs eſt dice-
re, quod ad illũ ſolũ eius ſucceſsio ſit deuolu-
ta: quo poſito, uidetur & illud cõſequi, quòd
21 † hęreditatem oblatam in fraudem creditorũ
non potuerit pater repudiare, nec uiuẽte ad-
huc filio, quia tunc non ualuit repudiatio hę-
reditatis uiuẽtis, ut ante oſtenſum eſt, l. qui ſu-
perſtites. ubi Caſt. de acqui. hær. neq; illo mor
tuo, quia fraudare creditores omittẽdo obla-
tum lucrũ & augmentũ bonorũ non debet, l.
in fraude. 45. in prin. de iur. fiſ. ubi dicitur, p-
miſcuè puniri fraudẽ, ſiue fiat alienando, ſiue
non acquirẽdo. Sed & qui nõ acquirit delatã
hęreditatem, uel legatum relictũ, alienare in-
telligitur, l. magis puto. 5. §. fundum. ff. de reb.
eor. Alex. conſ. 27. lib. 3. Caſt conſ. 11. & eadem
eſt ratio lucri, quæ damni, l. 3. §. ult. ubi Dd. ff.
22 de eo quod cer. lo. Delata † autem intelligitur
hæreditas non tãtùm quæ eſt adita, ſed quam
quis adeũdo poteſt cõſequi, l. delata. de uerb.
ſig. Soc. iun. in d. l. cẽturio. n. 134. bonus tex.
in l. 2. §. ſed etſi quid. de hær. uel act. uẽd. Si qd
dolo malo factum eſt, quo minus peruenerit,
illud ait textus, emptori pręſtandum eſt. Feciſ
ſe autem dolo malo, quo minus perueniat, ui-
detur, ſiue alienauit aliquid, uel etiã accepto
liberauit: uel id egit dolo malo, ne hæreditati
acquireretur: uel ne eam poſſeſsionem adipi-
ſceretur, quam poſſet adipiſci. Itaq; ut reliqua
iura ad rem aliquam cõpetentia, non poſſunt
in fraudem creditorum cõtra prohibitionem
edicti alienari, quia qui actionem habet, rem
quodammodo habere uidetur, l. id apud. de
uerb. ſing. latè Alex. conſ. 27. attentis, n. 4. uol.
3. cum ibi allegat. ita nec uidetur hæc hæredi-
tas delata patri, & quam petere ac adire in ma
nu babebat, potuiſſe in fraudem creditorum
repudiari, quando horum conditio non de-
beat facto debitoris reddi deterior, l. debito-
rum. 25. cum ibi no. C. de pact. Quare credito-
res intentionem hic uidentur habere funda-
tam, nedum contra repudiantem, l. 1. & l. ult.
C. de his quę in fraud. l. 1. §. ult. ff. eo. tit. ſed etiã
aduerſus poſſeſſores bonorum eos, quorum
in fauorem repudiauit ex edicto Quæ in frau-
dem creditorum, l. ait prętor. §. ſi cum. l. qui au
tẽ §. apud quæ in fraud. credit. l. 1. l. 2. ubi Dd.
eo. tit. neq; neceſſum eſt hoc caſu conſiliũ frau
23 datiõis ſubeſſe: ſed † ſufficit creditores re ipſa
fraudatos eſſe. Illud enim quod de fraude cõ-
filij diſponit̃ tantũmodo obtinet, cùm titulo
oneroſo quid alienat̃, l. 6. §. hoc edictum. l. ait
prætor 10. §. ita demum. l. omnes. 17. §. Lucius.
quæ in frau. cred. l. pen. C. eo. tit. Cæterùm quã
do titulo lucratiuo, puta donationis, aut reli-
cti, alienatio fit, ut alteri abſq; precio aliquid
quærat̃, uelut hic factũ eſt remittẽdo ius liqui
dum, quod & ipſum donatio eſt, l. ſi quis dele
gauerit. ubi Bartol. de nouat. l. hoc iure. §. 1. de
donat. l. ſi quis obligatione. de reg. iur. Bar. l. ſi
quis cùm aliter. n. 8. de uerb. obli. tũc nõ opus
eſt fraudis cõſilium ſubeſſe, ſed etiã abſq; illo
indiſtinctè creditores alienata reuocare poſ-
ſunt, d. l. 6. §. pen. & §. fin. l. 5. C. eod. tit. de quo
text. eſt ferè in terminis in l. 1. C. quæ in fraud.
cred. ubi diſertè traditur, quòd ſi hæres hære-
ditatẽ ſibi deuolutã alteri ceſſerit, poſsint cre-
ditores uſitatis actionibus illã reuocare. Nec
prodeſſe hic poteſt d. parenti, quòd antea cre-
ditoribus ſuis bonis ceſsit, unde liberatus ob
ligatione uideri poterat ſaltẽ ciuiliter, glo. in l.
ubicunq; uerb. fideiuſſorẽ. de fideiuſſ. nã com
munis opinio eſt in contrariũ, ut firmat Iaſ. in
24 §. ult. nu. 2. Inſt. de act. ſcilicet quòd † debitor
cedens bonis, nulla obligatione, uel naturali,
uel ciuili, liberetur: & ideo ſi ad locupletiorem
fortunã perueniat, ſemper à creditoribus con
ueniri poſsit, tex. eſt in d. §. fin. & melior in l. 1.
ubi Bar. Bal. & cõmuniter Dd. C. qui bon. ced.
poſſ. Ang. nu. 5. Fab. nu. 6. Iaſ nu. 2. & cõmuni-
ter Dd. in d. §. ult. Inſt. de act. Ex quibus omni-
bus concludendũ uidebatur, creditores iſtos
in reuocatione iſtius ſucceſsionis præferẽdos
eſſe fratri poſſeſſori & hæredi inſtituto, in cu-
ius fauorem odiumq; & fraudẽ creditorũ pa-
ter bæreditatem hãc ſibi delatam repudiauit.
Quod quidem etiamſi in tota hæreditate du-
bium aliquod haberet, tamẽ recipiendũ uide-
25 tur, quo ad † legitimã patris, quæ bodie tertia
eſt pars hæreditatis, æquè in parentibus atq;
in liberis aucta, ſecundũ communem, teſtãte
Iaſ. in auth. nouiſsima. nu. 35. C. de inoff. teſt.
26 Nam † hãc nec teſtamento auferre filius patri
potuit, d. auth. nouiſsima. neq; generali præ-
teritione ablata cenſetur, per ea quæ tradit la-
tiſsimè. Soc. iun. in l. cẽturio. n. 142. cũ multis
ſeq. ff. de uulg & pup. prout dicam conſ. 24. &
eſt æs alienum ac debitum patris, Soc. d. l. cen
turio. nu. 150. ſicut filij, gl. & Dd. l. ſi quis uerb.
poſſe. de falſ. per l. filius. eo. tit. Vt igitur nõ po
teſt in fraudẽ creditorũ ſibi debita debitor re-
pudiare: ita nec legitimã, quo minus credito-
res reuocare poſsint, ut idẽ ſit iudiciũ de ſpe-
cie, q; de genere, Euer. loc. à gener. ad ſpec. fac.
l. quæ de tota. de rei uẽd. cũ alijs iurib. uulgar.

Rationes decidendi.

SED præmiſsis omnib. non obſtantibus, contrarium in præſente caſu eſt definiendũ, quia & teſtamentum ualuit, & legitimam patri auferre filius, utpote miles, potuit, ac quãuis aliter eſſet, tamẽ pater repudiare hæreditatem nondum aditam nõ prohiberet̃, nec per

hoc fraudati creditores uiderētur, ut actio ex
27 edicto dari ijſdē hoc nomine poſsit: cū † hanc
proponēs neceſſe habeat probare rē in bonis
fuiſſe debitoris, Bal. l. ignoti. nu. 1. C. de reuo-
can. ijs, quæ in frau. cred. quod hic abeſt. Nā il
28 lud qdē notiſsimi iuris eſt, filiosfam. † milites
teſtari de bonis ſuis poſſe, Inſtit. quib. non eſt
permiſſ. fac. teſt. uerſ. exceptis ijs, & præcipuè
militibus. l. pen. C. qui teſt. fac. l. miles. 23 l. cū
filius. 29. & paſsim tot. tit. de mil. teſta. maxi-
mè de caſtrenſi peculi, uel quaſi, l. ult. C. qui
teſta. fac. Iaſ. in l. poſt dotē. nu. 90. 91. ſol. matr.
quādo in eo pro patrefam. habeat̃, l. 2. ad S. C.
Maced. Iaſ. d. l. poſt dotē. nu 91. ſol. mat. adeò
29 ut † eius teſtamētū querelæ inofficioſi iure q-
dem ueteri non ſubiaceat, l. teſtamentū. 24. l.
ult. C. de inoff. teſt. l. Papinianus d. §. ſi quis. 4.
l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. 2. ff. eo. tit. latè
Soc. iū. in l. cēturio. nu. 147. de uulg. & pup. &
liceat filijs militibus per teſtamentū patrē ex-
cludere, aliumq́ facere hæredē, l. 2. de caſt. pe-
cul. l. 4. C. eo. tit. lib. 12. atq; ita prætereūdo uel
exhæredando nedum ſucceſsione, ſed etiā le-
gitima eū priuare, Bauer. latè in §. illis. nu. 17.
Inſtit. de teſt. mil. Alex. cōſ. 51. in caſu nu. 8. uol.
7. Etſi autē lōga eſt diſputatio, an hoc ius mi-
litare hodie ſit correctū, per §. & hæc quidē. in
auth. ut cùm de appel. cognoſ. ut uidere licet
apud Soc. iun. in d. l. cēturio. nu. 147. de uulg.
& pup. tamē in hāc cōmuniter ſententiā itum
30 eſt, ut exiſtimet̃ † exhęredatio, uel pręteritio
(quæ in militari teſtamēto pro exhæredatio-
ne eſt) uel parentū uel liberorum non annihi-
lare teſtamētum, ſed tātùm locū facere quere-
læ inofficioſi, ut hic eſt communis in l. ult. ubi
Iaſ. nu. 6. C. qui teſt. fac. in l. ult. ubi Iaſ. nu. 5. di-
cit hanc uerā & communē eſſe opinionē, C. de
inoff. teſt. in auth. ex cauſa. ubi Iaſ. nu. 19. C. de
lib. præter. & hanc communem eſſe confirmat
Soc. iun. in d. l. centurio. nu. 137. cū multis ſeq.
poſt Ang. qui ēt dicit eſſe communē in §. illis.
nu 2. Inſt. de teſt. milit. Itaq; cōmuniter repro-
bata eſt ſententiā Bart. in d. auth. ex cauſa. exi-
ſtimantis patrē in teſtamēto filij militis præte
ritū habere ius dicēdi illud nullum: quod ue-
rum non eſt, quādo tātùm habeat ius quere-
landi per inofficioſi accuſationē, non etiā ius
31 dicendi nullum, ut † ſemper præteritio militis
habeatur pro exhæredatione iuſta, ut firmat
ita cōmuniter tenere doctores, Ang. in §. illis.
nu. 3. inſtit. de mil. teſt. Soc in d. l. centurio. nu.
143. 147. 157. ubi inquit hanc eſſe cōmunem,
ac teſtantur idem Moderni & Iaſ. in d. auth. ex
cauſa. num. 19. & eſt originalis ſententia Alex.
Imol. & aliorum in l. filio præterito. de iniuſt.
rup. & irr. teſt. Hic autem teſtatorem fuiſſe mi-
litē, & bona, de quibus teſtatus eſt, eſſe caſtren
ſe peculium, in confeſſo eſt. Potuit ergo iurè
militari teſtari, & patrem excludere, cùm ad
32 milites † noſtri temporis uerè militātes priui-
legia militaria corpori iuris incluſa, ptineant,
ut poſt Alex. Soc. & alios concludit & firmat

Socin. iun. in d. l. cēturio. nu. 77. cū multis
allegat. quia licet ſolennia uetera creandi m
lites nō ſint in uſu, tamē, quoniam eadem e
rum eſt iuris ignorantia, eadem pericula ſu
nēt, & idem manet effectus publicæ utilitat
ideo idem ius remanere debet, l. decreto. C.
quib. cauſ. infa. l. ordo. de pub. iudic. cū ſim
ad idem Fab. in rub. Inſt. de teſt. mil. num. 3.
ibidē Bauer. nu. 10. Nihil igit̃ hic obſtat, quo
hic teſtator fuerit filiusfam. nā miles fuit &
caſtrēſi peculio teſtatus eſt. Conſtat autem
liūfam. nedum militē, ſed etiam paganum,
tali peculio, uel quaſi teſtari poſſe, l. pen. l. u
cum ibi not. C. qui teſtam. fac. l. ult. C. de ino
teſt. in princ. Inſt. quib. non eſt per Bauer. po
glo. in §. illis. nu. 16. Inſt de teſt. mil. Itaq; quo
dicitur, ne de illis quidē poſſe filiū fam. teſta
quorū uſosfructus patri nō quærit̃, de aduen
titijs tm̄, non de caſtrēſibus, uel quaſi, eſt acc
ptendū, ut Dd. ipſimet declarāt, Ang §. fi. nu.
Inſt. de teſt. mil. & Iaſ. in d. l. ult. nu. 3. C. qui te
fac. poſſ. Bauer. in §. fin. nu. 3. Inſt. de teſt. mil
Multò ergo magis hic miles teſtari de eo p
tuit, cùm is, quamuis filiusfa. de omnibus
qualibuſcūq; bonis teſtādi habeat poteſtat
iuribus ſuprà adductis. Quare nihil ad infri
gendū hoc teſtamentū facit, q́ pater ſit præte
33 ritus, uel exhæredatus. Id enim † militis teſt
mētū nō annihilat: ſed tm̄ querelā inofficio
cōtra illud ſuppeditat, quā hic pater nō exe
cuit, neq; exercere uoluit, aut adhuc uult, & a
id cogi non poteſt, iuxta reg. rub. C. ut ne in
34 t⁹ agere, uel accuſ. Præſcripta † eſt igit̃, uel pra
ſcriptibilis certè eſt per quinquēniū à tempo
re aditæ hæreditatis querela, eoq́; & firmū m
net hic teſtamētū: tex. in terminis in l. ſi quis
lium. 34. in fin. C. de inoff. teſt Bal. conſ. 89. i
prin. lib. 5. nec quicquā iuris pater cōtra illud
quod non impugnauit, habuiſſe aut haber
35 intelligit̃: cùm † querela non præparata neu
quam ſit in bonis: ideoq; nec ad hæredes no
ſuos tranſmittat̃: tantū abeſt, ut in extraneo
creditores trāſire poſsit, l. 6. § ult. de inoff. teſt
l. cùm mota. C. de trāſact. ubi Dd. & in l. ſi quis
filiū. 34. C. de inoff. teſt. Illud ſanè uerū eſt, mi-
litē extra caſtra & expeditionē non militari iu
re, ſed communi teſtari oportere, eoq́; etſi no-
ſter hic teſtator iure militari teſtamentū cōde-
re domi uoluiſſet, & de hoc cōſtaret, non tm̄ il-
lod ualeret, neq; ut teſtamētū, cùm deſit ſeptē
teſtiū pręſentia & ſubſcriptio, d. l. ſi onus. C. de
teſt. neq; ut donatio cauſa mortis uel codicil-
lus, cū deficiat teſtiū quoq; numer⁹, l. ult. C. de
codicil. l. fin. C. de donat. cauſ. mort. Nā qn̄ tū
tēporis domi fuerit, & teſtes adhibere potue-
rit, debuit iure cōmuni teſtari, nec priuilegiū
habuit teſtādi iure militari, §. ſed hactenus. In-
ſtit. de teſt. mil. l. pen. C. eo. tit. cūm alijs ſuprà
adductis. Fatēdum eſt ergo, illud teſtamētum
domi coram duobus teſtibus anno 64. men-
ſe Ianuario factū, quamuis patre conſentien-
te nihil ualere: ſed quia paulo pòſt, nempe
inſe-

inſequente æſtate in expeditione contra Turcas idem teſtamentum in militia militãs prope caſtra renouauit, & coram duobus nobilibus teſtatus eſt ſe uelle illud ualere: idcirco cardo totius huius cõtrouerſiæ in eo poſitus eſt, an hoc ſecundum teſtamentum ita renouatum ualuerit, & ualeat iure ſaltem militari,
36 quo tunc teſtari potuit. Et † ſanè quãquam aliàs in dubio non cenſeatur miles iure militari, ſed potiùs communi teſtari uoluiſſe, ut notant Dd. in l. centurio. ubi Iaſon, numer. 11. de uulg. & pup. & latè ibidem Socin. iunior num. 88. per l. in teſtamento. 1. l. quãquam. C. de teſtam. Alexan. conſ. 12. num. 17. uol. 3. idq́ maximè hoc caſu dici poſſe uideatur, ex eo quòd non in ipſa expeditione, procinctu uel caſtris teſtamentum fecit, ſed Viennæ in loco pacato & à caſtris remoto, ubi teſtes ſufficientes habere, & ſolennia iuris communis adhibere potuit: tamẽ in præſente caſu ex ipſis uerbis teſtamenti liquet illum iure militari teſtari, & poteſtate militaris priuilegij uti uoluiſſe, ut apparet ex clauſulis: *Vnnd nun deſſen alſo zu recht befuget ſein, bericht, das ich es ohne aller menniglich verhinderunge ſolch mein eigen durch krieges leuff vnnd ſonſt erworbenes gutt nicht außgeſchloſſen mines beſtẽ willẽs, wem und wo hin ich wille, verſchencken, vergeben und verordenen mag*, &c. Non enim potuit de iure communi omnia pro ſuo arbitrio relinquere alijs præterito patre, §. & hæc quidẽ. in auth. ut cùm de appel. cognoſ. ſed tãtùm iure militari, ut ſuprà pluribus eſt ꝓbatũ. Cùm ergo dicat ſibi hoc iure licitum eſſe, & ſe uelle hoc iure uti, nõ poteſt dici aliter, quã iure militari teſtari uoluiſſe, arg. l. ad rẽ mobilem. de
37 procurat. præſertim † cùm adiecit clauſulã, Vt ualeat omni meliore modo & iure, quo ualere poſſet: quæ clauſula effectũ habere, & eo iure, quo ualere poteſt, teſtamẽtum ſuſtentare debet, Soc. cõſ. 142. reuerẽde. nu. 4. uol. 1. per doctrinã. Bal. in l. uerbis. de uulg. & pupil. Corn. conſ. 62. aliàs. n. 4. 6. 11. uol. 2. idẽ Bal. in l. quoties. nu. 3. 4. C. de hæred. inſt. Iaſ. l. cã. nu. 10. C. de fideicõ. per l. codicillis. §. ult. de legat. 2. idẽ Iaſ. de hac clauſula generatim, & Dd. §. omniũ.
38 Inſt. de act. Hoc † autem teſtamẽtum licet tum temporis, quo domi iure cõmuni teſtabat̃ hic miles, nõ ualuit: tamẽ poſtmodum in militia, expeditione, ubi militariter teſtari potuit, ratificauit, reuocauit, & de nouo ualere iuſsit. Valet ergo ex noua militis uoluntate, iuxta §. ſed etſi. Inſt. de teſta. mil. Sed etſi, inquit textus, ante militiam non iure fecit teſtamẽtum, (qui eſt caſus noſter) & miles factus & in expeditione degens, reſignauit illud, & quędam adiecit, ſiue detraxit, (facto enim ęquè, ac uerbo, declaratur uoluntas, l. Paulus. 5. rẽ rat. hab. l. de quibus. 32. de legib. l. recuſari. l. pro hærede. de acquir. hæred. l. cũ antiquiorib. C. de iure delib.) uel aliàs manifeſta eſt militis uolũtas hoc ualere uolentis, (ut in præſente caſu corã duob. teſtibus hæc uoluntas eſt declarata.) dicendũ eſt ualere hoc teſtamẽtum, quaſi ex noua militis uoluntate: ad idẽ tex. in l. 1. idq́. 9. in uerb. maluit eodem teſtamento durante decedere. l. in fraudem. 16. §. teſtamentum. ff. de teſta. mi-
39 lit. Tametſi uerò diſputatur, an † nullo nouo facto interueniẽte, uel nulla noua uoluntatis declaratione, facta uideatur uoluiſſe in priore teſtamento etiã nõ iure facto miles acquieſcere, per l. tribunus. 21. eo. tit. Fab. in d. §. ſed & ſi qs. in prin. in uerb. nec aliàs apparet eius uoluntas. Inſt. eod. de teſt. mil. tamẽ de eo hic nõ eſt diſputandum, cùm, ut oſtendimus, ſuã uoluntatẽ ualere uolentis teſtamentũ hoc declarauerit coram teſtibus duobus, qui numerus iure cumprimis militari ad declarationẽ uolũtatis probandũ ſufficit, Ang. in §. planè. nu. 2. uerſ. per duos teſtes. Inſt. de teſt. mil. & ibidẽ latè Bauer. nu. 2. 3. 4. 12. Itaq́ in manifeſtis nõ eſt locus coniecturis, l. cõtinuus. §. cùm ita. de uerb. obl. nec ut ex facto aliquo cõiectura ducat̃, opus eſt, ubi manifeſta eſt militis uolũtas, in qua ſola totum ius militaris teſtamẽti fundatur, l. 1. de teſt. mil. & probat d. §. ſed etſi qs. in uerb. uel aliàs manifeſta eſt militis uolũtas. Inſtid. eod. Et ſicut teſtamentũ ſola uoluntate facere iure militare nouũ hic milis potuiſſet, ita etiã prius, quamuis nõ iure factũ, ex noua uoluntate confirmare potuit, d. l. in faudẽ. d. §. ſed etſi. ut ualeat ex uoluntate recenti & confirmãte, nõ cõfirmata, Ang. in d. §. ſed etſi. nu. 1. & ibidem Bauer. atq́ alij Dd. Inſt. de mil. teſt. Nec obſtat, quod ſuprà diximus, in dubio uideri teſtatũ iure communi: nam hic refutatur hæc præſumptio per expreſſam declarationẽ contrariæ uoluntatis in clauſula, qua uoluit teſtamẽtũ ualere omni modo, quo ualere poſſet, etiam iure militari, ut antè demõſtratũ eſt. Deinde etiamſi illa clauſula deeſſet, tamẽ cùm iſtud teſtamentũ non poſsit ualere iure communi, ſed tãtùm militari, ideo debet, etiãſi nullæ aliæ coniecturæ eſſent, teſtatus uideri miles iure militari, quo actus ualere poteſt, non etiã iure communi, quo ad nihilum uolũtas recideret, cùm nõ ſit capiẽda ea interpretatio, per quã actus ſubuertat̃, nec elegiſſe intelligatur miles uiam, per quam iudicium ſuũ ſubuerteretur, & impugnari poſſet, tex. in terminis in l. 3. ubi Bal. l. miles ita. l. ſi duobus. de teſt. mil. l. ex his. C. eod. tit. ad idẽ Maran. parte 4. diſt. 9. nu. 90. per Bal. d. l. 3. de mil. teſt. Itaq́ regula, quòd miles in dubio intelligat̃ teſtatus iure cõmuni, intelligenda eſt, quando utroq́ iure ualere eius uoluntas poteſt: ſecus, ſi tantũ priuilegio & iure militari. nam tũc teſtari hoc potiùs iure, nec actũ fruſtraneũ facere uoluiſſe intelligit̃: ut omniũ optimè declarat poſt Dd. & Iaſ. nu. 11. cum ſeq. qui tamẽ ſe non ſans expedit, Soc. in d. l. cẽturio. nu. 88. cum ſeq. de uulg. & pup. Quocirca cùm hoc teſtamẽtũ aliter, ꝙ̃ iur. militari nõ potuerit ualere, debet intelligi teſtator hoc iure uſus, maximè adiecta expreſſe clauſula, ut omni meliore iure ualeret, ut in

tam certis amplius locus dandus non ſit con-
iecturis, l. ancillæ. C. de furt. nec ulla alia ꝓba-
tio hic requirēda, aut amplius quærēdū quic-
quā, ubi aperta ex uerbis eſt teſtatoris uolun-
tas, l. ille. l. nō aliter. de legat. 3. cū ſimi. ſed ſim-
pliciter ſtandū eſt ei, quod teſtator, præſertim
miles, uoluit, ut loquit̃ Bal. in l. pupillorū. 5. C.
de repud. hær. ꝑ l. liberto. § Lucius. de ann. leg.
cū alijs per eum alleg. Non etiā obſtat, quòd
non in ipſis caſtris teſtamentū hoc fecit. Nam
40 † durāte adhuc ſalario & in propinquo loco
fecit, quò ſe cōtulerat, nō ut diu abeſſet, ſed ut
curādæ ualetudinis cauſa aliquantiſper extra
caſtra ſe reficeret: quare perinde habēdū, atq;
ſi in caſtris & expeditione illa ultimā uolunta
tem renouaſſet & declaraſſet: cū priuilegia mi
litū nō tātùm habeant locū in exiſtentib. actu
in caſtris, ſed in ijs etiā, qui uacant armis, & pa
rati ſunt ꝓ uiribus ad defenſionē reipublicæ,
Bauer. Inſt. de teſt. mil. in prin. nu. 10. Nā priui
legium militare durat, quatenus militāt, & do
nec qualitatē militię habēt, Bauer. §. hacten⁹.
nu. 1. eo. tit. etiā in ijs, qui aliquandiu cōmeatu
accepto abſunt, ita tñ, ut reuerti uelint, l. qui
mittunt̃. 35 §. fin. l. miles. 34. ubi gl. ad uer. ſuæ
eſt. ff. ex quib. cauſ. ma. Modicū enim illud tē-
pus præſentiæ, uel abſentiæ, nō curat̃, l. ab ho-
ſtibus. 15. §. ſed quod ſimpliciter. ex quib. cauſ.
ma. pręſertim quādo miles emanet aliquādiu
detentus ualetudine, uel alia iuſta cauſa, l. 3.
uerb. niſi fortè caſibus qbuſdā detētus ſit. de
re milit. l. 4. §. fi. in uerb. dat̃ uenia ualetudini.
eo. tit. Quoniā eñ manet his caſibus Principi
ſuo obligatus, & ad nutū eius reuerti in caſtra
& in expeditione permanere debet, ideo facit,
propter quod priuilegia meret̃, etiāſi nō ſit in
caſtris: & imputādū id magis eſt Principi, qui
hoc permittit, uel caſui, ob quem permittitur,
quàm ipſi militi, ut in ſimili dicit Soc. in d. l. cē
turio. nu 48. uerſ. ſecūdò etiā. de uulg. & pup.
& huc pertinet, quod ſuprà diximus, cēſeri ali
quē ibi eſſe, quò animū reuertendi habet, l. ni-
hil. ubi Bart. de cap. & poſt re. Quare quod di-
cit̃ in §. ſed hactenus. etiā milites adhuc militā
tes, ſi faciāt alibi, quā in caſtris, teſtamētū, iu-
re cōmuni teſtari oportere, intelligendū eſt ſe-
cundū alia iura, ſcilicet qñ nō actu militant, l.
pen. ubi Dd. C. eod. tit. uel nō ſunt in expedi-
tione, l. milites. 15. C. de teſta. mil. uel quones
diu abſunt à caſtris, certoq; loco manēt ac cō-
morātur, l. miles. 34. ubi gl. ad uerb. domi ſuæ
eſt. ex quib. cauſ. maior. nō uerò de eo accipiē-
dū, qui uadit ex caſtris in locū propinquum
curandi ſui cauſa, ut redeat: idē Rom. cōſ. 263.
nu. 2. ubi probat, haberi pro præſente, qui ua-
letudinis cauſa aliquantū recedit: per eū enim
non ſtat, &c. idq; ex Principis cōceſſu, per d. l.
qui mittūtur. 35 §. ult. uerb. dum uadit aut re-
dit. ex quibus cau. maior. d. l. 3. & l. 4. de re mil.
quod eſt ſatis de mente gl. & Dd. in d. §. ſed ha-
ctenus. dum eum tex. intelligūt in eo, qui diu,
neq; modico tempore abeſt, uel actu militiam
intermittit, &c. Proponit̃ præterea, Viēnæ t
41 eſſe ſtatutū, ut † illic teſtamētū factum cora
duobus, iure etiā communi ualeat: quod qu
dem ſi ita eſt, ualeat etiam iure communi h
teſtamentū à forenſi conditū, etiā quoad b
na, præſertim mobilia, (ut hic omnia ſunt) a
bi exiſtentia, l. 2. C. quē. teſt. aper. auth. omne
ubi Sal. C. com. de ſucc. Sal. poſt Bart. & ali
Dd. in l. 1. C. de ſum. trinit. Sed nec illud uer
nō poſſe ex cōſenſu præteriti conſiſtere & u
dari teſtamentū, ſaltē iure prætorio, l. filio.
iniuſto, rup. teſt. & Sax. cōſt. 10. parte 3. de qu
bus nō eſt diſputandū plurib. qñ, etiāſi uel
ſtamēto uel ab inteſtato hæc hæreditas, aut
ta, aut quoad legitimā ad patrē ſiue iur. ciu
ſiue Sax. pertineret, idq; cōtra prædicta diſp
tare uolēntibus concederetur, tñ ille ipſe pa
debitor nō obſtante creditorū iure ante a
tionē (quæ hic nunq̃ interuenit, & tamē in
te, tanq̃ extraneo, neceſſara eſt iure nouo,
cæteri. Inſt. de hęred. qual. nec pręſumitur, n
probet̃, ut fuſiùs expoſui ſ. cōſ. 13.) repudia
42 potuiſſet, nec † ui facta uideretur creditorib
iniuria: cùm iure ſuo uſus ſit pater, & ſic nem
ni fecerit iniuriā, etiamſi alterius damnū co
ſequat̃, l. nemo. 194 ubi Cag. nu. 2. de reg. iu
l. iniuriarū §. 1. de iniu. latè Dec. cōſ. 626. alia
n. 3. l Proculus. cū ibi not. de dam. inf. cū ſim
Nā eo caſu, qñ quis facit aliquid iure ſuo, p
tiùs intelligit̃ ſuo iure uti, quàm fraudulen
uerſari, uel alij iniuriā facere uelle, glo l. flum
nū. § fi. uerb. cōmit. de dam. infec. Bal. l. ſi ma
feſtè. n. 2. C. de ſeruit. & aq. Iaſ. in l. quo min
n. 33. de flum. Cæpol. tract. ſer. c. de aquæ du
nu. 52. 53. 63. Chaſſ. in cōſ. Burg. rit. de foreſt.
paſſ. §. ult. nu. 1. Alex. conſ. 194. cōſideratis. n
4. uol. 2. bonus tex. in l. merito. ff. pro ſocio,
eū ita repudiādo pater hic nō diminuerit p
trimoniū ſuū, ſed tantùm non auxerit, ſequ
43 ex eo, creditoribus † nullā generari ex edic
actionē, uel querelā: tex. rotūdus eſt in term
nis in l. qui autē. 6. §. 1. ff. quæ in frau. cred. l. n
fraudātur. de reg. iur. ubi Cag. latè l. 3. C. qu
in frau. cred. ubi Bal. Hinc Vlp. d. l q aūt. Pr
inde & qui repudiāt, inquit, hæreditatē, uel l
gitimā, uel honorariā, uel teſtamētariā (ēt h
gatā, l. qui aūt. quæ in fraud. cred.) nō eſt in
cauſa, ut huic edicto locū faciat: noluit eñ a
quirere, nō ſuū propriū patrimoniū dimin
re: ad idē tex. in d. l. nō fraudāt̃. 176. de reg. iu
l. 3. C. quę in frau. gl. §. ita ſi qs. ubi Iaſ. n. 1at.
Zaſ. Inſt. de act. pręſertim qñ hoc fecit pater
filij fauorē, ut potiùs ipſi quæratur, quā cred
tori, uel fiſco, l. cùm quidā. 36. de iur. fiſ. l. in p
44 trē. quæ in frau. Nec obſtat, q † legitima ſit, u
lut quoddā æs alienū debitū: de quo tñ uar
diſputatur, d. l. ſi qs. 6. de falſ. Cor. & Dd. l. fil
quē C. fam. her. qa hoc Socinus & alij præal
locis accipiūt, qñ animo adit̃: ſecus, ſi repud
tur, l. 1. C. de reuoc. quæ in frau. cred. qa tūc in
telligit̃ nūq; in bonis fuiſſe, l. pretia rerū. ad
Falc. Bal. in l. in pupil. n. 2. C. de repud. hęr. ac
den

dens regulã, quòd quędã poſsimus omitten-
do, quæ non committendo uel faciendo, l. ad-
uerſus. C. de uſur. l. 2. §. ſed quia ueremur. ubi
glo. Bart. & Dd. C. de iur. prop. cal. Bal. l. pupil-
lorũ. nu. 2. C. de repud. hęr. Cag. elegãter in d.
l. non fraudantur. nu. 2. de reg. iur. Corn. conſ.
37. licet. nu. 13. uol. 1. quod maximè procedit
reſpectu militaris teſtamenti, quia nullo mo-
do poteſt uidęri in bonis eſſe, uel fuiſſe legiti-
ma, quæ teſtamento militari ablata eſt: ut per
multa Socin. in d. l. centurio num. 52. Quan-
quã & illæ ſucceſsiones & legitimæ, quæ ipſo
iure acquiruntur, repudiari in fraudem credi-
torum poſſunt, ut hæreditas delata filio, licet
in hac ipſo iure ſit hæres, §. fin. Inſt. de hæred.
qual. ita text. in terminis l. 3. C. quæ in fraud.
tas defenſionis. Quomodo autem ſit conde-
mnãdus, nec diſputat Bolognetus, nec addit
ibi. Ideo illud diſcendum ex ſuperiore Docto-
rum doctrina, nempe quando non conſtat,
aut probatum eſt reum manifeſtè homicidiũ
feciſſe, quòd ex præſumtionibus nemo ſit ca-
pitaliter damnandus, ſed mitiore pœna, puta
relegatione, quod etiam Bolognet. pòſt ſubij-
cit. num. 37. uerſ. debet puniri de culpa mitten
do in exilium, &c. Quamobrem etſi ſuprà ta-
cta Bart. opinio communior eſſet & uera, non
tamen per eam impediretur hic probatio de-
fenſionis, quo minus & recipienda & attendẽ-
da eſſet, Bald. con. 79. dauanti. lib. 2. Pan. c. au-
dis. in fin. de præſcrip Bolog. in l. ut uim. nu.
50. ff. de iuſt. & iur. ubi ſimiliter fatetũ eſſe hanc
communem & ueram: dato etiã, ut non appo
natur & probetur (quod tamẽ hic factum eſt)
neceſſariam defenſionẽ fuiſſe. Nã licet hoc re-
quirat Bolognetus in d. l. 3. de iuſt. & iur. com-
munis theorica eſt Bart. Bal. Alex. & aliorũ, quod
30 ſufficiat † allegare & probare defenſionem, e-
31 tiamſi nõ probetur neceſſaria. Nã † ipſum uo-
cabulum hanc neceſsitatẽ importat, cùm nul
la ſit defenſio, niſi neceſſaria, ſicut uernaculũ
uerbum *Nothwehr*, uim Latini uerbi defenſio-
nis eleganter exprimit, Iaſ. nu. 3. 4. 5. cum ſeq.
Dec. num. 17. & communiter ſcribẽtes ex Bar.
Bal. Alexa. & alijs in d. l. 3. ff. de iuſt. & iur. ubi
dicunt etiam hanc eſſe cõmunem, etiamſi Bo-
lognetus, ſed ſine fundamẽto & allegatione,
illud negare uelit, ex Manchiaca cap. 28. nu-
mer. 6. illuſt. contro. ac ſi diceret, in meridie ſo-
lem non lucere. Etenim econtrariò commu-
nem ſtare fatentur Carer. in pract. crimin. fol.
403. num. 126. quem refert & ſequitur Placa.
lib. 1. delict. cap. 28. num. 20. Dec. l. ut uim. nu-
mer. 17. de iuſt. & iur. & Clarus lib. 5. ſenten. §.
homicidium. num. 33. ex Bal. in l. ſolam. num.
21. C. de teſtibus: à qua opinione dicit nõ eſſe
in practica recedendum: quamuis cõtrarium
teneat Manchiaca. d. c. 18. Sed hoc nihil ad i-
ſtum caſum, ubi probata defenſio eſt: & ſic ag-
greſſor mortuus non ab aggreſſo ſe defendẽ-
te, ſed magis à ſeipſo intelligitur occiſus, Hip.
l. 1. §. ex lege Cornelia. n. 35. de ſicar. ex Abb. c.
clerici. 1. poſt prin. de uita & hone. cler. Bal. l. fi.
32 poſt princ. de rer. diuiſ. Quanquã etiã † in ca-
ſu dubio partes iudicis debeant eſſe potius in
abſoluendo, quàm in condemnando, l. Arria-
nus. de oblig. & act. c. in literis. de probat. c. fi.
de re iudic. l. fauorabiliores. de reg. maximè in
criminalibus & pœnalibus, de quibus hic a-
gitur, l. abſentem. de pœn. Royz. deciſ. Lituã. 3.
num. 21. & ideo odioſis, l. pen. de pœn. c. odia.
de regul. iur. in 6. Iaſ. §. pœnales. Inſtitut. de act.
ubi ſemper coniectura capienda, quæ homi-
nem pœnę eximat, l. merito. pro ſoc. Ang. tra-
ctat. malef. §. falſario. in fin. princ. Royz. pręal-
leg. loc. num. 22. & ratio, quæ pro reis facit, po
tiſsima ſemper eſt habenda, Fel. c. cùm in. nu.
16. de teſtib. & c. cùm dilecti. de accuſat. Ang.
d. §. falſario Royz. d. deciſ. 3. nu. 25. etiam cùm
probationes & præſumtiones dubiæ ſunt,
quia in dubio reus uenit abſoluendus, Boer.
deciſ. 164. cum ibi allegat. Illud etiam ueriſsi-
mũ eſt, (ut maximè eludat id accuſator) præ-
ſumtionem, l. 1. C. unde ui, generalem tolli per
qualemcunque (nedum hanc plenã) præſum-
tionem & probationem ſpecialem defenſio-
nis, Hipp. l. 1. §. diuus. nu. 28. 29. ad l. Corn. de
ſicar. Bald. l. unic. nu. 20. 21. 22. cum ſeq. C. de
33 confeſ. quæ † non ſolũ intelligitur fieri & ſub-
eſſe, quando quis eſt in dubio uitę diſcrimine
conſtitutus, ſic ut immineat periculũ mortis,
uerumetiam quandocunque imminet pericu-
lum alicuius iniuriæ perſonalis, Bartol. l. 1. in
princ. C. unde ui, Iaſ. l. ut uim. num. 10. & 36. de
iuſt. & iur. Angel. l. is qui aggreſſorem. nu. 2. C.
de ſicar. ubi dicit hoc dictũ mente tenendum,
quia ex eo dator lucrari multas pecunias, & i-
ta dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Venetiarum,
ubi liberauit quendã captiuum à pœna mor-
tis: ſequitur, ut notabile, Pariſ. c. dilecte fili. nu.
36. de excep. & alij multi, quos cumulat Duẽ.
reg. 192. ampliat. 3. num. 3. cum ibi allegat. ſic
34 † ut liceat ad repellendã talem iniuriã etiam
interficere iniuriantem, glo. Ang. & Dd. inpri-
mis Hipp. l. 2. num. 2. 3. C. ad l. Corn. de ſicar.
idem Hipp. in l. de minore. nu. 18. de quæſtion.
Iaſ. l. 1. §. prætor. num. 4. ff. ne quis eum. Cõſtat
enim ius naturæ permittere, ut quis ſe defen-
dat per fas & nefas, ſicut ex Bal. l. 1. C. qui accu
ſar. non poſſ. colligit Hipp. l. 1. §. lege. nu. 33. de
ſicar. & quòd occidens aggreſſorẽ non tenea-
tur de occiſo, Hipp. ibidem late nu. 34. Ang.
& Auguſt. tractat. mal. uerb. & dictus Titius ſe
defendendo. per tot. quia non committit ma-
leficium, Bal. l. data. num. 8. C. de ijs, qui accuſ.
35 Hipp. præal. loc. num. 34. & † eo ipſo intelligi-
quem eſſe in caſu defenſionis & in periculo ui
tæ conſtitutum, quando terror armorũ infer-
tur, Hip. ibidem nu. 37. per l. 3. §. armati. de ui
arm. cum alijs ibi alleg. ac ſatis probatã defen
ſionem ſi alius ueniſſe probetur cõtrà gladio
euaginato, Bar. l. ſed ſi quæcunque in prin. ad l.
Aquil. Auan. & Cano. c. ſi perfodiens. in fi. de
homicid. Hipp. præall. loc. numer. 38 39. Item,
quòd ſi percutio te ante quàm percutias me,
dum tu es in actu percutiendi me, quòd dicor
tunc feciſſe ad meam defenſionem, Bar. Bald.
l. ſi ex plagis. §. tabernarius. per illum tex. ad l.
Aquil. Angel. §. iniuria. in princ. Inſt. de iniur.
& in l. quemadmodum. de inoff. teſt. Aretin. d.
tract. malef. uerb. & dictus Titius ſe defenden-
do. in prin. cum alijs, quos cumulat Hippol.

præalleg. loc. num. 48. Quantò igitur magis,
qui primò percuſſus eſt, præſumitur animo ſe
defendẽdi repercutere, (ut in noſtro caſu) non
uerò ad uindictam: l. 2. ubi hoc uolunt Bald.
Ang. C. de ſicar. per c. ſignificaſti. 2. de homic.
& cle. 1. eod. Bar. d. l. ſi ex plagis. §. 1. ad l. Aquil.
& alij multi, quos cumulat Hipp. præalle. loc.
num. 48. Nec refert, quòd inde homicidiũ ſit
ſecutum: quia ſe defendẽs nõ habet ſtateram
in manu ſua, ut poſsit reuerberare ad certam
menſurã, ut ait Bal. l. 3. nu. 4. & 5. de iuſt. & iur.
l. unic. nu. 20. C. de confeſſ. pro quo tex. in c. ſi.
de homic. li. 6. Hipp. in l. 1. §. lege Cornelia. nu.
42. de ſicar. addẽs Cæpol. conſ. crim. 1. col. 3. &
quãdiu durat offenſio, modus certus non po-
teſt præſcribi offenſo, & ſe cõtra aggreſſorem
defendenti, cũ ignoret is, qui ſe defendit, quo-
uſque aggreſſor progredi uelit, Bal. l. 1. nu. 10. C.
36 unde ui. Itaque † certus modus in defendendo
præſcribi aut imperari nequit, quamdiu peri-
culum imminet, Bald d. l. 1. num. 9. & 11. C. un-
de ui. Ideo licet occidere inſtãtem aggreſſorẽ,
qui fortaſsis leuiore uulnere repelli potuiſſet.
Bal. præalleg. loc. & l. unic. nu. 20. 21. C. de con-
feſſ. Hipp. l. is qui. num. 16. C. de ſicar. & l. 1. in
princ. nu. 44. ff. eo. tit. per l. 1. C. quan. lic. unic.
37 l. 2. l. is qui. 7. C. de ſicar. Et † quãuis aliás in pu-
niendo aliquem multum intereſt, utrũ cona-
tus ſit & attentarit tm̃ delictum, an perfecerit,
l. 1. de extraor. crim. Bal. & Dd. l. ſi quis, non di-
cam, rapere. C. de epiſc. & cler. Felin. in tract. an
conat. Tiraq de pœn. Royſ. deciſ. lit. 3. tit. de co-
natu: & an quis percuſſerit, uel ſine effectu per-
cuſſerit, quia hoc pro percuſsione nulla habe-
tur, Bolog. l. ut uim. num. 42. de iuſt. & iur. ubi
comparat, nullam percuſsionẽ facere, uel per-
cutere ſine effectu & uulnere: tamẽ, quo ad ex-
cuſationem defenſionis, nihil refert, utrũ per-
cuſſerit aggreſſor, an tantũ minatus ſit, & per-
cutere uoluerit: quoniam ſemper in periculo
fuit inſultatus, neſciens quouſque progredi ag-
greſſor uellet. Quare conſilium Bald. 237. nu.
2. lib. 2. non contra reum, ſed pro eo facit, quo-
niam Bald. primũ prouocantẽ pro noxio ha-
bet, non ſe contrà defendentem: addita ratio-
ne, quia ſemper hæret in illo culpa, qui cauſam
dedit, & ſe in illo diſcrimine poſuit, ſic ut licitẽ
occidi poſsit, Bald. l. unic. nu. 20. 21. C. de con-
38 feſſ. cùm † defenſio non ſit maleficiũ, imò ho-
micidium faciat excuſabile, & à maleficio ex-
cuſet, ut ſuprà uidimus, & traditur in l. 1. 2. C.
quan. lic. unicuique, l. 3. de iuſt. & iur. Hip. l. 1. in
princ. de ſicar. Bal. l. data opera. num. 8. C. qui
accuſ. cũ alijs ſuprà adductis: & defenſio ſem-
per eſt priuilegiata, ſic ut ſufficiat eã præſum-
tiuè probari, etiam per teſtes domeſticos, uel
de credulitate, Iaſ. in rub. de iureiur. in 5. lim.
39 dato † etiam, quòd non dicant factum eſſe ad
neceſſariam defenſionem: nã illa qualitas ne-
ceſsitatis inde præſumitur, ut per Bal. l. ſolam.
nu. 11. C. de teſtib. l. 1. C. unde ui, Alex. cõſ. 109.
in fin. lib. 1. Cornæ. conſil. 162. uol. 1. conſ. 134.
ultimo. uol. 3. Dec. conſi. 272. uiſo. nu. 1. 2. & in
40 l. ut uim. nu. 17. de iuſt. & iur. quia † ad proban-
dam defenſionem admittuntur defenſiones
præſumtiuæ, & ſufficit, quòd teſtes deponant
per uerbum Credo, Bar. conſ. 110. Mathiolus.
quem ſequitur Alex. conſil. 76. uiſa. uol. 1. & d.
conſ. 109. Bal. l. unic. n. 20. 21. C. de confeſ. Iaſ.
d. l. 3. n. 4. cum ſeq. & Decius ibi nu. 17. de iuſt.
& iur. & cõſ. 469. nu. 6. conſil. 678. nu. 1. 2. 3. 4.
& ad probandam defenſionem admittuntur
teſtes domeſtici, Spec. de inquiſ. §. 1. Io. Andr.
conſil. 58. uiſa. etiam frater pro fratre, Bal. l. pa-
rentes. C. de teſtib. c. literas. de præſum. Simi-
liter teſtes deponẽtes ſuper negatiua ad defen-
ſionem, præferuntur affirmantibus, gl. c. cleri-
ci. 81. diſtinct. quam ſequitur Roma. l. illa. in fi.
de uerb. obligat. & declarat Anton. c. literis. in
princip. de probat. Abb. c. bonæ memoriæ. de
elect. quod etiam Bologn. nu. 35. 36. & cõmu-
niter Dd. fatentur in d. l. 3. Item in criminalib.
ad defenſionem probandam ſufficiunt conie-
cturæ, quæ iudicis arbitrio relinquũtur: quia
contra dolum præſumtum admittitur proba-
tio præſumtiua, Innoc. Io. And. & Canon. c. 1.
de præſumt. Bal. l. 1. col. 12. nu. 20. 21. C. de con-
feſ. Bar. & alij l. nõ ſolùm. §. ſed ut probari. de
de oper. nou. nunc. Abb. c. auditis. in fi. de præ-
41 ſcri. &c. Quanquam † autẽ Bolognetus in d. l.
ut uim. n. 36. cum ſeq. contrà diſputet, ex eo quod
in genere prohibitorum præſumtio eſt con-
tra delinquentem, & propter talem præſum-
tionem requirantur probationes luce clario-
res, tamen hoc nihil huc facit: quia qui eſt in
terminis defenſionis, non uerſatur in genere
prohibiti, ſed omni iure conceſsi, l. 4. 5. l. ſcien-
tiam. l. qui cũ aliter. ad l. Aquil. Nec ualet con-
ſequentia: Eſt præſumtio contra eum, ergo de-
bet luce meridiana clarius probare, cùm ſit no-
tiſsima regula, quòd ſpecialis probatio pro-
bationem, præſumtio probationem elidat: &
ſemper ſpecialis generalem illam delicti tol-
lat, etiã per (in hac potiſsimùm quæſtione de-
fenſionis priuilegiata) coniecturas, quib. ſuffi-
cienter defenſio probatur, Bald. l. unic. nu. 20.
21. 22. C. de confeſſ. latè Hipp. l. 1. §. diuus. nu.
28. 29. 30. de ſicar. ut poſtea etiã ex Bologne-
42 to oſtendetur. Deinde † excipiuntur etiã caſus
priuilegiati, qui ſua natura leuiorem requi-
runt probationem, ut eſt caſus defenſionis, ſe-
cundum omnes Dd. in d. l. 3. de iuſt. ubi Iaſ. n.
3. 4. Bald. d. l unic. num. 21. C. de confeſ. Hip.
d. §. diuus Adrianus. nu. 29. Nam illæ regulæ
l. fin. C. de probat. l. ult. quod met. cau. tantùm
procedunt in accuſatore, nõ in reo, præſertim
in materia defenſionis, ut ipſe Bolognetus ex
Decio fateri cogitur. Vnde etiã frater pro fra-
tre, & alij minus idonei in cauſa defenſionis
ſufficienter probant, Iaſ. n. 5. in d. l. 3. de iuſt. &
iur. Crauet. conſ. 182. n. 15. & conſ. 2. n. 9. Ang.
conſ. 194. omis. Lanf. c. quoniã. uerb. teſtem. n.
80. de probat. Itaque ipſe Bolognetus hãc limi-
tationem ſtatim ſubiungit: Quidã, inquit, ſal-
uant

uant prędictam cõmunem, ſecũdum Decium
hîc, quãdo occiſus aggreſſus eſſet occiſorem:
(nota bene pro noſtro caſu) quia tũc præſum-
tio eſt contra aggreſſorem: (notetur) unde ad
coadiuuandam iſtam pręſumtionẽ ſufficiunt
probationes leuiores, l. quoniam multa faci-
nora. C. ad l. Iul. de ui pub. ſed ſecundùm De-
cium, hæc ſaluatio nihil affert, quia quando
conſtat, ꝙ aggreſſor fuit occiſus, tunc proba-
ta eſt concludenter defenſio ex præſumtione
ſecundũ eum: (notetur propter Deum pro no
ſtro captiuo), qui ſe ab interfecto aggreſſum
probauit, quòd hæc præſumtiua pro eo pro-
batio ſufficiat) ideo, dicit, cõmunis opinio ge-
neraliter procedit, etiã in reo, qui accuſatus di
cit ſe feciſſe ad ſui defenſionẽ, ut pro reo præ-
ſumatur, ſi allegat defenſionem: & præſumti-
uè probati (nota bene) ſed cõtraria procedũt
in accuſatore, qui debet ꝓbare per ueras pro-
bationes delictum, l. fi. C. de probat. l. fauora-
biliores. de reg. iur. c. ex literis. de pręſum. & ſic
cõcludit ſufficere teſtes deponere reum feciſſe
ad ſui defenſionẽ: quæ opinio eſſet literis au-
reis ſcribenda, ſi uera eſſet. Quãquam autem
Bolognetus exiſtimet, nec ueram, nec commu
nem eſſe, tamẽ inuitis dẽtibus id fateri cogit,
cùm Dec. num. 11. Iaſ. num. 3. 4. 5. cum ſequen.
poſt Bal. ita teneant in d. l. 3. & fateantur com-
munem: nec rationes, quas contra Bolog. af-
fert, quicquam faciunt. Nam quòd dicit ue-
hementem præſumtionem homicidij, quæ eſt
contra homicidã, Ab. c. cũ ueniſſent. de reſcri.
ueris, nõ indubijs ꝓbationibus elidendã, fal-
ſum eſt, cũ meris etiã indicijs, cõiecturis, præ-
ſumtionib. defenſio rei probetur, Bal. l. unic.
nu. 20. 21. C. de confeſſ. Hipp. d. l. 1. §. diuus. n.
28. cum ſeq. de ſicar. Boer. deciſ. 164. Iaſ. nu. 4.
5. Dec. nu. 11. & communiter Dd. d. l. 3. de iuſt.
& iur. ſicut & ipſe Bolognet. pòſt declarat. Ac
ut ita eſſet, quod hîc Bolognetus ponit, ſine
ratione & probatione, non tamen inde ſeque-
retur, quin elidatur per probationẽ etiã præ-
43 ſumtiuam talis præſumtio, quia † præſumtio
ſpecialis tollit generalem, etiam in criminali-
bus, c. auditis. de crim. falſ. l. meritò. pro ſoc.
Boer. d. deciſ. 164. Alex. conſil. 77. in cauſa ac-
cuſationis. in fi. uol. 1. Hip. d. l. 1. §. diuus Adria-
nus. nu. 28. 29. de ſicar. & nõ dubia, ſed liqui-
diſsima dicitur probatio, quæ præſumtione
conſtat, l. licet Imperator. ubi Iaſ. nu. 11. de leg.
1. gl. ſi tutor. C. de peric. tutor. Hipp. rub. de ꝓ-
bat. nu. 189. ſufficitq; ad uictoriam, Fel. rub. de
probat. nu. 2. Alc. tract. de præſum. parte 3. nu.
3. 4. & quis ignorat ſufficere probari præſum-
tiuè, præſertim in ijs, quæ ſunt difficilis pro-
bationis, nec niſi per coniecturas probantur,
l. ſi cõſtante. ubi Dd. ſolut. matr. Bar. l. ſi quis. §.
an uerò. de eden. qualis eſt defenſio, Dec. con.
469. nu. 6. cũ alijs ẽ. alleg. Bar. d. conſ. Raynu-
tius. Bologn. ipſe. d. l. 3. nu. 37. de iuſt. & iur. &
Seyſel. ibid. n. 92. 93. Secũda ratio Bolognetí,
44 nempe † ubicunq; requiritur certa qualitas,
illa probanda eſt, nihil huc facit: quia lex non
requirit ꝓbari neceſsitatis qualitatẽ, ſed tan-
tùm defenſionis, cui illa ineſt, l. 1. ubi Bald. C.
unde ui, l. 2. & paſsim, C. de ſicar. Tertiò, quòd
in exceptionib. reus ſit actor, nõ impedit, quò
minus præſumptiuè probare poſsit, cùm etiã
actori id permittatẽ: ſed & licet actori cõpare-
tur, quoad onus probandi in exceptione, (ſic
enim l. in exceptionibus. de probat. iuxta ſuã
rubricã accipiẽda eſt) nõ tamen deſinit eſſe fa
uorabilior actore, d. l. fauorabiliores maximẽ
in quæſtione probãdæ defenſionis, Dd. d. l. 3.
Bal. l. unic. nu. 20. cũ ſeq. C. de confeſ. Quartò,
45 quòd † defenſio cũ moderamine, eſt actus ci-
uili iure inductus, uerũ eſſe poteſt in defenſio-
ne inducta iure ciuili, ut exiſtimationis, famæ,
rerũ, &c. in defenſione uerò ſuæ uitæ, corporis
& ſalutis, de qua hîc agitẽ, & quã natura iuſq;
gentiũ admittit, falſiſsimũ eſt, ut docet Claud.
Seyſell. d. l. ut uim. & cõmuniter ibi Dd. per eũ
text. quod ipſe Bolognet. ſed ſui oblitus, pau-
lo antè ſatis probauerat nu. 9. & 10. & copio-
ſiùs ac euidentiùs demonſtrat nu. 63. ubi ſuſẽ
probat, quamcunq; tuitionẽ cum moderami-
ne tutelæ inculpatæ, nedum ciuilis, ſed etiã na
46 turalis, imò omnimodi iuris eſſe. Cõſtat † au-
tem, quoties plura iura cõcurrunt, toties actũ
ad uetuſtius & firmius ius, hoc eſt ius naturæ,
referri, ac iuris naturalis cenſeri, l. filio. de lib.
& poſth. ut exempla oſtendunt in l. 1. 2. 3. 4. 5.
de iuſt. & iur. Sic etiam diſtinctio Bologneti
ſobiecta inter allegationem defenſionis cum
negatione facti, & defenſionem cõſtito facto,
eſt alienũ & falſiſsima quia reus ſic contraria
cumularet & ſibi contradiceret, uidelicet ſi ne-
garet ſe homicidium feciſſe, & ſe ad defenſio-
47 nem ſui feciſſe. Quare † uerisſimũ eſt, non ali-
ter defenſionẽ proponi, quàm cùm de homi-
cidio conſtat: quo caſu aut uera eſt ſuprà tacta
Doctorum opinio de priuilegiata defenſionis
probatione, aut nuſquã eſt uera: nec enim u-
piam aliàs de defenſione rectè quæritur. Neq;
ſuam hanc diſtinctionẽ Bolognet. alijs ratio-
nibus probat, quàm ſuperioribus, quæ ſunt
inaniſsimæ: & ipſemet fatetur, Iaſonẽ, Decium
ac Dd. ibi tenere cõtrarium. Non eſt aũt igno-
tum, communes ſententias in iudicando, pre-
ſertim in cauſa defenſionis fauorabili, & qui-
dem pro reo, ſequendas eſſe. Sed ut maximẽ
ualeret Bologneti aſſertio, non tamen nobis
hîc officeret, quia tantũ hoc intẽdit, quòd de-
fenſio non probetur per dubias probationes,
neq; releuantes, nõ autem excludit alias pro-
bationes, quas ad hoc dicit ſufficientes, ut ex-
ceptio defenſionis releuet à pœna: cuiuſmodi
eſt, ſi hæc tria, inquit, ꝓbentẽ, ſcilicet quòd fue-
rit ꝓuocatus, & quòd ſe defendẽdo interfecit,
& quòd fecit neceſſariò, id eſt, poſitus in diſcri
mine uitæ: ad quod ſolum ſufficit terror armo
rum, ut idem paulo antè dixerat nu. 35. in fin.
uerſ. cõcluſi poſt Dec. quòd ſolus terror armo-
rum conſtituit quem in diſcrimine uitæ: quod

multis idẽ probat nu.26. & 27. ubi quærit de
hoc principaliter, qñ quis dicat̃ in diſcrimine
uitæ conſtitutus, & an ſit neceſſarium inſulta-
tum expectare ſe percuti: uel potiùs ſufficiat,
quòd appareat de animo interficiẽdi. Et reſol
41 uendo † cõmunis eſt, inquit, cõcluſio, q tunc
quis dicat̃ in diſcrimine uitæ cõſtitutus, quan
do aduerſarius eſt in actu percutiendi, ut quia
euaginato enſe, uel eleuata manu cũ telo (no-
cetur pro reo noſtro) procedit contra eum: per
tex. l. ſed etſi. ad l. Aquil. ubi notat Bar. dicens,
quòd ſi probo aliquem ueniſſe euaginato gla
dio contra me, dicitur ꝓbata defenſio neceſſa-
ria. Vnde nota etiã ex Bologneti ſentẽtia, hoc
nõ probare defenſionẽ tantùm, ſed etiã, quod
ipſe uult, ſcilicet defenſionem neceſſariam: &
idẽ tenet Bal. in l. multis. in ſi. C. de lib. cauſ. cũ
alijs cumulatis per Alex. conſ. 103. col. 3. nu. 6.
lib. 1. Cornæ. conſil. 107. uiſa. col. 2. nu. 4. lib. 3.
& Dec. hic, & idem conſ. 678. nu. 1. 2. 3. 4. conſ.
522. nu. 12. Pet. de Anch. cle. 1. de homic. Alex. l.
nõ ſolùm. §. ſciendum. de op. no. nunc. Et ratio
eſt, quia terror armorũ inducit diſcrimẽ uitæ,
glo. l. 1. C. unde ui, & l. 2. C. de ſicar. & 23. q. 3. in
ſumma. & ibi Archid. & Gem. gl. c. ſi perfodiẽs.
de homic. in uerb. legibus. & §. armorũ. Inſt. de
interdict. Bart. l. 1. §. ſine autem. in ſi. & l. 3. §. ar-
mis. per illum tex. de ui arm. Flor. & Bald. l. 1. §.
cùm arietes. ſi quad. paup. feciſſe dic. Anto. de
But. Abb. & Moder. cap. olim. in princ. de reſt.
ſpol. & c. ſignificaſti. 2. de homicid. Gram. latè
conſ. 65. col. 1. & per duas ſequẽtes, ubi omnia
prædicta refert Claud. Seyſel. hic d. l. 3. n. 93. &
ſuadet ratio naturalis, qa ſi expectaret ſe per-
cuti, poſſet perfodi in pectore, & mori, uel ſibi
amputari pes, uel manus, atq; ita defenſionis
præſidiũ auferri. Nec obſtat, quòd uis ſit impe
tus, l. 2. quod met. cauſ. quia requiritur princi-
pium impetus, ſed non finis: ne ſero medicina
paretur, & hoc ſufficit, ut inducatur dicta ne-
ceſsitas, (notetur) dummodo cõcurrat quali-
tas, ꝙ aliter nõ poterat euadere ſaluo honore,
& rebus, uel perſona, ſecundũ diſtinctionem,
quã infrà dicemus ſuo loco. Nam ſi percuſſus
fuerit, & percutiens aufugiat, non eſt licitum
offendere: quia tunc percutiens non ſe defen-
dit, ſed dicitur facere uindictam, l. ſcientiam. §.
qui cùm aliter. uerſ. non ulciſcendi cauſa. ad l.
Aquil. Bart. l. 1. in ſi. uerſ. tertium moderamen.
C. unde ui, & l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ad l.
Aquil. Caſtr. conſ. 92. in cauſa. in ſi. & Dec. hic,
glo. d. c. ſignificaſti. de homicid. & gl. 23. q. 1. in
ſumma. facit text. c. quod culpatur. in uerb. ul-
ciſcendi crudelitas. ea. cauſ. & quæſt. Innoc. c. ſi
uerò. de ſent. excom. Claud. hic col. 16. nu. 93.
in fin. & idem apertiùs declarat Bolognetus
paulo pòſt d. l. 3. nu. 37. Ideo nec, inquit, etiam
ſufficit, articulari, quòd fecerit ad ſui defenſio-
nem, uel teſtes dicere eum feciſſe ad ſuam de-
fenſionem: quia poſſet eſſe, quòd ipſe primus
inſultauit, & poſtea conſtitutus in diſcrimine
uitæ, fecerit ad ſuam defenſionem, quæ non ſit
cõſiderabilis à iure. Item poſſet eſſe, quòd de-
fenſio non fuit cum moderamine, quia non e-
rat in diſcrimine uitæ. Et paulo pòſt ex conſil.
Bart. 100. Matthiolus. ibi ait, apparebat de in-
ſultu & loco & alijs, per quæ poterat iudici cõ-
ſtare, quòd fecerant inquiſiti ad neceſſariam
defenſionem. Et eodem modo reſpõdetur ad
conſ. Cor. 162. col. 2. uol. 1. quia teſtes ibi depo
nebant, quòd mortuus habebat ſpontonẽ, &
quòd ſi exiuiſſẽt foris, potuiſſet offendere in-
quiſitos. & idẽ dicit conſ. 134. uol. 3. & ideo ibi
non probatur neceſſaria defenſio per ſola uer
ba, Ad ſui defenſionem, ſed per alia extrinſeca,
ex quibus iudici conſtare poteſt, quòd fuerat
factum ad neceſſariam defenſionem: quoniã
ſolus terror armorum ponit quẽ in diſcrimi-
ne uitæ, Bartol. l. 3. §. armis. de ui arm. Et paulo
pòſt, Defenſio, inquit, neceſſaria & cũ modera
mine dependet à iudicio intellectus, & à ſcien-
na iuris, an fuerit prouocatus, uel prouocans:
& propter hanc cauſam admittũtur teſtes de-
ponentes de credulitate, ut per Bartol. d. conſ.
Raynutius. idem Bolognet. paulo pòſt, ita te-
net, inquit, Claudius hic num. 91. 92. 93. addu
cens qualitates magis probabiles (ecce ut hic
fateatur ſufficere præſumptiuẽ probari, licet
non neceſſariò concludat) probandas & arti-
culandas, ex quibus appareat, neceſſariã fuiſ-
ſe defenſionẽ, & cum moderamine, & ego po-
nam magis neceſſarias. Et ad uictoriam opor-
tet primò probari, quòd inquiſitus fuit pro-
uocatus: quia ſi eſſet prouocans, non gaude-
ret beneficio excuſationis per defenſionem,
cùm ipſe fuerit cauſa mali, ſed teneretur de ho
micidio ſuorum ſociorum & aduerſariorum,
l. quoniã multa facinora. C. ad l. Iuliam de ui
pub. & per Iacob. de Arena in l. 1. C. unde ui,
colum. 3. & lex fingit, eum non fuiſſe in diſcri-
mine uitæ, argum. l. nemo uidetur fraudare. &
l. non fraudantur. §. nemo. & l. nemo damnũ.
de regulis iuris, & Odofredus in dicta l. quo-
niam multa facinora. in fine, notat: quòd qui
prouocat aliquem ad uiolentiam, ipſe eſt au-
thor cædis, & de omnibus debet puniri, etiam
non cogitatis, & calor iracundiæ non excuſat
eum, quando dedit cauſam rixæ, Aretin. conſ.
34. uiſis. circa finem, & Claud. hic numer. 76.
& 175. & 137. & clariùs numer. 128. & Bald. in
conſilio 143. ſuper quæſt. numer. 1. uolum. 1. &
allegat Ariſt. dicentem, quòd non incipit, qui
irâ aliquid fecit, ſed qui prouocat ad iram, l.
in tribus. de iudic. & ille eſt princeps culpæ, à
quo incipit malitia, l. quicunque. C. de ſer-
uis fugit. & l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de
furtis, &c. Et ſi contingat, quòd non poſsit be-
ne probari, cũ multa præceſſerint uerba hinc
inde, quæ uariè, ut ſæpè euenit, referuntur per
teſtes, & tunc ille, qui primò cepit arma, præ-
ſumetur prouocatus, quia ſecundum ordi-
nem naturæ nemo capit arma ad offenden-
dum, niſi prouocatus: & ſi ambo habebant
arma, ille præſumitur prouocatus, qui primò
percuſ-

percuſsit, per eandem rationem, ſi rixa incontinenti præceſsit: ſed ſi ex interuallo præceſsiſſet ille, qui primò percuſsit, præſumeretur ꝓuocatus, uolens facere uindictam, quicquid hic dicat Decius, qui uult ſemper præſumi pro reo, etiam quando conſtat de inſultu pręcedenti: quod iure non probatur. Et potiùs eſt dicendum contrarium, cùm, conſtito de homicidio, quod eſt de genere prohibitorũ, præſumatur dolos facientis, ut per Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. de liber. legata. & paulo pòſt inquit, Semper ad minus reus debet puniri de culpa, mittẽdo eum in exilium, cùm non bene probauerit illud, quod eſt requiſitum neceſſariom ad fundamentum intentionis ſuæ, per d. l. 1. C. de ſicar. & l. in exceptionibus. de probat. Secũdò debet articulari & probari, quòd factum fuit ad defenſionem: nam hoc eſt fundamentum intentionis: ideo debet allegari per reum & articulari & probari, d. l. in exceptionibus. Ternò debet probari, quòd erat neceſſaria defenſio, probando quòd imminebat periculum uitę: non tamen debet dici, quòd ille, ſi ſe non defendiſſet, interfectus fuiſſet: quia hoc allegatum eſt de futuris contingentibus: ſed debet dicere, quòd erat in periculo uitæ: quod apparet, quando aduerſarius habebat arma apta ad dandum mortem, maximè ſolita ad hunc finem retineri, ut enſis & gladius, arma inhaſtata, & ſimilia: & quòd erat tam propinquus, quòd non poterat ſe retrahere in aliquem locum tutum, nec fugere, cùm ita utriq; ſint pedes dati pro currendo in caſu, quo inſultatus ſine iniuria poteſt fugere: ſed ſi non poteſt fugere ſine iniuria, ſufficit dicere, quòd ita erant propinqui, (notetur pro caſu noſtro) quòd cũ honore ſuo non poterat ſe retrahere in aliquem locũ tutũ. Ex hoc enim ſolo eſt probata neceſsitas defenſionis: quia ſolus terror armorum inducit inſultatum in diſcrimen uitę, ut per Bartol. in d. l. ſed ſi quæcunque. in princip. ad leg. Aquil. cum alijs ibi cumulatis, quę hic repeti poſſunt: & ſi appareret, quòd poſt percuſsionem iam factam percutiens diſceſſiſſet, & poſtea inſultatus inſultantem interfeciſſet, oporteret etiam ſecundum probare, ꝙ ille percutiens poſt percuſsionem inſtabat iterum in rixa: quo caſu præſumitur, quòd de nouo uelit repercutere, & ſic ſemper fuit conſtitutus in diſcrimine uitæ, ut dicatur feciſſe ad neceſſariam defenſionem: ſecus, ſi appareret, quòd poſt percuſsionem aggreſſor diſceſſiſſet, uel aufugiſſet, & non perſeueraſſet in rixa: quia tunc ſi inſultatus interfeciſſet, non diceretur interfeciſſe ad neceſſariã defenſionem, ſed ad uindictam: cùm eo diſcedẽte à rixa nõ dicatur amplius in diſcrimine uitæ, ut ibi concluſi poſt alios, & ponit hic Claud. num. 93. & 94. Similiter oportet, quòd appareat, quòd uerè ille inſultandi animo ueniebat, ut quia minabatur, uel erat inimicus, uel alia ſigna faciebat: aliàs non ſufficeret probare, quòd ille ueniebat cum armis contra accuſatum, cùm poſſet eſſe, quòd ueniebat ad oſtendendum enſem, uel alium effectum: ita debet intelligi glo. in clem. 1. in uerbo, non ualens. quam ita ibi declarat Petrus de Anchor. Car. & Imola: atq; ita etiam debet intelligi Bart. in d. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ut cum illis concordet, quæ poſuit in d. l. ſed & ſi quæcunq;. quam cõcordiam ſentiunt ibi prædicti Doctores, & poſuit Auguſtinus in addit. Angel. ad tractatum maleficiorum, ſuper uerbo, & dictus Titius ſe defendendo. & ſentit Bartol. in d. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ad l. Aquil. & l. Bal. in l. 1. C. unde ui, in repet. & Abb. in c. 1. de ſent. excom. & Clau. num. 93. hic. Plerunq; tamen ex facto probato per teſtes aliqua apparebunt, quòd præſumetur animus offendendi, & rarò eueniet, quòd non ſit aliqua pręſumtio iniuriandi, ſi euaginauerit enſem. Similiter prædicta concluſio debet intelligi, quando durante rixa, & nunquã remiſſa, & ſic incontinenti (notetur pro caſu noſtro) aggreſſor fuit uulneratus: aliàs non eſſet probata defenſio concludenter, cùm potuiſſet eſſe interuallum temporis, & remiſsio rixæ in medio tempore, ut amplius nõ fuerit in diſcrimine, & per cõſequens feciſſe ad uindictam, ut per Dd. in d. l. 1. C. unde ui, & c. ſignificaſti. de homic. Poteſt tamẽ eſſe, quòd etiam hoc præſumatur, ex notat. per Bartol. ut d. §. tabernarius. & in d. §. cùm arietes. & in d. l. ſed ſi quæcunq;. ot ſtatim dicam.

49 Incontinenti † autẽ quid dicitur factum, quando tractatur de defenſione perſonæ durãte (ut hic accidit) rixa, uel aggreſſore nõ diſcedente ad extraneos actus, ſicut notatur in l. petens. C. de pact. in tert. notab. de pacto appoſito incontinenti, & in l. lecta. ff. ſi cert. pet. quia præſumitur animus rixandi non diſcedente aggreſſore: ſed ſi tractatur de defenſione rerum, tunc latiùs quid dicitur eſſe factum incontinenti, ut declarat glo. Bart. & Dd. in l. 1. §. cùm igitur. de ui & ui arm. & in d. cap. olim. de reſt. ſpoliat. cum cõcord. ibi traditis per Imol. poſt Roman. in l. 1. §. 1. de uerbor. obligat. Et ratio eſt, quia licet ex interuallo fiat recuperatio, tamen ſemper dicitur durare rixa: quia dum ſe præparat ad recuperandum animo, tenet eandem poſſeſsionem, & rixatur tacitè cum illo, qui rem uiolenter & naturaliter tenet, & per Abb. in d. c. ſignificaſti. de homicid. Sed quia in rebus mobilibus quis ſtatim perdit poſſeſſionem, l. 3. §. Neratius. & §. Nerua filius. de acquiren. poſſeſſ. non admittitur ad recuperandum, niſi in illo inſtanti, ut infrà dicam in materia defenſionis rerum. In propoſita autem quæſtione Claudius hic fol. 13. numer. 93. uerſicul. prædicta omnia. dicebat, quòd probato inſultu primo, ſi poſtea ſequatur uulnus, præſumitur ſemper, quòd rixa durauerit, & quòd percutiens fecerit ad ſui defenſionem, licet non conſtet, quòd incontinenti percuſſe-

rit, uel incontinenti recuperauerit rem mobi-
lem, in qua erat facta uiolentia: quia ex actu
primo coniuncto cum uulnere præſenti indu
citur præſumptio perſeuerantiæ rixæ. Tunc au
tem oportebit probare, quòd incontinẽti, uel
durante rixa uulnus ſit illatum, quando per
accuſantem erit in contrarium probatum ali-
quid inducens pręſumptionem, quòd primò
inſultans diſceſſerat à rixa: quia actus in du-
bio præſumitur factus tempore licito, (note-
tur) dato principio licito, ut per Bartol. in l.
non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de oper. nou.
nunc. & per gloſſ. in d. l. 1. C. unde ui, ubi Bald.
in repet. in 11. colum. & Salic. in 4. Bald. & Sa-
lic. in d. l. 1. C. de ſicar. & in conſil. 76. uolum. 1.
& Bald. in conſil. 3. uiſis actis. colum. penult.
uolum. 4. & tenet Bald. in l. matrem. C. de pro-
bat. Nec obſtat, quòd præſumptio ſit contra
interficientem, per l. 1. C. de ſicar. & per Bald.
in d. l. matrem. C. de probat. cùm ſit de genere
prohibitorum, quia illa præſumptio eſt iuri-
50 dica, ſi nihil præceſsit. Sed † ubicunque præ-
ceſsit inſultus: qui facit licitũ actum defenſio-
nis, tũc incipit eſſe de genere (notetur propter
Deum pro noſtro captiuo) permiſſorũ: & per
conſequens præſumptio contraria inducitur,
quòd percuſsio facta fuerit tempore licito, do
nec probetur contrarium: quod eſt ualde no-
tandum in practica, quando ita ſe habet com-
munis opinio, & facit, quod habet̃ per Gram.
in ſuo cõſil. 29. num. 30. Non obſtat, quòd iſta
exceptio ſit odioſa & contra publicam utilita-
tem: quia iſtud negatur pręcedente probatio-
ne inſultus, tum defenſio omni iure permiſſa
ſit, & exceptio efficitur fauorabilis: (uide ergo,
quàm malè aduerſarius uelit nos hîc eſſe in
materia ſtricta & odioſa) quia incipit tractari
de innocentia, & militat fauor innocentiæ, ut
dicebat Abb. in c. 2. in fin. de elect. facit text. in
c. cùm tu. de teſtam. cũ ibi notat. & in l. 2. §. cre-
ditum. ff ſi cert. pet. in gloſſ. poſt nuptias. dum
inducitur ſaluatio teſtium ex interpretatione
uerborum, etiam impropriè, gloſſ. ſingularis
in clem. 1. de conſang. & affin. in uerbo, con-
trahere. Non obſtat, quòd exceptio non rectè
proponitur ſine tempore. Ergo tempus etiam
probari debet, per cap. abbate. de re iudic.
quia probato inſultu, iam defenſio eſt licita,
& amplius non eſt neceſſarium confirmare,
niſi quando cõtrarium eſſet probatum, quòd
inſultatus ex interuallo interfecerit, per præ-
dicta cum multis alijs adductis per Claudium
hîc colum. 17. num. 95. uſque ad num. 103. Si-
militer ad hoc, ut dicatur probata neceſſaria
defenſio, oportet probare moderamen incul-
patæ tutelæ interueniſſe probando inſultum
inducentem periculum mortis: ſecus, ſi nõ in-
duceret, niſi periculum percuſsionis non infe
rentis mortem, ut ſi percutiebat cum baculo,
uel pugno, ut hîc dicit Dec. uer. hæc defenſio.
51 Et † inculpata tutela dicitur, quando non po-
terat ſe defendere in perſona, quia imminebat
periculum iniuriæ perſonalis, ut per Bart. hîc
circa finem, & in l. 1. col. 2. C. unde ui, uerſ. ego
circa hoc. & in l. furem. de ſicar. & Anton. de
Butr. in c. olim. primo, de reſt. ſpol. colum. pen.
& Alexan. in conſil. 109. uiſis. colum. 3. uerſ. ex
quo infero. uol. 1. & conſil. 76. uiſo. col. 2. uerſ.
quod autem. ex Ang. in §. ius gentium. Inſtit.
de iure natur. gen. & ciuil. col. 2. & uerſ. ſed ad-
uertendum. Et quòd periculum mortis ſit ne-
ceſſarium, tenet gl. per illum text. in clem. 1. de
homic. in uerſ. non ualens. Aliàs ſi eſſet iniuria
leuis, non poſſet quis aduerſarium occidere,
cũ pro leui iniuria non debeat retribui mors:
nec poſsit dici moderamen inculpatæ tutelæ,
ut in d. c. ſignificaſti. de hom. uolun. Angel. in
d. §. ius autem gentium. col. 2. & Bald. in conſ.
195. an uulnus circa finem, lib. 1. & Cornæ. in
conſi. 172. hac conſultatione. colum. pen. uerſ.
& iudex. uolum. 1. & hic per Dec. & eſt de men-
te omnium. Quod tamen declarat, ut infrà di
cam in materia moderaminis, quando aduer
ſarius ulterius non proceſsit in rixa: quia ſi
non infert periculum mortis, non poteſt oc-
cidi: ſed ſi durãte rixa res deueniſſet ad arma,
ita quòd eſſet periculum mortis, cùm inſul-
tans forſan ex repercuſsione pugni apprehen
diſſet arma, (notetur in caſu noſtro) tunc po-
teſt licitè occidi, quia concurrunt termini ne-
ceſſariæ defenſionis. Vnde oportet, quòd ad-
uocatus accuſati ſit cautus in hoc, quia ſi per
accuſatorem probaretur, quòd rixa ab initio
fuit ſine armis, non poſſet ſequi illa præſum-
ptio, quòd fecerit ad neceſſariam defenſionẽ.
Ideo neceſſarium eſt, quòd poſtea è contrario
probet, quòd inſultãs accepit arma, & poſtq̃
ipſe accepit arma, ſecuta fuit percuſsio inferẽs
mortẽ, ita quòd in effectu apparet, quòd ipſe
erat in diſcrimine uitæ. Nec curo, quòd inſul-
tatus primus acceperit arma, quia pro defen-
ſione pugnorũ (notetur pro caſu noſtro) po-
teſt accipere arma, non tamen animo eum in-
terficiẽdi, ſicut pro defenſione rerum ſuarum,
ſi aduerſarius perſiſteret in rapiendo, ut j. di-
cam: & ſi conſtare poterit, quòd inſultatus ha-
bebat arma ante quàm inſultans ipſa caperet,
tũc oportebit probare, uel quòd nullam per-
cuſsionem fecit, uel quòd percutiebat nõ uul-
nerando, uel quòd retinebat gladium in ma-
nu, ut ſolùm inferret timorẽ, ne offenderetur
pugnis, uel alijs ſimilibus telis. Et eadẽ omnia
oportet conſiderare, quando tractatur de de-
fenſione honoris, & rerũ. Nam licet Doctores
ſint uarij, tamen hæc eſt concluſio firma & ue-
52 ra, quam infrà ſæpius ponam, quòd † pro
defenſione rerum & honoris non poteſt quis
ab initio inſultantem licitè interficere, ſed ſo-
lùm poteſt reſiſtere offendenti: & ſi poſtea ex
tali reſiſtentia aggrauato inſultu ponatur in
diſcrimine uitæ, tunc poteſt pro defenſione
licitè occidere inſultantem. Præterea etiam
cautus aduocatus accuſati debet eſſe, ut pro-
bet, quòd durante rixa in uerbis & in de-
fenſione

fenſione rerum inſultans deuenit ad arma,
& poſuit inſultatum in periculo mortis: aliàs
probatio non concluderet neceſſariam defen
ſionem. Aduertas etiam, ut dixi, quòd licet
per accuſatorem probetur, quòd inſultatus
fuit primus ad capiendum arma, & ſic inſul-
tans primò fuit poſitus in diſcrimine uitæ, &
per hoc inferat ſe ad neceſſariam defenſio-
nem cepiſſe arma, & aduerſarium interfeciſſe.
Nam per hoc non erit excuſatus: quoniam li-
cet ſit poſitus in diſcrimine uitæ, non poteſt i-
pſe alium interficere: quia fuit ipſe cauſa rixæ,
& dando operam rei illicitæ ab initio, non po
teſt allegare, quòd fuerit in diſcrimine uitæ
poſitus, per text. in l. quoniam multa facino-
53 ra. C. ad l. Iul. de ui. Et † ideo uis tota iſtius ne-
ceſſariæ defenſionis conſiſtit in probando, qs
fuerit ille, qui ab initio dederit operam rei il-
licitæ, (notetur propter Deum pro reo noſtro
primùm aggreſſo) cùm propter principium
malum quis amittat omnia priuilegia defen-
ſionis, c. quia fruſtra. de uſuris, & l. auxilium.
de min. & facit, quod uoluit Paul. de Caſt. cõſ.
255. uiſo ſuprascripto. uol. 1. col. 2. ubi dixit,
quòd ſi quis inſultauit bannitum, qui ex for-
ma ſtatuti poteſt impunè offendi, & eum ban
nitum uelint aliqui defendere, qui fuerunt oc
ciſi ab inſultante, non tenebitur inſultans de
homicidio, quia faciebat rem licitã exequen-
do uindictam publicam, & defendentes rem
illicitam impediẽdo rem licitam, ideo ſua cul
pa ſemetipſos poſuerunt in diſcrimine uitæ, l.
item Mela. in princ. ibi. quamuis nec illud. & l.
prætor. §. fin. ad l. Aquil. & allegat etiam Iacob.
de Bel. in l. 1. C. de ijs, qui lat. qui dixit, quòd ſi
familia licitè uult capere unum qui reſiſtat, &
interficiatur, non tenebitur familia de homi-
cidio, quia dabat operam rei licitæ, quamuis
ab initio non poterat interficere: ſed permitti-
tur, quia poſtea fuit poſita in diſcrimine uitæ,
d. l. quoniam multa facinora. Sed ſi econtrà i-
pſe occideret unum de familia etiã ad ſui de-
fenſionem, teneretur de homicidio, quia de-
dit operam rei illicitæ. Addunt etiam hîc Dd.
unum alium effectum, ſi apparet, quòd princi
pium rixæ ſit ex parte accuſatoris, quia licet
pro eius parte probetur, quòd inſultatus non
erat in periculo mortis conſtitutus, tñ ſi defen
dendo ab illa leui iniuria exceſsit modum in-
culpatæ tutelæ interficiendo, nunquam pote-
rit puniri morte, quia non eſt reus homicidij
ſimpliciter, ſed reus homicidij facti ad ſuã de-
fenſionem, id eſt, de iſto exceſſu, cùm daret o-
peram rei licitæ à principio, ut hîc per Bald. in
col. pen. per tex. in l. ſi adulteriũ cum inceſtu.
§. imperatores. de adulter. & Bald. in cap. 1. §. ſi
quis. de pace ten. Rom. in ſin. 3. Alexan. conſil.
76. & dict. conſil. 109. uol. 1. & conſ. 34. col. 2.
uol. 2. & conſ. 140. in caſu præſuppoſito. in fin.
uol. 2. & conſ. 14. col. fin. uol. 3. Aretin. conſ. 34.
uiſis. & Felin. in c. dilecti. de excep. col. pen. cũ
alijs cumulatis hîc per Dec. & ego poſui in 3.
nota. uerſ. tertium dubium. & facit, quod fuit
deciſum in conſ. Neap. in deciſ. Matth. de Afſl.
206. ubi fuit iudicatum, quòd ſi ipſus promi-
ſit non offendere aduerſarium ſub pœna, & i-
pſe fuerit offenſus, & ſe defendendo exceſſerit
modum in defenſione, quòd nõ debet puniri
in tota pœna, ſed in minori pœna de exceſſu
ſolo, per not. hîc per Doctor. Quæ concluſio
procedit etiam, quòd doloſè excederet mode
ramẽ, ut per Bal. hîc col. pen. & Anch. in d. cle.
1. de homic. & Alexan. in d. conſ. 140. & in di-
cto conſ. 109. atq; hactenus Bolognetus. Cùm
autem hîc omnia probata ſint, quæ nedum a-
lij Dd. ſed etiam d. Bolognetus, de quo gloria-
tur accuſator, requirit: quid aliud reſtat, quàm
abſolutio rei? Nam quæ teſtibus idem obijcit,
ridicula ſunt & nihili, ut atteſtationes indicãt,
& iura ſuprà adducta, quibus probatur, priui
54 legiatam eſſe hanc probationem, ſed † nullus
etiam in primis uerò teſtis, non præſumitur ſe
ipſum uelle corrigere, & de mẽdacio inconti-
nẽti arguere, ac aliud dicere ad articulũ, aliud
uerò ad interrogatorium, l. non de ea. ubi gl.
& Dd de condit. & demonſt. Bart. l. 1. §. parui.
ff. quod ui aut clam, latè Alciat. trac. præſump.
28. num. 1. & per totum, ubi firmat idem eſſe
in teſte, num. 10. per tex. & Dd. c. cùm tu. de te-
ſtib. ubi Felin. Alex. l. inter. §. ſi Stichũ. de uerb.
oblig. Crotus de teſtib. num. 127. & atteſtatio-
nes in dubio, præſertim in hac materia fauo-
rabili, ſuſtinendæ ſunt cõmoda interpretatio-
ne, ac concordandæ, c. cùm tu. de teſtib. gl. ma-
gna uerb. ſed aduerſa. c. in noſtra præſentia.
32. ubi Cano. de teſtib. maximè, ut dixi, in hac
fauorabili & priuilegiata cauſa defenſionis,
ut teſtatur additio Latina ad gloſ. li. 3. art. 78.
Schneid. in §. 1. num. 17. & 18. Inſt. de iur. nat.
gen. & ciuili, quam nedum per tot teſtes, ſed
etiã unicos & ſingulares probari ſuprà oſten-
dimus ex communi ſententia, Iaſ. nu. 4. cum
ſeq. Dec. num. 11. 17. & Dd. in l. 3. de iuſt. & iur.
quod ſequitur conſtit. 8. part. 4. Quanquam
55 † hîc nõ ſingulares ſunt plerìq;. ſed cõgruunt
in unũ, quibus meritò potiùs creditur, quàm
alijs, aut nihil, aut non uerisimilia, uel impoſ-
ſibilia deponentibus, Crau. conſ. 249. nu. 4.
cum multis ſequen. & conſil. 28. nu. 1. conſ. 65.
56 num. 1. conſil. 171. num. 5. Ac † ſufficit ex teſti-
monijs teſtium apparére neceſsitatẽm defen-
ſionis ex temporis, loci & uenientis contra ſe
armati impreſsione, habitu ac circumſtantiis,
ut declarant Dec. conſil. 469. nu. 6. conſ. 678.
num. 1. 2. 3. 4. conſi. 522. num. 12. Crauet conſ.
119. nu. 7. & 8. Iaſ. Dec. Seyſel. & Dd. l. 3. de iuſt.
& iur. Hipp. l. 1. in princ. & §. 3. de ſicar. Bald. l. 1.
num. 10. 11. cum ſeq. C. unde ui, l. unic. nu. 20.
C. de confeſſ. de quo ſic pluribus Bologn. l. 3.
57 nu. 87. de iuſt. & iure. Quærit † etiam hic Bart.
inquit, in quo conſiſtat moderamen incolpa-
tæ tutelæ? & reſpondet poſt gloſ. in l. 1. C. unde
ui, quòd conſiſtit in tribus: in modo, tempo-
re, & cauſa. Modus eſt, ut defenſio ſit propor-

tionalis periculo uitæ: quo ſtante, liberè poteſt defendere ſe uſq; ad mortẽ aduerſarij: ſed ſi periculum nõ eſt in morte, ſed ſolùm in percuſsione, tunc ad euitandam percuſsionẽ nõ poteſt eum occidere, ſed ſolùm poteſt ſe defendere percutiendo cum pugno, uel minando cum armis, uel proijciendo in terram, uel baculo, alióue modo defenſionis, per quam uerisimiliter nõ inferat̃ mors. Sed ſi aduerſarius ita eſt fortis, quòd percutiendo cum pugno poſſet interficere aliquem, ut erat quidam Peruſinus, qui cum uno pugno in capite interficiebat homines & boues, & tunc liceret ei reſiſtere cũ armis, & interficere: quia ſiue pugno, ſiue armis, ſiue baculo inferat̃ periculũ mortis, ſemper liberè quomodocũq; poteſt ſe defendere, & ſatis poteſt contineri ſub nomine teli, de quo in l. itaq;. ff. ad l. Aqui. facit etiã tex. in l. 1. §. diuus Adrianus. 1. l. 2. ad legem Corn, de ſicar. ubi qui occiderit inferẽtem ſtuprum, qui ſtuprum æquiparatur morti, dimittendus eſt. Per quem tex. poteſt dici, quòd ſi quis percuſſerit baculo, quia ex conſuetudine facit maximã iniuriam, quòd poterit ſe defendere gladio, & interficiens minus eſt puniendus. Si uerò minæ tantùm interuenirent, & eſſent de offenſione leui, ſine dubio nõ poſſet eum occidere: quia nec in præſenti, nec in futurũ eſt periculũ mortis. Sed ſi ille minaretur mortẽ, uel uulnus: & tunc ſi expectando poſſet eſſe periculum mortis, ut quia expectabit amicos uenientes cum armis de proximo, & eſſent de illis, qui cum honore nõ poſſunt fugere, & tunc poſſet aduerſariũ præuenire, & interficere minantem, ſi erat talis homo, qui ſolitus erat minas ſuas executioni mandare incontinenti, iuxta diſtinct. gl in l. metum. C. quod met. cauſ. & l. famoſi. in fin. ad l. Iul. maieſt. quia tunc, ut dixi, eſt in periculo: & quis non debet expectare, ut percutiatur, ne ſit nimis tardus, ut dixi in 3. notab. in uerſic. tertium dubium. alioquin ſecus, quia tunc non eſſet per minas ſolas in periculo mortis. In dubio tamen, ſi eſſet miles, (notetur) uel iuuenis bellicoſus, præſumeretur, quòd minas mitteret executioni incontinenti. Et hanc opinionem cum prędictis qualitatibus tenet Bal. in l. 1. col. 6. C. unde ui, & l. ſi in lege. loc. & Angel. de Aret. in tract. maleſ. in uerb. ſe defendendo. & in §. ius aũt gentium. Inſt. de iur. nat. gẽt. & ciuil. & hic Claud. num. 122. Secundò moderamen conſiſtit in tempore: quia oportet, quòd in eo tempore, quo eſt periculum, ſe defendat, & ex interuallo non poteſt facere: tum, quia faceret ad uindictam: tum, quia periculum eſſet remotum, unde habere poſſet recurſum ad ſuperiorem, ut ſtatim dixi. Tempus autem dicitur eſſe incontinenti ſecundum naturam actus: nam ſi actus eſt defenſionis perſonalis, ad perſonam directus, neceſſarium eſt, quòd inſultus ſit de præſenti: quia aliàs non poteſt dici eſſe in periculo uitæ. Et quod dictũ eſt de minis in præced. quæſt. intelligitur, quãdo minæ eſſent de præſenti, & de offendendo de præſenti. Tertiò moderamen conſiſtit in cauſa, ut quis ſe defendat ex cauſa iuſta: nam, ut ſ. dictum fuit, ſi quis inſultauit alium, & fuit primus, qui incœpit rixã, poſtea ſit poſitus in periculo mortis, tamen non poterit ſe defendendo occidere aduerſarium: quia, attento principio, nõ facit ad defenſionem, ſed ad offenſionem: & attenditur principium, l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & probatur in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de ui, ubi inſultans tenetur de omni homicidio eorum, qui erant pro parte ſua, & ibi Oldr. & alij: & clarum eſt, quòd ibi illi fuerant in periculo mortis cõſtituti: & dixit Iacob. de Aret. in d. l. 1. C. unde ui, num. 3. uerſ. ſuper eo. quòd reſiſti poteſt per omnem poſſeſſorem, tam iuſtum, quàm iniuſtum, quo ad alium, incontinenti & ex interuallo: ſed ſi iniuſtè poſsidet, quantum ad turbantem, tunc nõ poteſt niſi incontinenti, quia dicitur facere rẽ illicitã. Et Bal. in conſ. 143. ſuper quæſtione. n. 1. uol. 1. allegãs Ariſtotelẽ, dicit: quòd non incipit, qui irâ aliquid facit, ſed qui prouocat ad iram, l. in tribus. ff. de iudic. & ille eſt princeps culpæ, à quo incipit malitia, ut C. de ſer. fug. l. quicunq;. & C. de furt. l. ſi quis ſeruum. Rurſus etiam poteſt dici iuſta cauſa, quando aliquis timet percuſsionem ſibi fieri in oculo cum digito, uel timet ſe percuti cum baculo, ſi eſt honeſtus uir, uel miles, ꝓpter infamiã fiendam: quæ infamia eſt tanta ex conſuetudine, quòd non poteſt purgari, niſi per illationem magni uulneris: ideo ſi quis aliter non poſſet euitare percuſsionem baculi, quę uulgariter appellatur mazziata, tunc puto, quòd poterit aduerſarium cum armis offendere, & in periculo uitæ conſtitutus poſtea interficere, per ea quæ j. dicam in q. an liceat pro defenſione honoris interficere aduerſarium? Sicut etiam, ſi aliter nõ poſsit euitare ſtuprum ſuum, uel ſuorum, permitteretur, iuxta l. 1. §. item diuus Adrianus. de ſicar. per tex. in l. iſti quidem. quod metus cauſa, cum alijs infrà allegandis in d. q. Et idem etiam eſſet, ſi aliter non poſſet euitare
58 quodlibet uulnus: quia † omnia uulnera poſſunt eſſe mortalia in habitu & potentia: & licet text. in d. l. is qui aggreſſorem. dicat de periculo mortis, tamen hic dicit ad tutelam corporis ſui, & in l. qui percuſſorem. C. de ſicar. dicitur ad defenſionẽ propriæ ſalutis: ſalus autem conſiſtit etiam in ſanitate corporis. Et in ſumma, illud dicitur eſſe moderamẽ inculpatæ tutelę, ut poſsit propulſare ſine armis, quãdo aliter quin fieret iniuria, euadere non poterat, etiam quòd eſſet leuiſsima: nam quamlibet leuiſsimã iniuriam permiſſum eſt ſine armis propulſare proportionabiliter: & ſi cum armis uult reſiſtere, tunc dicitur eſſe moderamen inculpatæ tutelæ, quando aliter non poteſt euitare mortem, uel periculum mutilationis membri, uel infamiæ notabilis, & præceſ-

ſit

ſit cauſa licita, per quam apparet, quòd dedit
operam rei licitæ. Cauſa autẽ erit iuſta, ſi pro
defenſione perſonæ, rerum ſuarum, & bono-
ris, uel defenſione amicorum, uel conſangui-
neorum, uel rerum amicorum & conſangui-
neorum ſe intromiſit in rixa, per ſuprà dicta,
& ponit Gram. conſil. 56. per totum, & conſil.
59 29. Vlterius quærit Bart. hic, an † inſultatus
teneatur aufugere, ſi aufugiendo poteſt eua-
dere periculum mortis? & Bart. hic uidetur di
ſtinguere inter Peruſinum & Florẽtinum, ſed
eius deciſio non caret ſuſpicione odij: ideo i-
pſe melius dixit in l. 1. C. unde ui: quòd nullus
60 honeſtus uir teneatur aufugere, quia † fugari
eſt iniuria, l. item apud Labeonem. §. 1. de in-
iur. & per hanc rationem idem tenet hic Bald.
col. fin. & Ioan. de Ana. in c. ſuſcepimus. extrà
de homicid. & Alex. in conſil. 109. uiſis. col. 4.
uerſic. quinimò. uol. 1. cum alijs alleg. per Iaſ.
hic, & idem tenet Cæpol. conſil. 28. magiſter Ia
cobus col. 4. & Corn. conſil. 107. uiſa inquiſi-
tione. col. 2. uol. 1. & Alexan. in conſil. 119. uiſo
proceſſu. uol. 7. col. fin. Salic. in d. l. 1. C. unde
ui, & ibi Ang. & idem Ang. l. 2. in l. is qui cum
telo. C. de ſicar. Imol. in l. fin. de cond. inſt. &
Ant. de Butr. in c. olim. col. fi. de reſt. ſpol. Abb.
in c. 2. & in c. ſuſcepimus. de homic. Petrus de
Ancb. & Imol. in d. clem. 1. de homic. Floria. in
l. ſciendam. §. qui cùm aliter. ad l. Aquil. & A-
lex. in d. conſil. 109. uol. 1. & hic Claud. & Dec.
nu. 125. in articulo honoris, qui dicit hanc eſſe
communẽ opinionem. Sed contra iſtam com
munem opinionẽ facit, quia ratio, ſuper qua
fundatur, non concludit: nam licet fugere di-
catur iniuria eſſe, tamen non dicitur tanta in-
iuria eſſe, propter quam quis poſsit interfice-
re alium, cùm de duobus malis minus ſit eli-
gendũ, 23. q. 2. c. ſi quid carius. 32. q. 1. c. con-
ſidera. & dicitur in c. quod ſacris. extrà quod
met. cau. quòd debemus pari mala, ne facia-
mus peccatum, c. ſicut. cum tribus ſeq. 32. q. 4.
& per totum. Sed ſaluando communem opi-
nionem, poteſt dici, quòd licet fugari non ſit
iniuria ſufficiens, ut quis poſsit occidere ad-
uerſarium, tamen eſt cauſa ſufficiens, propter
quam poteſt licitè ſe opponere aduerſario, &
incipiendo rixam dicitur dare operam rei il-
licitæ: & ideo, ſi poſtea rixando ſuccedit peri-
culum uitæ, licitè poterit ſe defendendo inter-
ficere aduerſarium, ut ſæpius dictum fuit. Ha-
ctenus Bolognetus, cui conſonat Crauet. cõſ.
119. quæritur. uol. 1. ubi num. 7. ſunt hæc eius
uerba formalia: Proponitur, quòd defunctus
erat robuſtior corpore ipſo uulnerante, & quod
prior uerba fecit minatoria contra ipſum uul
nerantem, & eum prior pugno percuſsit, (no-
tetur, quia noſter eſt caſus) & quòd uulnerans
erat & eſt (ut noſtro caſu) uir nobilis: rurſus,
quòd defunctus erat cinctus ferro, uel enſe: (at
hic non modò cinctus, ſed educens ferrum &
inuadens) quib. ita præſuppoſitis, dico, quòd
homicidium inſecutum præſumitur ad defen
ſionem occidentis: quia cùm eſſet, & ſit uir no-
bilis, cui turpe futurum erat talem pugni of-
fenſionẽ ſuſtinere, (quod etiam omnes teſtes
noſtro in caſu dicunt, & quiſque nobilis uir a-
pud ſe cogitare poteſt, quale ſit ſibi in menſa
coram tot alijs nobilibus, hoſpitibus, ſeruito-
ribus, puellis alapam dari) & uideret aduerſa
60 *Plura antiqua inſtrumenta habent uim probationis.*

61 *Geminata probant contra tertium.*

62 *Verba diſponentia in antiquis notorium inducunt.*

63 *Sufficit probare dominium antiquitus competiiſſe.*

64 *Inſtrumento an probetur poſſeſſio.*

65 *Præſumptiuè probat inſtrumentum etiam poſſeſſiones.*

66 *Probatio præſumptiua ſufficit.*

67 *Poſſeſſio iurium incorporalium ſcriptura nõ probatur.*

68 *Petitorij probandi uariæ ſpecies.*

IN hac iuris informatione ordo quidẽ poſtulabat priùs de amicabili compoſitione, quàm iudicio pertractãdo dicere: quòd illa præ hoc in man⁹ ante omnia
1 ſumetur & tractabitur, ſicut † iudicem quoque oportet priùs, ſi poteſt, concordare partes, quàm ad iudiciariam cognitionem peruenire, ut dicit gloſſ. in c. ult. uerb. ad componendum. cum ibi allegatis, de tranſact. & Panor. ibidem num. 2. per c. diſcordantes. c. ſtudendum. 90. diſt. cap. ult. 5. quæſt. 2. §. 1. uerb. per amicabilem conuentum diſſoluant. ubi gloſ. Angel. & Dd. in authen. ut diff. iudic. Iaſ. in l. quidam. numer. 5. & 6. ſi certum petat. Fel. in rub. de treug. & pac. num. 1. cum ſeq. Sed quoniam modica ſpes eſt, eiuſmodi pacificatione rem tranſigi poſſe, & alioquin in illius tractationem deduci eadem poſſunt, quæ in iudicium deinceps erũt diſceptanda: ideo, ne fruſtra fiat per plura, quod fieri poteſt per pauciora, l. ampliorem. §. fin. C. de app. Bald. in l. 1. in princ. per illum text. de dol. mal. ſatius eſt nũc de iudicij & actionis huius iure formaque concipienda diſputare. Principiò quod ad actionem attinet, uideri poterat ex libello articulato niſi tranſmiſſo, actores tantùm poſſeſſorium, nõ petitorium primò in iudicium dedu-

deducere uelle. Concludunt enim ſolùm ad
reſtitutionem occupati territorij, nec petunt
pronunciari ſe huius territorij eſſe,& declara-
2 ri dominos ſaltē utiles,quæ † propria eſt con-
cluſio petitorij,Bar.l.ex diuerſo.§.1.nu.1.de rei
uend.& in l.Pomponius. §. ſed & his. nu.2.de
procur. Angel.in §.omnium.num.12.Inſtit.de
actio.ubi Fab.nu.26.dicit hoc tenere cōmu-
nem actionum curſum,Imol.in c.2.num.6.de
lib. oblat. ubi bene ait eſſe conſuetudinem,&
uſitatum ac propriam libellandi in petitorio
3 formam.Etſi † autem præter hanc agendi for
mulam Bar.admittat in petitorio libellū,quo
ſolùm petitur res reſtitui, & dicit ſe eam for-
mam antiquorum non damnare, d. l. ubi.nu.
2.de rei uend.& d. l. Pomponius. §. ſed & his.
nu.2. tamen ea ab alijs ibi reprobatur, ut per
multa Iaſ.in d.§.omnium.num.173.qui addit
tutius eſſe ad euitandas diſputationes peti in
petitorio declarationem dominij & rei reſtitu
tionem.Nam eam Bar.theoricam & antiquo-
rum concluſionem aliter obtinere cōmodiùs
poſſe,quàm cùm diſertè propoſita eſt rei uen-
dicatio, uel dominium in narratione dedu-
4 ctum: tunc † enim cōcluſio ſubſequens ad rei
reſtitutionem uidetur manare & duci ex cau-
ſa præcedente & antè deducta,uidelicet domi
nij,ut bene declarat.Imol.in c.2.nu.6.de libel.
oblat.cum multis ibi per eū allegatis. Etenim
petitio reſtitutionis rei ambigua eſt, & æquè
ſe habet ad petitorium atq; ad poſſeſſorium,
c.cùm ad ſedem.quem tex.ibi ad hoc ponde-
rat Ant.de But.& Imol.de reſt.ſpol. Specul.de
reſtit.ſpol.§.1.uerſ.& not.nu.7.Bal.l.pen.nu.8.
C.de ſent.quæ ſine cert. quant. Vnde cōcluſio
adaptatur ad narrata præcedentia, Spec. Bal.
Imol.præal.loc.& in terminis Soc.conſil. 262.
in cauſa.nu.1. uol.2. per doctrinā Ant.de But.
5 in d.c.cùm ad ſedem.Cauſa † enim cōcluden-
di declarat cōcluſionem, & econtrariò : ut di-
cit Bal.in l.domum.5.nu.1,C.de rei uend.Dec.
conſil.58.pro tenui. nu. 1. Quare cùm hic de-
ducatur ſolummodo poſſeſſorium,& querela
turbationis ac ſpoliationis, uideri poterat po
tius poſſeſſorium intentatum, quàm petito-
rium,ut in terminis ijſdem Socin.d.conſ.262.
nu.1.cum ſeq.& Dec.conſil.252.agitur.nu.1.&
conſil.5.pro tenui.nu.1.per alleg.ibidem:quæ
6 breuitatis cauſa omitto.Quod † quidem poſ
ſeſſorium etiam prius intentari naturale eſt &
cōmodius, l.is qui deſtinauit. 25. de rei uend.
ubi hoc not. Bart. quia in eo proceditur ſum-
mariè,gl.uerb.petiturus.& Bart. nu. 10.in l. 1.
C.quor.bon. & eſſe commune hoc dictum te-
ſtatur Soc.iun.l.naturaliter.§.nihil.nu.375.de
acq.poſſ.fac.gl.l.3. uerb.ſummar. ad exhib. &
regula Bar.in extrauag.ad reprimendū.uerb.
ſummariè.quom.in læſ.maieſt. reos ꝓced. ſed
& pro parua cauſa paruiq; præiudicij habet̄,
etiamſi de re magna litigetur, Bar.l.admonen
di.nu.55.de iureiur.Alex. conſil. 91. in cauſa.
nu.2.uol.5,cum ibi alleg.Soc.iun.in l.natura-
liter.§.nihil cōmune.nu.11.de acq. poſ.Dec.cō
ſil.56.in cauſa.nu.1.& conſ. 252. agitur. nu.2.
& ingens ſit cōmodū poſſeſsionis,§.cùm com
modum.Inſtit. de interdic. etiā in poſſeſſorio,
7 quia cauſa leuidēſior habet̄, ideo † recipiunt̄
ac ſufficiūt probationes leuiores,quàm in pe-
titorio,Bart.poſt gl.in l.1.nu.10. C.quor.bon.
cū ſimil.etiā ſemiplenæ:ut uult Dec.conſ.663.
in cauſa.nu.1.ex doct.Bar.in d.l.1.num. 10. C.
quor.bon.& l.2.§.fi.in prin.C.ubi in rem ac.&
idē Dec.cōſ.56.in cauſa.nu.1.& conſ.252.agit̄.
nu. 2. ꝙ etſi ab alijs reprobat̄, ꝑ gl.l.1. uerb.fi-
liū.C.quor.bon. cū qua cōmuniter Dd.tranſe-
unt,ut dicit Alex.cōſ.139.circa. nu. 10. & ipſe
accedit ferè Bar.in d.l.1.num.10. & 11.C.quor.
bon.ac ſibi cōtrarius Dec. in lecturis l.2.nu.2.
de Carb.edic.& c.cauſam quæ. col.2.de iudic.
Molin.ad cōſ.Dec.56. & cōſ. 663. tñ hoc certū
eſt, qđ antea poſui, ꝓbationes hoc in iudicio
ſufficere leuiores, d. l. 3. uerb.ſummatim. ubi
gl.ff.ad exhibendū cū ſibi alleg.Bart.n.10.poſt
gl.uerb.filiū.& alij in d.l.1.C.quor.bon.Dd.in
8 locis ſ.adductis.Deniq; † poſſeſſorio tantùm
intētato euitabit̄ illa diſputatio, Verùm cū rei
uēdicatione poſſeſſoriū, præſertim Retinēdæ,
poſsit cumulari ? de quo latè Bart. Iaſ. Ripa,
uterq; Soc.& in ſumma cōmuniter Dd.in l.na
turaliter.§.nihil cōe.de acq.poſ.Ferr.pro turb.
poſſ.uerb.ad caſſandū.nu.2. itē, An petitorio
inducto,nō uideri debeat renunciatū poſſeſ-
ſorio ? Bar.d.l.naturaliter.§.nihil cōe. nu.8.cū
9 ſimil.& nihilominus † poterit incidenter etiā
ius dñij deduci ad poſſeſsionē colorandā?c.li
cet cauſam.ubi gl.& Dd.de probat.Bart.in l.ſi
de eo.§.ſi ſeruū.n.3.& 4. de acq.poſ.Cyn.l.1.n.
16.C.uti poſsid.Ferr.in for.lib. pro turb. poſ.
uerb.ad ceſſandū.nu.2.quia qui ꝓbat petito-
riū,etiā in poſſeſſorio obtinet quaſi ꝓbata iu-
ſtiore poſſeſsione,Bart.in d.§. ſi ſeruū.nu. 3. &
in l.ſi duo.nu. 4.ff.uti poſsidetis, Cyn.d.l.1.n.
16.C.eo.tit.Bar.nu. 2.Iaſ. nu. 37. & cōmuniter
Dd.in d.l.naturaliter.§. nihil cōe. de acq. poſſ.
Fel.poſt alios in c.licet.nu.9.de prob.Ferr.pro
turb.poſ.uerb.ad ceſſandū. nu.4. ac etiāſi hic
10 ſuccūbere contingat actorē,ſupereſt † tñ iudi
ciū petitoriū, eò ꝙ nō ſit in iudiciū deductū,
& cui ideo non obſtet ſnia in poſſeſſorio lata,
Dd.cōmuniter in d.§.nihil cōe.Dec.cōſ. 56.in
cauſa.nu.1.cū ſimil.His tamē nō obſtātib. exi-
11 ſtimare † licet, utrunq;,tam petitoriū, quàm
poſſeſſoriū, hunc in libellū deduci, & rectè de
duci, ſicuti uel tantùm unus dominus & feu-
datarius, &c.in rē agere,& petitoriū deducere
pōt,l.1.in fi. ubi gl.uerb. in rem. ſi ag. uectig.l.
tutor.§.fi.de pig.act.l. 1.§.qđ ait prætor. de ſu-
perfic.Bar.l.ſi mater.§.eandē. 12. nu.3. & 4. de
excep.rei iud. etiā uaſallus ratione feudi, tam
cōtra dominū,quàm tertiū poſſeſſorē, c.1.ubi
Andr.de Iſer.n.2.de inueſt.de re alie. fac.Matt.
12 de Afflict.in prælud.feud.nu.73.dum † ne pe
tat proprietatem,quæ ſonat in dominiū dire-
ctum,Iaſ.§.omniū.n.63.Inſt. de act.ita Bal.l.2.

Iaſ.& Socin.d.§.nihil commune.nec obtinere,
quando excipiens uitioſè ab actore poſsidet,
ut hanc dicit communē Dec.conſil.57.pro te-
20 nui.nu.6. & talem hic † titulum deficere, nec
probari poſſe, & ideo pro nullo habendū eſ-
ſe, cùm paria ſint, non eſſe, & nō apparere, uel
probari, l.in lege.de con.empt. l. duo ſunt Ti-
tij.de teſta.tutel. item non habere titulum, uel
inualidū ac iniuſtum.Bald.in l.inciuilem. nu.
2.C.de furt.Panor.in c. grauis.nu. 7. de reſtit.
ſpol.Matth.de Affl.in §.ſi quis. per 30. annos.
in 6.not.nu.2.ſi de feud. defun. per l. nec ullā.
de pet.hær.Fran.Balb.in tract.præſcrip.1.par-
te tertiæ partis prin.& in repet. l.Celſus.in pri.
de uſucap.fac.l.ſi fraude. l. ſi is contra. 8. ut in
ſimili argumentatur Dec.d.conſ.252.nu.3. 4.
tamen quia hoc ipſum incertum eſt, utpote
quòd à facti probatione dependeat, Mazol.
conſil.4. huius.nu. 27. ideo in dubio firmius
erit libellum etiam ſuper petitorio generalem
21 fundare, atq; † ita omne ius deducere, l.ult.C.
de ann.excep. omnem agēdi cauſam & actio-
nē, quæ maximè poſsit eſſe opportuna, expro
mere, Ang.in §.omnium.nu.9. uerſ.ſed unum
tene menti.Inſtit.de actio.per c. 2. de ord.cog.
Felin.in c.examinata.nu.11.poſt Panor.de iu-
dic. iudiciumq; in uniuerſum proponere,
quodcunque intentioni maximè conueniat,
Soc.iun. in l. naturaliter. nihil. num. 288. de
acquir.poſſ. ut ita in terminis poſſeſſorij & pe
titorij tenent Socin.d. conſil. 262.in prin.uol.
2.Fed.de Sen.conſil.285. Dec.conſ.57.pro te-
nui.nu.1.& conſil.56.in cauſa.in princ.conſil.
252.agitur.in prin.Nam actus factus, qui ua-
riè poteſt interpretari, cenſetur actus in caſu,
q ſit magis utilis agenti, l.1.de ſolut.Menoch.
conſil.44.nu.23.conſil.56.nu.29.conſ.81.nu.
36.de quo hic minus dubitandū eſt, cùm hic
libellus diſertis uerbis omnem actionē, quæ
competere poſsit, cōplectatur, & propoſitam
eſſe uelit: quam clauſulam utilem eſſe ad ſuſti
nendum libellum, & interpretandum eo mo-
do, quo fauorabilius poteſt iuuari intentio a-
gentis, docet pluribus.Iaſ.in §.omnium.num.
22 152.Inſt.de action. Neq; tamē † minus etiam
poſſeſſorium rectè unà deducitur, non modò
Recuperādæ, quod nihil habet dubij, ut poſt
Bart. Iaſ. & alios Soc. iun. d. §. nihil cōmune.
nu.306.qui dicit hunc cōmunem eſſe, Canon.
in cap.paſtoralis.de cauſ.poſſeſſ. & propr.ſed
23 † etiam Retinendæ, Innoc.& Imol.in c.cùm ec-
cleſia ſutrina. de cauſa poſſ. & prop. quando
ſcilicet non ſubeſt cōtrarietas, ſed diuerſis re-
ſpectibus illa proponuntur: uelut idem decla
rat Socin.paulo pòſt num.312.313.ut cùm pe-
titur reſtitutio poſſeſsionis, quatenus ab alio
adempta eſt naturaliter, uel detinetur: retineri
uerò poſtulatur, & in ea defendi actorē, quate
nus animo, uel aliter poſsidet, Bar.l.1.§.inter-
dictū.n.1.2.3. & 9.& l.ſi duo.in prin.ff.uti poſ-
ſid.Bald.in l.ſi proprietate.num.15.C.ſi à non
comp.iud. Anrbor.conſ.248.ad prædicta.nu.
4.Pariſ.conſ.126. nullitas.num. 7.uol.4.cum
ibi alleg. Et quamuis non uideatur quis poſ-
ſe turbari in animo & poſſeſsione, quam ani-
mo tantùm retinet, tamē petitio procedit con
tra detinentèm, & qui habeat facultatem reſti
tuēdi: intelligiturq; eo reſpectu petitum, quo
actori maximè poteſt commodare, & io quo
actu, uel potentia moleſtatur, Socin.prææalleg.
loc.num.288.cum ſeq.pro quo theorica Bart.
in l.1.§.hoc interdictum.num.1.2.3. & l.ſi duo.
in prin.ff.uti poſsidet. Atque ita etiam utilita-
tes poſſeſſorij retinebuntur, in quo obtinere
24 debet, qui † antiquiorē poſſeſsionē probat,
cùm alterius ſubſequens præſumatur eſſe ui-
tioſa, c.licet cauſam.ubi Dd.de probat. c. ſi.de
reſt.ſpol.in 6.Bal.l.pen.nu.15. C.ſi à non com-
pet.Iaſon.conſil.6.ſpectatiſsime.per tot.uol.1.
Dec.conſil.252.agitur.num.1.Alex.conſi.110.
nu.1.lib.1.conſil.109.nu.1.lib.7. Ruin. conſil.
49.& 56.lib.4.latè Did.Couar.in c.poſſeſſor.
2.part.relect.§.2.num.1.3. cum ſeq.de reg. iur.
in 6.Aut ſi de antiquiore poſſeſsione conſta-
25 re nequit, is uincere debet, qui † probat titu-
lum iuſtiorem, aut dominiū, d.c.licet cauſam.
de probat.Bar.d.l.ſi de eo.§.ſeruum. n. 3. & 4.
de acquir.poſſ.Cyn.l.1.nu. 16. uti poſſ. cum ſi-
mil. prout hoc elegāter diſtinguit, & poſt an-
tiquiorem poſſeſsionem maximè reſpectum
hic haberi ad iuſtiorem poſſeſsionem & me-
liore titulo coloratam, probat Iaſ.in l.natura-
liter.§.nihil commune.num 39.cum ibi alleg.
de acq.poſſ.Quocirca dato etiam, non cōceſ-
ſo, quòd nō poſsit hic dominium plenè pro-
bari, tamen nihilominus in poſſeſſorio obti-
nere deberent ſuperiora probātes, Bal. c.cùm
eccleſia ſutrina. nu. 10. de cauſ. poſſ. & propr.
26 cùm † proceſſus totus fundetur ſuper patre
libelli fundata, Bal.in c.1.in prin.nu.4.de mil.
uaſ. maximè quādo adiectæ ſunt, quæ hic in-
27 ueniuntur † ſubiectæ clauſulæ, Non adſtrin-
gens, item Omni meliore modo, & Petens ius
ac iuſtitiam adminiſtrari: ut in terminis pro-
bant Soc.conſ.262.in cauſa.n.2.uol.2.per do
ctrinā Innoc. Panor. & Dd. in c.cùm dilectus.
de ord.cog.Socin.iun.in d.l. naturaliter. §.ni-
hil commune.nu. 26.27.63.Iaſ.in §.omnium.
nu. 148. cum multis ſeq. poſt Angel. Inſtit.de
actio. & in l.petens.num.6.C.de pact.Alexan.
conſil.6. circa.num.6.uol.3.quæ porriguntur
ad omnia, quæcunq; narratis libelli congrue-
re poſsūnt, Menoch.de recuper.poſſeſſ.in pri.
num.17.Poſtremò nedum contra dominum,
ſed etiam aduerſus tertium, qui feudum poſ-
28 ſidet, uaſallum, qui † habet titulum & antea
fuit in poſſeſsione, rectè agere tam petitorio,
quàm poſſeſſorio, cōfirmat Matth. de Afflict.
in procem.feud.n. 72. 73. Cùm itaq; utrunq;,
tam petitorium, quàm poſſeſſoriū, hic cumu-
latum ſit & cumulari poſsit, ideoq; ius actorū
omne deductum appareat, l.ſi. in fin. ubi Dd.
C.de ann.except.c.abbate.uerſ. ſecus. de ſent.
& re iud.lib.6.non eſt quærendum, quænam
genera

genera Recuperãdæ, Retinendæúe, ſint expri-
menda: intelligũtur enim nulla propoſita, quæ
maximè actori ſunt utilia, Panor. c. dilecti. nu.
13. de iudic. Innoc. c. conquirente. nu. 2. 3. 7. de
off. ord. Iaſ. §. omnium. nu. 148. Inſt. de act. So-
cin. in c. ſignificantibus. nu. 62. de libel. oblat.
Rom. conſil. 245. ad primam. nu. 8. præcipuè
29 † remedia iuris Canonici, quæ ſunt locuple-
tiora, Innoc. in c. ſæpe. circa fi. & c. cõquirente.
de off. ord. ubi idem Innoc. nu. 2. 3. 7. Ferrar. in
30 cauſ. ſpo. poſſ. in prin. nu. 10. & † in dubio po-
tiſsimùm canon, Redintegranda. ut remediũ
locupletiſsimum, Alex. conſ. 117. uiſo. nu. 1. 2.
3. 4. uol. 2. Henn. God. conſil. de inter. reſtit. 2.
nu. 8. & 9. Menoch. in remed. 15. recuper. Itaq;
potiùs hoc laborandum eſt, ut bene concipia-
tur libellus: ne ſi litem rei negatiuè conteſten-
tur, poſtea nõ admittant libelli aliquam mu-
tationem, ex doctrina cõmuni Dd. in l. 3. C. de
eden. Quanquã aũt libellus prudenter & eru-
ditè conceptus eſt, ut nihil magnopere muta-
ri debeat, tamen quid nocuent in quinto ar-
ticulo facere mentionẽ pacificæ poſſeſsionis,
paucuhs uerbis hoc modo interpolatis, *Vnd
die ſelbige lange jar geruwiglich, unnd ohne menniglichs
31 uornemlich des* N. *einrede*, &c. Non † enim ſufficit
poſsidere, niſi quieta & continuata poſſeſsio
allegetur, l. 3. uerb. continui ubi gl. l. nunquã.
§. 1. uerb. continuum. l. poſſeſsio. de uſucap. l.
nõ uidetur. de acquir. poſſ. tot tit. quod ui aut
clam: qua de re infrà dicetur: & ad probandã
hanc poſſeſsionem poſſunt reliqua, quæ ad li
bellum annotauimus, ſubiungi. Nec ueren-
dum eſt, ne plura ponantur, quàm ꝓbari poſ-
32 ſint, cùm adiecta ſit clauſula, De † nõ adſtrin-
gendo ſe ad ulteriora probanda, quæ omne
hoc periculum diſcutit, Iaſ. §. omnium. num.
161. Inſt. de act. & in l. pen. §. in eum. nu. 5. & 6.
ne quis eum, qui in ius uocat. & in l. diuus. n.
25. ubi cõmuniter Dd. de re iudic. Alex. cõſ. 6.
33 circa. nu. 6. uol. 3. & hi tantùm ſint, uelut † ſpe-
ciales actus, ex quibus prætẽſum dominium
& poſſeſsio poſsint ac debeant probari, Bal.
& Dd. in l. 2. & 4. C. de probat. Bart. l. qui uni-
uerſas. §. quod per colonum. n. 1. 2. de acquir.
poſſ. l. Celſus. nu. 20. de uſucap. & in l. ſi duo.
uti poſſ. Iaſ. poſt gloſſ. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc
quoque. uerb. ſtipuletur. de uerb. oblig. Bald.
conſil. 161. proponebatur. nu. 3. uol. 3. Mazol.
conſil. 4. huius. nu. 28. cum ſeq. & quamuis e-
tiam aliter probari iſta poſsint, ut per Dd. in
d. l. qui uniuerſas. ubi Ang. d. l. Celſus. Bar. cir-
ca fin. in l. 1. C. de ſer. fug. & l. 241. §. cũ res. C. de
probat. & l. Titia. de ſolutio. per quam legem
aduocati formant articulos probandi domi-
nij, ut dicit Bald. in l. at qui natiua. §. cùm me.
nu. 1. uerſic. modò uenio. ff. de neg. geſt. Bar. in
l. litibus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & l. quidam
34 in ſuo. de cond. inſt. tamẽ † quoniam omnes
probationes ſunt arbitrariæ, Caſt. l. admonen
35 di. num. 39. de iureiur. eoq; † incertæ reſpectu
euentus & arbitrij iudicis, Mazol. d. conſil. 4.
n. 27. & articulati libelli. ac deinceps poſitio-
nes fiant, ut per cõfeſsionem rei releuetur ab
onere probandi actor. c. 1. & 2. de confeſ. in 6.
cum ibi not. Spec. de poſit. ideo non dici pote
36 rit hæc calumniæ cauſa, ſed † multo magis iu-
ris ſui docẽdi gratia poſita, & in libellum eſſe
37 deducta. Etenim † doli & ideo calumniæ ex-
pers eſt, qui ſuum perſequitur, & aliquid non
uexandi alterius, ſed iuris ſui tuendi cauſa fa-
cit, l. nullus. 56. ubi Dec. l. factum. 197. §. 1. l. ne-
mo. 194. ubi Cag. nu. 2. l. qui in ius. 139. l. qui
ſine dolo. 64. de regul. iur. l. 3. §. ſed etſi. qđ ui
aut clam, l. prætor. §. ſi quis paratus. de oper.
no. nunc. l. Proculus. 26. l. fluminum. 24. §. ult.
de dam. infect. id quod etiam in dubio præſu-
mitur, Bal. in l. item lapilli. nu. 4. de rer. diuiſ.
per not. Dyn. in l. fluminũ. §. fi. de dam. infect.
Ripa. in l. quo minus. n. 29. de flumin. Nec hic
etiã inutile fuerit mentionem facere cõmunis
opinionis & famæ, nõ modò in poſtremo ar-
ticulo, ſed etiã prius in aliquo ſeparato, proue
38 à me ad libellũ eſt additũ: quia † cùm de anti-
quis agatur, in his talis fama & opinio ꝓbat
etiã plenè dominiũ ac poſſeſsionẽ, Innoc. in c.
ueniens. nu. 2. & 3. de uerb. ſignif. Bal. in l. pro-
prietatis. num. 3. C. de probat. maximè in uni-
uerſalibus & dominijs ciuitatũ ac territorio-
rum, Bal. præal. loc. Tertio, inquit, modo ope-
ratur fama antiqua, per quam probant̃ anti-
qua dominia, de quorum principijs nõ extat
memoria, l. ſi arbiter. de probat. c. quid per no
uale. de uerb. ſig. & hoc maximæ uirtutis eſt in
uniuerſalibus dominijs, puta regum, comitũ,
(notetur) & in territorijs ciuitatũ. Hæc Bal. &
idem in l. at qui natura. §. cùm me. n. 1. de neg.
geſt. Iaſ. in terminis in rep. l. admonendi. num.
242. uerſ. limita tamẽ ſingulariter. de iureiur.
cum multis ibi allegatis, & in l. cùm aliquis.
nu. 5. C. de iur. delib. Alex. cõſ. 208. uiſo. nu. 11.
12. 13. uol. 2. Mont. tract. fin. reg cap. 55. & me-
liùs Alex. conſ. 4. uidebit. nu. 28. lib. 2. cõſ. 15.
uiſis. nu. 2. conſ. 24. ponderatis. nu. 22. uol. 5.
cõſ. 101. quarto dubio. lib. 7. Dec. in c. cùm cau
ſam. 2. not. de probat. c. 1. de appel. & conſ. 42.
pro facultate. nu. 3. 11. & paſsim conſ. 126. 146.
174. & alibi, Crauet. de antiq. temp. parte 1. §.
uiſo. nu. 1. cum multis ſeq. Quanquam autem
in contrarium diſputet Crauet. præall. loc. ta-
men fatetur hanc eſſe cõmunem, & ipſe pror-
ſus eã indubitatè uult obtinere, quando acce
dunt aliæ coniecturæ, ut ſi producatur titulus
acquiſitionis, uel de eo conſtet, uel alia admi-
niculentur. Quæ cùm hic plurima ſint & mul-
tum in fama poſitum, ac opinione communi
in antiquis ſit utile: ſæpius eſt eam inculcari,
& in primis ſuper ea cõcipi articulos à poſtre-
mo ſeparatos, ubi fortius urget, & plus ope-
ratur probata, quàm in poſtremo, Ant. Gab.
Rom. lib. 5. de præſcrip. cõcluſ. 1. n. 80. ꝑ doctri-
nã Sig. de Homod. cõſ. 70. col. 6. uerſi. nec ob-
ſtat. Hiſpa. in c. ꝑ noſtras. col. 2. uerſi. uide Fel.
de don. int. uir. & ux. In cõcluſiõe libelli porrò
nihil

39 nihil muto, tametſi † quoq; peti cautio de in poſterum non moleſtando, uſitata in poſſeſſorijs Recupecādæ & Retinendæ, poſsit, c. ult. uerb. ſufficiente cautione. c. ex tranſmiſſa. de reſtit. ſpol. gl. Bart. Cyn. & communiter Dd. in l. unic. uerb. ſatiſdationis. C. uti poſsidet. Bart. in l. ſi duo. §. ult. n. 1. uti poſsidet. & in omnem euētum reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa uidetur, l. 1. in fi. ex quib. cauſ. ma. Mihi temen ſatis placet generalis petitio reſtitutionis, *Abezutretten, zuerſtatten, ein zu reu-*
40 *men*: quæ † uerba latè patent, l. reſtituere. 35. l. reſtituere. 75. l. reſtituere. 85. l. plus eſt in reſtitutione. 22. l. ult. §. reſtituit. de uerb. ſig. & ubique Alciat. l. ait prætor. §. per hāc. quæ in fcau. cred. l. 2. §. reſtituas. ff. ne quid in loc. pub. & quamuis pcopriè pectineāt ad interdictū Recuperandæ, l. 1. §. ſi fundus. uerb. reſtitutus, reſtituani, &c. & §. ex interdicto. uerb. reſtituere cogit. de ui & ui acm. & t. t. in rub. & nigco, ext. de reſtit. ſpol. Ferrar. in for. lib. ſpoliat. poſſeſſ. uerb. ad reintegrandum & reſtituendum. ta-
41 men etiam qui † poſsidet, rectè petit à detentatore rem ſibi reſtitui, l. aim facit. cum ibi no. gl. & Dd. de ui & ui acm. Ferrar. form. lib. pro rucb. poſſ. uecb. ad ceſſandum. n. 1. Vnde Bart. dicit, etiam in hoc poſſeſſorio rectè concludi ad reſtitutionem, ſcilicet naturalis poſſeſsionis, quæ de facto tenet, & per quam agens turbatur in ciuili, Bart. l. 1. §. hoc interdictum. nu. 9. & 1. 2. 3. & l. ſi duo. in princip. ff. uti poſsidet.
42 Quod cùm ita ſit, etiamſi † generale tantùm reſtitutionis uerbū in cōcluſione ſit poſitū ita men intelligitur petitorium & poſſeſſorium propoſitum: quod in narratione deducitur, ac deinceps probatur, Soc. d. conſ. 262. in cau-
43 ſa. nu. 1. & 2. uol. 2. potiſsimùm † cùm ſit hic addita clauſola, proponi omnia remedia maximè idonea, & peti ius ac iuſtitiā adminiſtrari, quæ includunt omne competens remediū, Iaſ. in l. petens. nu. 5. C. de pact. & §. omnium. num. 147. 150. cum ſeq. Inſtit. de actionib. Vt
44 † autem duo hic in libellū deducta ſunt, uidelicet petitorium & poſſeſſoriū: ita utrumq; etiam articulandum & pcobandū erit. Libel-
45 lo † enī cōgruere pcobatio debet, Hoſt. de pcobat. nu. 5. per c. ſignificauerunt. C. de teſtib. ex. de teſtib. l. argentarius. 11. cùm autē. de eden. & actor enam utilis dominus, Alex. conſ. 136. uiſo. nu. 3. 4. uol. 1. pcobare, l. qui accuſare. C. de eden. l. 2. l. 4. l. cùm res. C. de probat. l. 2. & l. doce. C. de rei uend. titulum rei infringere debet, Bal. in l. fi. nu. 7. 8. C. de edict. diui Adr. per l. de rebus. C. de donat. ante nup. c. 1. de ſponſ. duoc. in præſenti crediderim actorum titulū poſſe reorum infringere poſſeſsionem. Titu-
46 lus † cauſa eſt dominij, quod ex titulo fluit & pcobatur: nam ex cauſis dominium, tanquā effectus, infertur, Bald. l. proprietatis. nu. 4. C. de probat. & per titulum iuſtificatur intentio, idem Bal. in l. cùm res. num. 6. C. eo. tit. per c. licet cauſam. de pcobat. atq; adeò etiam poſſeſſio, Bal. l. 2. num. 4. C. de pcobat. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 37. 38. cum ſeq. de acquir. poſſ. quæ præſumitur titulum eſſe ſubſecuta, Bal. conſ. 377. Otto. num. 1. 5. uol. 1. per l. quædam. C. de rei uend. l. 2. C. de acquir. poſſ. l. ſi à te. ſi ſec. uēd. Imò præſupponitur ex titulo pcæcedente, Aemyl. conſil. 57. in cauſa. nu. 5. Pariſ. conſ. 64. luculenter. nu. 12. uol. 1. Titulum demonſtrare hic poſſunt actores per i-
47 pſam inueſtiturā, qua † ſemper pcoferre uaſallus debet, ſiue agat, ſiue cōueniatur de feudo, c. 1. §. cum domino. ubi Bal. hoc notat n. 1. de not. feud. Ex cuius quidē inueſtituræ tenore apparet ante tēpus immemoriale uſq; nūc ſemper d. actores de hoc territorio inueſtitos eſſe. Inueſtitura aūt titulū pbat, c. 1. de inueſt. de re alien. fac. c. 1. quib. mod. feud. conſtit. c. inter. de fid. inſtrum. Iaſ. nu. 30. cum ſeq. l. quoties. C. de fid. inſtrum. conſ. feud. 1. nu. 23. 24. Schurff. conſil. 53. quod in præſenti. no. 3. cent.
48 1. cùm † ſit titulus iuſtus, Schurff. cōſ. 53. quod in præſenti. nu. 9. & dominij tranſlatiuus, unde titulum uniuerſalem & particularem pro ſubiecto nimirū feudo, quod uel uniuerſale, uel particulare eſt, Panor. c. cùm ſeculū. nu. 3.
49 de ſuc. pat. Item † modum acquirendi uocat Bal. in procem. feud. nu. 27. & 28. & Matth. de Afflict. ibid. nu. 39. qui oſtendit cōtractum, c. 1. ubi Dd. de duob. frat. deciſ. Neap. 265. Illuſtriſsime. nu. 102. & dat ius ad rem abſq; poſſeſsione, ius in re cum poſſeſsione, deciſ. Neapol. 299. Rex. nu. 20. cū ibi adductis: & quando poſſeſsio accedit, tūc eſt plena, propria ac realis, non abuſiua, & omne ius tribuit, ut per Dd. in c. 1. quid ſit inueſt. & talis etiam reputatur illa, quę ſit ſigno & uerbis, ubi feudatari⁹ eſt in poſſeſsione, Bal. in l. 1. num. 10. in fi. C. de
50 rer. permut. quia † non tam ius affert, quàm antè habitū & acquiſitum cōfirmat, ut in feudis antiquis uſu uenit: ita Curt. in tract. feu. 2. parte, ſecunda princ. quæſt. num. 15. Iſec. in c. 1. §. ſancimus. num. 2. quo temp. mil. præſertim
51 quando † iuſtificatur eiuſmodi inueſtitura ex titulo ueterum authorum, Bal. d. l. 2. nu. 4. C. de pcobat. Ex quibus apparet, quòd res fuerit maiorum, Bal. in l. exemplo. 7. nu. 2. & 3. C. de pcobat. Itaq; Bald. ait d. l. exemplo. nu. 7. tales ſcripturas antiquas, in quibus cōtinentur iura Baronum de ſuis territorijs, haberi pro legis authoritate, per l. 2. §. pen. de aq. pluu. cum ſimil. Et cùm ſint nō modò geminata hic talia
52 inueſtiturarū inſtrumēta, quæ † plenè probāt etiam contra tertium in antiquis, Crauet. de antiq. temp. §. 3. nu. 31. ſed multiplicia, fortiore ratione ius actorum probabunt, per c. 1. de treug. & pace, & quæ tradit Crauet. de antiq. temp. §. ampliat. 4. num. 14. & §. 3. nu. 31. Coc. conſil. 59. diu. nu. 9. uol. 2. Licet autem aduer-
53 ſùs opponi poteſt, quòd † inueſtitura omnis intelligenda ſit ſaluo iure tertij, Caſt. conſ. 72. num. 2. uolu. 2. Dec. latè conſil. 478. ſuperiore. nu. 26. Henning. God. conſil. 13. feud. qui-

54 dam.num.28.cum ſimil.Item † quòd inueſti-
tura non probet poſſeſsionem,& conſequen-
ter nec dominium in præiudicium tertij, ſed
ſolùm inter ipſos contrahentes, qui inueſtiũt
& inueſtituram accipiunt, Lanfr.in c.quoniã.
uerb.teſtium.nu.96.uerſi.attende. de probat.
ex doctrina Angel.in l.quiſquis. C. de donat.
Bal.l.emptione.3.nu.1.uerſic.quæro,qualiter.
C. plus ual. quod ag. tamen hoc ſic accipien-
55 dum eſt, quando † tertius probare melius ac
potius ius poteſt, alioqui ſtatur inſtrumento
inueſtituræ, Lanfr.præal.loc.uerſic.& iſtud eſt
uerum, niſi aduerſarii ius probarẽt. Matth. de
Afflict.in prooem.feud.nu.73.etiam cõtra ter-
tium, præſertim in caſibus antiquis, Crauet.
56 de antiq. parte 3. nu. 33. Nam † intentionem
habet fundatam, qui habet pro ſe inueſtitu-
ram,c.1. ubi Iſer.nu. 2. de inueſt. de re alie.fac.
57 Matth.Affl. præal. loc. cùm † inueſtitura præ-
ſumatur uera, Bald.in rub.C.de contra.empt.
nu.20.præſertim antiqua, & à maioribus an-
tè accepta, atq; ab immemoriali tempore uſ-
que nunc continuata, Bal.in d.l.exemplo nu.
2.& 3.C.de probat.ſicut cõtinuata eſſe præſu-
mitur, niſi contrà probetur, l. ſiue poſsidetis.
cum ibi not.C.de probat.Bald.c.1.in princ.de
cont.in.maſc.& fœm.& l. cùm antiquioribus.
58 num.11.C.de iur.delib. & † quando probatur
maiores & anteceſſores habuiſſe in feudũ ali-
qua bona, præſumũtur eadẽ pari iure ad ſuc-
ceſſores deueniſſe, Alc. tract. præſump. reg.2.
præſump.3.nu.5.per doctrinam Bald. l. ſi cui.
de uſufr. And.Sicul.conſi.18.col.15. uol.2.Ca-
ſtrenſ.conſil.17.in cauſa.nu.1.uol.2.ubi dicit,
inueſtituram in deſcendentibus talem præſu-
mi,qualis in maioribus fuit: & ſcripturæ eiuſ-
modi antiquæ, maximè quatenus diſponũt,
etiam cõtra tertium probant, c. cùm cauſam.
ubi Fel.nu.4.de probat.in primis publicæ,ut
ſunt inueſtituræ à Cæſ. Maieſtate cõceſſæ & ſi-
59 gillatæ:quia † ſunt publicum inſtrumentum,
ut reliqua Principis ſigillo cõſignata.Bal.Sal.
& Dd.in l.ſi qua.C.de epiſc.aud.per c.poſt ceſ-
ſionem.ubi Canon.ext.de fid.inſtrum.Lanfr.
in c.qm̃.uerb.inſtrumentorũ.nu.2.de probat.
Schurff.conſ.7.licet.nu.6.& conſil.39.in præ-
ſenti.n.1. & 2.cent. 2. Nam plus ualet teſtimo-
niũ regis,quàm notarij in publico inſtrumen
to,Iaſ.cõſ.65.in fin.lib.3.Crau.de antiq.temp.
§. 2.nu. 26. cum ibi allegat. Ac quòd eiuſmo-
di antiqua inſtrumenta cõtra tertium probẽt
dioeceſes,& fines etiam uerbis duntaxat enun
ciatiuis,plerique tenent,Iaſ.l.cùm aliquis.n. 4.
C.de iur. delib.Fel.d.c. cùm cauſam.nu. 4. de
probat.Bald.l.exemplo.nu. 2.3. C.de probat.
Dec.conſil. 42. pro facultate. nu. 11. cum ſeq.
Crau.de antiq.temp.§.2.nu.25.& §.3.& §.uiſo.
nu.3.& toto tract.& paſsim, maximè quando
ſunt plura inſtrumenta concordantia : ut hic
plures inueniuntur conſonantes inueſtituræ,
60 Crau.d.§. ampliatur. 4.nu.14. Quia † plura
antiqua inſtrumẽta habent uim probationis
famæ, Bal.Sal. Caſtr. in l. cùm antiquis. C. de
61 iur.delib. & † geminata plenè probant cõtra
tertiũ, quamuis enunciatiua, Crau. §.3.nu.31.
per Bal.l. cùm ſcimus. C. de agr. & cenſ. lib.11.
Caſtr.l.ex hac.de donat.& conſ.92.ꝙ præfata.
lib.2.Pan.c.ſi cautio.in fi.de fid.inſtr. Alexan.
conſ.198.uol.6.Soc.conſil.65.in fi. lib.1.conſ.
228.lib.2.Cor.conſil.187.lib.4.Dec.conſ.152.
in fine,cum ſimil. Quod indubitatum planè
62 eſt, quando † uerba ſunt diſponẽtia & per ſe
prolata, quia illa in antiquis inducunt noto-
rium, ut firmat Bal.in c.cùm cauſam. nu. 6.de
probat.Crau.de antiq.temp. §. 2. nu.77. cum
multis ibi allegat. & §.uiſo in hac.n.5. Quam-
obrem addit Crau.præal. loc. quando de do-
minio authorũ meorũ probatur in antiquis,
& modò reperitur res apud aduerſariũ , ſuffi-
63 cere † cõtra eum probationẽ dominij mei ab
antiquo, licet pręſens ſtatus repugnet,atq; ita
ait cõmuniter Dd.tenere:ad idem Dec.conſil.
147.pro tenui.nu.14.cum ibi alleg. Nec uerò
64 obſtat, quod dicitur, tituli † inſtrumento nõ
probari poſſeſsionẽ,Spec.de probat.§.1.n.32.
Bar.l.prædia.in fi.de acq.poſſ.Bald. rub. C.de
cõtrahen.emp.nu. 20. Nam multi modi ſunt,
quibus per inſtrumentũ poſſeſsio poſsit pro-
bari,Crau. conſil.54.nu.11.de quibus Panor.
nu.5.in c. cùm à nobis. de præſcrip. & alioqui
65 † præſumptiuè ſaltem per inſtrumentum ea
probatur,gl.Bart.& Dd.in l.quædam. in fi.de
acq.poſſ.& in l.2.C.de acq. poſſ. Specul.de ꝓ-
bat.§.1. n.32.l.eũ, qui §.fi.de public.Bar.l.Cel-
ſus.n.16.ff.de uſucap. Bal.l.2.nu.4.C.de pro-
66 bat. quæ † præſumptiua probatio cùm ſit li-
quidiſsima,l.imperator.77.de leg. 2.ſufficit,l.
ſiue.C.de probat.l.oẽs.§.Curius.ubi Bar.nu. 2.
quæ in frau.credit.& in l.neq; natales. nu.1.C.
de probat.maximè in poſſeſſorijs,ut latè Dec.
conſ.428. uiſo. nu. 3. cum ibi alleg.præſertim
in antiquis,Bal.in d.c.cùm cauſam.num. 3.de
prob.Iaſ.n.4.& Dd.in l.cùm aliquis.C.de iur.
delib. & quãdo cõſtat , ut hic.probantẽ ſemel
poſſediſſe,Bar.Balb.l. Celſus.nu.6.de uſucap.
Etſi autẽ idem Bal.l.nõ populis.nu. 3.C. eo.tit.
67 tradat,poſſeſsionẽ † in rebus incorporalibus
nõ induci per ſcripturã, quia opus ſit patien-
tia aduerſarij, l. 2.C.de ſeruit.(cõtra l. ult. in fi.
C.de præſcrip.long.temp.ut dixi s̃.conſ.5.) &
hic agaẽ de re incorporali, hoc eſt, feudo uni-
uerſali, tamẽ utut id ſe habeat,in antiquis hoc
nõ obtinere,ſed probari iſto modo poſſeſsio-
nem & dominia ipſe cum alijs fatetur Fel. d.c.
cùm cauſam.nu.4.Bal.d.l. exemplo.num.3.&
4.Crauet.d.§.uiſo.in hac in prin. §. octaua. in
fin.& alijs locis paſsim,Dec.d.conſil.147.pro
tenui.nu.14.ubi dicit, in talibus antiquis nul
lam eſſe meliorẽ probationẽ dominij & poſ-
ſeſsionis,quàm per inſtrumentum:ex doctri-
na Bal.in c.cùm cauſam.n.3. de probat. Alex.
conſil.177.in cauſa.nu.5.uol.5.de quo diſpu-
68 tare non inſiſto, cùm † hic alijs quoq; modis
deducta petitorij ac poſſeſſorij ꝓbari poſsint.
Nam

Nam fuiſſe actores maiores in poſſeſsione huius dñij, cuius in titulis ſuis adhuc ueſtigia extant, prorſus nõ eſt dubiũ: & probatẽ ex eorum inſignijs, quæ in portis ac curijs ciuitatũ, monaſteriorũ, uillarum, adhuc extant, Hipp. rub. de probat. n. 191. Franc. Marc. deciſ. Delph. 98. quæritur. Bar. tract. de inſig. num. 2. Crauet. de antiq. §. 8. num. 12. maximè in re tam antiqua, Pan. in c. dilecta. nu. 3. & ibi addunt de exceſſ. prælat. & in c. licet cauſam. ubi Fel. num. 2. 3. 4: de probat. Innoc. in rub. de conſec. eccl. num. 1. Bar. l. 1. in princ. num. 1. 2. 3. de bon. poſſ. ſecun. tab. Mont. tract. fi. reg. cap. 50. nu. 23. Bald. in l. monumentorum. per illum text. C. de relig. & ſump. fun. Item ex priuilegijs, quæ ijſdem ſubditis dederunt, Hoſtien. de priuileg. nu. 6. 7. Item in ædificatione, Bal. l. 1. nu. 6. l. in tantum. in prin. de rer. diuiſ. Spec. de relig. dom. §. 1. nu. 7. quam quiſq; in ſuo facere præſumitur, Bald. conſil. 311. proponitur. num. 4. uol. 3. Item domicilio ibi conſtituto, aulaq; retenta, Alex. cõſil. 51. uiſo. in fin. uol. 1. Dec. conſ. 156. in cauſa. nu. 3. per l. quædam. de rei uend. l. 2. C. de acq. poſſ. recognitione ſubditorum & uaſallorum, Mont. fi. reg. c. 64. nu. 5. 6. l. plures. ubi Bald. C. de fid. inſtr. l. 2. C. de præſcrip. 30. ann. Bart. l. arborib. §. de illo. de uſufr. Bal. l. data. num. 28. C. de ijs qui accuſ. arbitramento & laudo quodã antiquiſsimo inter has partes dato, Soc. conſ. 220. uiſis. nu. 10. uol. 2. Dec. conſ. 42. pro facultate. nu. 2. Bald. conſil. 416. præmittẽdum. nu. 4. uol. 1. imò notorio, quod in aures & oculos omnium ciuium & ſubditorũ incurrit, Bal. l. ult. nu. 12. in fin. C. de edict. diui Adria. Sufficit autem in poſſeſſorijs probare antiquiorẽ poſſeſsionem, c. licet cauſam. de probat. c. ult. de reſt. ſpol. Bart. l. 1. §. quod ait. num. 15. uti poſſ. Ferrar. in for. turb. poſſ. uerb. hodie tenet. nu. 3. 4. Bald. l. pen. num. 15. C. ſi à non comp. iud. Couar. c. poſſeſſor. parte 2. §. 1. num. 1. 3. de reg. iur. in 6. Alex. conſil. 110. num. 1. lib. 1. conſ. 103. nu. 1. lib. 7. Dec. conſ. 57. & conſ. 252. agitur. n. 1. Iaſ. conſil. 6. ſpectatiſs. per totum, lib. 1. maximè titulo coloratam, Bartol. l. ſi de eo. §. ſi ſeruus. nu. 2. uti poſſ. Iaſ. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 39. de acquir. poſſ. Cyn. l. 1. num. 16. C. uti poſſ. Mont. tract. fin. reg. cap. 67. num. 4. 8. & c. 60. num. 12. cap. 59. num. 3. 4. Socin. conſil. 194. num. 9. cum ſequen. uol. 2. Crauet. de antiq. temp. parte 1. §. uiſo de fama. num. 32. & ex ipſa poſſeſsione præſumitur dominiũ, Bal. l. 2. num. 4. C. de probat. Bart. num. 4. & Dd. l. quidam. de condit. inſtit. Soc. ſenior num. 18. 19. Socin. iun. num. 124. cum ſeq. in l. 1. de acquiren. poſſ. & idem in l. naturaliter. §. 1. num. 31. eo. tit. Mazold. conſ. 4. huius. nu. 72. & 105. quæ præſumptiua probatio in antiquis ſufficit, Bartol. l. Celſus. num. 22. de uſucap. Lanfr. c. quoniam. uerb. teſtium. numero 96. de probat. dicens eſſe communem, conſil. 428. uiſo. nu. 2. 3. Crauet. de antiq parte 1. §. uiſo in hac. num. 5. ubi dicit ita communiter teneri, accedẽte præſertim fama & opinione publica, Bal. l. proprietatis. nu. 3. C. de probat. Monta. tract. fin. reg. c. 50. num. 2. Soc. conſ. 86. num. 4. uol. 1. conſil. 66. num. 2. uol. 2. Dec. conſil. 42. pro facultate. num. 2. 3. 11. Felin. num. 4. & Dd. l. licet cauſam. de probat. Crauet. de antiq. parte 1. §. uiſo. nu. 305. Anch. conſ. 310. num. 2. 3. latè Anton. Gab. Rom. lib. 1. de teſtib. concl. 3. nu. 1. & lib. 5. de præſcrip. concl. 1. nu. 77. 80. etiam per teſtes de auditu tantùm probata, Dec. cõſ. 321. num. 8. Ant. Gab. Ro. lib. 1. de teſtib. conſ. 3. num. 1. 2. quibus ſufficienter fundari poterit actorum intentio, niſi melius quid ab aduerſarijs poterit doceri, Bart. l. quoties. num. 1. ſi quis caut. Iaſ. poſt Bart. l. 2. nu. 33. ſi quis in ius uoc. Bal. l. ſi tutor. in fi. C. de ſer. pig. dat. Schurf. conſ. 15. quod in præſenti. nu. 6. cent. 3. de quorum iure, utpote nedũ audito, neq; cognito, in hoc litis exordio nihil dici commodè poteſt, arg. l. de ijs. de tranſact. l. 1. quem. teſt. aper.

CONSILIVM XXII.

De iniurijs & famoſo libello.

SVMMARIA.

1 ¶ *Actio iniuriarum actiuè & paſsiuè non tranſit in heredem, niſi lite conteſtata.*
2 *Iniuria uni de familia facta, licet omnibus facta uidetur, non tamen datur ijs actio hoc nomine, niſi criminalis.*
3 *Iniuria ex affectu conſtat.*
4 *Iuſſum ſuperioris ab iniuria excuſat.*
5 *Diffidare quid ſit, & quomodo ab iniuria differat, & de pœna famoſi, ac modo agendi.*
6 *Iniuriarum actio quanto tempore præſcribatur, item libelli famoſi, uel iniuria ſcripta.*
7 *Officio iudicis æquè præſcribitur, ut actioni.*
8 *Dominus nõ habet iniuriarum actionem reſpectu ſui officialis, niſi ſuam in iniuriam facta eſſet.*
9 *Calumniari præſumitur, qui non probat, niſi probationes induxerit.*
10 *Ex præſumptionibus damnato leuior pœna imponitur.*
11 *Ad torturam agi poteſt, ubi fuſtigatio ſequi poteſt.*
12 *Accuſatio rei mortalitate extinguitur, non ſemper actoris.*
13 *A calumnia qua liberent.*
14 *Cautiones iudiciorum criminalium in foro Sax. leniores admittuntur.*

F is In-

15 *Iniuriarum actio competit, licet obiectū crimen probari poſſit.*
16 *Iniuriarum hæredibus datur actio criminalis, licet non ciuilis.*
17 *Quomodo ciuiliter, uel criminaliter intelligatur agi.*
18 *Actio ad palinodiam ciuilis eſt.*
19 *Ex uno delicto nullus plurib. pœnis afficiēdus.*
20 *Actio l. diffamari. & palinodia perpetua: & num. 23.*
21 *Cauſa famæ pecuniarijs grauior.*
22 *Actio legis, diffamari. quibus in cauſis & ad quid detur.*
23 *Pro iniurijs & famoſo libello ciuiliter agi poteſt.*
24 *Pro omni delicto ciuiliter, uel criminaliter agi poteſt.*
25 *Iudicium palinodiæ non eſt famoſum.*
26 *Iudex infamiam remittere ſententia poteſt.*
27 *In libello criminali non opus concluſione.*
28 *De pluribus iniurijs contra unum agi poteſt.*
29 *Iniuriæ quomodo per quos probentur.*
30 *Excipiens iniurioſè tenetur iniuriarum, nec ſufficit contraria proteſtatio, uel probatio.*
31 *Obijciens crimen an teneatur iniuriarum, etiamſi probet.*
32 *An ſatus ſit actori ius poſt conteſtationē ſuperuenire.*
33 *Acta faciunt notorium.*
34 *Quatenus confeſſio uel pœnitentia, uel deprecatio momentum habeat in cauſa iniuriarum.*

NE fruſtra ad propoſitas quæſtiones reſpondeam, & labor inutilis ſuſcipiatur: ideo antè nobis definiendum eſt, cùm iniuriatus & diffamatus hic præfectus nobilis A. ſit ante inſtitutā accuſationem, uel actionem iniuriarum mortuus, an competere
1 ulla hæredibus eius actio poſsit? Et † uidebatur nulla competere, quòd actio iniuriarum non tranſit in hæredem actiuè uel paſsiuè, ante litem à defuncto cōteſtatam, § 1. Inſt. de perpet. & temp. act. ubi Angel. & Dd. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ubi Iaſ. & Dd. ff ſi quis cautio. l. iniuriarum actio. 13. in princi. ff. de iniur. maximè hæredem actoris, ſeu iniuriati, qui de iniuria agere intendit, d. l. ſi cum iudicio. §. qui iniuriarum. Cùm enim non ſit in bonis ante litis conteſtationem eiuſmodi actio, utpote quæ non ad pecuniam, ſed ad uindictam proponatur: ſequens eſt, quòd in hæredem non tranſeat, ſicut nec cedi ius uindictę poteſt, Bal. l. officium. in fin. C. com diuid. l. accuſationis. in fi. C. quod met. cauſ. cum alijs, quos cumulat Tiraquel. in retract. prox. §. 26 gloſ. 1. num. 62. Quę uerò non ſunt ceſsibilia, ea nec tranſmiſsibilia, l. 3. §. acquirere. de bon. poſſ. quem text. ad hoc ponderat Bald. conſil. 186. quia. lib. 1. l. ſi ex pluribus ubi Bartol. de adm. tutor. l. non ſolùm. §. ſi puellæ. de rit. nupt. l. ſi ſtipulatus fuerim. in princip. de uerbor. obli. Bald. in rubr. C. de nou. Cod comp. in fin. & l. ult. C. de hered. uel act. uend. conſil. 327. pridie. lib. 1. conſil. 123. reuerendiſſ lib. 5. Tiraquell. de retract. prox. §. 26 gl. 1. num. 44. ante quàm per litis conteſtationem eam defunctus ſibi appropriauerit, & in bona ſua tranſmiſsibilem redegerit, l. 2. §. qui iniuriarum. ubi gloſ. uerb. magis enim. de collat. bon. iunct. l. ſi cui. de uerbor. ſignific. Bart. l. ult. num. 8. de priua. delict.
2 per d. l. iniuriarū. cum ſimil. Quanquam † autem, iniuria uni facta, omnibus de familia facta eſſe intelligatur, gloſ. l. lex Cornelia. in principio. uerb. eorum. & Bart. in princip. ibidem, de iniur. per l. 1. 2. 3. de liber. cauſ. Bald. l. unic. nu. 5. C. de rap. uirg. Felin. in c. literas. num. 4. de præſumpt. Alexan. conſil 2. nu. 8. uolu. 7. & conſil. 24. num. 22. uolum. 2. Dec. conſil. 163. num. 5. Crauet. conſil. 119. num 1. & conſil. 41. num. 3. uol. 1. tamen non ita dicitur fieri, ut per hoc cuilibet competat actio iniuriarum ciuilis: quia non datur niſi ei, qui habet in poteſtate, l. 1. de iniur. ut hæc ſunt formalia uerba Bart. in d. l. lex Cornelia. in princip. num. 1. de iniur. Sed non intricando rem apertam, uera ſunt ſuperiore in actione ciuili & pecuniaria, de qua disertè Bart. loquitur in d. l. lex Cornelia. ubi ſubijcit hæc uerba, quòd propter iniuriam licet non detur coniunctio boc nomine ciuilis actio, tamen admittatur ille ad criminaliter accuſandum, per ea quæ tradidit in l. ult. n. 8. ff. de priuat. delict. ubi his uerbis quæſtionem hanc decidit: Et per hoc, inquit, appa ret ſoluta quæſtio, an ius accuſandi de priuato crimine tranſeat ad hęredem? & dico, quòd nō tranſit ad hæredem ut hæredem, quia non erat in bonis defuncti, ut l. iniuriarum. de iniur. ſed bene poteſt accuſare hæres, tanquam perſona, cuius intereſt, & qui perſequitur propriam uindictam, cùm perſequitur iniuriam defuncti, l. 1 § 2. de iniur. Hæc ibi Bart. quæ hāc dubitationem planiſsimè definiunt & extricant: pro quo text. in d. l 1. § & ſi fortè. de iniur. ubi addit I C. rationem. quia ſpectat ad exiſtimationem noſtram, ſi qua defuncto, cui ſucceſsimus, fit iniuria. Idemq; eſt, & ſi fama eius, cui hæredes extitimus, laceſsitur: & paulo pòſt: Semper enim, inquit, hæredis intereſt defuncti exiſtimationem purgare: ad idem ibidèm Bolog. per l. ſi ſtatua. eod. tit. cum ſimil. ad hoc alleg. latè Schurff. conſil. 61. licet. nu. 13. cent. 1. Quanquam autem prædicti textus loquantur de iniuria, quę facta eſt non uiuenti, ſed defuncto: tamen eadem ratio militat in iniuria facta uiuenti, qui illam perſequi & uindicare nō potuit: unde idem ius eſſe debet, l. non poſſunt. cum ſeqen. de legib. Imò multo maior in iniuria uiuentis militat: quoniā iniuria, quę fit uiuēti, maior eſt, quàm quę cōmittitur in defunctum, ut eleganter Crauet. conſ.

conſil.205.pernoctauit.nu.26.per not. Bar.in
l.fideicōmiſſum.C.de fideic. Et per conſequēs
permittēdum hæredibus, præſertim ſuis,nem
pe liberis,ut iniuriam patri illatam ulciſcātur,
ſi non ciuili,at criminali ſaltem actione,ut per
Bar.in d.l.lex Cornelia.n.1.de iniur. & d. l. fin.
nu.8.de priua.delic.qua ſicut necem defuncti,
ſic etiam iniuriā,tanquā ſuam,iuſtiſsimè uin-
dicāt,ex ratione l.ult. C.de impub.ſubſt.maxi
mè cū hæ iniuriæ ſint in ſcripturis iudicialib.
repetitæ, Boſſ.de accuſ.nu.20.Alex.cōſ.11.uol.
2.Soc.conſ.118.uiſa.nu.12.uol.1. Quanquā au
tem dubitari poteſt, num ciuiliter agi hoc ca-
ſu poſsit ex l.unic.C.de fam.libel.quòd hæc a-
ctio perpetua ſit,cōſtit.46.in fi.parte 4.eoq́; à
parte agētis tranſmiſsibilis eſſe uideaṫ, iuxta
analogiam in princ.de perpet. & temp.act.ta-
men de hoc non antè dicā, quàm oſtēſum ſit,
tali actioni hîc locum eſſe. His ita præſuppoſi-
tis, breuiter ad prætactas quæſtiones reſpon-
debo. Quod ad primā quæſtionē attinet, an
præfectus iniuriatus cauſam iniuriæ iniurian-
ti dederit: breuiter dicendum eſt,quòd nō. In-
3 iuria † enim ex affectu facientis conſtat,l.3.§.1.
ff.de iniur.ubi gl.cum alijs concordan.quæ al
legat ad uer.ex affectu. Ang. l.ſi non conuicij.
nu.3.4.C.de iniur. Vnde iniuria nō fit,niſi ani
mo iniuriandi & dolo malo, l. lex Cornelia.§.
ult.uerb.dolóue malo. de iniur.quæ uerba ad
hoc ponderat Ioan.Baptiſt.de Plot.conſil.131.
Nouariæ. num.6.7.8.11. criminal.1. & meliùs
Crauet.conſil.13.Michael.num.2.uol.1.per l.1.
§.1.l.3.§.penult.& §.fin. cum l.ſeq. ff.de iniur. l.
ſi non conuicij. C.eod.Bald.conſil.230. omne
factum. in fin.uol.3.conſil.443. coram. in fin.
lib.4.conſil.277.in cauſa.lib.5.In præſenti au
tem caſu præfectus pro ratione officij ſui coa-
ctus eſt obærati iniuriantis & non ſoluētis bo
na æſtimare,ac creditoribus addicere,quæ iu-
ris executio nullam habet iniuriam, l.iniuria-
4 rum.13.in prin.de iniur.maximè † cùm hoc fe
cerit ex iuſſu & mandato ſuperioris Principis,
Bar.nu.6.& Dd.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.
de iniur.quod ipſum ab omni dolo excuſat, l.
ſi quis id,quod.ubi glo.uerb.iuſſus. de iuriſd.
om.iud.l.furti.§.qui iuſſu. de his qui not.infa.
l.nō uidetur.127,§.qui iuſſu. ubi latè Dec.nu.
1.de reg.iur.Iaſ.& Dd.in l.iuſtè poſsidet.de ac-
quir.poſſ. Socin.in fall.reg.202. per totum: &
factum iſtud eſt nō tātùm ordine iuris ſerua-
to, uerumetiam dato ad ſoluendum debitori
ſpacio ſufficiente,ut hic per ſuam inſoluētiam
& fruſtrationem potius cauſam dederit execu
tioni ſubſecutæ, §.contra. uerb. uoluntate de-
bitoris intelligitur alienari. Inſtit. quib.al.lic.
uel nō,l.alienationis.28. uerſic.uix enim eſt.de
uerb. ſign. & proinde uolenti & cauſanti factū
culpa imputanda, l.item.11.ad l.Aquil. l.fi.cō-
mo.non iniuria facta eſt, l.1.ubi gl.ad uerb. in
uolentē. de iniur. l.cùm donationis. 34. C.de
tranſact. cū ſimil. Quod ad alterā quæſtionē
attinet,clarum eſt,nullam diffidationem, aut
commiuationē de offendēdo,ſed tantùm diſ-
famationē ex literis ipſius iniuriātis apparere
5 hîc ſumiq́; poſſe. Diffidare † enim eſt offenſio-
nē minari & illi diffidatiū exponere, Bal.l.3. n.
3.C.ad l.Falc. Ang.conſ.14. nos Carolus. n.3.
Diffamare aūt,eſt in uulgus prædicare,uel co-
rā iudice diffamare, etiā ſine figura iudicij, ſi-
ue corā paucis,ſiue corā multis in cœtu, Bal.l.
diffamare.n.1. ubi Cag. latiùs n.2.& Blarer. n.
5.& 6. C.de ingen.manum. idq́; nō ſolùm uo-
ce,ſed etiā ſcripto & libello famoſo,Bal.l.unic.
in fi. C.de lib.famoſ. quod ſolùm cùm in lite-
ris hîc appareat factū,nō eſt ulteriùs interpre-
tatione ꝓcedendū,præſertim in pœnalibus &
odioſis, l. interpretatione. de pœn. c. odia. de
reg.iur.in 6.cū ſimil.& quod inſtrumētum nō
dicit,neq́; nos ſupplere debemus,Bald.l.lecta.
in 2.opp.ſi cer.pet.& l.inquiſitio.nu.2.C.de ſo
lut.l.neq́;. C.de ꝓbat. Tertiam quæſtionē ipſa
litera decidit:quæ cùm diffamet dictum præfe
ctū de certo delicto & graui, (abſq́; quo ſcri-
ptura iniurioſa dici debet,nō famoſa,quia nō
infamat,ſed cōtumelia tū quadā afficit) eſt fa-
moſus libellus,l.5.§.fi.l.itē.§.ſi quis libellos.de
iniur.Salic.in l.unic.in fin. C. de fam.libel.ſiue
authoris nomē,ſiue alienū, ſiue nullū nomen
ſit ſubſcriptū, Boniſ. in trac.malefic. tit. de fa-
moſ.lib. n.1. ſiue ad uiros graues, etiā bonos,
ꝑuenerit libellus,ſiue nō, Bar.Caſtr.Ang. Ale.
in l.turpia.de leg.1. Quare nō eſt uis in eo po-
nēda,ꝙ in ordinationib⁹ Imperij c.110.tātùm
is libellus pro famoſo allegaṫ,qui abſq́; nomi
ne ad infamiā alicuius ſpargiṫ:nā idem eſt no
mine etiā expreſſo, ut modò poſuimus, ſicut
hîc nomē iniuriatus ſuū expreſsit. Et licet hæc
ſit iniuria ſcripta, nō realis,quāuis manu fiat,
ut per multa ꝓbat Rom.conſ.378.quo ad pri-
mū.nu.1.2.cū ibi allegat.unde in cōſtit. Impe-
rij c.110.qđ in nigro uocaṫ libell⁹ famoſus, id
in inſcriptione appellaṫ iniuria ſcripta, *Schrift-
liche unrechtige peinliche ſchmahung*: tn̄ maior eſt,
quàm ſimplex iniuria: ſicut in Digeſt.& Cod.
famoſus libellus ab iniuria diſtinguiṫ: & cōſt.
46.in fi.parte 4.Ideò nō abſurdè d.cōſtit.110.
uocaṫ *peinliche ſchmahung*,quaſi nō priuata tan-
tùm mulcta,ſed pœnis publicis digna. Iniuria
fieri poteſt etiā abſq́; criminis, uel certi crimi-
nis obiectu & periculo pœnæ: ut ſi quis alterū
ſcribat eſſe luſcū,ſpuriū,fatuū,&c. Famoſ⁹ ue-
rò libellus eſt,cū certū alicui crimē obijciṫ:qđ
quidē ſi probareṫ,pœna dignū eſſet, ut pericu
lū diffamato ex tali diffamatione creeṫ. Ergo
cùm hic nō tm̄ iniuria ſit tali ſcripto facta, ſed
& infamia exiſtimationi diffamati, tāq́; nocen
tis,aſperſa,& periculū pœnę eidē creatū,meri-
tò ꝓ grauiore, quàm ſit iniuria, delicto famo-
ſus libellus,utpote ex multis criminibus con-
flatus,habeṫ,maioreq́; pœna dignus eſt,l.5.§.
pen. ubi dānatus hoc nomine ſit inteſtabilis,
de iniur.l.unic.ubi Sal.& Dd. C. de famoſ.lib.
cum ſimil.ut in quo famoſo libello ſemper in-
ſit iniuria, ſed non ſola. Si iniuriarum igitur
F 2 nomi-

nouiſsimo, quod priori derogat, eſt ſtandum,
d. l. ult. de conſtit. princ. l. 1. ad leg. Aquil. quod
in terminis per multa confirmat Anton. Gab.
Rom. lib. 2. de minor. concluſ. 5. per totum: &
quamuis d. authen. tantummodo de uendi-
tione minoris loquatur, tamẽ procedit etiam
in alijs contractibus, c. quamuis. ubi Couar.
de pact. in 6. & licet tantùm agat de renuncia-
tione iurata remedij, quod ex minore ætate
fluit: tamen idem eſt, ſi quis per iuramentum
alijs quoque remedijs renunciet ac repudiet,
quorũ renũciatio aliàs de iure infirma eſt atq;
irrita, c. licet. de iureiur. in 6. c. cum cõtingat. de
iureiur. c. 2. de pact. in 6. quod utrunq; omnes
Dd. confirmant in d. authent. ſacramenta. ſci-
licet

27 licet † quòd & illa cōſtitutio nō modò proce-
dat, quādo ratione minoris ætatis inualidus
eſt cōtractus, ſed etiā, quoties ex alia cauſa, cui
iuramento renunciatur, Bart. nu. 16. Salic. nu.
10. in d. auth. ſacramēta. & ita Imol. eam auth.
adducit in c. cùm contingat. nu. 2. & non mo-
dò obtineat in uenditione, ſed quocunq; con
tractu uel diſtractu, puta trāſactione & renun-
ciatione, de qua hîc propriè agimus, Bar. in d.
auth. ſacramenta. nu. 20. Bal. nu. 13. Fab. nu. 2.
Sal. nu. 17. Iaſ. n. 71. 72. 73. cum ibi alleg. etiā in
donatione, ut hanc dicit & probat cōmunem
Ant. Gab. Rom. de minoribus concluſ. 5. nu. 5.
Deinde etſi ius ciuile aliter ſe hîc haberet, ta-
men cùm quæratur de retractatione iuramen-
ti, & de periurio, ac per conſequens de pacto,
28 etiam † in terris Imperij ſtandum eſſet iuri Ca-
nonico in materia iuriſiurandi, c. 2. de iureiur.
lib. 6. Iaſ. in d. auth. ſacramenta. num. 24. latè
Imol. in d. c. cùm contingat. nu. 3. & 6. per d. c.
2. & c. fi. de præſcrip. gl. & d. c. poſſeſſor. de reg.
29 iur. in 6. Tertiò, quod † opponitur d. auth. ſo-
lummodo intelligendam de iureiurando cor-
poraliter tactis Euangelijs præſtito, nō uſque-
quaq; momentoſum eſt. Quocunq; enim mo
do, ut inquit Cyn. nu. 4. in d. auth. ſacramēta.
exprimatur cōſenſus erga Deum & ſacra, obli
gatus eſt iurans: imò iurans non obligatur ra
tione Euangelij, cui non iurat, nec iurare de-
bet, tanquam creaturæ, c. etſi Chriſtus. de iure-
iur. ſed iurat Deo creatori, & ad eum reſpicit: &
ita etiam Canoniſtæ interpretantur, ut quali-
tercunq; præſtitum iuramentum ſit obſeruan
dum, ut fatentur ipſi Legiſtæ, Bar. in d. auth. ſa
cramēta. nu. 8. Fab. in d. auth. ſacramēta. nu. 1.
per c. ad aures. ubi Panorm. num. 3. de his quæ
ui metúſue cauſa, c. etſi Chriſtus. de iureiur. cū
ſimil. & ſequitur hoc conſuetudo, ut teſtatur
Salic. in d. auth. ſacramenta. num. 6. & 7. & Iaſ.
in l. 3. §. iurati. num. 1. de iureiuran. Fateor ta-
30 men Dd. requirere, ut † corporaliter iuramen-
tum præſtetur, nec aliter tolli remedia reſciſſo-
ria, quæ ob læſionem indulgentur, Iaſ. præal-
leg. loc. & Dd. in auth. ſacramenta. fac. l. 3. C. ſi
minor ſe maior. ubi diſtinguitur inter iura-
mentum corporale & in ſcriptis factum, Co-
uar. in d. c. quamuis. de pact. in 6. Sed de hoc
ulterius hîc quærere, non eſt operæprecium,
31 cùm † appareat ex tranſactionis litera, iura-
mentum, ſeu renunciationem iuratam hîc a-
pud acta factam eſſe, quod omnem ſolennita-
tem ſuppiet, l. omnē. ubi Dd. C. de teſta. Quar-
tò, quod de iuramēto prodigi dicitur, ad hoc
32 primò reſpondetur, minorem † comparari
prodigo, quatenus minor eſt, & quando ſine
curatore contrahit, d. l. ſi curatorem. At hîc in
iureiurando habetur pro maiore, nec curato-
re habet opus, ut ſuprà poſuimus. Sed & in i-
ſta ſpecie facti authore curatore, imò in iudi-
cio renunciatio iurata eſt facta. Meritò igitur
ualet, & ea ſimilitudo ceſſat, ut in ſimili diſtin-
guit Bald. in l. fin. §. filius. C. de bon. quæ liber.

Deinde quòd Canon. firmant, quibus in hac
materia ſtatur, prodigum etiam ex iureiuran-
do obligari, quando conſentire poteſt: ita Pa-
nor. nu. 11. 12. quem ſequuntur Canon. in d. c.
cum cōtingat. Poſtremò, quòd nullum ſimile
ſit idem, ut ait Bar. in l. quod Nerua. depoſ. Ma
nifeſtum enim diſcrimen inter prodigū & mi-
norem faciunt hac in parte Dd in l. is, cui. ubi
Bar. num. 8. & poſt Alex. Caſtr. & alios latè Iaſ.
numer. 18. & 19. de uerb. oblig. Frider. de Senis
conſil. 31. minori. per tot. Bald. conſil. 260. Gu-
lielmus. uol. 2. Nam cùm publicè bonis inter-
dicatur ꝑdigis, & ita lex ac magiſtratus illorū
contractibus tanq; furioſorum reſiſtant, l. 1. de
33 cur. fur. meritò † non obligantur ex iureiuran
do, cōtra leges & bonos mores, c. non eſt obli-
gatorium. de reg. iur. in 6. l. ſi quis inquilinos.
§. ul. ubi Bar. Iaſ. & Dd. de legat. 1. c. ubi. c. quia.
de elect. c. 2. de reb. eccl. nō alie. in 6. præſertim
cùm furioſi, quod ad adminiſtrationem atti-
net, eſſe uideantur, d. l. 1. de cur. fur. dan. Dd. l.
is cui. de uerb. obl. Secus autem eſt in minore,
quem lex obligare ſe non prohibet, imò per-
mittit, l. puberes. ubi Couar. de uerb. oblig.
quamuis alienationi bonorum uelit adiungi
curatorē, l. 1. de minor. nec magiſtratus ei con-
tractibus interdicit, ſicuti ꝑdigo, l. quòd ſi mi-
nor 25. §. nō ſemper. de minor. 25. annis: neq;
etiā pro furioſo ſimpliciter habetur, l. in nego-
tijs. 5. ubi Dd. de reg. iur. neq; pro ꝑdigo, Dd.
l. 3. C. de minorib. & cum eo contrahentes nō
ſic cenſentur eſſe in dolo, ſicuti qui cum prodi
go cōtrahunt, Dd. d. l. is cui bonis. nam publi-
cè ei bonis interdicitur, d. l. is cui. ut ignorātia
hîc non ſit ꝓbabilis, Dec. l. qui cum alio. nu. 5.
de reg. iur. ſicut in minore, l. 3. ad Maced. Ex
quo reſpōdetur & ad illud, ꝙ iuramentū con-
tra legē præſtitū, obligare nō debeat: nam in-
primis hîc nō eſt præſtitū contra legē. Filiæ enī
iam adultæ authore tutore, ſiue curatore po-
tiùs, (etiamſi moribus nō diſtinguātur, Man.
Inſt. de nupt.) potuerunt diuidere, & per con-
ſequens renunciare, atq; etiam iurare, ut ſuprà
eſt expoſitum. Et quòd iuſiurandum etiam ſi-
ne curatoris authoritate, à minore in contra-
ctibus præſtitum, rectè adhibeatur & ualeat,
demonſtratur tex. in d. auth. ſacramenta pube
rum. Deinde nō ſimpliciter uerū eſt, iuſiuran-
dum cōtra leges præſtitum, nō ualere. Etenim
hoc intelligēdum eſt de legibus naturæ perti-
nentibus ad bonos mores & honeſtatem ra-
tioni congruā, & præceptionibus diuinis, non
de lege moreq; ciuili, præſertim pertinente ad
priuatam utilitatem, & ἀδιάφορα: nam contra ta
les leges iuramentum præſtitum eſt ſeruandū,
tex. in d. c. cùm cōtingat. ubi Panorm. num. 4.
& latè Imol. num. 36. & in c. 2. de pact. in 6. ubi
eſt caſus in terminis, de quo plura ibi Gemin.
num. 3. poſt Anch. col. 2. Eſt igitur hæc renun-
ciatio potiùs ſecundum Canones, d. cap. 2. de
pact. in 6. & præter, quàm contra leges facta,
gloſſ. in l. 1. C. de pac. cum ſimil. Bart. latè in l. ſi

quis pro eo.nu.11.l.cùm lex.ff.de fideiuſſ. & in
d.l.is cui.nu.8.ubi etiam Caſtr. nu.11. de uerb.
obl.Illud magis obſtat,quod dicitur,iuſiuran
dum per fraudem expreſſum nõ obligare mi-
34 nores. Nam † diſertè ubique talia iuramenta
excipiuntur, quæ dolo, uel metu ſunt expreſ-
ſa,in d.auth.ſacramenta.in d. c. cùm cõtingat.
in d.c.quamuis.d.c.2. de iureiur. in 6. ord.35.
parte 2. Et quanquam aliàs diſtinguitur inter
iuramentum ut extortum,ut nõ ualeat, & me-
tu coactum, ut ualeat, ſed abſoluatur, c. uerũ.
ubi Dd.communiter, de iureiuran. c. ſacris.c.
ad audientiam.quod met.cauſ.Iaſ.poſt Caſtr.
& Sal.in auth.ſacramenta.num.30.C.ſi aduer.
uend.quam etiam communem facit Couar.c.
3.parte 2 §.5.in princ. de ſponſal. non tamen
hoc obtinet in contractu minoris, uel ubi re-
nunciatur hæreditati uiuentis, uel aliàs actus
eſt inualidus: nam ibi indiſtinctè etiam abſq;
abſolutione iuramentum metu coactum, aut
ut extortum,annihilatur cum toto actu: & ex
ſententia Panor.dicit pronunciari Couar.ibi-
dem,& usr.reſol.lib.1.cap.4.numer.7.& ſic in
praxi receptum teſtatur in c. quamuis. parns
3.§.4.nu.2. ad quod reſpondendum, hîc me-
rum non probari, ut oportet, l. metum. quod
35 met.cauſ. Nam † actus, in ciuitate præſertim
geſtus,non præſumitur metu factus, niſi pro-
betur, l.ult. quod met. cauſ. Ancbor. c. ſi pro-
pter. de reſcrip.in 6.Bald.Bened. c.Raynutius.
uerb.teſtamentum.2.num.24.de teſtam.Petr.
Pertic.de teſtam. coniug.lib.1.c.4.nu.1.2. Imò
potius metus hîc excluditur ob præſentiã tu-
torum & propinquorum,Iaſ & Dd.l. interpo-
ſitas. C. de tranſact. etiamſi aliàs non tantùm
teſtibus,ſed & coniecturis probari queat,Bar.
l.ob turpem.de condic.ob me.cauſ.ſic ut duo-
bus metu geſtum aſſerentibus plus credatur,
quàm mille cõtrarium affirmantibus, Couar.
d.c.3.parte 2.§.5.nu.10.de ſponſ. ubi num.12.
ſubijcit, etiam utilem eſſe proteſtationem ad
metum probandum, etiam clàm factam, cùm
palàm fieri ſine metu nequeat. Sed in hoc defi
cit hîc probatio,l.duo.de teſta.tutel.quia diffi
cillimum fuerit metum probare contra præ-
ſentiã iudicis,matris,propinquorum,& quie-
tationes ſecutas actusq; geminatos, latè Cra-
uet.conſil.114.Ioanna.num.2.per l.1. ubi Bar.
C.de præd decur.lib.10.l.tranſactionum.C.de
tranſact.Non ſufficit autem allegare, nec pro-
bare,l.6.C.de præd.minor. Quod autẽ ad do-
36 lum attinet, ſciendum eſt, dolum † dupliciter
conſiderari, uel cùm ex propoſito uenit, uel
cùm re ipſa ineſt,Gemin.in d. c. quamuis. nu.
12.de dolo, qui uenit ex propoſito, & quidem
tali,qui auferat omnem cõſenſum, loqui præ-
dictos text.& ita accipiendos eſſe Dd.aſſerunt.
Panor.in d.c.cùm contingat. num. 3. per not.
Ioan. And. in c.unùm. de commodato: talem
dolum hîc interueniſſe, uidelicet ex ꝓpoſito,
qui conſenſum impediuerit, difficile profectò
erit,ut probetur,ſicut probari debet, l.dolum.
C.de dol.Pariſ.conſil.89.nu.30.uol.1. Nam ex
propoſito dolus tunc interueniſſe uideretur,
ſi uel aliquid falſò de magnitudine,uel parui-
tate hæreditatis eſſet affirmatum,l.ſi quis affir
mauerit.de dol.mal.uel mendacijs tutorum fi
liæ inductæ ad renunciandum, & quidem ta-
libus,ut propterea tali, & tanta dote conſtitu-
ta,hæreditati renunciarent, Imol.nu.48.de iu
reiur. per gloſſ. ſolennem in l. item ſi precio.§.
fin.ad uerb.circumſcribere. ff. locan: uel ſi tu-
tores cum fratribus accepta pecunia colluſiſ-
ſent, aut filias ad renunciandum per ebrieta-
tẽ,uel alias malas artes induxiſſent, ut lauùs
exponit hæc Imol. in d.c. Quintaualis.n.46.
47.48.de iureiur.glo.& Dd.in l. dolum. C. de
dol.mal.talia in præſenti caſu interueniſſe uix
poterit demonſtrari,certè non poſſunt præſu-
mi,l.merito. ff. pro ſoc. cùm dolum ex perſpi-
cuis indicijs probari conueniat, d. l. dolum.l.
interpoſitas.ubi gl.uerb.qualitas. C.de tranſ-
act. quòd ſi dicatur tutores in dolo fuiſſe,eo i-
pſo quòd renunciare fecerint filias minores
ſine decreto hæreditati paternæ opulẽtæ: hoc
37 † enim ipſum eſt contra leges, l.3. & t.t.de reb.
cor.ſcilicet ad renunciationem certi hæredita-
rij iuris,quod pro re immobili habetur,l.iube
mus.C.de ſacr.eccleſ.Tirsq. de retract. prox.§.
1.gloſſ.6 & 7.per tot.minores inducere,Bal.&
Dd.l.1.C.ſi ad. donat. præſertim cùm hæc li-
quidi iuris remiſſio ſit donatio, l.ſi quis dele-
gauerit.ubi Bart.de nouat.l.4.C.e.donationẽ
aũt uel authore tutore curatoréue minores fa-
cere legibus prohibeantur, l. non omni.16.C.
de admin.tutor.l.cum plures. 1.§. nõ liceat.de
admin.tut. Qui aũt contra leges cõtrahit,eſſe
in dolo,l.quemadmodũ.C.de agric. & cenſi.c.
qui contra iura.de reg.iur. in 6.l quià quoli-
bet.de cõtrah.empt.Rom.cõſ.437 in caſu. nu.
3.quia ſcienter faciens rem ſibi prohibitam,ui
detur eſſe in dolo, Iaſ. in l. ſi qs cùm aliter.nu.
9.de uerb.oblig.cum ibi alleg. Ad hoc reſpon-
deri poteſt,ea iura procedere,quãdo quis con
tra prohibitionẽ apertam legis mercatur,glo.
magna l.1. C.de pac.Huic autẽ renunciationi,
quam authore tutore facit minor, lex nõ reſi-
ſtit:imò regulariter aſsiſtit, t.t.ff & Inſt. de au-
thor.tutor.& tit. C. de auth. præſtan. & in ree-
minis l.1.ac t.t.C.ſi minor ſe hæred.l.1. ubi Bal.
C. ſi ad. donat. & quamuis requirat in aliena-
tione aliorũ ſolennitatẽ decreti,tamen etiamſi
ea ſolennitas omittatẽ,nõ dicitur cõtractus fie-
ri cõtra legẽ, ſed præter legem, quia lex ei non
reſiſtit,ſed neq; aſsiſtit. Ita hunc minorũ con-
tractũ à cõtractibus qui contra leges fiunt, di-
ſtinguunt Dd.Bar.nu.8.Caſtr. nu.11. in l.is cui
bonis.de uerb. oblĩ.Bar.in l.ſi quis pro eo.nu.
11.& 12.de fideiuſſor. Et quamuis hanc diſtin-
ctionẽ reprohent quidã,quos recẽſet Iaſ. in d.
l.is,cui bonis.in fi.tñ ꝓculdubio uera eſt,cùm
minor contrahit tutore, uel curatore authore,
ut in præſenti caſu. Talem enim contractũ lex
nõ prohibet: imò permittit, quamuis interdũ
ex

ex cauſa decretum iudicis uelit accedere. Cùm
ergo hîc non inueniatur cõtractum contra le-
gem, nõ poteſt dici dolus ex propoſito ex hac
ſola ratione interueniſſe, & per cõſequens po-
tiùs in dubio præſumenda erit bona fides, q̃
mala in tutore res pupilli gerente, per tex. in l.
hoc autẽ.7.ff. de admin. tutor. Dyn. in d.c. qui
contra. nu.5. præſertim cùm præcipuus hîc cõ
tractus nihil aliud fuerit, quàm uera diuiſio,
quã lex omnimodo præſertim prouocanti ad
diuiſionem maioris, l. pen. C. de præd. min. l. ſi
pupillorum. de reb. eor. tutoribus ſine decreto
permittit, l. inter. 20. de auth. curat. l. pen. C. de
præd. minor. Bal. i. 1. nu. 4. C. ſi aduerſ. tranſac.
etiãſi auferendarũ litiũ cauſa renunciatio uice
acceſsionis fuerit addita: nam hac diuiſionis
forma quotidie utimur, ut dicit Bald. l. tres fra
tres. nu. 3. de pact. Magis autem intuẽdum eſt
principale negocium, quod agitur, q̃ acceſſo-
num, ut fraus abeſſe uideatur, & alienatio ua-
leat, l. in modicis. ff. de cõtrah. emp. cum ſimil.
& utile per inutile nõ debet uitiari, c. utile. ubi
Dyn. de reg. iur. in 6. Iaſ. l. ut nunc. nu. 33. ſi cer.
pet. l. ſancimus. C. de don. l. ſi duabus. §. hæres.
de leg. 1. maximè cùm hîc agnati interuene-
rint, & authoritas iudicis acceſſerit, & apud
acta renunciatio ſit facta, ut antè dictũ eſt: quę
res præſumtionem doli excludit, Ang. §. qua-
drupli. nu. 11. Inſt. de act. & ibi Iaſ. nu. 63. Bart. l.
frater à fratre. de cond. indeb. gl. & Dd. l. Polla.
C. de his quib. ut indig. Eodem modo reſpon-
detur ad illud obiectũ, q̄ tutores contra leges
renũciarint debita liquida minorũ, aut mino-
res repudiare paſsi ſunt. Nam inprimis princi
palis cõtractus hîc fuit diuiſio, etiamſi acceſsit
in parte refutatio, ut fieri quotidie in diuiſio-
nibus nobiliũ, præſertim puellarum, reſpectu
fratrum ſolet, Bal. d. l. tres fratres. & l. 1. C. ſi ad-
uer. donat. & oſtẽdit c. quãuis. de pac. in 6. De-
inde nõ ſimpliciter ꝓhibet lex donare, ſed nõ
uult fieri ſine cauſa. Nam ex cauſa etiã donare
ſimpliciter tutor poteſt, ut adminiſtrato e prin
cipis, ſi hoc eius perſonã deceat, Iaſ. in d. l. pa-
ctũ curatoris. in prin. C. de pac. Præterea remit
tere ſeu trãſigere ex cauſa poteſt tutor, l. inter-
dũ. 58. §. q tutelã. de fur. l. 1. & 2. C. ſi ad. tranſac.
38 gl. in l. tutor. 35. in prin. de iureiur. quæ † qua-
liſqualis ſi ſubſit, à dolo excuſat etiã iniuſta &
beſtialis, ut loquuntur Dd. l. igitur. §. poteſt. ff.
de liberali cauſa, glo. ad uerb. iudicẽ. in l. unic.
quã Dd. ſequunẽ, ff. ſi quis ius dic. non obtem.
Iaſ. in l. 2. n. 2. C. de Carb. edic. Quare leuis ali-
qua occaſio, puta ignorãtia etiã craſſa, aut er-
ror iuris excuſat à dolo, ut latè Soc. conſil. 108.
in hac cõſultatione. nu. 12. uol. 1. Hic aũt tuto-
res potuerũt ignorare, quantũ fuerit in bonis
paternis, præſertim cùm mater ea per annos
decẽ ſola adminiſtrarit. Vnde nõ ſunt doloſi,
quãuis tranſigant, ſed magis decepti dici poſ-
ſunt, l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciã. de
tranſact. Et ſi dicas, q̄ debuerint inquirere, re-
ſpondeẽ, in eo magis culpã, quàm dolũ uerti.

Quod etſi maximè ſciuerint ſubſtantiam bo
norũ, tamẽ uidenẽ aliquã habuiſſe trãſigendi
ac renunciandi cauſam. Nõ enim hoc ſimpli-
citer fecerũt, & animo donandi, (quæ donatio
ſola prohibita eſt) ſed conſtituta filiabus am-
pla dote, quę legitimam duplo ferè ſuperaret,
ut hic dolus & deceptio abfuiſſe uideãtur, per
ea quæ tradit Gemin. nu. 12. Anch. num. 1. in c
q̃uis. de pact. in 6. etiãſi ꝑ maiore quantitate
minor ſit accepta ad lites amputãdas, l. inter-
poſitas. ubi poſt Salic. Iaſ. nu. 4. C. de tranſact.
Præterea noluerũt hic fortè tutores lites ſuſci-
pere huius rei gratia cum matre & nobilibus
fratribus ualde potentibus ac opulentis, quæ
39 † ſola ratio ad excuſandã à dolo renunciatio-
nem ſufficit, Cor. conſil. 52. in hac conſultatio-
ne. nu. 20. uol. 2. Alciat. in tract. præſump. reg.
3. præſump. 27. cum ibi alleg. præſertim cùm
omnis euentus litis ſit dubius, gl. ult. in l. Lu-
cius. 78. §. fi. ad Treb. per l. qđ debetur. de pec.
& ſit honeſtus ac laudãdus animus execrantis
lites, maximè inter liberos & matrẽ, fratres ac
ſorores, l. 4. in fi. de alie. iudic mut. cauſa facta.
40 Accedit, q̄ † in hac trãſactione ſeu renuncia-
tione interuenerit matris authoritas & uolun
tas, cuius par affectio erga liberos omnẽ frau-
dis ſuſpicionẽ amouet, l. nõ ſolùm. §. 1. ff. de ri-
tu nup. quæ etſi in auo loquaẽ, tamen eam re-
ctè ꝑpter parẽ uel potiùs maiorem affectũ ex-
tendit ad matrem, Corn. d. conſil. 52. nu. 18. Ex
quibus omnibus intellectu facile eſt, uel diffi-
culter, uel nullo modo ꝓbari in præſenti caſu
poſſe, dolo ex propoſito filias inductas eſſe ad
renunciandũ. Iam nec talem dolũ, qui conſen
ſum impedierit, interueniſſe intelligi licet, ex
eo q̄ etſi certioratæ nõ fuerint filiæ de quanti-
tate hæreditatis paternæ, tamẽ in genere de ea
ſcire potuerũt, imò ſciuerunt: quoniã per decẽ
annos à morte patris in bonis cum matre fue-
41 runt. Nam † qui diu eſt in bonis annquis, hoc
eſt, per multũ tẽporis, ſiue ea mobilia ſint, ſiue
immobilia, præſumiẽ uerisſimiliter eorũ quan-
titatẽ ſcire, gl. ad uerb. debuerat. in l. quiſquã.
C. de reſcin. uend. Sufficit autẽ ad ualiditatem
iuriſiurandi & cõſenſum, qui in eo requiritur,
in genere ſciri, qua de re agaẽ, Bar. in d. auth. ſa
42 cramenta. nu. 16. C. ſi aduerſ. tranſact. Et † cer-
tiorari non debet, qui rem nouit, l. ſi legib. 16.
ubi gl. uerb. imputari. C. de epiſc. audien. per l.
1. in fi. de act. emp. Sed & quo ad iuſiurandum
nõ requiri certiorationẽ in minoribus ac mu-
lieribus, eſt magis recepta ac probata cõmu-
nis opinio, ut multis aſtruit Ant. Gab. Ro. lib.
2. de iureiur. cõcluſ. 3. per totũ. Deinde hic iuſ-
iurandũ fuit præſtitũ nõ ſtatim in ipſa renun-
ciatione, ita ut uideri poſsit eadem facilitate
datum, qua facta eſt renunciatio, ſed ex inter-
43 uallo apud acta, ut † etiamſi dolus in renun-
ciatione interueniſſet, uidereẽ tamẽ purgatus
per maturã deliberationẽ intermedij tẽporis,
Innoc. poſt gl. in d. c. cùm contingat. nu. 9. arg.
auth. ſiue à me. C. ad S. C. Velleian. Iaſ. in §. fue-

rat nu. 80. Inſtit. de actio. per l. ſi ex cautione.
ubi Dd. C. de non num. pecun. Tertiò † iuſiu-
randum hîc fuit præſtitū apud acta, & interue-
niente iudicis authoritate, quæ omnem ſolen-
nitatem ſuperat, l. omnem. C. de teſta. & omnē
fraudis ſuſpicionem excludit, ita ut etiā præ-
ſumtio doli, quæ ſumitur ex eo, quòd non eſt
interpoſitum decretum, tollatur, ſi authoritas
iudicis interueniat, quæ eſt loco decreti, l. etſi
præſes C. de prædijs minor. Bal. in l. 1. nu. 4. C.
ſi aduerſ. tranſact. Et hæc de oppoſitione doli
dicta ſint: nunc de metu dicendū, qui ſaltē re-
uerentialis uidetur interueniſſe, in quo tenen-
45 dum ac dicendū breuiter: Etſi † minor metus
requiritur in fœmina, quàm in mare, c. cùm lo-
cum de ſponſal. Dec. l. in omnibus. 39. nu. 3. de
reg. iur. Ro. ſing. 226. Iaſ. in d. l. interpoſitas. n.
46 4. C. de tranſact. tamē † ex ſola patris, aut ma-
tris, aut mariti reuerētia metum non probari,
niſi accedant uerbera, minæ, aut aliæ coactio-
nes: tex. in l. ad indiciam. C. de his quæ ui me-
tuſ. cauſa, c. ex literis. de deſponſat. imp. Bar. in
d. l. 1. §. quæ onerandæ n. 4. quarum rer. act. nō
det. Iaſ. in d. l. interpoſitas per illum tex. nu. 4.
C. de tranſact. Imol. in d. c. Quintauallis. n. 46.
uerſ. item de iure. per not. Innoc. in c. cauſam.
de off. deleg. & ita in terminis, hoc eſt, in filia
renunciante decidit Phil. Franc. in c. quamuis.
nu. 2. de pac. in 6. reprobans Baldi doctrinā in
d. l. interpoſitas idq; duabus rationib. Primò,
quia text. in d. c. quamuis uult metum proba-
ri, ſi filia cōtrauenire uelit iuriurando, qđ pa-
tri dedit renunciās hæreditati. Ergo ex ſola re-
uerentia patris metus nō præſumitur, alioqui
ibi nō eſſet ꝓbandus. Secundò, quia affectus
paternus omnem aufert ſuſpicionē, d. l. nō ſo-
lùm §. 1. de ritu nup. Quòd ſi hæc uera ſunt in
reuerentia, quæ patri debetur: multo certè ma-
gis obtinere debēt in reuerentia, quam habe-
re poteſt minor puella erga matrē, fratres, uel
curatores, quæ proculdubio longè minor eſt,
arg. l. in copulādis C. de nup. Quare ex hoc ſo-
lo capite dici non poteſt metu iuſiurandū ex-
torium, præſertim quod apud acta factum eſt,
ubi iudicis præſentia omnem ſuſpicionem ex-
cludit, d. l. omnem. C. de teſtam. gl. & Dd. l. Pol-
la de his quib. ut ind. cum ſimil. Iam quod ad
47 illā quæſtionem attinet, an † non poſsint filiæ
petere abſolutionē à iuramēto ꝓpter dolum,
aut certè læſionē enormem: uidetur prima fa-
cie, quòd ſic. Nam iuramentum nō debet eſſe
uinculum iniquitatis, c. quantò. de iur. c. 1. eo.
lib. 6. quæ certè iniquitas ſubeſt reipſa in hac
renunciatione: quia filiæ ob mediocrē dotem
largæ opulentæq; hæreditati renunciārūt, l. ſi
quis non aliter. de uerbor. oblig. & ita decidit
Pet. Are. in repetit. c. canonū ſtatuta. de conſti-
tut. ubi ſimilē caſum allegat, in quo patruus
dederat nepti ex fratre dotem, & fecit eam re-
nunciare hæreditati cū iuramento: dicit Anch.
ſe cōſuluiſſe, ꝙ deberet petere abſolutionē, &
ita etiā cōcludit in c. quamuis. de pac. in 6. ad-

dens, quòd ſit enormis læſio, quando eſt ultra
dimidiū eius, quod accepit, iuxta l. 2. C. de re-
ſcin. uend. & Ant. de But. in d. c. cùm cōtingat.
Rano, quia renunciatio nō uidetur ad immo-
derata eſſe extendenda, Imol. in d. c. Quinta-
uallis. nu. 45. de iureiur. Atq; hanc eſſe cōmu-
nem, ut filia ſic læſa debeat per abſolutionem
reſtitui, quo ius ſuum perſequi poſsit, teſtatur
Emanuel Zoarez in theſauro Receptar. uerſ.
filiæ. nu. 300. & Dec. conſ. 203. nu. 5. Viuius lib.
1. com. opin. 221. nec iuratā renunciationē ex-
tendi ad enormiſsimam, pluribus confirmat
Crau. conſ. 92. caſus nu. 2. 3. cum ſeq. & multis
ibi allegat. & conſ. 7. nu. 5. conſ. 192. nu. 3. & 8.
& conſil. 192. nu. 2. conſ. 142. nu. 23. Dec. conſil.
203. ut uera nu. 1. 2. 3. & per totum, Parſ. conſ.
96. nu. 50. & 60. uol. 1. maximè quando doce-
tur de læſione, Panor. nu. 9. & 10. conſ. 96. uol.
1. & paſsim, præſertim enormiſsima, Parſ. cōſ.
99. nu. 20. uol. 1. Couar. d. c. 2. §. 4. & 6. parte 3.
de pac. in 6. Dec. Crauet. & Dd. præal. loc. idem
cōſuluit Caſt. conſ. 103. notandū. uol. 2. Anch.
conſilio 182. & multa in hanc partem adducit
Schurff. cōſ. 17. in 1. cēt. n. 2. 3. 4. ubi ex ſententia
Dec. conſ. 45. dicit, hanc eſſe communem opi-
nionem, quòd propter enormem læſionē de-
beat iuramentum remitti, Crau. conſ. 142. nu.
24. in auth. de in integ. reſtit. c. 310. præſertim
cùm concurrit minor ætas & ſexus fragilitas,
nempe muliebris, ut in præſenti caſu: ſicut hāc
quoq; communem faciunt Turza. com. opin.
159. Couar. d. c. quamuis parte 3. §. 4. nu. 6. Et-
ſi autē hæc opinio magnos habet aſſertores, ut
modò uidimus, & procedere poſſet, quando
dolus reuera dedit cauſam iuriiurando, ita ut
nō ualeat: quo caſu ad maiorem cautelam re-
ctè petitur abſolutio, & in illis terminis decit
Iaſ. in d. auth. ſacramenta num. 44. probat ſe
Ant. Butr. dictū per gl. ord. d. l. 1. de dolo. Item,
quando metu, putà per uerbera, iuſiurandum
eſt expreſſum, Imol. in d. c. cùm contingat. nu.
3. & 11. dicēs hanc theoricam communiter ita
intelligi, Inno. in c. ad aures. de his quæ ui me-
tuſue cauſa Gemin. nu. 10. Anch. in prin. dicēs
hoc eſſe tutius, in d. c. quamuis. tamē quando
reipſa tantùm ſubeſt dolus & læſio, tum ne ſe-
cundū iſtos ipſos quidem aſſertores habet lo-
cum dicta theorica, præterꝗ̄ cùm ſubeſt enor-
miſsima læſio, hoc eſt longè ultra dimidiā iu-
ſti precij. Turza. d. com. op. 159. Imol. in d. c.
cùm contingat. & in d. c. Quintauallis. quanꝗ̄
hoc ipſum quoque controuerſum eſt, adeò ut
non alij tantùm alijs, ſed aliqui ſibi ipſis inue-
niantur contrarij, ut de Alex. & Ioan. Imol. no-
tauit Crau. conſ. 192. nu. 2. & 9. Sed ut demus
hoc extra cōtrouerſiam eſſe, nec ſic tamen hæc
res erit expedita. Cùm enim enormis læſio di-
catur, quæ eſt ultra dimidiam iuſti precij: enor-
miſsima multò maior eſſe debet, iuxta Imo. in
dicto c. Quintauallis. n. 45. & latè in d. c. cùm
cōtingat. n. 50. cū ſeq. qui ibi ſunt diſtincti læſio-
nū gradus. Talis autē læſio ut hîc ꝓbari poſsit,
ualde

ualde eſt metuendum. Nam in præſenti caſu
ampla dos filiabus eſt data, nempe ter mille
florenorum,quæ illis legitimæ portionis loco
cederet,ut & alias, l.quoniã nouella. C. de in-
off.teſta. Anch. Franc. Couar.in prin.c.quam-
uis.de pact.in 6.Coraſ.l.filium. C.fam.hercisc.
& cùm in hæreditate circiter triginta ſex mil-
lia florenorum fuiſſe dicantur: item in dotali-
tio ac hæreditate matris, cui etiam renuncia-
runt,ſex millia:facilè apparet, ſi hæc in decem
liberos diuidantur, nõ admodum aut ſaltem
nõ enormiter,multo minus enormiſsimè has
filias eſſe læſas:pro quo faciunt,quæ tradit Ge
min.in d.c.quamuis.num.12.& Philip.Franc.
nu.8 Anch.num.1.Præterea obſtat,quòd hæ fi
liæ in genere ſciuerũt, quidnam in hæreditate
paterna eſſet: imò etiam in ſpecie dicuntur re-
giſtra & inuẽtaria omnium bonorũ illis fuiſſe
exhibita & oſtenſa. Quòd † ſi uerò uxor præ-
ſumitur habere notitiam bonorum uiri,Cor-
nel.conſilio 165.circa.numer.34.uol.2.& con
iuncti præſumuntur ſcire facta defuncti, Dec.
conſil. 106.quæritur. numer.6. per l.de tutela.
ff. de in integ.reſt.l.octaua.unde agna.cum ſi-
mil.quãto magis liberi intelliguntur ſcire sta-
tum & quantitatem bonorum paternorum,
in quibus nati,educati ſunt,& adoleuerunt:l.
qui quis.C.de reſcind.uend.fateor quidem ſd
non obtinere in ualde læſis,qui ne ſic quidem
ualorem ſciuiſſe præſumuntur, Bart. & Dd.d.
l.quiſquis. etiam ſtante & interueniente iura-
mento,Crauet.conſ. 192. caſus. num.6. Corn.
conſil.258.lib.4.Sed in hoc contrarium tenet
Alex.conſ 126. circa fi.lib.2. Non inficior etiã
noſtros uelle ſuccurri puellis minoribus enor
miter in renunciatione læſis,dato quòd ualo-
rem ſciuiſſent,Crau.conſil.142.Claudius.nu.
24.per Ant.But.conſil.45.Socin.conſil.263.
Cur.iun.conſil.141.in fin.Sed nec iſta ſcrupu-
lum omnem eximunt iſto caſu, ubi nihilomi-
nus ſemel atq; iterum dictam renũciationem
filiæ hîc renouarũt etiam matrimonio ſtante,
quod ualde deliberatam uoluntatem & aſſen
ſionem arguit,Crauet.in terminis conſil. 114.
Ioanna.nu.2.3.4.5.6.14.18. Iam ſufficit in ge-
nere ad ualiditatem iuramenti habere ſcien-
tiam rei,ſuper qua iuratur,& tradũt Dd.quòd
49 † nunquã dicatur enormiter læſus,qui in eam
læſionem conſenſit,Imol.in d.c.Quintauallis.
nu.46.de iureiur. allegans hoc fundare Ang.
in diſp.incip. duo litigantes. per c.ſcienter. de
reg.iur. in 6. Crauet. conſil.192.num.1.conſil.
114.num.12. Sed etſi talis ſubeſſet enormis læ
ſio, tamen ualde adhuc dubitandum foret,an
poſſent hæ filiæ à iuramento abſolui: propter
d. authen.ſacramenta. in uerb. inuiolabiliter.
Quod qui ita interpretãtur,ſcilicet donec pe-
tatur abſolutio,uiolant textum,qui ſic intelle
ctus uerè nobis ſeruiret de uento, ut rectè in-
quit Panorm.qui ubiq; indiſtinctè tenet, non
poſſe abſolutionẽ peti, in d.c. cùm contingat.
quem ſequitur ibidẽ Imol.in d. c. Quintaual-
lis.nu.45.maximè quando uerba omnem læ-
ſionem cõprehendunt, uel certioratio aliqua,
aut ſcientia de bonis paternis præſumit: quia
ſcienti,inquit,non fit iniuria.Nec uerò intelli-
gitur eadẽ facilitate iurari, qua renunciari, li-
cet quidam contrà ſentiant, ut Crauet. conſil.
192.nu.9. qui tamen addit hoc in iuramento
nõ eſſe ſine dubio: idem tenẽt Anch. ad uerb.
omnino.Phil.Franc.nu.3.in d.c.quamuis.per
eum tex.in uerb.omnino. & communiter Ca-
noniſt.in c.pen.de empt.Bal.num.14.& Caſtr.
nu.10.& 11.in d.auth. ſacramenta. Bart. in l. ſi
quis pro eo.de fideiuſſor. Iaſ. in l. ſi quis cùm
aliter.nu.15.de uerb.oblig. qui omnes dicunt
actus iureiurãdo firmatos,iure canonico nul-
la ratione eſſe expugnabiles. Et ita conſuluit
Panor.conſ.71.circa fi.uerſ.uenio. uol.1. dicẽs
ſe ita ſemper legendo & practicando cõſuluiſ-
ſe, & eſſe text. in d. auth. ſacramenta. in uerb.
inuiolabiliter.in d.c.quamuis. in uerb. omni-
no:nec ullum eſſe textum in mundo,qui dicat
propter hanc cauſam à iuramento quẽ poſſe
abſolui. Vnde Curia Pariſienſ. non admittit li
mitationẽ contra d.c.quamuis.dato, quòd fi-
lia ſit in quadruplum decepta: quod ſequitur
Tholoſa. teſte Bugn. lib.2. leg. abrogata.cap.
87.ad idem Alex.conſil.29.conſil.125. uiſis &
conſideratis.nu. 9.uol.1.dicẽs Dd.multos no-
luiſſe ſubſcribere conſilio Anch.qui contrariũ
conſuluiſſet: quia hoc iuramentũ ſeruari poſ-
ſet ſine interitu ſalutis æternæ, alijq; cõplures,
latiſſ.Soc.conſil.115.circa.nu.6.7. uol.1. Rom.
conſil.337.in caſu propoſito.per tot.& confir-
mat nouiſsimè Schurff.conſ.17. cent.1.nu.15.
& 16. ubi latiſsimè hanc partem proſequitur
ad omnia contraria reſpondendo,& Boer.de-
ciſ.62. ad quos breuitatis cauſa remitto. Sed
& conſtat iure Pontificio firmari contractus&
actus iuramento, qui iure ciuili non ualent,c.
cùm contingat. de iureiuran. c.1.2. de iureiur.
in 6.c.quamuis. de pact. in 6. ubi Couar.latè
Dec.conſil.202.ut præſens.nu.2.3.cum multis
ibi alleg. copioſè Anto.Gab.Rom.lib.2.de iu-
reiuran.concluſ.8.9.10. cum pluribus ibidem
deductis,quò digitum intendiſſe ſufficiat. Et
50 † quanquam ad effectum agendi poteſt impe
trari abſolutio, etiam aduerſario non citato,
Pariſ.conſ.96.num.25.26. uol.1. item ad hoc,
ut periurij pœna euitetur,Mauric. de in integ.
reſt.c.310.quod uerò.nu.2.tamen malè petita
nihil prodeſt,item Pariſ. conſ.44. nu.1.uol.&
difficulter cõtra tranſactionem datur iuratã,
l. ſi quis maior. ubi Dd. C.de tranſac.Pariſ.cõſ.
96.nu.90. uol.1. & ſine cauſæ cognitione ob-
tenta,eſt nulla,Pariſ.cõſ.14.nu.14.uol.1. mul-
tiſq; modis impediri, uel impugnari poteſt,
ut uidere licet apud Pariſ.d.conſ.14.conſ.44.
conſ.91.& 96.uol.1.conſ.69.uol.3. conſil.120.
uolum.4.& paſsim.Et ita apparet hanc com-
munem eſſe Dd. præſertim Canoniſt. deciſio-
nem,à qua in materia peccati periculoſum eſt
recedere,maximè in dubijs, & quia fauorabi-

le eſt pro iuramento pronunciari, Boer. d. de-
ciſ. 62. ord. 35. parte 2. Nam etſi minoribus au
fertur res, tamen prouidetur eorum an mæ,
quæ omnibus rebus eſt anteferenda: ita Iaſon
nu. 16. 24. poſt Bart. num. 19. Caſt. nu. 7. Salic.
nu. 8. in d. auth. ſacramenta. per l. ſancimus. C.
de ſacroſan. eccleſ. notæ ſunt minæ cœleſtes,
Ezech. 17. 18. 19. notum eſt illud Pſal. 15. Qui
iurat ad malum, & non retractat, uel mutat:
nam Græca uerſio, quæ pro malo poſuit pro-
ximo, punctis notiſq; uocalibus Hebræorum
non congruit. Malum autem ſignificat ibi nõ
malum culpæ, ſed pœnæ & iacturæ, hoc eſt, de-
trimentum, propter quod oſtendit pios & ſan
51 ctos à iureiurãdo non recedere. Quin † etiam
iudex non debet eſſe author periurij, l. 2. C. de
indic. uid. toll. l. 4. ubi Iaſ. nu. 12. 13. de in lit. iu-
ran. l. de die. 8. §. iubetur. pen. qui ſatiſd. cogan.
Iaſ. in rep. l. admonendi. num. 300. de iureiur.
cùm poteſt ſeruari iuramentum ſine interitu
ſalutis æternæ, c. cùm cõtingat. de iureiur. c. 2.
eo. in 6. & paſſim, ut hanc rationem urget Bal.
in d. auth. ſacramenta. nu. 13. quæ ponderetur
in primis in præſenti caſu, ubi dubium relin-
quitur, an talis læſio ſubſit, cumq; interuene-
rit iudicis & propinquorum authoritas, ra-
tione cuius dubij & authoritatis interuenien-
tis uix eſt, ut filiæ iſtæ abſolui queant, ut latè
probat Soc. in d. conſil. 115. nu. 9. Iam quod di
citur auth. ſacramenta. nequaquam procede-
re, quando minor non ratione ætatis, ſed ex
alia cauſa uult contrauenire; & ſi hæc opinio
uera eſſet, tamen, ſecundum ipſoſmet ad id al-
legatos doctores, intelligi deberet, quando ea
ratione, qua maior, poteſt etiã minor aduer-
ſus contractũ uenire, Bar. in d. auth. ſacramen-
ta. nu. 14. & alij eum ſeq. Sed ſic eſt, quòd ma-
ior neq; propter omiſſum decretum, quod in
eius alienatione non requirit̃, nec ꝓpter enor-
mem læſionẽ poſſet cõtra cõtractum iuratum
uenire, ut ſuprà oſtenſum eſt ex l. ſi quis ma-
ior. C. de tranſac. cum ſimil. Ergo propter eiuſ-
modi nec iſtis quidẽ filiabus ſuccurri poteſt,
ut expreſſè Bald. in d. l. 1. C. ſi aduer. tranſact.
Deinde hæc opinio etſi quibuſdam Legiſtis
placuit, tamẽ reprobat̃ iure Canonico, quod
in praxi in hac materia eſt ſequendũ. Nam in-
diſtinctè hoc iure ex nulla cauſa poteſt iura-
mento contrauenitri, ut hoc elegãter explanat
Caſtr. in d. auth. ſacramẽta. nu. 8. 9. niſi fortè ex
enormiſsima læſione, Turz. d. com. op. 159.
Couar. d. c. 2. part. 3. §. 4. nu. 5. de pac. in 6. quæ
hîc abeſt. Præterea ꝯtrã, ſecũdũ ipſos Legiſtas,
nõ obtinet ea ſentẽtia, quãdo generaliter da-
tum eſt iuſiurandũ, quod ad omnia remedia
extendi poſsit: ita poſt Bar. Salic. in d. auth. ſa-
cramẽta. nu. 22. Porrò quod obiectũ eſt, iura-
mentũ non obeſſe, ſi filiæ non ſint de benefi-
cijs ſibi cõpetentibus certioratæ: hæc opinio
etſi quibuſdam arridet, tamen reprobata eſt à
pleriſque, qui iudicant ſufficere, quòd iuretur
ſuper certo facto, in quo præſumitur ſaltẽ im-
plicitè, & in genere cognitatũ de omnibus re-
medijs competentibus, Bart. in d. auth ſacra-
menta. nu. 16. quem ſequitur Ang. & etiam ui-
52 detur ſequi Salic. nu. 20. Quia † iuramentum
habet uim ſpecialis enumerationis, Bal. in l. 1.
nu. 4. C. commod. per l. cùm pater. §. filius ma-
trem. de legat. 2. Iaſ. §. item ſi quis. nu. 12. Inſtit.
de act. Alex. & Dd. l. ſciendum. de uerb. oblig.
idem Alex. conſil. 27. uiſo. nu. 7. uol. 1. per c. ex
reſcripto. de iureiuran. latè Tiraq. in legib. con
nub. circa finem, gloſſ. 5. nu. 148. cum ſeq. Ant.
Gab. Ro. lib. 2. de iureiur. concluſ. 4. & propter
eius fauorem fit extenſio ex identitate ratio-
nis, Alex. conſil. 125. uiſis. uol. 1. Item quia iu-
ratus nõ debet certiorari, quoniam præſumi-
tur certioratus. Non enim intelligitur quis te-
merè ad iuramentum uenire, niſi re explora-
ta: ita Iaſ. in l. ſi quis. numer. 19. de pac. Pro hac
deciſione bonus tex. in l. qui iure militari. cum
ll. ſeq. ff. de teſtam. mil. idem tenent Bart. nu. 8.
quem ſequuntur communiter Dd. Ang. Lud.
Ro. in l. ſciendum. de uerb. obl. idem Bart. nu.
4. quem ſequitur Caſtr. Alex. Fulg. in l. ſi duo.
§. idem Iulianus. de iureiur. Vnde tradunt ge-
neralem regulam Dd. quòd quando iuratur
ſuper aliquo facto, tollatur omnis actio, quæ
ex illo facto undecunq; poterat naſci, Bald. in
l. 1. nu. 8. de reb. cred. ubi dicit ſe ita conſulu
ſe, & in l. 1. §. fi. ubi etiã Caſtr. ad S.C. Velle[illegible] a-
nor. in c. 1. de emp. Gemin. nu. 5. Anch. nu. 3. [illegible]
c. quamuis. de pac. in 6. Alex. conſ. 27. uiſ[illegible] in
prin. & conſ. 42. ſuper præmiſſo. per tot. uol [illegible]
ubi etiam dicit, quòd iſta eſt cõmunis ſenten
tia, quam cõmunis ſtylus approbat, & con[illegible]
127. uiſo. & cõſ. 222. uiſa facti narratione [illegible]
2. & nouiſsimè Schurff. d. conſ. 17. nu. 15. lat[illegible]
ſimè Iaſ. in d. auth. ſacramẽta. nu. 56. ub[illegible] ſta-
tur poſt Imolã hanc opinionem in pract[illegible] &
cõſuetudine approbari, & temerarium e[illegible]
ea recedere: imò nõ eſſe ab ea recedendum [illegible]
in §. item ſi quis. nu. 4. cum ſeq. Inſt. de act. P[illegible]o
hac opinione text. in c. etim contingat. c. ex r[illegible]
ſcripto. quẽ ad hoc ponderat Bald. de iure u[illegible]
Itaq; quod Ant. de But. dixit, alterã illã ſenten
tiam eſſe cõmunẽ, uerũ dixit, ut rectè reſpon
det Iaſ. num. 58. in d. auth. ſacramenta. pro [illegible]uo
tempore, cùm tantùm antiqui extarẽt glo[illegible]
tores. Nam hoc tẽpore magis eſſe cõmunem
cõtrariã, & in practica ſeruandã, ſcilicet quòd
in muliere, uel minore iurante nõ requiratur
certioratio, multis confirmat Ant. Gab. Rom.
lib. 2. de iureiur. concluſ. 3. circa finem: ad quẽ
53 breuitatis cauſa ſufficiat remiſiſſe. Non † ob-
ſtat c. debitores. de iureiur. ibi enim qui iura-
runt uſuras ſoluere, non repetunt, alioqui ue-
54 nirent contra iuſiurandum: ſed † creditores
quoniã in peccato hærent, & cõtra ius diuinũ
cõmiſerunt acceptis illicitis uſuris, ideo eccle-
ſiaſtica authoritate ad reddendum cõpellun-
tur. Non ſumus in tali caſu, ubi poſſeſſor eo
ipſo, quòd poſsidet, delictum committit, Iaſ.
in d. auth. nec quicquã ad præſentem materiã
facie,

facit. Non enim delinquunt fratres, ſi hæreditatẽ teneant, cui ſorores accepta opulenta dote renunciarunt. Imò hoc in pleriſq; oppidis Italiæ ſtatutum eſſe fatentur Dd. & certè in his regionibus inter nobiles uſurpatur. Quare nec de eo hîc quærendũ eſt, an ſaltẽ magiſtratus poſsit partem poſsidentem ad reſtitutionem cõpellere, de quo Dd. in c. 1. & d. c. debitores. & d. c. cùm contingat. c. ſi uerò. de iureiur. Caſtr. conſ. 305. notandum. Pan. in d. conſil. 8. Laurentia. quia hoc tralatinum, quando poſſidendo committitur peccatũ mortale, putà cùm minor uſuras illicitas accepit: ſecus in caſu præſenti, ut in terminis decidit Roman. d. conſil. 437 in caſu. num. 11. quia, inquit, uerba d. .quamuis. de pact. lib. 6. & d. auth. ſacramẽta. cum effectu ſunt accipiẽda. Non acciperentur autem cum effectu, ſed ſeruirent de uento, ſi hac ratione per indirectum iurata renuncia
55 tio euerti poſſet. Quod † de hæredibus & perſonali iuramento dicitur, hoc tantùm uerum eſt, quo ad obligationẽ animæ & periurij, non quo ad obſeruantiã contractus, Pan. & Dd. c. ueritatis de iureiur. Imol. nu. 18. Alciat. n. 120. in c. cùm contingat. de iureiur. latè Ant. Gab. Ro. l. h. 2. de iureiur. concluſ. 6. per totum, & Didac. Couar. in c. 2. part. 1. §. 3. nu. 4. de pact. lib. 6. Nam hæres cùm ſuccedat in uniuerſum ius defuncti, l. hæreditas. l. hæredem. de reg. iur. l. cum hæres. de diuer. & temp. præſcr. & ſit ferè eadẽ pſona, in prin. in auth. de iur. à mor. præſtit. tenet̃ ſeruare iuſiurandũ defuncti, quo ad uim cõtractus & obligationis, quæ in hæredẽ trãſit, l. 2. ubi Dd. C. de pac. int. emp. l. ſi pactũ. de prob. ſiquidẽ nõ ſit perſonale, hoc eſt, ſi nõ ſuper facto perſonæ cohærenti eſt præſtitũ, ſed ut in præſenti caſu, firmiter datũ ſuper contractu aliquo inualido ſeruando: ita Caſtr. in d. auth. ſacramẽta. nu. 3. & 9. & conſ. 306. quanq; nu. 4 uol. 2. Salic. in d. auth. ſacramẽta. nu. 23. ubi addit rationem, quia iuramẽto obligatio ualidata trãſit in hæredẽ, & eũ afficit perinde, ut aliæ obligationes atq; contractus, l. 1. C. ſi cert. pet. per l. 2. C. de hær. act. de eo etiã text. in c. ueritatis. ubi Can. de iureiur. Bal. in rep. l. 2. col. 25 de iureiur. Gem. in d. c. quãuis. nu. 4. & ibi Phil. Franc. nu. 12. & 13. Ex his apparet, nec ex iure, nec etiã propter conſcientiã conſulendum eſſe, ut hæ filiæ, quæ per iuramentum renunciarũt, uel ipſo facto, uel petita abſolutione cõtra ſuum iuſiurandũ ueniant, præſertim poſt editã ordinat. 35. part. 2. Nunc quærendũ de illa iuniore filia, quæ iuſiurandũ nõ præſtitit, an cõtrauenire poſsit? & ſanè inprimis diſpiciendũ eſt, an non in prima conuentione ſimul conſenſerit & ſit pacta: in cuius pacti fine dicitur, liberos ſibi inuicẽ loco iuramenti fidẽ dediſſe de ſeruãdo cõtractu. Nã etſi talis promiſsio iure ciuili uim non habeat in præſenti caſu, cùm uidelicet ad ſolennitatẽ actus requiritur ueri iuramenti interpoſitio, ut ualidetur cõtractus à minore geſtus, ita Iaſ. poſt Caſtr. in l. 3. §. iurari. n. 1. 2. 3. de iureiur. ſecutus Bal. in d. auth. ſacramenta. nu. 6. & probat tex. in princ. Inſt. de fideiuſ. ubi qui fide ſua eſſe iubet, non iurare intelligitur, ſed cõtrahere & ſimpliciter ꝓmittere, tex. in l. 3. C. ſi min. ſe maior. dix. ubi ne iuramentũ, quod ſcriptũ, tãtæ eſt efficaciæ, quantæ corporaliter præſtitũ, nec omnino ſit idẽ, quod pro tali ponitur ac habetur, Bal. c. 1. in prin. de conſue. rec. feud. per gl. l. mercis. de uerb. ſignif. & conſ. 12. nu. 4. conſ. 491. num. 2. uol. 3. Marc. Mant. ſing. 24. n. 5. Menoch. conſ.
56 35. n. 21. cũ ſeq. tamẽ † uidetur iure pontificio talis promiſsio haberi loco iuriſiurãdi, & eſſe pro iuramẽto ſeruãda. Quoniã ſuprà eſt oſtenſum, hoc iure iuramentum qualitercunq; præſtitum, eſſe ſeruandũ: de hoc text. apertus, quẽ ad hoc ibi ponderat Pan. in c. ad aures. de his quæ ui metusúe cauſa, ubi parificãtur iurare, uel religioſè data fide confirmare, & dicit ibi Pan. n. 4. 5. cũ ſeq. ꝙ hæc parificantur, & perinde incurrat infamiã, qui uenit cõtra talẽ promiſsionẽ, atq; qui uiolat iuramentũ: ſequitur Imol. ibid. num. 4. & Hoſt. in tit. de iureiur. in prin. nu. 1. ubi inquit, ꝙ per fidei interpoſitionem obligatur quis, ſicut per iuramentum: & hoc multis probari põt, ut per gl. in c. querelã. ad uerb. præſtita. ne prælat. uic. ſu. ubi gl. comparat præſtationem fidei & iuramentũ, & tex. in c. peruenit. de fideiuſſor. item tex. qui de laicis loquitur, in c. 1. de ſepult. lib. 6. ubi Arcbid. inqt, nihil inter hæc iuramenta, quod ad ualiditatem attinet, intereſſe, idq; latiùs ibi cõprobat, maximè qñ per fidem Chriſtianã aliquid promittitur, Didac. Couar. c. 2. §. 2. de pac. in 6. cũ alijs, quæ alleg. Mynſ. obſ. 17. cent. 1. Etſi aũt ad hæc omnia uerè reſponderi põt, hæc in genere procedere, & in illis cõuentionibus, quæ ad ſui ſolennitatem nõ opus habẽt corporali iuramento, & maximè in ſacerdotibus, quorũ religioſa ꝓmiſsio perinde rata eſſe debet, atq; iuramentũ: ſecus uerò eſſe, quãdo lex ad ſolennitatem actus corporale iuſiurandũ requirit, ut ipſe fatetur Pan. in rub. de iureiur. in fin. per gl. in c. ut circa. ad uerb. corporali. de elect. lib. 6. Iaſ. & Dd. d. auth. ſacramẽta puberũ. In caſu aũt præſenti corporale iuſiurandũ requiri ſuprà probatum eſt ex Iaſ. in d. auth. ſacramẽta. Vnde remedia reſciſſoria per hoc quoq; iuramẽtũ nõ debẽt uideri ſublata, Iaſon in l. 3. §. iurari. n. 3. de iureiur. Couar. d. c. quamuis. §. 2. de pact. in 6. tñ res non caret ſcrupulo cõſcientiæ, & difficile eſt, ut quis cõſulat filiæ cõtra talem promiſsionẽ nõ ſimplicẽ, ſed ui & effectu iuramenti confirmatam uenire, & Mynſing. in obſer. Camer. obſer. 17. cent. 1. teſtatur etiam in Camera Imperij eiuſmodi promiſsionẽ loco iuramenti eſſe: & quamuis allegata per eũ loquatur de promiſsione, quæ ſit per fidẽ Chriſtianã, tum rectè dici poteſt eodem perunere promiſsionem per ſuum iuramentũ, ſeu loco iuramenti factam, cùm hæc ſeruare pars fidei Chriſtianæ ſit iuxta Decalogi pceptũ. Et ſanè

conſcientias extricare decipulis uerborum periculoſum eſt, etiamſi fatear, propriè non eſſe iuramentum, ubi Dei nomen non inuocatur. Eſt enim iuramentum, nominis diuini inuocatio, iuxta dictũ: Per me, ſeu in nomine meo iurabitis: à quo autẽ remouetur definitio, ab eodẽ & definitum, Euer. & Dd. loco à definit. l. 4. C. de for. quanquam dici poteſt & hic effectu numen inuocari & ſenſu, licet non uerbis, l. qui per ſalutem. de iureiur. perinde atq; cùm dicitur: iuro, ꝓmitto per fidem Chriſtianã, &c. Nõ enim hic in uerbis, ſed ſenſu eſt diuini nominis inuocatio, & iuriſiurandi religio ac ſanctitas ſaltẽ ex mente eius, cui promittitur, quæ potiſsimùm eſt attendenda, præſertim ut ualeat actus, non pereat, glo. & Dd. c. ex literis. 7. de ſponſ. & mat. ad idem c. anteceſsit. 11. q. 3. c. beatus. 22. quæſt. 2. qui textus probãt in iuramẽtis & promiſsionibus ſacris plus intelligi, quàm dicatur, & ſenſum potius, quàm uerba attendi. Sed ut demus hãc filiam remedijs reſciſſorijs læſionum non excludi, tamen conſiderandum erit, quòd apud acta & iudicem fecerit renunciationem. Licet autem interpoſita authoritate iudicis non aliter renunciatio cõfirmetur, quàm ſi fiat cum cauſæ cognitione, quæ ſufficiat ad alienanda minorum bona, l. magis puro. §. nõ enim paſsim. de reb. eor. nec uideatur credendum partibus & tabellioni, ac ne quidem iudici aſſerentibus de cauſæ cognitione, præſertim ubi requiritur cauſæ cognitio in materia ſuſpecta, c. quoniã. ubi Dd. de probat. Bart. & Dd. præſertim Lud. Rom. l. ſciendum. de uerb. oblig. Can. in c. 1. de reb. eccleſ. non alien. Caſtr. in l. cùm hi. §. ſi prætor. de tranſac. Ang. in l. 1. C. de fid. inſt. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. & in l. quæcunq;. §. fin. de Publ. in rẽ act.
57 tamen † contrarium cõmmuniter cõcluditur, uidelicet in dubio interpoſita authoritate iudicis præſumi cuncta ſolenniter acta, & ex graui iuſtaq; ac neceſſaria cauſa ſic de bonis minoris fuiſſe diſpoſitum, pro eo tex. in terminis in l. etſi præſes. C. de præd. minor. ubi uolens reſcindere decretum prætoris interpoſitũ alienationi bonorum pupillarium, probare debet minus ſolenniter, & ſine cauſæ cognitione eſſe interpoſitum. Ergo liquet in contrarium eſſe iuris præſumptionem: & ita in terminis tenẽt pleriq;, Spec. tit. de emp. & uendit. §. hũc dicendum. num. 5. Bald. in d. l. cùm hi. §. ſi prætor. de tranſact. & in l. quæcunq;. §. fin. de Publ. in rem act. in l. fin. C. de præd. min. l. non aliter. de adopt. in l. præſes. C. quom. & quan. iud. ad idẽ bon. text. in l. 1. C. de prædijs minor. quem ad hoc allegat Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. Imol. in l. ſi quis cùm aliter. de uerb. oblig. Innoc. in c. quoniam cõtra. de probat. & in c. innotuit. de eo, qui ord. fur. rec. & ita cõſuluit in terminis Alex. latè conſ. 125. uiſis. nu. 9. uol. 1. cum multis ibi alleg. & eleganter ac latè Soc. conſ. 115. circa. uol. 1. num. 5. ideoq; Bald. definit in l. 1. nu. 4. C. ſi aduerſ. tranſac. quòd quando iudex facit diuiſionem inter minores, ipſa ſententia diuiſoria habeatur pro decreto, & ualeat uenditio. Quamobrẽ in præſenti caſu quoniã filia hęc fecit diuiſionẽ, aut renunciationem coram iudice, præſumitur cũ cauſæ cognitione, & ex iuſta cauſa facta ea eſſe, præſertim interueniente propinquorũ & tutorũ, ut diximus, authoritate. Quamobrẽ ut maximè non obſtaret huic filiæ promiſsionis religio, nõ tamen nihil oberit illa iudicialis authoritas, maximè quoad defuncti priùs patris hæreditatem, cui citra iuramentũ accepto aliquo per modũ tranſactionis renunciari licuit, l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſt. Iaſ. l. ult. nu. 19. C. de pact. Fateor quidem etiam decreto interueniente dari reſtitutionẽ, l. ſi quidem. C. de præd. minor. Iaſ. in auth. ſacramenta. in prin. C. ſi ad. uend. ſed tantùm intra tempora reſtitutionis, l. ult. C. de tẽp. in integ. reſt. l. ult. C. ſi mai. fac. quæ uerißimiliter hic elapſa ſunt, potiſsimùm iure Sax. cùm hæc filia multis iam annis fuerit maritata, ſed tantũ deniq; læſione probata nõ modica, l. uerũ. §. ſciendũ. de minor. l. nam etſi. 9. §. 3. de iureiur. Schurff. conſ. 28. cent. 1. quam hic difficile fuerat cõtra matris, propinquorũ, tutorum, iudicũ conſenſionem approbare, l. tranſactionẽ. 35. ubi Dd. & d. l. interpoſitas. C. de tranſact. l. Polla. C. de his, quib. ut indig. Dec. conſ. 232. nu. 3. Crauet. conſ. 114. Ioanna. nu. 3. & quia læſas ſequũtur filias in pretio tantùm, nõ in cõtractum, quo illas à fratribus potentibus ſeparari amicabiliter nõ erat inutile, Crau. cõſ. 7. Enymundus. nu. 2. per Pan. §. conſtitutus. de in integ. reſtit. Soc. conſ. 57. lib. 4. Gozad. conſil. 44. Crauet. conſ. 151. nu. 6. Sanè quo ad uiuentis tum matris hæreditatem, fateor renunciatione ſine iuramento facta, non excludi filiã, c. 2. de pac. in 6. l. ſi quando. §. 1. C. de inoff. teſt. l. pactũ. C. de collat. Iaſ. l. ult. nu. 27. C. de pact. Sed hic nõ intelligitur æquè læſa, cùm potuerit ante matrẽ mori, ſicq; nihil acquirere, Crauet. conſil. 114. Ioanna. nu 13. per l. 1. §. ſi impuberi. de collat. bonor. Caſtr. conſ. 174. cõtra. lib. 1. Vero. conſ. 17. Soc. cõſ. 263. lib. 2. Ripa lib. 3. Reſt. de don. reuo. c. 15. Alex. Rub. conſ. 12. Gozad. conſil. 9. Curt. iun. conſil. 47. quo nomine ne quidem reſtitutio minori datur, Crauet. d. conſil. 114. nu. 15. Fel. c. 2. de conſtit. Curt. iun. conſil. 120. quia talis læſio, quæ in utrunq; euentum ſe habere poteſt, non eſt conſiderabilis, l. de fideicõmiſſo. ubi Caſtr. C. de pac. Crau. cõſ. 142. nu. 8. Sed & iã antè declaraui, quàm apud teneras conſcientias hæc quaſi iurata promiſsio ſpeciem, uimq; iuriſiurãdi habere uideatur: quo non dubium eſt omne reſtitutionis beneficiũ tolli: auth. ſacramenta. C. ſi ad. uend. adeò ut abſolutio contrà dari nõ debeat, niſi allegata & ꝓbata iuſta doli uel maximæ læſionis cauſa, Crau. conſ. 7. Enymundus. nu. 3. 4. Et abſq; hoc renunciatio p ſe nõ quidẽ ualet, ſi nõ tantùm de uiuẽtis bonis ſit inter uiuos occaſione

ne renunciationis acceptum, quantum de morientis hæreditate debebatur, Bar. nu. 7. Bald. num. 15. Iaſ. num. 27. l. ult. C. de pac. uerùm è contrario inde ſequitur, ſi tantum ſit datum, quantum legitimæ ſufficiat, contrà iri nō poſſe, l. 1. §. 1. ſi á paren. manu. Bald. Salic. & Dd. l. ſi quando. §. 1. C. de inoff. teſta. Nec enim in filia renunciante eſt læſio, niſi reſpectu legitimæ, Crauet. conſil. 11. nu. 10. Hic autem hoc nomine cumulatè huic filiæ ſatisfactum eſſe de ſuperioribus intelligi utcunq; poteſt, & fortaſſe liquidari meliùs in caſu contrauentionis poterit, ut iam taceam interuentum, conſenſionemq; matris, de cuius tum hæreditate inter liberos diuidunda pactiones fiebant, quibus etiam immortua eſt, ut pro eius ultima uoluntate haberi debeant, l. tale pactum §. fin. ubi Bar. & Dd. de pact. Bald. Iaſ. & Dd. d. l. ult. C. de pact. cuiq; parentis uoluntati qualicunq; meritò liberos obſecundare par eſt, l. ult. C. fam. herciſc. d. l. ult. C. de pac. l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto. cum auth. quod ſine. C. de teſtamen. ut in has difficultates, & quod caput eſt ancipitis periurij ſcrupulum ſe induere hanc nobilem matronam propter dubiam, quantū neſcio opum, particulam, non admodum uideatur conſulendum: maximè cùm de conſuetudine harum regionum iudiciales renunciationes & potiſsimùm loco iuramēti factæ, *abn eides ſtatt*, pro iuratis corporaliter habeantur, quæ conſuetudo cōfirmatur extra cauſam dotis, conſtitut. 16. parte 2.

CONSILIVM XXIIII.

An per generale ſtatutum legitima parentum tollatur?

SVMMARIA.

1 *Legitima, præſertim parentum, eſt iuris ciuilis, ideoq; contrario iure tolli poteſt.*

2 *Legitima liberis magis debetur, quàm parentibus, ſicut ſucceſsio.*

3 *Qui ab inteſtato excluditur, à legitima excluditur, quæ eſt ſucceſsionis ab inteſtato portio.*

4 *Ubi totum non datur, ibi nec totius pars.*

5 *Iure Saxonico generale ſtatutum non tollit legitimam.*

6 *Statuto non poteſt legitima in totum tolli, licet alterari.*

7 *Generali pacto, uel ſtatuto legitima non excluditur.*

8 *Legitima alio iure cenſetur, quàm ab inteſtato ſucceſsio.*

9 *Excluſa ſucceſsione non excluditur legitima.*

10 *Ibi argumentum à toto ad partem non ualet, ubi diuerſa eſt ratio, uel aliter cōſtitutum in toto, quàm in parte.*

11 *Ob delictū poteſt legitima auferri, ſicut alia bona, atq; adeò ipſa uita.*

12 *Ingratitudo tollit debitum naturæ, & ſiccat fontem miſericordiæ.*

13 *Allegationes & deciſiones ſpeciales in terminis præualent generalibus.*

14 *In re clara non eſt inducenda longior dubitatio.*

ARNSTADII & alibi tale ſtatutum eſt, ut nullis liberis extantibus, alteruter coniugum ex aſſe præmorienti alteri in bonis ſaltem ſtante matrimonio quæſitis, quo tempore pleraq; omnia non raró quæruntur, ſuccedat: quæritur, an demortui pater, uel mater a ſua ſic ex. l. id ſtut legitima, hoc eſt, triente, auth. nouiſsima. C. de inoff. teſt. ubi cōmuniter concludunt, etiam parentum legitimā eſſe auctam, Iaſ. ibi nu. 3. Ripa in rubr. ſolut. matr. nu. 44. Alexand. conſil. 70. lib. 1.

ET uidebatur prorſus à ſuperſtite coniuge mortui parentē excludi, cùm omnis aſcendentiū ſucceſsio ſit ciuilis, Bald. l. 1. nu. 1. 2. C. ſi quid in frau. par. & in l. 4. num. 14. C. de lib. præter. Dec. l. iura. nu. 7. de regul. iur. Pariſ. conſil. 23. uol. 2. per l. lege. C. de leg. hær. l. 3. §. de illo. pro ſocio, etiam in legitima, l. quæ nuper. 31. C. de inoff. teſtam. l. ſi arrogator. de adopt. §. ſi quis autē. No. 1. de her. & Falc. & §. 1. in auth. de trien. & ſemiſſ. Cyn. l. ſancimus. 24. num. 2. C. de nupt. Dec. d. l. iura ſanguinis. nu. 7. de reg. iur. Socin. Iaſ. in l. cum auus num. 6. de cond. & demonſt. Iaſon in auth. nouiſsima. in fin. C. de inoff. teſt. & authen. ſi qua mulier. C. de ſacr. eccl. Cald. conſ. 41. Par. conſ. 23. præſuppoſita. in pri. uol. 1. fac. l. 3. de pet. hær. l. 1 lege. de uerbor. ſign. Unde † & à lege, nimirum ciuili legitima nomen habet, l. ſi arrogator. in fin. de adop. Nou. 18. in princ. & Nouel. 1. proindeq; poſteriore iure tolli poteſt, l. 1. ad leg. Aquil. l. ult. de conſtit. princ. quamlibet locali & ſtatutario, Oldrad. conſ. 107. Ang. conſ. 105. nu. 4. Dec. conſ. 19 nu. 5 6. conſ. 87 & conſ. 18. & pro tenui, nu. 5. Iaſ. l. ſi quando. 35 §. ult. nu. 10. 11. & in authen. nouiſsima. nu. 53. & ibi Fabian. Gioch. nu. 185. C. de inoff. teſt. Bened. cap. Raynutius. uerb. uxorem. num. 45. de teſtam. l. de quibus. de legib. Bartol. & Dd. l. omnes. de iuſt.

iuſt. & iur. etiam in totum, §. aliud quoq;. No-
uel. 115. ut cùm de appel. cognoſc. Boer. deciſ.
104. num. 10. Tiraq. de iure primog. quæſt. 55.
num. 8. Par. conſil. 91. num. 14. lib. 3. Ang. l. Pa-
pinianus. 8. §. quarta. de inoff. teſt. & conſ. 105.
ſtatuto cauetur. nu. 4. conſil. 349. hæc conſul-
tatio. & in l. quod de bonis. §. fin. ad l. Falcid.
ubi Alex. & Imol. dicunt hāc eſſe communem,
Alber. in 2. parte ſtatutor. q. 104. Oldr. conſil.
107. circa municipale. Socin. dicens hanc eſſe
magis communem, conſil. 5. conſ. 150. Domi-
nic. conſ. 3. omnipotentis. uol. 1. eandem com-
munem dicit Alex. conſil. 150. circa. conſ. 107.
in hac. uol. 2. conſil. 105. in hac. conſ. 123. licet.
uol. 3. Dec. l. iura ſanguinis. in fin. de reg. iur.
Aemyl. conſil. 1. num. 3. & 4. Menoch. conſil. 4.
ambigitur. num. 41. Dec. conſil. 19. num. 5. Si-
gnor. conſ. 37. Quod etiamſi dubium haberet
in legitima liberorū, arg. l. licet. 58. §. 1. de uerb.
ſign. l. nam etſi. de inoff. teſta. l. in ſuis. de lib. &
2 poſth. ubi probatur, liberis † magis parentū
deberi ſucceſsionem, quàm contrà: quia ma-
gis eſt iuris naturalis, c. ius naturale. uerb. li-
berorum ſucceſsio. diſtinct. 1. Pariſ. conſil. 23.
præſuppoſita. in princ. uol. 2. Soc. l. cùm auus.
nu. 6. de cond. & demonſtr. Iaſ. in auth. nouiſ-
ſima. in fin. C. de inoff. teſt. Cald. conſ. 41. eoq;
difficiliùs tollitur, §. pen. Inſt. de iur. nat. tamen
in hac aſcendentium nō uidetur dubitandū,
Ang. d. conſil. 104. num. 4. & conſil. 105. Alex.
conſil. 3. circa. & conſ. 68. uol. 4. Roman. conſ.
32. uiſa. Bened. Capra conſil. 15. pro pleniore.
conſ. 151. ſubſcripſi. Corn. conſ. 150. circa. uol.
2. conſil. 150. in hac. circa finem, uol. 1. Soc. iu-
nior conſil. 25. caſus. nu. 8. uol. 1. quin non ſo-
lùm expreſſo, ſed etiam per indirectum tolli
poſsit, alio hærede ex aſſe ab inteſtato per le-
gem municipalem uocato & admiſſo, atq; ita
parente excluſo, Caſtr. in l. 1. C. de inoff. dotib.
Cur. iun. auth. præterea. num. 16. Picus nu. 39.
C. unde uir & uxor, Dec. conſil. 19. num. 5. Al-
ciat. de præſump. reg. 1. præſump. 8. Aemyl. cōſ.
1. num. 3. Menoch. conſil. 4. ambigebatur. nu.
3 41. & quaſi per totum. Cùm † enim legitima
ſit portio eius, quæ ab inteſtato debetur, ſuc-
ceſsionis, l. Papinianus. 8. §. quarta. de inoffic.
teſt. l. parētibus. 8. l. cùm quæritur. 6. l. quæ nu-
per. 31. C. de inoff. teſt. l. 2. C. de inoff. don. l. un.
4 C. de inoff. dotib. certè † cui totum adimitur,
ei multò magis pars, l. quæ de dota. de rei uēd.
Euerar. loc. à toto, l. ſi quis cùm totum. de ex-
cep. rei iud. adempta uideri debet, l. Papinia-
nus. 8. §. quoniam. 8. de inoffic. teſt. d. l. ſi quis
cùm totum. Iaſ. l. iuriſgentiū. §. adeò. de pactis:
quæ dari, neq; conſtitui nequit, ubi totum nul
lū eſt, nullaq; ab inteſtato ſucceſsio debetur,
Corn. conſil. 48. de pluribus. num. 7. & conſil.
107. in hac. num. 3. uol. 2. Aemyl. conſil. 1. nu. 3.
Hæc etſi ſpecioſè dicuntur, & à pluribus ap-
probantur, Fab. de Monte in authen. nouiſsi-
ma. quæſt. 15. C. de inoff. teſt. Caſtr. l. Titio. 71.
§. Titio. 3. num. 3. de cond. & demon. Bald. con-
ſil. 455. ſtatuto. num. 2. conſil. 426. antiquum.
uol. 3. Roman. conſil. 32. uiſa. in fin. Imol. conſ.
113. in cauſa. num. 4. Caſt. conſ. 286. quoniam.
num. 3. conſil. 195. in parte 1. Alex. in l. Gallus.
29. §. & quid ſi tantùm. in fin. de libe. & poſth.
& conſil. 68. circa. num. 6. uol. 4. conſil. 3. circa.
num. 8. uolum. 3. Soc. conſ. 288. circa. num. 26.
uol. 1. conſil. 81. ſi in cauſa. nu. 3. uolum. 4. Go-
zad. conſil. 43. uidetur. num. 8. Anchor. conſil.
428. ſuper. cum alijs ſ. allegat. tamen non ſatis
apud me ualent, nec impediunt, quo minus
contrariam opinionem libens amplectar: ma-
ximè quod ad ſtatutum Arnſtadenſe, de quo
5 quæritur, attinet. Eſt † enim hoc municipium
terræ ditioniſq; Saxonicæ, cuius iure & obſer-
uatione non ſolet per eiuſmodi generale ſta-
tutum legitima excludi, cōſtit. 12. parte 3. Itaq;
quamuis eodem iure maritus mobilia defun-
ctæ coniugis lucretur, art. 31. lib. 1. art. 76. lib. 3.
legitimā tamē inde liberis debet, gl. in utroq;
articulo prædic. & conſequenter parentibus,
d. conſtit. 12. parte 3. Ac ita ſæpe memini iudi-
catum, ut minimè ſint mutanda quæ certam
hactenus interpretationem habuerunt, l. ſi de
interpretatione. de legib. quæ ſicut in reliquis
terris Saxonicis recepta ſunt, ſic & in iſta eius
parte ac loco ualere debent, c. cùm olim. 6. de
conſuet. Quanquam etiam abſq; hoc uerius
uidetur, legitimam etiam parentum ſic non
cenſeri ablatam, Dec. l. iura ſanguinis. de reg.
iur. Can. c. Raynutius. de teſta. c. indultum. de
reg. iur. ſicut ita in parentum quoq; legitima
conſtitutum eſt nuper conſtit. 12. part. 3. quòd
ſcilicet non poſsit in totum auferri, Bal. & Dd.
l. 1. §. 1. de iuſt. & iur. Dec. & Dd. d. l. iura. Nam d.
conſtit. 12. eam permittit alterari ſtatuto, non
tolli, ſecundum Alex. conſilio 61. uolum. 1. At.
Pinel. l. 1. Bal. l. fin. C. de bon. quæ lib. ut quæ li-
cet nomen lege (quanquam & lex de naturali
poteſt accipi) habeat, l. ſi arrogator. 22. in fin.
de adopt. Bald. l. lege. 4. num. 14. C. de lib. præ-
terit. §. 1. Nouel. 18. de triente & ſemiſ. §. ſi quis
autem. Nouel. 1. ſicut & quantitatem, auth. no
uiſsima. C. de inoff. teſt. Nouel. 18. de trient. &
6 ſemiſ. tamen † iuris ſit naturæ inſtar alimen-
torum, l. 1. §. 1. ubi Dd. de iuſt. & iur. quibus iur
rogatur, Bart. l. Titio. 71. §. Titio. 3. numer. 6. de
cond. & demonſt. Cyn. l. ſancimus. 24. num. 2.
& 3. C. de nup. Bald. l. ſi quis. 33. nu. 5. l. fratres.
27. num. 9. C. de inoff. teſt. l. 1. num. 6. C. quan-
do non petent. par. cauſamq; habeat funda-
tam in iure naturali, §. cùm itaq;. uerb. ſecun-
dum naturam. Nouel. 1. de hæred. & Falc. gl. c.
officij. 14. uerb. fraudarētur. de teſtamen. Bal.
l. fin. §. ipſum. C. de bon. quæ lib. & leg. 4. C. de
lib. præter. quod alterari poteſt, leg. 6. ubi Bar.
Bald. & Dd. de iuſt. & iur. Dec. & Dd. d. l. iura
ſanguinis. de reg. iur. & in §. penult. Inſt. de iu-
re nat. ut tolli in totum nequeat, leg. 6. de iuſt.
& iur. & d. §. penult. Dyn. & Ioan. Andr. in cap.
indultum. de reg. iur. Bart. in authent. de hær.
& Fal. ad fin. Rom. conſilio 16. in fine, Alexan.
conſil.

conſil.75.num.2.lib.1.& conſil.55.num.5.lib.
2. Curt.conſ.13.cum alijs,quos cumulant Me-
noch. conſil.4. ambigebatur. nu.11. Alciat. de
præſump. reg.1. præſum.8. multo uerò minus
excludi generali ſtatuto, Sal.in d. auth. nouiſ-
ſima.circa fin.dicens hanc eſſe æquiorem,& d.
l.ſancimus.C. de nupt. Iaſ. in d.auth. nouiſsi-
ma.num.43.cum ſequen. Bald.conſil.453.ſta
tuto.num.1.2.lib.1.Alex.conſil.7.uiſis.num.3.
uol.2.Curt.iunior conſil.13. in fi. Alber. Brun.
tractat. de ſtatut. quod fœminas excludit, in
9.art.princ. quæſt.1. Capra conſil.74. num.8.
7 Menoch.conſ.4. num.11. cùm † nec excluda-
tur generali pacto,l.ſi quando.35.§.1. & 2.ubi
Bald.Sal.& Dd.C.de inoff.teſtam. Alex. conſ.
70.parte 4. uel alia diſpoſitione, Nouel.39.§.
quamobrem.in auth.de reſt.l.1.C.de impon.
lucr.deſcrip. lib.10. Quanquã autem reſpectu
quantitatis portio ſit ſucceſsionis ab inteſta-
to, auth. nouiſsima.cũ alijs ſ. ad hoc allegat.
8 al o † tamẽ ſpeciali iure uenit ac debetur, Bal.
[illegible].num.5.C.de leg.hæt.c.1.§.quinetiam. num.
3.epiſ. uel abb.bonus textus l.1.C.de imp. lu-
[illegible]a de ſcr lib.10.Alex.conſ.13.tranſmiſſo.nu.2.
uol.1.& conſ.150.num.6.uol.2. non ut ſucceſ-
ſio,l.unic.C.de imp. lucra. deſcr.lib.10.l.ult.C.
de codicil.ſed tanquam æs alienũ, gl.l. ſi quia.
uerb.poſſe.ad l.Corn.de falſ. l.5. uerb. debitũ.
C de inoff.donat.l ult.C.de codicil.Bal.l.1.cir-
ca fin.C.de lib.præter.l.quanquam. 10. C.ad l.
Falc.Coraſ.l.filium.24.num.86.& 101.C.fam.
herc eoq; nec ſucceſsionis iure regulatur, d. l.
unic.C.de imp.lucr.deſcrip.d.§. quoniã. Nou.
39.de reſtitut. Alex.d.conſil.13.numer.2,uol.1.
9 Non † igitur excluſa ſucceſsione debet exclu-
ſum uideri, quod alia uia ac ratione ineſt &
debetur,gloſſ.& Sal.l.de crimine. C.qui accuſ.
poſſ.& l.pacta.6. C. de pactis, & conſequenter
nec legitima,Capra conſ.74.num.8.Menoch.
conſ.4.ambigitur.num.11.cum ibi alleg. ſicut
nec generali derogatione tollitur ius ſingula-
re,l.decurionibus.3.C.de ſilent.lib.12.ubi glo.
quam reputat ſingularem Bald.c.1.in fin.quo
temp.milea,& in c.eccleſia.10.nu.8. de conſtit.
c.cùm ordinem.in fi.de reſcrip. Iaſ. poſt gl.l.4.
10 num.14.C.de pactis. Sed † nec argumentum
à toto ad partem ualet,ubi diuerſa eſt ratio,l.
ſed etſi.25.§.cõſuluit.de petit.hære. l. Papinia-
nus.8.§.ſed nec.5.de inoff.teſt. Euer.loc.à toto:
uel ius partis à toto ſeiunctum & ſeparatum,
C.de uend. reb. fiſc. lib.10.l.2. C. de reb.alien.
Euer.præal.loc.unde nihil rectè poteſt inferri,
l.fin.de calum. l.Papinianus exuli. de minori-
11 bus.Quanquam † autem ob delictum auferri
lege legitima poteſt, d. Nouel.115. ut cùm de
app.§.1.Nou.18.de trien. & ſem. Nouel.92. de
immenſ.don.l.in arenã. & paſsim, C. de inoff.
teſt.quo ingratus ſe reddit beneficio indignũ,
tot. tit. C. de ingrat. lib. l. liberi.l.omnimodo.
C.de inoff.teſtam.d.Nou.115. l.ult. C. de reuo.
donat. hoc eſt, propter ingratitudinem, quæ
12 † tollit debitum naturæ,§.hoc autem. in auth.
de nupt.ſiccatq; fontem miſericordiæ. Panor.
c.ult.de don.ex d. Bernar. legitima alicui poſ-
ſit auferri,d.Nouel.115.& 92.l.5.uerb. non in-
gratis.C.de inoff.donat.ſicut dominium,glo.
& Dd.præſertim Iaſ.num.2.l.ult. C. ſi cont.iua,
uel util.publ. & bona,t.t.ff. & C. de bon. dam.
etiam feudalia, tot.tit. in quib. cauſ. feu.amit.
& de feud. ſine culpa non amit. atq; ipſa adeò
uita,l.1.2. & paſsim, de pœn. tot.tit. de cadau.
punit. tamen hoc tantummodo fieri poteſt
aperta lege,& ex cauſis lege expreſsis,d.Nou.
115.in quib.terminis hîc non ſumus, ſed gene
ralis ſtatuti alium uocantis,quomodo nõ au-
ferri legitimam ijs quibus debetur, in territo-
rio præſertim Sax. de quo hîc quærit̃, iam an-
tè commonſtratum eſt. Omitto generalia con
13 trà ex aduerſo producta. Nam † magnum eſt
habere decìſionem alicuius doctoris in termi
nis:Gomez.in §.æquè.nu.14. Inſtit.de act.pet
Alex.l. ſed etſi quis.§. quæſitum. in fin.ſi quia
cautio.Iaſ.l.non eſt minus.in fin.C. de procur.
& deciſiones quæ ſunt in terminis,hoc eſt,ſpe-
ciales,ſemper generalibus derogant,l.in toto.
de reg.iur.Iaſ.l.placuit.in fi.C. de iudic. ſuntq;
ſecuriores, & omnia argumenta generalia ex-
cludunt,Alb.Brun.de ſtatut.artic.6.q.2.in fin.
Igneus repet.authen.ex cauſa.col.19.C.de lib.
præter.Gomez.d.§.æquè. num.14. Itaq; pau-
peris eſt doctoris allegare regulas generales,
ubi deciſio in terminis haberi poteſt, Angel.
conſil.14.incip.nos Carolus. Fel. in c.1.col.4.
de præſcrip.Gomez.præall.loc. Quamobrem
in actu practico ſemper laborandũ eſt, ut de-
ciſionem in terminis reperiamus, quod eſt
doctiſsimi doctoris,Fel.c.cùm ordinem.num.
7.de reſcripr.Gomez.d.§. æquè. num.14. Inſt.
de actio. qui per profundum uadit,nec circa ri
pas hæret,ut ait Matth. Afflict.in uſib. feud. in
princ. & alibi paſsim. Sed non addam plura.
14 nam † in re ſatis clara non eſt inducenda lon-
gior dubitatio,ut ait Caſt.cõſ. 466. ad quod.
nu.1.uol.1.per l.ille.§.cùm in uerbis. de leg.3.l.
iam hoc iure.§.ult.de uulg. & pup ſac.l. ancil-
læ.C.de fer.l.cõtinuus.§.1.de uerb.oblig. Dico
clara in terra Sax.& caſu noſtro propter d.con
ſtit.12. parte 3. & communem obſeruantiam,
ſecundum quam leges ſunt interpretandæ, l.
minimè.de legib.c.certificari.ubi Panor.de ſe-
pul.Innoc.c.olim.de uerb.ſig.Bart.& Dd.l.oẽs
populi.de iuſtit. & iur.& uſum practicum, d.l.
minimè.c.cùm dilectus.de cõſue. Pan. & Can.
c.cùm ad ſedẽ.de reſtit.ſpoliat.quæ interpreta-
tio idẽ operari debet,quod ipſa lex, l. ita fidei.
de iure fiſci,,Inſt.de legit.patro.tutel.ubi Ang.
& Dd.etiamſi non ignorẽ, ex iure cõmuni con
trariam opinionẽ uideri poſſe magis commu
nem, per ſuperiùs allegata, ſicut & cõmuniùs
cõcluditur, legitimã etiam liberis ſtatuto tolli
poſſe,pur multis cõfirmat Men.d.conſ.4.am-
bigebat̃.n.41.& cõſ.71.n.26.ut minimè ſit mi
rãdũ,quoſdã externos iuriſperitos etiã Acade
mias exoticas in cõtrariũ iſto caſu conſuluiſſe.
CON-

CONSILIVM XXV.

An bona mulieris ad maritum allata, ſine pacto cenſeantur dotalia?

SVMMARIA.

1 ¶ *Dotis conſtitutio, ut contractus, non præſumitur.*
2 *Mulier nõ præſumitur omnia in dotem dare: & num. ſequent.*
3 *Contrahentes intelliguntur ſe conformare iuri.*
4 *Traditio in dote pro promiſſione eſt.*
5 *Dos quid ſit, & quid in eam ueniat.*
6 *Bona non dotalia non eadem habent cum dote priuilegia.*
7 *In dubio non præſumitur titulus dominij tranſlatiuus.*
8 *Titulus dotis eſt dominij tranſlatiuus.*
9 *Solutio fieri intelligitur in cauſam ſoluenti utiliorem.*
10 *Promiſſio doti dandæ & reſtituendæ tacitè ineſt.*
11 *Deficiente ſubiecto deficit accidens, & præſuppoſito ceſſante diſpoſitio ceſſat.*
12 *Multiplex mulieris patrimonium.*
13 *Doti dari non cenſentur illata, niſi quæ expreſſim, uel præſumptiuè in hoc conſtituuntur, uel dantur: & num. ſeq.*
14 *Mulieri commodius eſt bona ſua non cenſeri dotalia.*
15 *Mulieris bona quatenus alienari poſſint.*
16 *Mulieres an iure Sax. ob leſionem, tanquam minores, reſtituantur.*
17 *Quæ mulieri conſtante matrimonio obueniunt, non ſunt dotalia.*

IN hac quæſtione, an bona mulieris citra pactum dotis ad maritum allata ſint dotalia: ſicut non conſtant ſibi Dd. Bar. l. ſi conſtante. nu. 78. ſolut. matr. & idem ſibi contrarius in quæſt. 7. mulier habens magnũ patrimoniũ. per tot. Bal. Nouel. de dote, parte 6. priuileg. ſpecial. 14. ita nec mirum eſt diſcrepantiam ſententiarum etiamnum extare: quæ tamen non eſſet tanta, ſi non permiſcerentur cõtrouerſa cum ijs quæ ſunt extra controuerſiam poſita.
1 Nam † dotis conſtitutionem faciendum non præſumi, ut contractum, l. exigere. de iudicijs, & pactionẽ, conuentionemq́; l. ſi ego. §. 2. de iur. dotium, l. fin. C. de repud. tot. tit. de pact. dot. & C. de dot. pro. & de pact. conuent. cum facti ſint, l. conſilio. de curat. fur. l. ſiue. C. de probat. l. aſſeueratio. C. de non nu. pec. & matrimonium eſſe ſine dote poſſe, l. ult. C. de dot. prom. l. ſi. C. de repud. §. ſic itaque. in auth. de nup. ideoq́; non præſumi datum in dotem, Bald. l. nulla. nu. 3. 4. cum ſequen. C. de iur. dot. Phanuc. tract. de lucro dot. glo. 10. nu. 38. Bar. d. quæſt. 7. num. 15. Bald. Nouel. d. ſpe.
2 priuil. 14. ſicut & illud, non † uideri mulierem omnia dediſſe in dotem, Dec. nu. 6. Curt. iun. nu. 12. auth. præterea. C. unde uir & uxor, Couar. de ſponſal. parte 1. cap. 5. Geruaſ. inter conſil. Porc. 82. nu. 7. per §. ſi quis. cum ſeq. in auth. de nuptijs, auth. præterea. ubi Iaſ. num. 12. poſt Caſtr. num. 2. C. unde uir & uxor, Alex. conſil. 144. num. 2. & 9. lib. 7. Rolan. à Valle de lucro dot. quæſt. 71. num. 2. & 10. Porc. conſil. 83. cùm ſit. num. 1. 2. Bal. l. ult. nu. 8. C. de ſententia quæ ſine certa quant. Curt. iun. conſil. 168. num. 4. Turzan. opin. 119. Viuius lib. 1. opin. 111. Zoa-tez in theſaur. uerbo, doti. num. 339. quoniam dos quædam eſt fœminæ donatiu coniugi facta, leg. 1. 2. C. ſi aduer. donat. l. unic. ubi Bald. Salic. & Dd. C. de inoff. donat. licet maritus titulo oneroſo capiat, l. ex promiſſione. l. pro oneribus. ubi Bartol. C. de iur. dot. Iaſ. l. ſi donaturus. nu. 10. de cond. cauſ. dat. & in l. licet. num. 13. C. de pact. l. ſi emancipata. num. 2. C. de iur. & fac. ignor. l. Mæuia. §. 1. ubi Bart. nu. 1. ſolut. matr. & in l. ſi. §. ſi à ſocero. quæ in fraud. credit. Bar. l. unic. num. 26. C. de impon. lucrat. deſcrip. lib. 10. Campeg. de dote, parte 1. q. 55. & 56. latè Tiraq. in ll. connub circa ſin. gloſſ. 6. num. 254. & in l. ſi unquam. uerb. donatione largitus. numer. 173. C. de reuoc. donat. quam donationem de omnibus fieri bonis alienum à iure quadantenus eſt, l. unic. C. de inoff. dot. ubi Dd. Bart. Bal. & Dd. in l. ult. C. de pact. l. ſtipulatio. de uerbor. oblig. cui † ſe contrahentes 3
conformare intelliguntur, Socin. conſ. 19. nu. 6. uol. 1. Cornæus conſil. 190. pluries. in princ. parte 3. neque præſumi coniugij nomine talis donationis enormitas debet, l. 4. 6. & paſſim, C. de inoff. donat. l. unic. C. de inoff. dot. Nec enim omnium bonorum dos ratione matrimonij debetur, l. ſi ego. §. 2. de iur. dot. l. maritus. C. de procur. Bal. numer. 2. 3. & Dd. l. nulla. 4. C. de iure dot. & idem Bal. l. ult. num. 8. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. quamlibet etiam promiſſa, l. cùm poſt. §. gener. de iur. dot. ſed tantùm pro dignitate ac qualitate coniugis arbitrio boni uiri, d. l. cùm poſt. §. gener. Bald. in d. l. ult. nu. 8. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. leg. 3. C. de dot. pro. idem Bald. l. 4. numer. 2. 3. C. de iur. dot. Socin. iun. poſt alios in rub. ſol. matrim. parte 3. num. 33. & l. 1. numer. 212. 213. eod. tit. & l. ita ſtipulatus. num. 91. de uerb. oblig. & conueniens eſt aliquid reſeruari mulieri quaſi proprium, glo. in l. mulier. ubi Dd. C. de procur. & in l. ſi ego. §. 2. de iure dot. unde

legi

legitima liberis præſtari poſsit, l. unic. ubi Bal. & Dd. C. de inoffic. do. Quod ſi igitur expreſſa conuentio non tantum ualet, ut uniuerſa hoc nomine debeantur, Bald. dict. l. nulla. numer. 8. C. de iur. dot. conuenit nec tacitam, ſeu præſumptam, ut paſsim Doctores præallegati uocant, in primis Menoch. conſil. 5. excitatur. num. 1. 2. cum multis ſequen. quæ ex traditione ſumitur, & promiſsioni comparatur, illud operari, l. quod autem. 24. de iur. dotiũ, Bald. l. 4. num. 2. C. de iur. dot. ex doctrina l. 3. ubi Doctores, ſi cert. petat. latè Tiraquell. in ll. connub. in fin. ad uerb. expres. gloſſ. 5. num. 30. cum ſequent. Quæ licet firma ſint & recepta, tamen obijcitur ex aduerſo, nec inaniter omnia à muliere bona poſſe in dotem dari, l. mulier bona. 73. ubi gloſſ. de iur. dot. l. nulla. 4. C. eod. titul. & cum hic contractus ex conſenſu perficiatur, l. ad exactionem. 6. & paſſim. C. de dot. pro. ut principale, cui accedit, coniugium, l. nuptias. de regul. iur. & Nouel. 22. de nuptijs, in princip. poſſe hoc non tantùm expreſſa pactione indici, l. ſi ego. 9. §. 2. ubi gloſſ. & Dd. dict. l. mulier. 73. de iur. dot. d. l. nulla. 4. C. eod. tit. ſed etiam ex tacita uoluntate, Bald. & Dd. d. l. nulla. C. de iur. dot. l. ult. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. ex regula l. 3. ff. de pact. l. 3. ſi cert. pet. Tiraquell. dict. gloſſ. 5. nu. 30. cum ſequentib. de complexu circumſtantiarum rerum & perſonarum coniectura ducta, Bartol. dict. quæſt. 7. in fin. & l. ſi conſtante. num. 78. ſolut. matrim. Bald Nou. parte 6. priuileg. 14. in fin. Ex quo decidunt, uiduam, quæ dotem prioris coniugij ad ſecunda uota traſtulit, uideri marito alteri in dotem dediſſe, quaſi ſit id clàm actum, Cacheran. latè deciſ. Pedemon. 21. per tot. Iaſ. in §. fuerat. num. 127. Inſtit. de action. Bartol. d. quæſt. 7. numer. 15. Bald. d. l. 4. C. de iur. dot. Rolan. à Valle, qui teſtatur eſſe communem, de lucro dot. quæſt. 75. num. 1. & 6. Crauet. de antiq. temp. partis quartæ parte 1. nu. 43. Curt. iun. in authent. præterea. num. 13. C. unde uir & uxor, Menoch. conſil. 5. excitatur. num. 1. per l. dotem, quæ. de iur. dot. l. cùm maritus. §. Titius. de pact. dotal. l. penult. §. uxor. ſolut. mat. Corn. conſil. 254. uidetur. num. 13. lib. 1. & teneri hoc communiter dicit Phanuc. de Phan. de lucro dot. gloſſ. 10. num. 31. Cùm expreſſè dicat textus d. l. dotem quæ non aliter conuerti eam dotem in poſterius matrimonium, quàm ſi id fuerit actum. Videri autem hoc ſemper, ratione uidelicet ſubiecti actum, niſi probetur aliud conueniſſe. Item ſi quæ alia ſponſo, uel marito patrimonium omne permittat, etiam nulla expreſſa cauſa, intelligi dotis cauſa promiſiſſe, & hanc in omnibus tacitè conſtitutam uolunt Bal. No. d. ſpec. priuileg. 14. parte 6. Campeg. de dote, parte 1. quæſt. 12. uideri, ne fruſtranea ſit promiſsio, contra l. ſi quando. in princ. de legat. 1. l. quoties. de reb. dub. cum ſimilib. quaſi ſine cauſa facta, l. 2. §. circa. de dol. except. cap. ſi cautio. de fid. inſtrumen. l. ſi ita. ſtipulatus. de fideiuſſ. Alexan. conſil. 19. num. 3. & 4. uolum. 4. aut incidat in donationem, quæ non extante alia cauſa ſubeſſe fingitur, l. Companus. de oper. lib. l. hoc iure de donat. Quanquam Alexan. dicat hãc præſumi tantùm in liberatorijs, non in obligatorijs, d. conſ. 19. nu. 3. 4. uolum. 4. ac præcipuè ne cadat in donationem inter coniuges prohibitam, l. 1. 2. 3. & tot. tit. de don. int. uir. & uxo. Denique quoniam id qualitas coniugũ, & reſpectus matrimonij, cuius nomine talis ſtipulatio facta creditur, benignè quodammodò repoſcere iudicantur. l. dotem. 30. l. diuus 40. & paſsim, de iur. dot. Bartol. d. quæſt. 7. num. 16. Bald. Nouel. parte 6. de dot. priuileg. 14.

4 Atqui † hoc in argumento traditio, quæ pacta non minus ueſtit, l. in traditionibus. de pact. par eſt promiſsioni, l. quod autem. 24. de iur. dot. quam ad hoc, ut ſingularẽ, producit Bald. d. l. 4. C. de iur. dot. l. fin. C. ad l. Falcid nam facta non minus loquuntur, quàm uerba: Aemyl. conſil. 151. uxor. numerò 17. nec intereſt, uerbis, an factis quis uoluntatem exprimat, l. pro hæred. de acquir. hæred. l. de quibus. in fin. de legib. l. nonnũquam. de collat. bonor. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. Imò interdum plus eſt exprimere uoluntatem facto, quàm uerbo, cap. filij dilecti. de appellat. cap. cùm ſuper. de offic. deleg. l. ſi tamen § ei qui. de ædilit. edict. l. Paulus. ff. rem rat. hab. Vnde Bal. in d. §. ei qui ait: quòd multò plus ſit ipſo facto facere, quàm uerbis pronunciare: ſequitur Aemyl. dict. conſil. 151. uxor. num 17. in fin. ut ſecundum analogiam idem dicendum ſit, ſi mulier ſine expreſsione cauſæ tantùm coniugij reſpectu patrimonium omne (de quo hic propriè diſceptatur) marito tradat, gloſſ. in d. l. mulier. 73. de iur. dot. ex Ariſtotele in Topicis: etiamſi lex, inquit, non dicat, Bal. l. ult. num. 8. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. Bal. Nouel. dict. priuileg. 14. bonus textus in l. dotem. 30. l. diuus. 40. de iur. dot. Carol. Ruin. conſil. 151. num. 10. uolum. 5. Cacher. latè dict. deciſ. 21. num. 6. & 7. uel ab eo patiatur occupari, ſuaque uoluntate poſsideri, Bart. dict. quæſt. 7. num. 16. per glo. l. Caius. de pignor. act. Cygnus l. inuitus. C. de procur. Dyn. cap. is, qui tacet. de regul. iur. in 6. Bald. Nouel. d. priuil. 14. Roland. à Valle de iur. dot. quæſt. 74. nu. 13. Phanuc. de Phanuc. de lucro dot. gloſ. 10. num. 40. nam hæc ſpecies eſt traditionis, l. non idcirco. 12. C. de contrah. empt. l. minus. C. de acquir. poſſeſſ. l. ſi ex ſtipulatione. ff. eod. tit. l. ſi emancipatus. C. ſi quis alt. uel ſibi, maximè in incorporalibus, l. 3. de uſufruct. l. 2. §. ſi iter. de ac. empt. l. 2. C. de ſeruit. gl. & Dd. in l. 5. de impen. in res do. & l. 1. ſolut. matr. qualis eſt dotis uniuerſitas. Quod cùm ultrò facit mulier reſpectu cõiugij, quid cauſæ eſt, cur non præſumatur doti dediſſe? Bart. dict. quæſt. 7. num. 16. Campeg. de dot.

5 parte 1.quæſt.12. Etenim † ſi dos rectè defini-
tur id eſſe, quod coniugij nomine, ſeu quòd
perinde eſt, ad onera matrimonij toleranda
maritò traditur, Bartol.num. 21. & Dd. l.1.ſo-
lut.matrim. Bald. Nouel. de dote, in princip.
Socin.in conſil.57.caſus. numer. 4. uolum.1.
quæ traditio nõ etiam promiſsio propriè do-
tem cõſtituit, Dd.l.1.C.de dot.caut. non num.
l.Titio.§. Titio genero. ff. de cond.& demonſt.
l.quemadmodum.de iur. dot. l. dotale. §. do-
tale.ff. de fund. dot. Socin. iun. in rubr. ſolut.
matr. parte 3.numer.13.19.38.39. poſt Ripam
num.58.& alios, certè cùm omnia ſine diſtin-
ctione bona coniugij reſpectu traduntur ma-
rito uel permittuntur, ob eandem cauſam ad
eundemq; finẽ, unde actus æſtimantur, l.pen.
C.de codicil.l.qui iniuriæ. de furt. Socin. 165.
num.7.uolum.2. hoc equidem caſu, ſicut res
in definitionem hanc tum cadit, ſic etiam de-
finito cõprehendi par eſt: præſertim cùm diu
maritus ita poſsidet, l. quòd ſi fuerit. de iur.
dot.gloſſ.l. quædam mulier. de rei uendi. latè
Ruin.conſil.151.uolu.5.Cacher.deciſ.21.num.
6.7.cum ibi alleg.iuxta reg. Cui definitio con
gruit, eidem definitum, & contrà: nam defini-
tio bona cum definito conuertitur, Euer. loc.
à definit.cùm ſimil. niſi aliunde aliud colligi
queat, ut ſi dos certa marito in aliqua parte
cõſtituta ſit, l.ſi ego.§.2. de iur. dot.l. maritus.
C.de procurat.Bal.l.4.num. 2.3.C.de iur.dot.
per l.quæſitum. §. idem de fund. inſtruct. leg.
cuius deſignatio cæteras res à dotis cauſa re-
mouet, Bald.d.l.4.numer.2.C. de iur.dot. per
d.l.maritus.l.ſtipulatio commodiſsimùm.de
uerb. obligat. ſicut aliàs unius incluſio reli-
quorum debet eſſe excluſio, l.cùm prætor.de
iudic. ut exceptio confirmet regulam in caſi-
bus non exceptis, Dec.num.20. & Dd. l. 1. de
reg. iur. Illud autem exile nimis expendi rem
hãc à uerbis mulierculatum, Bartol. d.quæſt.
7. circa fin. Bald. Nouel. parte 6.priuileg.14.
in fin.utrùm dixerint ſe Tradere, an Dare, Bal.
d.l.nulla.4.C.de iur. dot. Alexan. conſil.144.
circa.num.3.lib.5.Rolan.à Valle de lucro dot.
quæſt.73.num.3. an Profeſſæ ſint inter garriẽ-
dum fortè maritum hæc ita poſsidere, Bart.
d.quæſt.7.in fin. Bald. Nouel.d.parte 6.priui-
leg.14. in fin. cur non potius ex ſuperioribus
id æſtimare liceat ? potiſsimùm hoc caſu, ubi
de fauore mulierum agitur, ut habeat præla-
tionem, l.aſsiduus.C.qui pot.in pign.& reuo-
cationem ex l.Iulia, tot. tit.ff.& C.de fund.dot.
§.1.Inſtit.quib.alien.licet: cui in dubijs etiam
in pronunciando fauendum, l. in ambiguis.
de iur.dot.cap.ult.ubi Panor.de re iud. Socin.
conſil.111.uiſa.uolum.3.Cępol.caut.17.Negu
zan.tract.pign.quintæ partis. 1.memb.nu.32.
Eſt autẽ utilius mulieri dotalia ſua bona cen-
ſeri, quàm paraphernalia: quorum perinde,
ac dotalium, fructus non mulier, ſed maritus
lucratur, Fab.l.hac lege.l. ult. C. de pact. con.
Tiraquel.in legib.con. circa finem: gloſſ.7.nu.
1.2.de quibus bonis agitur in d. l. ſi ego.§.2.
de iur.do.l.maritus.ubi Dd.C.de procur.quæ
6 † licet tacitam hypothecam quoque in bonis
maritalibus habent, l. ult. ubi Bart.Bal.& com
muniter Dd.C.de pact.conuen. Iaſ.l. maritus.
in fin.C.de procurat.§.fuerat.Inſtit. de action.
Bald.l.ubi adhuc.in fin.C.de iur.dot. Neguz.
tract.pig.ſecundę partis 4. membro, reliquis
tamen dotis deſtituũtur & carent priuilegijs,
quæ innumera ſunt, tot.titul. C. de priuileg.
dot.Bal.& Dd.in rubr.& l. 1.ſolut.matri.Bald.
Nouell.Campeg. & alij de priuileg. dot. & in
primis beneficio prælationis, gloſſ.l. ſi ego.9.
§.dotis.uerb.ſed condici. de iure dot.Salic. in
l.aſsiduis.§.ult.C. qui pot. in pig. Neguzã.de
pig.ſecundæ partis 4.memb.num.63.gloſ.l.ſi
ego.§.dotis.uerb.condici.de iur. dot. Alexan.
& Iaſ.d.l.ſi maritus.C.de procur.Neguzan.de
pign.partis 2. membro quarto, num. 63. ne-
que prohibitione legis Iuliæ de fundo dotali
contra maritorum alienationes, quarum ad
approbationem uxores facilè adigunt, mu-
niuntur: atqui in alia omnia tranſeunt, Bar-
tol.d.quæſt.7.Porc.conſil. 93.94.& alij ſuprà
allegat. loquuntur in caſu conuerſo, neq; fa-
uorabili pro dote fœminâue, ſed in odioſo &
ijs præiudiciali: cùm ſcilicet ex ſtatuto dotem
lucrari maritus cupit: cuius caſus ratio & cau
ſa non eundem meretur fauorem, Scburf.con
ſil.7.pro magis. numer. 3. centur. 3.l.ult.C.de
codicil.l.ult.§.licentia.C.de iur.delib.& in ter-
minis Cacher.deciſ.21 numero 11. 12.cum ſe-
quen. latè Menocb.conſil. 5. excitatur.per to-
tum, ut illorum opinationes extra ſubiectam
materiam non temerè contra mulierem & do
tium fauorem ſint extrahendæ: ſic in cauſis
fauorabilibus ſponſa habetur pro uxore, &
contrà, l. ſi ſponſa. 74. de iur. dot. gloſſ.lib.1.
art. 45. maximè quo ad prioritatem & priui-
legium dotis, l.5. C. de bon. quæ lib.dicta l. ſi
ſponſa. 74. de iur. dot. Dd. l. aſsiduis. C. qui
pot. in pig. & ex nupera quoque conſtitutio-
ne dos à die nuptiarum ius prælationis ha-
bet, conſtit.24 parte 2.ex Iaſ.§.fuerat.numero
48. Inſtit. de act. Neguzan. de pign. parte 2.
memb. 4. num. 77. At cùm agitur de lucran-
da per maritum dote, alia fit interpretatio, l. ſi
à ſponſo.15.C.de donat. ante nup.Salic. Cyn.
& alij, l. cùm te. C. eod.latè Tiraquell.de legib.
con.in fin.num.22.& conſtitutionibus nouiſ-
ſim. ingreſſus thori hanc ad rem requiritur,
conſil.19.parte 3. gloſſ. Lat. lib. 1. art.31.lib. 3.
art.45.numer.6.& artic. 77. facilè ut intelligi
poſsit, etiã hæc eſſe ſeparata: & proinde non
ualere hic argumentum quaſi à ſimili ductũ,
l. ult. §. ſacramenta. uerſic. ſed hæc diſsimilia.
de uerbor.obligat.l. Papinianus exuli.de mi-
nor. Sed ut redeamus ad propoſitum, Bald. l.
fin.nu.8.C.de ſentent.quæ ſine cert. quant.di-
ſertè fatetur etiam hoc habere æquitatem, ut
ſi tradat omnia uiro bona cõiux, intelligatur
doti dediſſe: facit l. dotẽ. 30. l. diui. 40. de iur.
dot.

dot. quemadmodum & ſi ſcriptū ſit in inſtru-
mento Bertam nupſiſſe Cornelio, & ei omnia
ſua bona dediſſe: ac pòſt regulariter ait, idem
præſumendum, quoties ſubeſt titulus domi-
nij tranſlatiuus: ſimplicem autem & nudam
traditionem non præſumi dotalem, ſed ma-
gis paraphernalem, glo. l. ult. uerb. circa. C. de
pac. conuen. per l. ſi ego. §. dotis. de iur. dotis.
niſi ex alijs cōiecturis aliud doceatur: in quo
poſtremo ſecum ipſe diſsidere, & à prioribus
7 recedere uidetur. Equidem † in dubio fateor
non præſumi titulum trāslatiuum, quòd hoc
dominio ſit commodius, Cyn. l. incēdium. in
fin. C. ſi cert. petat. deciſ. Neapol. 373. fuit de-
terminatum. per totum, Bartol. l. ult. C. de iur.
dom. impet. l. concubinam. §. 1. de leg. 3. In fœ-
mina res ad uirum afferente, ſtatuendum o-
mnino contrarium, l. 1. §. 1. ff. pro dote, Bart. l.
dotis. ubi Dd. de iur. dotium: ratione ſcilicet
materiæ ſubiectæ, quæ talis eſt, ut ciuiliter ad
maritum pertinere debeant ab uxore illata, l.
doce. C. de rei uend. l. in rebus. C. de iur. dot.
nam uerba generalia, ſeu indefinita contra-
hentium interpretanda ſunt ſecundum natu-
ram eius, ſuper quo interponūtur, Cag. l. ſem-
per. num. 17. de regul. iur. per l. emptor. §. Luci-
us. ubi Dd. de pact. Bald. l. 2. numer. 7. C. com-
mod. Angel. conſil. 284. exorta. in fin. Alexan.
conſil. 37. in fin. uolum. 3. cum alijs per Cag.
allegatis: quocirca Dec. in d. l. ſemper. 9. de re-
gul. iur. licet num. 7. dicat in dubio non uide-
ri dominium transferri, per not. Bartol. l. cùm
pater. §. pater pluribus. de leg. 2. Alexan. poſt
Bal. l. ſi paciſcenda. C. de pactis: tamen paulo
pòſt num 8. in 5. fall. ſubiungit, hoc fallere ra-
tione ſubiectæ materiæ, propter quam in du-
bio dominium eſſe tranſlatum intelligitur, ut
nominatim ponit exemplum de dote (Dd. e-
nim intelligendi ſecundum ea, quæ allegant,
l. non ſolùm. §. ſi liberationis. numer. 7. de lib.
leg.) ex l. 1. §. 1. ff. pro dote, l. dotis. ubi Bart. de
iur. dot. ſequitur & confirmat Cag. d. l. ſemper.
9. nu. 17. de regul. iur. Quare cùm hæc traditio
non dici poſsit in dubio facta ob aliam cau-
ſam, quàm matrimonij & dotis, ſequitur trāſi-
re dominium, & pro dote res illas apud mari-
tum collocari, niſi probetur expreſſè diuer-
ſum eſſe conuentum, l. dotem. 30. de iur. dot. l.
2. uerſic. ſi tamen id euidēter actum. ff. pro do-
8 te. Nam † & titulus dotis eſt dominij transla-
tiuus, l. 1. pro dote, l. doce. C. de rei uend. l. ſi e-
go. §. 2. de iur. dot. & mulieri commodiùs inci-
dit ac opportunius in dote res ſuas eſſe ac ha-
beri, quàm pro paraphernalibus, quibus nō
eadem priuilegia imbuuntur, Neguzan. de
pign. partis 2. memb. 4 nu. 63. cum alijs ſuprà
9 adductis. Ut † igitur aliàs ſolutio fieri intelli-
gitur in cauſam ſoluenti utiliorem, l. 1. de ſo-
10 lut. ſic † hoc multò magis in dote dicendum
uidetur, l. in ambiguis. de iur. dot. maximè cùm
hæc traditio ſit quædam ſolutio ex dotis pro-
miſsione, l. quia autem. de iur. do. quę ſemper
ineſt rei uxoriæ etiam ex parte mariti, cui de-
betur, l. unic. §. & ut plenius. uerb. ab utraque
parte. C. de rei uxoriæ act. & gloſſ. in prin. d. l.
unic. uerb. omnes actiões. ac ibi Salic. num. 2.
& paulo pòſt in §. & ut pleniùs. Schneideuin.
poſt alios Dd. in §. fuerat. nūmer. 24. Inſtit. de
act. Bald. l. ult. numer. 8. C. de ſentent. quæ ſine
cert. quant. per l. obligamur. §. 1. de oblig. &
act. bonus text. l. cùm poſt 69. §. nuptijs. 5. de
iur. dot, & facta ſemper fingitur, d. l. unic. in
princ. & §. 1. C. de rei uxor. act. Si igitur aliàs
ſolutum ex promiſsione dotis dotale eſt, cur
nō etiam ſolutum ex promiſsione ficta ac le-
gali, quam ineſſe diximus? Quòd ſi aliud in-
uehetur & obtinebit, pleriſq; cōiugibus, quæ
has iuris argutias ignorant, & bona fide (ſi-
cut hic contractus bonæ fidei eſt, Iaſ. poſt Fab.
in §. fuerat. nu. 18. Inſtit. de action. omniſq; e-
ius obligatio & actio, l. unic. §. ſed etſi. C. de rei
uxor. act. d. §. fuerat. Inſtit. de act. l. eas. 8. ff. de
capite minutis) reſpectu coniugij fortunas &
omne ſuum patrimonium uiro abſque alia
conuentione deferunt, & fruendum permit-
tunt, hypothecæ prioritatem, aliaq; dotis au-
feremus priuilegia, quæ ſunt innumera, Dd.
l. 1. ſolut. matrim. Bald. No. Campeg. & alij tra-
ctat. de dote, quibusq; Paraphernalia, ſicut di-
xi, carent, Iaſ. l. maritus. in fin. C. de procurat.
præter æquum & bonum, contraq; intentio-
nem agentium, l. non omnis. ſi cert. pet. & le-
gum ſententiam dotibus fauentium, l. 1. ſolut.
matrim. l. 1. 2. 3. cum ſequent. de pact. dotalib.
quanquam ruſticitati & imperitię mulieris ſi-
ne dotalibus etiam inſtrumētis ſubuenìri uo-
lunt, l. unic. §. 1. uerſic. ita enim imperitia & ru-
ſticitas nihil eis poterit afferre præiudicij. cum
ſeq. C. de rei uxor. act. Hæc etſi ſpecioſè propo-
ni queant, tamen ſuprà probauimus commu-
niter placere noſtris, non eſſe doti à muliere il-
lata extra conuentionem expreſſam uel præ-
ſumptam, quod firmat Campez. de dote, par-
te 1. quæſt. 39. cum ibi alleg. Et quanquam do-
ctores agant de caſu lucrandæ per maritum
dotis, tamen rationes eorum etiam in iſto ca-
ſu conuerſo ualent, Menoch. dict. conſil. 5. nu-
mer. 24. & paſsim, quod etiam ſuadet natura
correlatiuorum, l. ult. C. de indic. uid. tollen.
Ac licet ſtipulatio fingitur ineſſe doti tā dan-
dæ, quàm reddendæ, l. unic. in princ. C. de rei
ux. actio. non tamen ideo fingendum res o-
mnes mulieris eſſe dotales, aut in dotem da-
ri: imò priùs dotem conſtitui oportet, in qua
locum habeat talis fictio, d. l. unic. C. de rei ux.
11 act. alioqui † deficiente ſubiecto, deficit acci-
dens, l. 1. C. de condict. ob cauſ. & præſuppoſi-
tum diſpoſitionis ceſſans, facit ceſſare diſpoſi-
tionem, gloſſ. l. mancipia. C. de ſeru. fug. quam
recipiunt omnes, teſte Menoch. remed. recu-
per. 9. num. 161. Dec. conſil. 161. num. 1. conſil.
317. in fin. conſil. 466. num. 8. conſi. 591. num.
3. 4. conſil. 511. num. 4. Crauet. conſil. 130. nu.
2. conſil. 132. num. 1. conſil. 198. num. 4. Curt.

iun.conſil.76.num.3.conſil.256.num.9.con-
ſil.265.num.24 Ruin.conſil.60.num.9.lib.1.
Hipp.de Marſ.ſing.339. Alc. reſpon. 560. nu.
12 6.7. Nec † aliter commodè ſtabit diſtinctio
inter multiplex mulieris patrimoniū, de qua
in l.maritus.C.de procurat. & ſanè Vlpian.in
13 l.ſi ego.§.dotis.de iure dot. expreſsim † diſtin
guit,utrùm in dotem dentur,quæ marito tra-
duntur, an ſecus: nec obſcurè indicat, non
eſſe dotis, neque tranſire dominium, niſi ſic
data ſint, & id actum appareat, ut in caſu l.
dotem.30.eod.tit ſicut & in dubio non intel-
ligitur trāſire dominium,niſi probetur, ut ſu-
prà demonſtrauimus. Et haud ſcio, num re-
ctè dicatur, hanc interpretationem eſſe mulie
ri commodiorem, ſi dicantur omnia dotalia
eſſe, quàm contrà. Imò uerò cùm dos domi-
nium quoddam in maritum transferat, l.do-
ce. C. de rei uend. cuius multiplices ſunt effe-
ctus ac utilitates,l.in re.C.mand.l.2.de ijs qui
14 ſunt ſui iur. potiùs dixerim, mulieri † cōmo-
dius eſſe res ipſius permanere, ut antipher-
nas, quàm ſpecie dotis in maritum tranſire,
ſatiusq; fore, ſi dominium earum retineat, quā
ſi eo alienato ius hypothecæ ac etiam præla-
tionis conſequatur: de quo ſæpe cū creditori-
bus, præſertim æquè priuilegiatis, ut fiſco, tot.
tit.C.de priuil.fiſc.& de priuil.dot.magno ſuo
incommodo litigare cogitur. Quid, quòd ple
runque ex pactis ſtatutiſue dotem maritus lu
cratur, etiamſi per dotalitium uſufructuariū
eadem extinguatur? conſtit. 42. parte 2. de-
niq; multis eiuſmodi caſibus amiſsionis ob-
noxia ſit, cùm tranſeat in dominiū uiri: quo-
rum nihil in ijs, quæ fœminæ propria manēt,
eſt extimeſcendum. Quamobrem ut maximè
parapherna & ſimilia mulieris extra dotem
bona non habeant ius prælationis: nō tamen
ſequetur, quin longè utilius ſit mulieri, ſi ma-
neant in eius bonis, quàm ſi inde exeant, & in
mariti tranſeant patrimonium, cuius inter-
dum inopis actionem omnem etiam præla-
tione munitam, prorſus inanem efficit, l.nam.
16.nullam.6.de dol. mal. quod contrà eſt ſal-
uo rei dominio, quod mulier à quocunq; res
petere poteſt, l.4.l.cùm à matre.C. de rei uen-
dic. quia res cum ſua cauſa tranſit, l.ſi debitor.
C.de diſtract.pig. & dominus cuilibet poſſeſ-
ſori ex quacunq; cauſa poſsidenti præfertur,
l.pen.l.ult.de Publicia.cap.5.cap. 6.ubi gloſſ.
de cauſ.poſſ.& propriet. Quid, quòd nec fru-
ctus quidem talium bonorum lucretur mari-
tus, niſi uolente & patiente muliere? Tira-
quel in ll.connub.in fin glo.7 num.1.uerſ.ſa-
tis eſſe mulierem pati, ut fructus lucretur ma
ritus cum infinitis ibi alleg. niſi fortè iure Sa-
xon.per generalitatem d. artic. 31.& 45. lib.1.
Nec uideo, cur dici debeat mulier tradere ui-
ro dotis cauſa, & ſic transferendi dominij gra-
tia, ac non potiùs paraphernis nomine: quod
expreſſè decidit Bald. l. ult. num.8.C.de ſent.
quæ ſine certa quant.per glo. l.ult.uerb.circa.
C.de pact.conuen. quando conuenit, d.l.ſi e-
go.§.dotis.de iur.dot. ac non potiùs cuſtodiæ
& rei ſuæ tuendæ cauſa, d.l.ſi ego.§. dotis.& §.
planè l.1.ubi Salic.poſt Bald. C.de priuil. fiſc.
Camp.de dote, parte 1.quæſt. 7.& 9. per l. fin.
C.de pac.con.quam ad defenſionem maritus
obligatus eſt, §. patitur. uerſic. defendi.Inſtit.
de iniur.ut ita permaneamus in catholica, cō-
muniq; doctrina, nempe in dubio non præſu
mi dominij translationem, ſed alium potius
titulum, quàm dominij translatiuum, Cyn.l.
incendium.in fine, ſi cert. pet. cum alijs ſuprà
alleg. Quamobrem nec illud rectè dicitur, tra-
dita ſimpliciter marito, definitione dotis cō-
prehendi, cùm non præſumantur, ut dixi, hoc
nomine, & ad ſuſtinenda matrimonij onera
tranſire, tradiq;, niſi pateat id actum aliunde:
pro quo l.3.C.ne uxor pro marit. quæ non exi
git probationem eius rei, ut quando eſt præ-
ſumptio contra mulierem, l.2.eod.tit. ſed tan-
tùm, ut hoc proponatur & allegetur, ſcilicet
non in dotē, ſed extra dotis cauſam data fuiſ-
ſe. Nam & ſubnixa iuris præſumptione ſunt
alleganda, licet non probanda, Purpur.num.
139.uſque ad 152. poſt Bart.& Iaſ.in l.3.ſi cert.
pet.l.4.C.unde legit.Hippol. rubr. C. de pro-
bat.num.202.per l.ſi adulterium. §.ijdem Pol
lioni.de adult. Alciat. reg. 2. præſump.12.nu.
3.& præſump.21.numer.2.hocq; potiſsimùm
congruit iuri Saxonum, quo mulier cum ſuis
bonis omnibus tranſit non in dominium ui-
ri, ſed tutelam, ſeu curationem, art. 31. art. 45.
lib.1.quæ dominium nullum amplectitur, ni-
ſi quo ad adminiſtrationem, l. qui fundum.§.
ſi tutor.ff. pro empt glo.l.interdum.58 §.pen.
de furt.l. tutor.28.de adm.tut. Quin & ijſdem
15 textibus probatur, mulierem † non poſſe alie
nare ſua bona, *jhr eigen gut*, ſine conſenſu mari
ti. Ex quo ſequitur, illa nō eſſe dotalia, quam-
uis cum corpore uxoris tradita marito, & in
tutelam eius hoc iure tranſeuntia: cæteruqui
non amplius eſſent uxoris, nec rectè diceren-
tur *jhr eigen gut*, ſed potiùs mariti cenſenda eſ-
ſent, l. doce ancillam. C. de rei uendic. cum ſi-
milib. Præterea ijdem textus quando nō per-
mittunt eorum bonorum alienationem con-
iugi ſine conſenſu uiri, econtrariò concedunt
marito conſentiente, l. cùm prætor.de iudic.
quod animaduertunt Reinhar. differ. 7.& al-
ter author differ. 7. Niſi uelimus igitur infer-
re, per illos textus totam legem Iuliam de fun
do dotali abrogari, contra rationes Tiraquel.
in legib.connub gloſſ.6. num.49.cum ibi al-
leg dicendum eſt, Saxonem non habere bo-
na mulieris pro dotalibus, quamuis ad mari
tum allata, ſed pro bonis eius proprijs, ſicut
diſertè nominat *jhr eigen gut*, quod non pro-
priè dici poteſt de dotalibus, d.l. doce. C. de
rei uend.§.1.Inſtit.quib.alien.licet: quarum e-
tiam alienatio ne conſentientibus quidē con-
iugibus permittitur ex iure nouo, d.§.1.Inſtit.
quib.alien. lic. niſi ex neceſſariis cauſa, l. 1. de
fund.

ſun. dot. atque ita ex iuſta cauſa, & eiuſdem cognitione, decretoq́ magiſtratus, ut in rebus minorum, tot. tit. ff. de reb. eor. & tot. tit. de præd. minor. quod non uideo, quomodo rebus in dotalibus correctũ eſſe per Saxonem dici debeat. Quod uerò ſuprà iniectũ eſt hac ratione, niſi pro dotalibus habeantur res muliebres, facilè obnoxias fore alienationibus, nihil mouere debet. Nam qua authoritate hic cogere poteſt maritus ad aſſentiendum alienationi uxorem, quorum tamen genus eſt auariſsimum, eàdem etiam in dotalibus licebit adigere ad iuſiurãdum, quo harum quoque alienatio confirmatur, cap. cùm contingat. 28. ubi Doctores, de iureiuran. etiam in foro ciuili, cap. 2. eod. tit. lib. 6. & hic paratum eſt mulieri remedium. Si metu mariti reuerentiali ad quid cogitur, ut actus irritari ſine ſuo incommodo poſsit, gloſſ. & Doctores l. 1. §. quæ onerandæ. quar. rer. ac. Bartol. l. quæ dotis. ſolut. matr. cum alijs quæ cumulat Tiraquel. in 1. leg. connub. numer. 25. ſicut facilè præſumitur, quando facit ad mariti commodum quicquam cum ſuo detrimento, Panormit. in cap. nõnne. in fi. de præſumption. in dict. cap. cùm contingat. in 1. notabil. latè Tiraquel. præallegato loco, cum ibi allegatis. Et in hoc eius melior cõditio, quòd rem dotalem, ut dominus, poſsit maritus alienare faciliùs, ſaltem quamdiu matrimonium durat, l. 5. C. ne uxor pro marito: quàm aliàs, quarum domina eſt uxor, quæ niſi principaliter ipſa alienet, nihil ualet, quod agitur, l. ſi ſciens. ubi Bald. l. iubemus. ubi Bartol. C. ad Velleianum, to. titul. C. de rebus alienis non alienan. Imò conſentiendo hic marito, nihilominus iuuatur tanquam ex interceſsione, authent. ſi qua mulier. ubi Bald. Salicet. & Doctores, C. ad ſenatuſconſult. Velleian. & in Corpore, unde ſumitur, quia contrahens cum marito pro fideiubente habetur, niſi conſtet in eius rem uerti, quod agitur, Bald. authen. hoc amplius. in fin. C. de fide commiſſ. & in authent. ſi qua C. ad Velleian. Alexan. l. ſi mulier. 1. ad Velleian. Socin. conſ. l. 15. uiſis. parte 1. ad idem Salic. in l. ſi liqueat. C. de inoffic. teſtamen. & l. ſecũda, C. ſi aduerſus donation. Chaſſan. in conſuet. Burgun. tit. de iur. matr. §. 4. in fin. numero 6.

16 An † autem habeant reſtitutionem in integrum læſæ in contrahendo & alienando inſtar minorum, tot. titul. C ſi tutor, uel curator interuen. cùm horum exemplo ſint in curatione uiri, dict. articul. 45. & 31. lib. 1. uel alterius curatoris, conſtitut. 15. parte 2. ſine cuius authoritate contrahere gerereq́ nihil momẽtoſius poſſunt, dicta conſtitut. 15. articul. 31. 45. 52. libro 1. cùm ſimilibus propter earum potiſsimùm infirmitatem, maximè cùm non tantùm maritatis, ſed alijs etiam ſic prouideatur, dicta conſtitut. 15. parte 2. Tiraquel. de legibus connubial. gloſſ. 4. quæſt. ultim. & gloſſ. 6. numero 48. nunc nõ examino, uelut ab hoc argumento ſatis alienum: & quamuis tutum nõ ſit recedi à iure communi, quod non niſi in caſibus expreſsis mulieri præ maribus opitulatur, l. ultima, C. de iuris & facti ignoran. maximè in contractibus principalibus, ubi maribus adæquantur, Bald. in l. etſi à muliere. C. de inſtitut. tamen ad hoc reſpõderi poſſet, hoc iure communi uerum eſſe, quo ſunt ſui iuris, ut mares: iure hoc ſtatutario non item, quo curationi alienæ ſubijciuntur, & ideo minorum exemplo iuuari reſtitutionibus debeant exemplo aliorum, qui curatione reguntur aliena, etiamſi non ſint minores: ut furioſi, prodigi, gloſſ. l. patri pro filio. uerb. interdict. de minoribus, Iaſon l. is cui bonis. numero 12. de uerbor. obligat. reſpublicæ, l. 4. ubi gloſſ. 2. C. ex quibus cauſ. maior. Eccleſiæ, cap. 1. 2. 3. ubi Panorm. & Doctores, de in integr reſtit. cap. 1. & in 6. gloſſ. dictæ l. quartæ, C. ex quibus cauſ. Sed ne uidear ſcrobes propoſitæ quæſtionis tranſilire, reuertendo ad inſtitutum, ſi quemadmodum probauimus, ne quidem initio coniugij ad maritum allata, dotalia fiunt, niſi ex conuen-
17 tione, multo † minus ea, quæ conſtante matrimonio obueniunt, hoc iure cenſeri poſſunt aut debent, Bald. Nouell. de dote, parte 6. priuileg. ſpecial. 14. numero 2. nec ueniunt in augmentum dotis, niſi id actum probetur, Ioan. Campeg. de dote, parte 1. quæſt. 74. 75. l. ſi conſtante. C. de donat. ante nuptias, l. final. Cod. de pact. cõuen. l. inter. §. cùm inter. uerb. additamenti cauſa. de pact. dot. l. etiam uerb. quod additamẽti cauſa. Cod. de iur. dotium, authent. ſed iam neceſſe eſt. C. de donation. ante nuptias.

CONSILIVM XXVI.

De donationibus.

SVMMARIA.

1 ¶ *Diuerſis titulis uxori relicta, utraque debentur.*
2 *Præſumitur uxor omnia à uiro habere.*
3 *Donatio inter coniuges morte confirmatur.*
4 *Feudum, in quo multa ſunt corpora diuerſa, tam mobilia, quàm immobilia, item iura incorporalia, eſt quædam uniuerſitas.*

5 *Diuerſæ ſpecies relictæ debentur uxori omnes.*

6 *Quod inter uiuos datur, non poteſt uideri ſolui in cauſam legati, quandoquidem nihil adhuc inter uiuos nomine legati debetur.*

7 *Teſtator donando inter uiuos, an uideatur legatum ademiſſe.*

8 *Genus reſpectu ſpeciei relictum, pro ſpecie habetur.*

9 *Legatum inter uiuos ſolutum, amplius non debetur.*

10 *Species naturâ ſuâ non recipit duplicationem.*

11 *Dote inter uiuos ſoluta, legatum dotis ſoluitur.*

12 *Cauſa legati poteſt inter uiuos ſolui, & hæres præueniri & exonerari.*

13 *Diſtinctio inter debitorem uoluntarium & neceſſarium.*

14 *Si teſtator noluerit utrumq; deberi, ſtãdum eſt eius uoluntati.*

15 *Vſusfructus relictum potiùs iure inſtitutionis, quàm legati intelligitur relictum, ut teſtamentum ualeat.*

16 *Donationes inter uiuos celebratæ, aut prælegata, uel donationes cauſa mortis facta, non imputantur hæredi in ſuam portionẽ ex teſtamento.*

17 *Prædium uxoris nomine de pecunia mariti emptum, fit uxoris.*

18 *Solutio precij à marito uxoris nomine facta, eſt donatio: & ideo inter coniuges prohibita.*

19 *Donata inter coniuges repeti poſſunt tam à marito, quàm ab eius hærede, niſi quatenus morte firmantur. & num. 24.*

20 *Donatio ſupra quingentos aureos abſque inſinuatione, an ualeat ad octingentos.*

21 *Donationes, quæ requirunt actorum ſolenni tates, ea deficiente non confirmantur morte: & num. 23.*

22 *In inueſtituris non requiritur inſinuatio, etiamſi beneficium quingentos aureos ſuperet.*

25 *Clauſula generalis non ſufficit, ubi ſpeciali confirmatione eſt opus.*

26 *Iure Sax. dos incorporatur bonis mariti per dotalitium inter nobiles.*

27 *Maritus ſi in uita non conſtituit dotalium, tenẽtur ad hoc hæredes, etiamſi mulier dotem non importaret, & nunc importare uelit.*

28 *Vltima uoluntas non poteſt partim acceptari, partim repudiari.*

29 *Voluntates pleniùs interpretanda.*

30 *Verba cum effectu accipienda, & quod nullum, nullũ parit effectum, nec meretur actus nomen.*

31 *Vbi non apparet alia uoluntas, ſtandum eſt uerbis teſtatoris.*

32 *Legatum dotalitij non ualet, niſi in eo plus ſit, quàm in dotalitio.*

33 *De quo nihil diſponitur, id manet in diſpoſitione iuris communis.*

34 *Quomodo iure Sax. maritus accipiat bona mulieris in ſuam tutelam.*

35 *Statuta ſecundum ius commune interpretanda.*

36 *Fructus annui ſoluto matrimonio quomodo diuidantur.*

37 *Vſufructu hæreditatis relicto, an integras penſiones accipiat uſufructuarius.*

38 *Proprietarij nõ poſſunt cauſam uſusfructus immutare.*

39 *Tabulæ teſtamenti, & alia inſtrumenta, penes quem manere debeant.*

40 *Quando ad actum requiritur alicuius ſciẽtia, ſufficit illi ſignificari, etiamſi nolit conſentire.*

41 *Quæ ſint donationis ſolennia.*

42 *Donatio ſtudiorum cauſa an fiat ob cauſam, ſicut non opus inſinuatione.*

43 *Mulier an contrahere, uel donare poſſit ſine curatore.*

44 *Donatio non ſolennis morte non confirmatur.*

45 *Solennia inſinuationis.*

46 *Quæ donationes non requirant inſinuationem.*

47 *An mulier, uel minor teſtari, uel donare cauſa mortis ſine curatore poſſit.*

NOBILIS in teſtamento ſuæ uxori mille florenos legauit ad domum aliquam à morte ſua ſibi emẽdam: idem poſtea in uiuis & adhuc ſuperſtes, ei domum ſeu prædium quoddam feudale, cum alijs bonis huic feudo cohærentibus, emit: & hanc domum uxori tradidit, & illam ſolam à feudi domino inueſtiri curauit: inſuper teſtamento interpolato uſumfructum d[illegible]arum partium ſuę hæreditatis ſeu beſſis uxori reliquit, hac addita clauſula: *Doch in alle uuege, anderer jhrer uueiblicher gerechtigkeit, und uuas ich ihr uueiter uermache, unſchedlichen, &c.* Ex hoc ergo duo oriuntur dubia: Primùm, an legatum mille florenorum

[i]um pro domo relictum, ſit reuocatũ per emptionem & traditionẽ ac donationem domus, ſeu prædij inter uiuos poſtea factã. Secundò, quia hoc prædiũ donatũ cũ co hærentibus longè pluris & ultra quatuor mille & quadringentos florenos ualet, utpote quater mille & quadringẽtis florenis emptũ, (tanti enim ualere res intelligitur, quanti uendi poteſt, cap. 1. de emption.) an non reſidiuum ſupra legatum mille florenorum computare & referre mulier in hæreditatem & uſusfructus relictum debeat?

QVo ad primum, uideri poterat prima
facie, per eam donationem legatũ nõ
eſſe reuocatũ, nec in illã imputari aut
includi oportere. Cùm enim alterũ ſit relictũ
3 in teſtamento, alterũ datũ inter uiuos, & † ſic
diuerſis inſtrumẽtis atq; titulis relictum, uide
n poterat utrunq; deberi, l. quinquaginta de
probat. Bart. & Dd. in l. Lucius. 1. de leg. it. 2. &
in l. huiuſmodi. §. cùm pater. de leg. 1. text. in
l. unic. §. primum. C. de rei uxor. act. quo iure
ſi rectè iudicare uelimus, ipſa hic donatio præ
dij uel potius pretij, quo dom⁹ empta eſt. uim
[r]elicti & animæ uoluntatis habet, utpote cùm
[n]on conſtiterit inter coniuges, ſed tantũ moe-
[te ſu]erit confirmata, & ſic uim relicti habeat, l.
[do]nationes. 25. ubi Cyn. C. de donat. int. uir.
& uxor. iunc. l. in donationibus C. ad l. Falcid.
qu[o]d genus relicti ſupra dotẽ debetur, l. unic.
[§. pri]mum. C. de rei ux. ac. Nam licet hic com-
mu[ni] nomine emptio inita eſt, tamen inueſti-
tu[ra] & traditio ſoli uxori eſt facta, & ſic cõtra-
ct[us] quidem ualet, ac dominium prædij mu-
[li]eri acquiſitum, l. etſi de tua. C. de donat. int.
[uir.] & uxor. l. cùm propria. l. multum C. ſi quis
alt[er]u[s] l ſibi: ſed † quia precium à marito ueriſ[i]mili[ter] ſolutum, ſicut & eam mulier acquiſiu[i]ſſe à uiro intelligit. l. Quintus. 51. de donat.
int. uir. Bald. l. 2. ne ux pro mar. num. 3. Alciat.
tract. præſumpt. reg. 3. pręſump. 26. & Tiraq.
de ll. connub. in fin. gloſſ. 6 num. 263. per c. 2.
de donat. int. uir. & uxor. cum alijs ibi alleg. &
hic inſtrumentũ emptionis oſtendit, cui ſtan-
dum in dubio, l. cùm res. C. de probat. & hoc
in[ci]dit in donationem inter coniuges prohi-
bitam, [i]deo donatio non conſtitit, tot. tit. de
donat. int. ui[r.] & uxor. niſi morte inſecuta, d. l.
donationes. C. de donat. int. uir. d. l. multum.
d. l. etſi. Valet igitur tantũdem, ut legatum, ſeu
ut donatio mortis cauſa, quæ legato compa-
ratur, l. ult. C. de donat. l. illud. 37. ff. de don.
cauſ. mort. & conſequenter, ſicut quæ ſepara-
tim codicillo & teſtamento relinquuntur, u-
traq; debentur, d. l. quinquaginta. ita & hæc
diuerſim utraq; deberi, nec alterum relictum
alteri ineſſe poterat uideri, Bart. num. 3. Caſtr.
nu. 2. in l. huiuſmodi. §. cùm pater. de legat. 1.
d. l. quinquaginta. de probat. præſertim cùm
ſint ſpecies diſparatæ, Iaſ. d. § cùm pater. Nam
hæc ſunt diuerſi generis & iuris relicta, ut de
uno ad alterũ cõmodè non poſsit inferri, l. ul.
de calum. l. Papinianus exuli. de minor. In le-
gato quippe 1000. flor. ſunt relicti, & ſic quan-
titas reſpectu domus, hoc eſt, ſpeciei: in dona-
tione uerò nõ domus, ſed uniuerſitas quædã
bonorũ relicta eſt, nempe prædiũ feudale cũ
4 appetentijs, &c. Eiuſmodi † enim feuda, in
qua multa ſunt corpora diuerſa, tã mobilia
quàm immobilia, item iura incorporalia, nõ
ſunt certa ſpecies, ſed quædam uniuerſitas,
Panor. c. cùm ſeculum. num. 1. de iure patron.
Henn God. latè in conſil. de precio rei feuda-
lis, mihi fol. 234. Euerar. in loc. legal. loco de
tanquam ſeu reſpectiuis. in 26. ampliat. Curt.
in tract. feud. parte 1. quęſt. 6. & part. 2. q. 2. per
not. Bald. & Dd. in c. 1. de cap. qui cur. uend. &
5 in l. 1. C. unde legit. Cùm † autẽ aliud ſit quãti-
tas & ſpecies, aliud uniuerſitas, l. 1. de rei uẽd.
cũ ſimil. uidetur utrumq; deberi, nec ſolutio-
ne unius legatum alteri⁹ reuocatum eſſe, per
ea quę tradit Bar. in d. l. huiuſmodi. §. cùm pa-
ter. num. 3. & 4. de legat. 1. & ibidem Caſtrenſ.
num. 2. l. unic. § primum. C. de rei ux. act. Sunt
enim ſeparata hæc, in quibus ab alio ad aliud
non infertur, l. ult. de calum. cum ſimil. Et prę-
6 terea † quod inter uiuos donatur, non poteſt
uideri ſolui in cauſam legati, quandoquidem
nihil adhuc inter uiuos nomine legati debe-
tur, & conſequenter uidetur illud donationis
cauſa dati, neq; minus legatum remanere fir-
mum, Caſtrenſ. in l. Lucius Titius. nu. 3. de leg.
2. Iaſ. in l. filiæ dotem. nu. 3. C. de collat. Salic.
poſt Fulg. in l. filia. nom. 3. C. de legat. Deinde
teſtator hic qui legauit, nõ eſt neceſſarius, ſed
7 uolontarius debitor: imò † ne debitor quidẽ,
quamdiu uiuit. Ergo donando idem aut ſimi-
le inter uiuos, non debet uideri legatum aut
ademiſſe, aut trãſtuliſſe: per ea quæ tradunt
Iaſ. in auth. præterea. num. 20. & 21. cum ſeq.
C. de collat. & in d. l. filia, circa finem, C. de leg.
in d. l. huiuſmodi. §. cùm pater. num. 12. ubi e-
tiam Imol. de legat. 1. & in d. l. Lucius de leg. 2.
Poſtremò ut maximè hoc iuris nõ obtineret,
tamẽ in præſenti ideo uidetur ita ſtatuẽdum,
quòd in teſtamento adiecta ſit clauſula, ſcili-
cet Saluo reliquo iure mulieris: item, Saluis
reliquis omnibus, quæ ipſe teſtator uxori reli-
cturus eſſet: ergo, &c. Sed his non obſtãtibus
contrarium apparet ſtatuendum. Palàm eſt
enim, hos 1000 flor. legatos in emptionẽ cer-
tæ domus uxori præbendę: & ſic quantitas re
8 licta eſt reſpectu certæ † ſpeciei, ſeu generis per
ſpeciem declarandæ, ut cùm decem relinquũ-
tur pro dote, uel pro homine, quod genus le-
gati non eſt quantitas ſimpliciter, ſed reſpe-
ctu ſpeciei debetur, ut in eam cauſam imputa-
tur, ac pro ſpecie habetur, l. cùm ſcriptum. ubi
Bart. ff. de dot. præleg. §. ſed ſi uxori. in fin. Inſt.
de legat. utpote quod pro ipſa ſpecie debeat,

d.l.Lucius Titius.in uerb. militiam ſiue pecu-
niam,quæcunq; redigi, &c.de legat. 2.Iam certi
9 iuris eſt,quando † id quod relictum eſt titulo
legati, ſoluit teſtator inter uiuos, tum extin-
gui legatum,l.filia.11.C.de legat.ubi Bald.Sa-
lic.Caſtrenſ.Iaſ.& communiter Doctores,& o-
ptimus textus in l. Lucius Titius. 22.ff. de le-
gat.l.4.de manum.teſtamen.l.Titia.§.qui in-
uita. de legat.2.l.1.§.adeò. de dot.prælegat.l.ſi
cùm dotem.§.ſi pater. ſol. matrim. qui ad hoc
quotidie allegatur,Bart.num.2.& 3.poſt gl.fi.
in l.legatum.de legat.2.Iaſ.in l. filiæ.num.3.C.
de collat. Dedit autem hic emptam domum
inter uiuos maritus. Ergo uidetur legati cau-
ſam præueniſſe, & conſequenter legatum ſub
latam eſſe: præſertim cùm plus fuerit in hac
donatione prædij,quàm in legato domus, &
ſic uniuerſitas & dignior titulus trahat ad ſe,
& includat in ſe ſpeciem in eandem cauſam re
lictam, ac titulū ſingularē & minus dignum.
Bart.in d.l.Lucius.in fi.Iaſ.in l. filiæ.num.3.C.
10 de collat. & quoniam † de una ſpecie in utroq;
actum eſt,nēpe de domo ſeu prædio uno mu-
lieri emēdo, quod natura ſua non recipit du-
plicationem:& ideo ubi ſemel præſtatur, non
amplius debetur, etiamſi ſæpius à teſtatore ſit
relictum,l.planè.§.ſi eadem.ubi Iaſ.num. 6. &
12.de legat.1.& traditur communiter à Bart.&
communiter Dd.in d.l.Lucius.de legat.2.l.hu
iuſmodi.§.cùm pater.de legat.1.Nec hic diſpu
tari opus eſt,utrùm hæc datio pro iure & titu-
lo legati haberi debeat,an ꝑ donatione:quã-
quam uerius ſit donationem eſſe inter uiuos,
cùm non expreſſerit teſtator ſe tradidiſſe pro
legato,aut in donationem cauſa mortis,Caſt.
poſt Bart.in d.l.Lucius Titius.num.4.Bart.in
l.legatum.nu.3.de leg.2.Salic.in l.filię.num.3.
C. de collat. ex quo ſemper pura præſumitur
eſſe donatio,l.Seia.42.l. ubi.22.de don.cauſ.
mort.gl.& Dd.l.quæ dotis.34.ſol. matr. fac.§.
omnis.Inſtit.de uerb.oblig.Sed quia illa inter
coniuges non cōſtat, ideo dicamus morte do
nantis eſſe confirmatam, l. donationes. C. de
donat.int.uir.& uxor.Nec obſtat eo caſu,quod
hæc donatio ualere poteſt in uim tantùm ulti
mæ uoluntatis,l.quinquaginta.de probat.cū
alijs iuribus ſuprà allegatis, quæ accipienda
ſunt de diuerſis quantitatibus, uel rebus lega
tis:hic autem conſtat de una eademq; re,putà
domo,in utroq; relicto actum eſſe:mille enim
aurei ad emendam aliquam uxori domum le
gati ſunt: at illa poſtea inter uiuos empta eſt,
& ſic legatum ſolutum. Nec officit, quòd do-
mus hæc empta ſit uniuerſitas quædā prædij,
& longè precioſior illo legato: imò uerò tan-
tò magis & cumulatiùs cōpenſatum eſſe lega
tum, interpretandum eſt, ut multo minus æ-
quū ſit hæredes duplici pręſtatione hic graua
ri: denique cum ſemper hic conſtet cauſam le
gati,quæ erat emptio domus,ſolutam eſſe:exi
ſtimandum eſt legatum eſſe legatum, iuxta

regulam: Ceſſante cauſa ceſſat effectus, Tira-
quell.tractat.ceſſante cauſa: quemadmodum
11 in ſimili, cùm † aliquid pro dote legatum eſt,
ſi poſtea dos inter uiuos ſoluatur, ſiue hoc
ipſum,ſiue aliud,aut melius,aut deterius,do-
tis tamen nomine inter uiuos ſolutum ſit, cō-
ſtat dotem extingui, utpote cauſa dotis diſ-
ſoluta, d. l. 1. §. 1. de dote prælegat.d.l.filia.C.
de legat.cum alijs ſuprà adductis, etiamſi a-
liàs dos & legatum, ut ſeparata,ſimul debean
tur, l. unic. §. primùm. C. de rei uxor. action.
12 Quod † autem obiectum eſt, non poſſe uide-
ri inter uiuos legatum ſolui,cùm illud nondū
debeatur, facilem habet ſolutionem. Non e-
nim datur, ut impleatur legatum, ſed ut im-
pleatur & ſoluatur cauſa legati:ut rectè reſpō-
det Salic.in d.l.filia.nu. 3. in fin. ſeu,ut Caſtr.
ait in d.l.Lucius.num. 3. præſumitur donans
uoluiſſe hæredē pręuenire in exequēdo ſuam
uoluntatem,ne hæres remaneat obligatus, &
ſic pro executione legati dediſſe: unde ſemel
cùm ſolutio facta ſit, non eſt amplius exigen-
da,l.bona fides non patitur.de reg.iur.Quare
13 † nō opus eſt hic ulla diſtinctione inter u[illegible]-
tarium debitorem, & eum, qui ex neceſſitate
legis debet, de quo aliàs diſputatur in uicina
materia, nempe cùm filiæ dos debetur,& ali-
quid præterea à patre relictum eſt, Dd. in d. l.
filia.Iaſ.in authen.præterea. in fin.C.unde uir
& uxor, d.l. unic.§ primum. C. de rei ux. act.
quia totum hoc alienum eſt à noſtra materia,
& Dd. fatētur aliud eſſe in dote & relictis à ma
rito uxori, quàm in ijs, quæ à patre filiæ, per l.
unic.§.ſciendum.C.de rei ux.act.& hic non de
dote, aut ullo debito,ſed de duobus uolunta
rijs relictis ſit quæſtio,ideo ut impertinens iu-
re hoc totum prætéritur. Non obſtat etiam,
quòd hic clauſula legato adiecta ſit, Saluis re
liquis iuribus & relictis:nā primùm hæc clau
ſula non huic legato,ſed legato ſeu inſtitutio-
ni uſusfructus adiecta eſt: deinde eam accipiē
dam eſſe de diuerſis relictis, non uerò de ijs,
quę in eandem cauſam & rē, uelut ad domū
emendam,relinquūtur,manifeſtum eſt & pa-
tet cùm ex pręſumptione iuris,de qua antè di
ctum eſt,tum ex uerbis ipſius clauſulæ, *Andere gerechtigkeit,vñ weiter vermachen wirdt,&c.* Qua-
re his omnibus non obſtātibus cōcludendū
14 eſt, cùm † in hac donatione inter uiuos facta
inſit,& impleta ſit cauſa legati, nō eſſe duplici
præſtatione grauādos hæredes, ſed ſufficere,
ſi uel ex donatione hoc relictum uxori relin-
quant: aut ſi eam impugnare uelint, ut ex le-
gato præſtent, quorum alterutro mulier con-
tenta eſſe debet, niſi ſcilicet probare poſſet a-
liam fuiſſe defuncti uoluntatem, nimirum quod
uoluiſſet utrumq; illi præſtari, nec alterum in
altero imputari: quo caſu ſtandum eſſet uo-
luntati defuncti, & utrumq; deberet, per text.
in d.l.Lucius.de legat.2.& alia iura de hac ma
teria loquentia, quæ ſemper hunc caſum con
traria

trariæ uoluntatis excipiunt. Et tantùm de pri-
mo quæſtionis huius dubio. Quod ad alte-
rum dubium attinet, præſupponendum eſt,
mulieri uſumfructum duarum partium in re-
bus hæreditarijs ſeu dodrantis iure non tam
legati, quàm inſtitutionis relictum eſſe: quod
& teſtamenti uerba oſtendunt. Nam cùm te-
ſtatoris uxori beſsis hæreditarij, matri uerò
trientis uſusfructus ſit relictus, atque ita uni-
uerſitas omnium bonorum, ut fieri poteſt, l.
1 C. de uſufruc. neutrum relictum ualeret, nec
exitum inuenire uolũtas poſſet, ſi diceremus
iure tantùm legati illud ualere: uſusfructus e-
nim dies cedit tantùm ab adita hæreditate, l.
unic. § liberiatibus uerſic. excepto. C. de cad.
toll. Adiri autem hic hæreditas ab inſtitutis
poſt mortem demum illarũ proprietarijs hæ-
redibus, puta fratribus & ſororibus, non po-
teſt, quamdiu uſufructuariæ uiuunt, quia nec-
dum hæredes inſtituti ſunt, cùm conditio diei
incertæ necdum aduenerit: quod etſi contro-
uerti poteſt, tamen ſaltem tempore teſtamen-
ti quo mater adhuc ſuperſtes erat, adiri non
poterat, Angel. §. hæres. num 4. Inſtit. de hæ-
red. inſtit. Alexand. & Salic. in l. extraneus. C.
de teſtamen. Bartol. & Dd. l. codicilli. § fin. de
15 leg. 2. Quare † ut ualeat, potiùs inſtitutionis
titulo relictus talis uniuerſalis uſusfructus ui-
deri debet, quàm legati, ut multis firmat Ale-
xand. conſil. 50. in cauſa. num. 1. & 2. uol. 7. &
faciunt tradita à Panorm. conſil 4. in quæſtio
ne. uol. 2 per totum: maximè cùm hic uſus ſit
teſtator uerbis directis, & illas in uſufructu
diſertè inſtituerit, uelut in hæreditatis parte,
(ut poteſt, §. hæreditas. cum ſeq. Inſtit. de hær.
inſtit. etiam in re certa, l. quoties. 13. C. eo. tit.)
cuius hæreditatis, uelut dominij, §. fin. Inſt. de
hæred. qualit. pars eſt uſusfructus, l. 4. de uſu-
fruct. ut copioſè diximus ſuprà conſil. 1. circa
finẽ, in qua uideri poſſunt inſtitutę purè con-
iunx & mater, ut fieri poteſt, § hæres. Inſtit. de
hæred. inſtit. reliqui uerò cohæredes poſt mor
tem inſtituti ex die & conditionaliter, ut iti-
dem fieri poteſt, d. §. hæres. tot. tit. de hæred. in
ſtit. poſt mortem ſcilicet, l. an tempus. de iur.
inſtit. qui dies pro conditione eſt, l. 1. in fin. &
paſsim, de cond. & dem. Bald. l. antiquitatis.
12. num. 2. 3. C. de uſufruct. glo. d. §. hæres cum
ibi alleg. Hoc igitur præſuppoſito, uideri po-
terat mulierem ſuper & præter hunc uſumfru
ctum hoc prædium & emptũ & donatum ha-
bere oportere: cum enim uſumfructũ habeat
iure inſtitutionis, ut modò dictum eſt, domũ
autem illam ſeu prædium acceperit iure aut
donatiõis inter uiuos aut relicti & legati, ſeu,
quod perinde eſt, donationis morte confir-
16 matæ, prout ſuprà dictum eſt, non † debet do-
natio inter uiuos celebrata, aut prælegatum,
uel donatio cauſa mortis facta, in aliam cau-
ſam & portiones hæreditarias imputari. Hæc
enim omnia præcipua hęres, cui prælegatum,
uel donatum eſt, habere debet, l. Pomponius.
8. l. ſi ita legatum. 48. ff. famil. herciſc. cum ſi-
mil. Et hoc probant ipſa uerba teſtamẽti, qui-
bus diſertè relinquitur uſusfructus dodran-
tis in rebus hæreditarijs & hæredis: hæredi-
tas autẽ nulla cùm ſit uiuentis, ſed poſt mor-
tem demum eſſe intelligatur, l. 1. de hæred. uel
act. uend. l. qui ſuperſtitis. de acquir. hæred. i-
deo in eam non poſſunt cõputari donata in-
ter uiuos, aut morte confirmata: & quamuis
computarentur iſto caſu propter l. in dona-
tionibus. C. ad l. Falcid. iun. l. donationes. ubi
Cyn. hoc notat, C. de donat. inter uir. & uxo. ta
men hic, ut prælegatum, hæres præcipuè uxo-
ri deberẽtur, ex d. l. quinquaginta. de probat.
nec in cauſam hęreditariam uſusfructus, quẽ,
ut paulo antè oſtenſum eſt, iure inſtitutionis
accipit, computari deberet, d. l. Pomponius.
d. l. ſi ita legatum. ff. famil. herciſc. & hoc mihi
17 dubium habere nullum uidetur, quod † ad
ipſum prædium emptum attinet. Eſt enim li-
citè & nullo prohibente iure emptum ab u-
troque coniuge, d. l. cùm propria. l. nullum.
C. ſi quis alt. uel ſibi: & cùm ipſi ſoli mulieri
traditum illud ſit atque inueſtitum, ipſa quo-
que ſola domina eſt effecta, d. l. etſi. C. de do-
nat. int. uir. & uxor. ſed in precio, quod mari-
tus ſolus dediſſe ſcribitur in inſtrumento, (cui
meritò credendum eſt, l. cùm precibus. 18. C.
de probat.) tota iacet difficultas, ac cardo to-
tius huius quæſtionis uertitur. Dici enim ali-
18 ter nequit, quin † reſpectu huius precij ſit hic
donatio inter uirum & uxorem celebrata. Vir
enim precium empti prædij ſoluit, & rem em-
ptam mulieri tradi curauit. Donauit ergo pre
cium uxori. Quid enim intereſt, utrùm mulie
ri precium donet, an pro ea ſatisfaciat uẽdito
ri: ut dicit Iuriſconſ. in l. quod autem. §. ſi uxor
rem emerit. l. ſi cùm mulier. ff. de donat. inter
uir. & uxor. & conſequenter talis donatio, ut-
pote inter coniuges prohibita, non ualet, tot.
tit. ff. & C. de donat. inter uirum & uxor. & ita
ſunt textus expreſsi in d. l. quod autem. §. ſi u-
xor. d. l. ſi cùm mulier. d. l. etſi. C. eodem tit. gl.
in d. l. multum. uerb. numeraſti. C. ſi quis alte-
19 ri uel ſibi. Ex quo etiam ſequitur, cùm † talis
precij donatio non ualeat, illud repeti ab u-
xore poſſe tam conſtante matrimonio, quàm
diſſoluto, d. l. etſi. d. l. cùm mulier. idq; eo ma-
ximè in præſente caſu, quia hoc precium ſupe-
rat longè quingentos aureos: cùm ſit 4400.
20 flor. ut † etiam aliàs abſque inſinuatione niſi
ad aureos 500. ualere nõ potuerit, l. lata l. ſan-
cimus. l. pen. C. de donat. §. aliæ inſt. eod. Con
21 ſtat † autẽ eiuſmodi donationes, quæ nõ ſunt
actis inſinoatæ, non confirmari inter cõiuges,
ne morte quidem, l. donationes. ubi Bal. Sal.
& cõmuniter. Dd. C. de donat. int. uir. & uxor.
niſi fortè uſq; ad quantitatẽ 500. flor. d. l. pen.
C. de donat. De quo licet dubitet Salic. in d. l.
donationes. nu. 3. tñ hæc ſentẽtia uerior eſt ex
d. l. penult. C. de donat. & ſecundum eam me-
mini aliquoties eſſe iudicatũ. In præſente au-
tem

tem caſu ſimplex ſubeſt huius precij donatio,
prout patet ex prȩallegatis iuribus & ipſa pre
cij ſolutione per maritum facta: & nulla inſi-
nuatio ſubſecuta eſt, cùm ne quidem de ulla
donatione inter partes, uel in inſtrumento ſit
actum, ſed tantùm uenditio celebrata, & pre-
cium à uiro numeratum, & inueſtitura nihilo
22 minus uxori facta. Quanquam † autē in in-
ueſtituris, ut cōſtet actus inter dominum in-
ueſtientem & uaſallum inueſtitum, non requi
ritur inſinuatio, etiam ſi beneficium quingen-
tos aureos ſuperet, Bald. in c. peruenit. 3. num.
4. de iureiur. Tiraq. in rep. l. ſi unqoam. uerb.
donatione mihi. num. 275. C. de reuoc. donat.
tamen hoc nullum hic momētum affert: non
enim illo reſpectu hic ſubeſt donatio, quippe
cùm dominus inueſtiens ſit uenditor: ſed re-
ſpectu mariti, qui pro re uxori tradita ſoluens
precium intelligitur hic donaſſe inter uiuos,
23 per iura ſuprà alleg. Talis † autē donatio nec
ualet, ut inter coniuges prohibita: nec morte
confirmata eſt, ut pote non inſinuata actis, &
carens ſolennitate debita, ut morte confirma-
ri nō potuerit, cùm mors aut uoluntas donā-
tis defectum ſolennitatis publicȩ ſupplere nō
poſsit, per d. l. donationes. ubi gloſſ. ad uerb.
confirmari. quam ſequitur ibi Salic. dicens
hanc donationem duobus deſtitui adminicu
lis, tam ratione perſonæ, quàm ratione rei. Se-
quens igitur eſt, manſiſſe hoc precium in bo-
nis mariti, & adhuc in eius hæreditate reperi-
ri, ita ut repeti, & à marito, & nunc ab eius hæ-
redibus poſsit, d. l. etſi. d. l. ſi cùm mulier. Quā
obrem ex ſuprà dictis omnibus concluden-
dum uidetur, mulierem quidem huius prædij
pleno eſſe iure dominam, nec quicquam in-
de cuiquam debere, cùm emptio conſtiterit, &
uxor per inueſtituram ac traditionem ſibi fa-
ctam dominium acquiſierit: ſed tamen quic-
qd in hoc precio ſuperat quingentos aureos,
24 (nam † hactenus morte confirmatam eſſe do
nationem uerius eſt & æquius, d. l. penult. C.
de donat.) quorum aureorum æſtimatio ad
quingentos Hungaricos ex notoria conſuetu
dine hodie reducitur, id à muliere in hȩredita
tem mariti reportandum eſſe, & ab ea repeti
poſſe: atq; ita in hanc pecuniam ipſi tantum
uſumfructum pro beſſe, uelut in reliqois hærē
ditarijs rebus deberi, qoantum quidem ad
hanc donationem attinet. Sed quia mille in-
ſuper floreni pro domo mulieri ſunt legati in
taſtamento mariti, ut in primo dubio ſuprà
expoſitum eſt, qui mille floreni proculdubio
omnino debentur, ut prælegatum, niſi probē
tur eſſe ſoluti: ideo, prout ſuprà oſtenſum eſt,
de precio illo poterit mulier ſupra quingen-
tos aureos (quos ui donationis morte confir-
matæ retinet) etiam mille florenos nomine il-
lius legati retinere: cùm illos alioqui ex lega-
to petere poſſet, & hæredes illi præſtare debe-
rent. Faciliùs autem datur retentio, quàm a-
ctio, l. in fundo. l. ſit autem. de rei uēd. l. utiles.
l. planē. de petit. hæred. ſicut exceptio prom-
ptiùs, qoàm actio, l. 1. in fin. de ſuper. atque ita
computatis ac deductis 500. Hungaricis no-
mine donationis, deinde 1000. flor. nomine
legati, bonam huius precij partem mulier ni-
bilominus eſt retētura, & in reliquo uſumfru-
ctum dodrantis habitura. Quanquam fateor
errore iuris hic enormiter eam eſſe læſam, pro
pterea quòd non ſit opera data, ut huius pre-
cij longè quingentos aureos excedentis do-
natio, ſicut uerē donare maritus illud uoluit,
aut actis ſtatim inſinuaretur, quod fieri de-
buerat, aut in teſtamento ſaltem diſertis uer-
25 bis repeteretur. Nec † enim ſufficit illa genera-
lis clauſula: Saluis reliquis relictis, cùm ſpecia
li confirmatione hic ſit opus, d. l. donationes.
in fin. C. de donat. inter uir. & uxor. Et tantùm
de utroq; dubio primæ quæſtionis. Qood ad
ſecundum quæſitum attinet, in confeſſo eſt,
mulierem hic 1300. flor. dotis nomine ad ma-
ritum attuliſſe, & mora nobilium pro ea do-
nationem propter nuptias ſeu ſponſalinam
largitatem aſsignatā à marito eſſe. Poſtea ue-
rò ex materna hæreditate adhuc ad 2000. flo.
mulieri obueniſſe, quos uir recepit, & in ſuam
rem conuertit. Hic autem maritus in memora
to teſtamento uxori pro d. dotalitio iſto ſeu
ſponſalitia largitate prætactum uſumfructū
beſsis hæreditarij expreſsim reliquit, ita ut ſi
uſufructu frui mulier uelit, ſicut facere inten-
dit, non poſsit nec dotem ſuam petere, ut po-
26 te † mariti bonis iure dotalitij incorporatam,
præſertim de cōſuetudine Saxonica inter no-
biles uſitata, de quo gloſſa additionalis art.
31. lib. 1. in fin. per notat. Angel. in authen. de
æqua dot. & per text. art. 32. lib. 1. & prouinc.
conſtit. 42. parte 3. nec nomine dotis ſuæ im-
portatæ ullum dotalitium, uel ſponſalitiam
largitatem, aut aliud quid poſtulare, ut pote
uſufructu dodrantis, qui in huius compenſa-
tionem à marito relictus eſt, acceptaro, con-
ſtit. 31. parte 3. Quæritur igitur, an reliqua illa
bona 2000. flor. ex hæreditate materna poſt
erectū dotalitium acquiſita, nihilo minus re-
petere hic uxor poſsit: & uideri poterat pri-
mo intuitu repetere non poſſe. Nam ſicut a-
liâs acceſſorium ſequitur principale, ita au-
gmentum dotis ſequitur dotem: & quod iudi
catur de dote, idem de augmento, authen. æ-
qualitas C. de pac. conuen. Conſtat autem do
tem etiam conſtante matrimonio augeri poſ-
ſe, §. eſt & aliud. Inſt. de donat. & pro dotis au-
gmento moribus habetur, quicquid poſtea
conſtante matrimonio bonorum mobilium
uxor acquirit. Nā ea omnia recipit maritus,
præſertim iure Sax. in ſuum dominium & fi-
dem, & proinde acquirit, atq; dotē ipſam: art.
31. lib. 1. cum gloſſ. Vt igitur nomine dotis, ita
etiam pro hoc dotis augmento, dotalitium e-
rigere, ac ſponſalitiam largitatē facere debet,
d. authen. æqualitas. & in authen. de æqualit.
dot. cum ſimil. Quòd ſi porrò in uita maritus
hoc

hoc facere diſtulerit, certiſsimum eſt, quòd iu-
xta conſuetudinem harum regionum mulier
27 importata ſua repetere poſsit, niſi † cōtrà hæ-
redes competentem donationem propter nu
ptias offerant, & eandem ſponſalitiam largi-
tatem uolenti conſtituant, quam maritus de-
mortuus facere debuerat, Schurff. conſil. 51.
dubium. nu. 1. cēt. 3. Zobel. art. 75. Landrecht
lib. 3. nec hoc à iure etiam communi eſt diſſen
taneum, l. ſi ego. §. ſi res. de iure dot. deciſ. Nea-
pol. 385. num. 6. Iacob. in tract. feud. ad uerb.
& cum pacto. num. 35. Imò eſt in electione mu
lieris, utrū ſua illata repetere, an dotalitio con
tenta uelit eſſe, conſt. 44. parte 3. Quare & in
iſto caſu idem obſeruari oportere dicendum
eſt. Sed cùm nulla hic ſponſalitia largitas, uel
dotalitium debeatur mulieri, nec illud hære-
des præſtare cogant, ex eo quòd teſtator ma-
ritus pro omni dotalitio & ſponſalitia largita
te uxori debita, diſertè & expreſsis uerbis do-
drantem uſusfructus hæreditarij illo in teſta-
mento reliquerit, uidetur nihil amplius mu-
lier petere hoc nomine hic poſſe. Cùm enim
hunc uſumfructū acceptauerit & agnouerit d.
28 mulier, cogitur † etiam ratam habere uolun-
tatem defuncti, nec poteſt deprecari onus &
cauſam à defuncto adiectam, & pro parte eius
diſpoſitionem approbare, pro parte uerò re-
pudiare, ut eſt notiſsimi iuris, l. 2. de acq. hær.
cum ſimil. imò præualet aditio, & repudiatio-
nem excludit, ut ibi gloſſa ad uerb. agnoſcere,
annotat. Quocirca pro dotalitio omni con-
tēta eſſe relicto ſibi uſufructu ex uoluntate te-
ſtatoris mulier hic debet. Et quoniā diximus,
idem iuris eſſe in augmēto dotis, quod in do-
te: bona autē pòſt hic importata pro augmen
to dotis haberi oportere: ideo ſicut nec dotē,
neq; pro dote donationem propter nuptias
erectā petere mulier hic poteſt ob diſpoſitio-
nem teſtatoris, quam ipſa acceptando agno-
uit & ratificauit, ita à parietate rationis & qūo
idē iudiciū eſt de acceſſorio, ꝙ de principali,
inferē nec augmentū hoc dotis, neq; ſponſali-
tiā largitatē eo nomine peti poſſe, ac uidetē i-
pſemet teſtator in teſtamēto, ubi uxori uſum-
fructū nomine dotalitij legauit, uoluiſſe etiā il
lud cōprehendere, quod pro dotis augmēto
erat conſtituendū. Nam paulo pòſt cùm ſub-
ijcit & diſponit, ſi uidua iterum nubat, uelle
ſe, ut tūc uſusfructus finiatur, ſtatim ordinat,
ut illo caſu mulieri nomine dotalitij, *fur jr leib-
geding*, quotannis 500. flor. dentur, qui redi-
tus longè ſuperat compenſationem dotis, ac
ipſum etiam illud augmentum complectitur.
Quare & in priore parte uideri debet teſtator
uſumfructum pro omni dotalitio debito, tam
conſtituto, quàm conſtituēdo reliquiſſe: nam
præcedentia declarantur ex ſequentibus, l. ſi
ſeruus. §. fin. de legat. 1. l. quiſquis. ubi Bart. de
leg. 3. l. quæſitum. §. 1. eod. tit. & dicta in uno ca
pitulo, intelliguntur repetita in alio, maximè
quando eadem ratio ſubſit, l. quemadmodū.
§. hæc uerba. ad l. Aquil. ubi Bart. Bald. Ang. &
l. utrùm. de pet. hær. l. ſi ſeruus plurium. §. fin.
de legat. 1. l. qui filiabus. eo. tit. Deinde ipſum
uerbum dotalitium, *leibgut*, in teſtamento eſt
indefinitè poſitum. Indefinita autem ęquipol
lent uniuerſalibus, Iaſ. l. ſub prætextu. num. 5.
C. de tranſact. & l. ſed etſi. §. quæſitum. num. 33.
ſi quis caut. ideoq; omnia complectuntur, l. 1.
§. cùm urbem. de off. præf. urb. Crauet. conſi. 3.
num. 1. conſil. 131. nu. 5. ex regula: Qui omne
dicit, nihil excludit, l. Iulianus. de legat. 3. cùm
ſimil. Hæc etſi ſpecioſa ſunt, tamen contrà ſta-
29 tui uidetur æquius, ut † etiam plenius uolun-
tatem defuncti uolentis coniugem ob bene-
merita honorare interpretemur, iuxta c. dile-
cti. de don. & in re dubia ꝓ dote ac in illius fa-
uorem reſpōdeatur, l. in ambiguis. 86. de reg.
iur. l. in ambiguis. de iur. dot. Nam in primis
hic conſiderandum eſt, cùm futurorum euen-
tuum non ſit determinata ueritas, ideo ea o-
mnia, quæ in euentu incerto ſunt poſita, non
conſiderari, l. 1. l. de fideicōmiſſo. C. de trāſact.
Crauet. conſil. 142. num. 8. nec ex his actus ul-
los æſtimari, ante quàm fiant, l. ſed an ultro. §.
1. de neg. geſt. cum ſimil. Hic autem tempore
teſtamenti tantum fuit dotalitium conſtitutū
mulieri pro dote: quid porrò de importatis
futurum eſſet, & an pro illis dotalitiū aliquan
do deberi poſſet, prorſus tunc erat incertum.
Potuit enim mulier mori ante maritum: quo
caſu maritus iſta, uelut mobilia, iure Saxo-
num lucratus fuiſſet, nec quicquam debere-
tur: & caſu poſito, quòd maritus antè morere
tur, quod ipſum tum temporis ignorabatur,
rurſus incertum fuit, an dotalitium hoc no-
mine erigendum eſſet: quando potuerint im-
portata peti ac reddi, atq; ita nullo nouo do-
talitio hæreditas onerari. Cùm igitur nullum
dotalitium, nec re nec ſpe tempore teſtamenti
extiterit reſpectu horum importatorum bo-
norum, non eſt dicēdum, teſtatorem illis uer-
bis, *an ſtadt jhres leibguts*, complecti uoluiſſe id
quod non eſſet in rerum natura, & an futurū
eſſet, tempore teſtamenti ignorabatur. Ver-
30 ba † enim cum effectu accipienda ſunt de a-
ctibus ualidis, præteritis & præſentibus, non
de futuris, incertis & contingētibus, l. 1. §. hæc
autem uerba. quod quiſq. iur. l. 4. §. cōdemna-
tum. de re iudic. & quod nullum eſt, nullum
parere debet effectum, l. 5. C. de legib. nec me-
retur nomen actus: imò non debet actus no-
mine appellari, aut comprehendi, quod non
eſt, aut nullū eſt, ut eleganter conſoluit Socin.
conſil. 115. uidebatur. num. 11. uol. 4. per l. ult.
C. de ſent. ex breui. ſeu (ut rectiùs legatur) peri
culo (quod ſcripturæ genus eſt) recit. cle. paſto
ralis. de ſent. & re iud. atq; alia iura, quæ alleg.
Quapropter ut ſententia dici non poteſt, id
quod non eſt, aut quod nullum eſt, etiamſi
poſſet aliquando, putà in iudicio appella-
tionis, fieri & eſſe ſententia, l. 4. §. condemna-
tum. de re iud. nec actus nomē meretur, quod
nihil

nihil, aut nullum eſt, l. 3. C. de ſer. quamuis ad
actũ peruenire aliquando poſsit, Soc. præall.
loc. ita non eſt putandum teſtatorẽ uerbo Do
talitij, complexum fuiſſe futurum aliquod in-
certum, & quod tunc temporis nec re, nec ſpe
extaret, ſed potiùs illo uerbo comprehendiſſe
dotalitium tum temporis uerè & realiter con-
ſtitutum, nempe ad rationem dotis initio im-
31 portatæ. Et cùm † non appareat alia uolun-
tas, ſtandum eſt uerbis in propria ſua ſignifi-
catione ſumptis, l. ille aut ille. de legat. 3. l. ſi as
ſij. de uſufruc. leg. l. Labeo. de ſupel. legat. Pro-
bauimus etiam ſuperiore cõſ. 25. quæ poſt do
tem ac dotalitium mulier acquirit, in eam cau
ſam abſq; nouo pacto non uenire: limitata e-
nim cauſa limitatum producit effectum, l. in
agris. de acq. don. Imò ſi rectè attendere uolu-
mus, etiam ex circumſtantijs hic conijcitur, te
ſtatorem appellatione dotalitij noluiſſe com-
plecti id, quod nomine pòſt importatorũ de-
bebatur. Nam ea in parte, ubi in cõditionem
futurarum uxoris nuptiarum uſumfructum
reuocat, ſicut poteſt, iuxta auth. cui relictum.
C. de indic. uid. tol. & ad dotalitiũ conſtituen-
dum redit, proculdubio etiam illo caſu, & in
illum euentum uoluit uxori de meliore dota-
litio prouidere, quàm initiò conſtituerat: alio
32 qui † non ualeret eiuſmodi cõſtitutum, ſeu le-
gatum, niſi in eo plus eſſet, quàm in dotalitio
debito, §. ex contrario. cum §. ſeq. Inſtit. de le-
gat. Verba autem teſtamenti & legatorum ita
interpretanda ſunt, ut ualeant, non, ut actus
pereat, l. ſi quãdo. de legat. 1. cum ſimil. Et hoc
indicant illa uerba ibi poſita, *daran ſie ſich auch ſol benuegen laſſen, &c.* Vnde facilè intelligitur, te
ſtatorem aliquid ſupra debitum dotalitium
reliquiſſe uxori, quo meritò contenta eſſe de-
beret. At ſi dicatur teſtatorem hic nomine do-
talitij uoluiſſe etiam complecti, quod pro im-
portatis in futurum eſſet debitum, is reperiet
eo facto & admiſſo nõ modò non honoraſſe
in teſtamento augendo dotalitio uxorem, ſed
multo illud magis imminuiſſe, & de debito
dotalitio detraxiſſe, ut nec ualeat iſta ratione
admiſſum hoc legatum, utpute inutile mu-
lieri, & cui minus, quàm debitum legaretur, &
eo mulier contenta eſſe non debuerit, aut po-
tuerit: dos enim fuit 1300. flor. poſtea uerò im
portata 2000. flor. contra quam ſummam ſi-
mul comprehenſam ſi dotalitium iuſtum, &
ex præſcripto nobilium more his in regioni-
bus ſtatuendum ſit, hoc eſt, duplicatum, exi-
bit ſumma 6600. flor. unde ex conſuetudine
dotis 10. pro centum annuatim, iuxta reditus
in dotalitio nobilium uſitatos, mulieri quot-
annis pendi deberent 660. flor. atqui maritus
tantũ 500. flor. annuæ penſionis caſu, quo ad
dotalitium mulier uellet redire, reliquit. Nul-
lo igitur modo admittenda eſt interpretatio,
nempe dotalitij nomine uoluiſſe eum etiam
illud complecti, quod pro pòſt illatis in futu-
tũ deberetur, alioqui inutile conſtituetur hoc
legatum, contra l. ſi quando. de legat. 1. l. quo-
ties. 12. de reb. dub. utpote cùm plus mulieri
debeatur, d. §. ex contrario. Inſt. de legat. Cæte-
roqui pro honore teſtamenti accipiet contu-
meliã, ac uerba teſtamenti, quæ pro ipſa tamẽ
maximè pro dote ac dotalitio (idem enim eſt
utriuſq; fauor, l. aſsiduis. C. qui pot. in pig. cũ
ſimil.) erant interpretanda, l. in ambiguis. 86.
de reg. iur. ſtrictiſsimè & ad iniuriam uxoris
accipientur contra apertiſsimã teſtatoris uo-
luntatem, qui, ut ex multis circumſtantijs te-
ſtamenti, & maximè ex commemoratione ob
ſequij & meritorum uxoris apparet, cõiugem
ſuam in omnibus articulis uoluit honorare,
non grauare, & ei aliquid relinquere, non ue-
rò detrahere. Quæ cùm ita ſe habeant, & ab-
ſurdæ alioqui interpretationes fugiendæ ſint,
dicendum eſt, in pręſenti teſtamento uerbum
Leibgut, accipiẽdum eſſe propriè, & de præſen-
ti, certo ac iam debito, & in eſſe producto do-
talitio, quod nomine dotis pridem erectum
erat & conſtitutum, nec trahi poſſe ad illud
incertum futurum & indeterminatum, quod
tempore teſtamenti, nec ſpe, nec re exiſteret in
rerum natura, contra uoluntatem teſtatoris,
ad manifeſtam legati deluſionem, legatariæ
iniuriam, contra fauorem ultimarum uolun-
tatum ac dotis, item proprietatẽ uerborum.
33 Ex quo iam ſequitur, cùm † in teſtamento ni-
hil ſit diſpoſitum de importatis poſt dotem
fœminæ bonis, illorum etiam ius manere in
diſpoſitione iuris communis, l. fin. C. de pact.
conuent. l. ſi extraneus de condic. cauſ. dat. &
quod mulieri expreſſè ademptum non inue-
nitur, hoc illi ſaluum ſupereſſe: quod enim nõ
mutatur, cur ſtare prohibeatur? l. ſancimus. C.
de teſtam. Cùm autem iure communi hæc im-
portata maritus non lucretur ſtatim à tempo
re coniugij, & ingreſſus thori coniugalis, ut
quidam opinati ſunt, ſed demum poſt mor-
tem uxoris, atq; ita non aliter, quàm ſi ſuper-
ſtes ſit uxori, ſecundum opinionẽ ueriorem,
quæ in praxi communiter ſeruatur, ut notat
gl. art. 31. Landrecht lib. 1. relinquitur quoniã
hic maritus ante uxorẽ mortuus eſt, nullum
ius in his bonis nulli dotalitio incorporatis
acquiſiuiſſe, & per conſequens quod ipſe non
habuit, id ſua cum hæreditate, nec ad ſuos hæ
redes tranſmittere potuiſſe, l. nemo plus iuris
de reg. iur. l. traditio. de acq. rer. dom. eaq; re
mulierẽ hęc ſua importata iure repetere, ue-
lut ad ſe & ſuũ dominium poſt mortẽ mariti
reuerſa, poſſe, l. in rebus. C. de iur. dot. tot. tit.
ff. & C. ſol. matr. l. unic. C. de rei uxor. act. ie-
deoq; hæredes coniugis aut illi reſtituere de
bere hæc importata, de iure, t. t. ff. & C. ſol. mat.
non obſtantibus ijs omnibus, quæ ſuprà in
contrarium ſunt adducta. Non enim obſtat,
quod de augmento dotis dictum eſt: ut enim
dos non nuda cogitatione, ſed pacto & con-
ſenſu conſtituitur, ita in reliquis bonis mulie-
ris pòſt obuenientibus ad dotem adijciendis
non

non ſufficit ſola imaginatio,& propoſitum in
mente retētum, quod nullum parit effectum,
l.ſi repetēdi. C.de condic.ob cauſ.dat. ſed etiā
hic opus eſt pacto, & conſenſu, ſeu contractu,
quo illud augmentum dotis cōſtituatur, ſeu,
ut loquitur text.celebretur,d.auth.æqualitas.
C.de pac.conuent.auth. ſed iam neceſſe. C.de
donat.ant.nupt. Bald.Nou.de dot. part.6. in
14.ſpec.priuil.in fi.per l.ſi conſtante.C.de do-
nat. ant.nup. l.fi. C.de pac.conuen. l ſi ego. §.
dotis.de iure dot.l.cùm inter.§.inter.uerb.ad-
ditamenti cauſa in dotē datum. C.de iur.dot.
Ioannes Campez. in tract. de dote, parte 1. q.
74.75.76. Cùm autem hoc ſit facti,l.conſilio.
de cur. fur. facta autem non præſumātur, niſi
probentur, l.aſſeueratio. C.de non nu.pecun.
certè etiam hîc tale augmentum præſumi non
debet factū, ubi nulla eiuſmodi apparet con-
uentio, Ioan.Campez.præal.loc.& dixi ſuprà
conſil.25. Imò etiamſi aliàs hoc poſſet admit-
ti, tamen iſto caſu hæc importata haudqua-
quam liceret ad dotem referre, aut pro eius
acceſſione habere. Dos enim non manſit in
ſua natura & ſubſtantia, ſed incorporata fuit
bonis mariti, & in illius dominium irreuoca-
biliter tranſiuit conſtituto in eius uicem mu-
lieri dotalitio, glo.final.art.31.lib.1.d.cōſt.42.
part.3. Sed hæc poſtmodum importata nun-
quam eodem modo ſunt per dotalitium do-
minio mariti incorporata. Nō igitur poſſunt
dici acceſſoria huius dotis, cuius naturam nō
ſequuntur, utpote cùm dos eſſe hic per dota-
litium ante quàm iſta pòſt importarētur, de-
ſierit, & naturā ſuam exuerit, & facta ſit pro-
prium mariti patrimonium: quod idē in his
bonis abſque noua alteratione qualitatis, &
cōſtitutione dotalitij noui dici, aut recipi, nec
34 pōteſt, nec debet. Quod † autem obiectum
eſt, maritum iure Sax. omnia recipere mulie-
ris bona, etiam extra dotem obuenientia, in
ſuum ius & adminiſtrationē: hoc intelligen-
35 dum eſt iuxta ius commune, uelut † ſtatuta
omnia interpretanda ſunt, l.2. ubi Bald.& Sa-
lic.C.de uox.act. Panor.in c.1.cauſam.num.6.
de reſcrip. Alexan.conſil.140. uidetur. nu.4.
uol 2.Landt.lib.2.art.40. Vueychb.art.19.ſci-
licet ut durāte matrimonio retineat & admi-
niſtret, illo uerò ſoluto, & præſertim mortuo
ante uxorē marito, ea omnia uxori ſuperſtiti
ſint reſtituēda, tot.tit. ſolut.matr. prout gloſſ.
Germanica & Latina in d.art.31. Landt. lib.1.
copioſiùs interpretatur. Porrò quod dicitur
hæredes poſſe dotalitium offerre, hoc quidē
de conſuetudine in feudalibus receptum eſt,
quando ſcilicet dotalitium in feudis mulieri
pro illata dote eſt conſtituendum: ita tamen
ut ſit fœminæ electio, conſtit.44.parte 3. Sed
quoniam in illis terminis hîc nō ſumus, ideo
cōtradico, indiſtinctè hæc importata, ut quæ
hoc caſu non ſint augmentum dotis, nec feu-
do incorporentur, mulieri reddenda eſſe. Sed
quia ueriſimile eſt, mulierē, ſi tale dotalitium
offeratur, nō recuſaturam, cùm hoc poſſet illi
eſſe utilius ob duplicatas penſiones, quæ ex
talibus dotalitijs præſtantur, ideo diſputare,
præſertim in his temporum anguſtijs, de hac
facti contingentia ſuperſedeo. De acceptatio-
ne autem uſusfructus quod obiectum eſt, ni-
hil obſtat, cùm in teſtamento tantummodò
dotalitium iam cōſtitutum, relicto uſufructu
quaſi compenſatione uberiore fuerit adem-
ptum, prout ſuprà eſt declaratum: ideo hoc
argumētum à ſeparatis ſumptum, nihil con-
cludit, l. Papinianus exuli. de minor. l.ult. de
calum.l.inter.§.ſacramen. de uerb.oblig. cum
ſimil. Multo uerò minus obſtat, quòd dotali-
tium ad 500.flor.reditus in teſtamēto ſit con-
ſtitutum: hoc enim pro hac parte, non contrà
facere ſuprà eſt oſtenſum. Item quòd dotalitij
uerbum in teſtamento ſit indefinitè poſitum:
ut enim hoc concedatur, tamen non poteſt
aliud complecti, quàm quod dotalitij nomi-
ne propriè uenit. Eo autem tantùm uenire &
intelligi conſtitutum & ualidum dotalitium,
non uerò nullum, aut non exiſtens in rerum
natura, paulo antè eſt demonſtratum. Dein-
de indefinita non ſemper æquipollēt uniuer-
ſalibus, l.2. ubi Iaſ.num.20 l. planè. num.2. l.
Gallus.in princ.ubi Iaſ.nu.54.de lib.& poſth.
l.ſtipulatio. §.item ſi in facto. num.5. de uerb.
oblig.l.certum. num.14. C.unde leg.l.1.nu.7.
de reb.cred.& ut maximè æquipollerent, non
tamē plus, quàm quod ex proprio ſignifica-
tu uenit, complecti poſſent. Nam ne quidem
uniuerſalia, quæ tamen potiora ſunt genera-
libus, Bart.l.generali.§.uxori. de uſufruct.leg.
extenduntur ultra quàm ſalua uerborū pro-
prietas patiatur, gloſſa, Bart. Bald. Sal. l. ſub
prætextu ſpecierum. Iaſon l.ſi de certa.nu.5.6.
C.de tranſact.l.qui cū tutoribus.eod.nr. Bart.
l. Aurelius.§.caro.nu.11.de lib.leg. & l. ſed etſi.
§.quæſitum.nu.1.ubi Iaſ. Alexan.& Dd.ſi quis
caut. Quapropter his omnibus non obſtan-
tibus, manet firma ſuperior deciſio, per quā
ſecunda caſus propoſiti quæſtio eſt expedita.
Tertium problema eſt, cùm mulieri, prout ſæ-
pius eſt repetitū, beſsis uſusfructus in hære-
ditate mariti ſit relictus: maritus autē multa
nomina fecerit & crediderit complures pecu-
nias, quarum reditus atq; penſiones omnes
ad terminum & diem Paſchatis ſunt aſsigna-
tæ & ſoluendæ, & ante illam ſolutionis diem
mortuus ſit d. maritus, intendunt hæredes e-
ius, quòd uſufructuariæ non debeatur uſuſ-
fructus, niſi à tempore mortis teſtatoris, & ita
ultimi anni penſiones tantùm pro rata illius
temporis, ex quo mortuus fuit maritus, ſint
uxoris. l.ult. & tot. tit. C. de uſur. & fruct.leg.
36 pro † rata autem ſuperioris reliqui temporis
ad ipſos uelut hæredes pertineant, iuxta l. di-
uortio. cum ibi traditis à Bart. Iaſ.& Dd. ff ſol.
mat. uxor autem contradicit, & ſibi integras
totius ultimi anni penſiones pro dodrāte ſui
uſusfructus deberi intendit: quæritur, ergo

quid iuris? Breuiter non intricādo rem aper-
tam, dicēdum eſt, etſi hac de re diſputari poſ-
ſit in caſu d.l. diuortio. & Landt. art. 58. lib. 2.
& art. 76. 77. lib. 3. & ſimilibus in ſpeciebus,
quando ſcilicet de fructibus poſtremi anni
certant, & cōcurrunt complures, quorum di-
uerſa ſunt iura, & qui alio atq; alio titulo par-
37 tes faciunt: item † & tunc probabilem habe-
ret ea res diſputationem, ſi uxor hîc tantùm
eſſet legataria, & uſumfructū iure legati acci-
peret, l. 1. l. ultim. ubi Dd. C. de uſur. & fruc. leg.
uid. conſil. 13. parte 3. tamen in caſu præſenti
rē extra cōtrouerſiam eſſe, nec dubitari opor-
tere, quin integer penſionum uſusfructus ad
uſufructuariam pro beſſe, ad matrem uerò al-
teram uſufructuariā pro reliquo triente perti-
neat. Non enī accipit, ut legataria, hîc uſum-
fructum, ſed eſt in eo hæres, quamdiu uiuit, &
uenit titulo inſtitutionis, ut nuper eſt decla-
ratum. Itaq; percipit fructus non ut legataria,
ſed ut hæres. Sicut itaq; hæres omne à defun-
cto relictū capit, ſiue ceſſerit, uel uenerit dies,
ſiue nō ceſſerit, uel uenerit, ſiue perceperit de-
functus, ſiue nō perceperit, cùm omne ius de-
functi in illum tranſeat & cōtinuetur, l. hære-
ditas. ubi Dec. de reg. iur. cum ſimil. ita & hîc
d. mulier omne ius defuncti, & fructus tam
pendentes, quàm perceptos, atq; ita etiā pen-
ſiones (quæ ſunt fructus ciuiles, l. ſi nauis. de
rei uend. Iaſ. in d. l. diuortio. nu. 8. 9. cum ſeq.)
accipit iure hæreditario, & uelut hæres, atque
ita indiſtinctè integrè pro ſua parte pēſiones
omnes acquirit, ſiue dies earum uenit, ſiue nō
uenit: maximè cùm reliqui hæredes proprie-
tarij nullum adhuc ius habeant percipiendæ
utilitatis, quādiu uſufructuaria hæres uiuit:
pro quo l. 1. C. de uſufruct. ubi etiam nomina
necdum exacta uiuēte teſtatore, quaſi fructus
necdum percepti, ſed pendentes uſufructua-
riæ bonorum poſt cautionem ſcilicet præſti-
tam, relinquūtur, Bald. & Dd. l. ult. C. de uſur.
& fruct. leg. l. & nō tantùm. 19. cùm leg. ſeq. de
pet. hær. Quartò quæritur, an hæredes pro-
prietarij elocare pecuniam ad penſiones poſ-
ſent eo loci, & apud tales, ubi ipſis placuerit,
dummodo uſufructuariæ ſufficiēter caueant,
quotannis illi penſiones & reditus idoneè ſo-
lutum iri? Ad cuius dilucidationē ſciendum
38 eſt, de † iure proprietarium nō poſſe rem, cu-
ius uſusfructus alienus eſt, immutare, ne qui-
dem faciendo meliorem, l. ult. de uſu & hab.
ſed tamē poſſe curare, ut in tuto ſit, l. ſi ita. 22.
ff. de uſu & hab. Cæterùm cùm legauit teſta-
tor nomen debitoris, omnino inſtrumentum
debitionis legatario tradēdum eſt, quoniam
inſtrumētum & ius quod eo continetur, ſunt
connexa uiſu & intellectu, ut ait Bal. l. inſtru-
menta. 24. num. 5. C. de fideicom. aliàs uerò
manent inſtrumenta penes hæredem, d. l. in-
ſtrumēta. C. de fideicom. Porrò cùm eſt quæ-
39 ſtio inter cohæredes, ubi † tabulæ, inſtrumen-
ta, & aliæ res hæreditariæ deponendæ atq; aſ-
ſeruandæ ſunt, collocari illas oportere apud
eum, qui ex maiore parte hæres eſt, aut in ædē
publicam, l. 4. & 5. ff. fam. herciſ. aut apud ſe-
niorem & digniorem, l. ult. de fid. inſtr. nō ta-
men ad horū aliquod hæredes præciſè & ne-
ceſſariò conſtringuntur, ut probat Schurff.
conſil. 50. uiſis. num. 15. centur. 1. quia text. in
d. l. 4. loquitur alternatim ac permiſsiuè. In
præſente autem caſu uidua eſt hæres in beſſe,
quo ad uſumfructum: propinqui uerò ſunt
hæredes, quo ad proprietatem, quæ perpetua
eſt, & potior uſufructu, ut qui tantùm ad uitā
duret, l. ſciendū. cum ibi not. qui ſatiſdar. co-
gan. nec uenit appellatione bonorum ſtabi-
lium, Corn. conſil. 147. omiſſo. num. 2. uol. 4.
Tiraq. de retr. prox. §. 1. glo. 7. nu. 57. propter
incertitudinem, l. ubi autem. §. fundi. ubi Bar.
& Dd. de uerb. oblig. l. 5. l. ambiguitatem. 12.
C. de uſufruc. unde & minoris æſtimatur, An-
gel. §. ſi uerò. poſt glo. magnam, in uerb. ea-
rundem. in auth. de nupt. Bart. l. ſi quis in tan-
tam. in fin. C. unde ui, l. 1. §. ſi uſusfructus. l. hæ-
reditatum. ubi Alexan. Iaſon & Dd. ad l. Falc.
Vnde & hi hæredes proprietarij pro maiore
parte hæredes eſſe intelliguntur, ut firmat
Schurff. d. conſil. 15. nu. 16. & per conſequens,
horū in poteſtate hoc potiſsimùm debet ui-
deri poſitum, dicta l. 4. Schurff. conſ. 50. uiſis.
per totum: cent. 1. maximè cùm eorum præci-
puè interſit, ut pecuniæ rectè collocentur. Et
hoc etſi dubium eſſet iure ciuili, tamen in te-
ſtamento hîc clarè diſpoſitum eſt, quòd de-
beat eſſe in poteſtate dictorum propinquorū
hæredum, nēpe proprietatis d. pecunias uel
collocare uel tranſportare, cum ſciētia tamen
mulieris, *mit Ihrem vorwiſſen, damit Ihr ahn der
nutzung zur zeit Ihres lebens nichts abgebe.* Ex qui-
bus apertè patet, hanc collocandæ pecuniæ
licentiam permitti à teſtatore hæredibus pro-
prietarijs, cum ſcientia tamen uſufructuariæ
in quod ponderādum eſt, quòd tantùm ſcien-
tiæ & non cōſenſus mentionem teſtator fece-
40 rit. Eſt autem certi iuris, quando † ex diſpo-
ſitione aliqua tantùm reqritur alicuius ſcien-
tia, uel prohibetur actus fieri ſine alicuius ſcien-
tia, quòd tūc nuda & ſimplex cōtractus ſcien-
tia & notificatio ſufficiat, etiamſi is qui ſcire
debet, non cōſentiat, Baldus in l. nemo. nu. 5.
C. de ſenten. & in l. omnium. nu. 9. ac ibidem
Iaſon num. 4. C. de teſtamen. Angel. in §. em-
phyteuſis. 2. in auth. de alie. & emph. per illū
text. qui facit diſcrimē inter cōſenſum & con-
ſcientiam, Felin. in cap. nonne. num. 5. de præ-
ſump. Alexand. Franc. Ripa. in princ. & alij in
l. 2. §. uoluntatem. ſolut. matr. & dicit idem ſin-
gulare (ut certe eſt) Roman. ſingul. 793. ſtatu-
tum dicit, &c. & idē ſequitur, atq; ad hoc plu-
ra allegat Tiraq. in legibus connub. glo. 5. ad
uerb. expreſs. nu. 35. & 36. ad quem breuita-
tis cauſa remitto. Per quam theoricam con-
cludendum eſt in præſenti caſu, hæredes pro-
prietatis poſſe pro lubitu hāc pecuniam col-
locare,

locare, dum tamen de eo ſemper uſufructuariam faciat certiorem, & ita ne uſufructuariæ cauſam ratione loci, uel ſolutionis difficilioris reddant deteriorem, quo nomine meritò cauere debent, ut in l. inſtrumenta. C. de fideicommiſſ. Nec enim iure permiſſum eſt, ut deteriorem faciant uſusfructus cauſam, dicta l. ult. de uſu & hab. de quo dicere nihil pergam, quoniam in teſtamẽto expreſsè hoc cautum eſt in uerbis, *damit jhr ahn der nutzung in zeit jhres lebens nichts abgebe*, &c. ut meritò hoc nomine ſecuram facere uſufructuariam debeant, dicta l. inſtrumenta. C. de fideicommiſſ. l. ſi à ſubſtituto. §. ultim. de legat. 1. l. 1. & tot. titulo, ut legat. nom. caueat. ſicut & idem contrà cauere cogitur, l. 1. l. 4. ubi Dd. C. de uſufruct. l. inter. 20. de dam. infec. Subſequenter uideamus de altera cuiuſdam prædij donatione: quod prædiũ ratione uiduitatis de fructibus comparſis emptum, hæc mulier ſuſceptis exinde in ſecundo matrimonio liberis, poſtea filio primogenito ad ſtudia, ſeu ſtudiorũ eius alendorum cauſa donauit. Donationẽ enim hanc factã à matre filio primogenito ſorores & alij cohæredes iam impugnant, quorum intẽtio his argumentis poteſt confirmari: primùm, quòd probatio donationis deficiat, & ideo ius, l. duo ſunt Titij. de teſt. tutel. Cùm enim ſit contractus, l. antep. §. final. C. de donat. Iaſon in l. cùm mota. nu. 25. de tranſact. & l. qui Romæ. §. Flauius. num. 12. de uerb. oblig. & ea ut facti, l. conſilio. de cur. fur. probatione habet opus, ut reliqua, quæ in facto conſiſtunt, l. aſſeuerano. C. de non num. pecun. l. ſiue. C. de probat. Cæteroqui paria ſunt, nõ eſſe, uel non apparère, l. in lege. de contr. empt. Tantò autẽ magis probationem requirit donatio, l. in extraneos. uerſic. idoneos documentis comprobatur. C. de donatio. quantò minus præſumitur, l. cùm de indebito. de probat. Iaſon poſt alios l. 3. numer. 3. 4. de pact. Bal. l. qualiter. 13. num. 5. C. de non num. pec. per l. Campanus. de oper. lib. Imò qualibet, etiam fatua, cauſa potiùs præſumitur, Bald præall loc. per l. hoc iure. de donat. & dicta l. Campanus. l. ſi cùm aurum. ubi Bart. de ſolut. Bald. l. ultim. C. de dot. prom. l. 1. Cod. ad S.C. Treb. ut quamdiu alia ſubintelligi poteſt, quemadmodum loquitur Tiraq. de retract. proxim. §. 36. gloſſ. 2. num. 59. & in l. ſi unquam. uerb. libertis. num. 48. cum ſequentibus, C. de reuoc. don. etiam in peculium à parente facta conceſsio, l. ſi donatione. ubi Iaſon, C. de collat. Bald. Salic. & Dd. in l. filiæ. 18. Cod. famil. hercij. tamdiu hæc non præſumatur, Iaſon l. 1. §. deniq;. num. 13. ad S.C. Trebel. Tiraquell præall. loco. Secundò, etiãſi facta uerè hic donatio probari poſ-
cuit. in fin. C. de iud. l. in toto. ubi Cag. nu. 3. 4. de regul. iur. Neuizan. conſil. 67. dixit. num. 1. Rolan. à Valle conſil. 1. uiſo. num. 4. lib. 1. Alexan. l. ſed etſi quis. §. quæſijt. numer. 15. qui ſatiſd. cog. Anton. Maran. Corr. in tractat. com. opin. lib. 2. tit. 9. caſu 3. num. 7. 8. Ex conſuetudine tamen Germaniæ non uidetur hæc per omnia locum hodie habere poſſe. Nec enim exiſtimo quenquam ducum expreſsè cum iure collectandi ab Imperio inueſtitum eſſe: & tamen omnes hoc iure abſq; permiſſu Cæſaris liberè in ſuis ditionibus utuntur, quaſi ex quadam regalis feudi prærogatiua, licet in iure aliud ſit regalis dignitas, aliud ius collectandi, Aluar. c. e. nu. 11. de his qui feud. dare poſſ. propterea quòd ius collectandi nulli dignitati conceſſæ cohæreat, ſed ſit de reſeruatis ſupremæ poteſtatis, Bald. num. 6. Aluar. nu. 5. Iſer. nu. 59. in c. 1. quæ ſint regal. Bart. Odofr. Rebuſ. l. 1. C. de ſuperind. Bal. l. cùm nulla. nu. 10. C. de bonis quæ lib. l. pen. nu. 15. C. de excep. rei iud. Pet. de Vbal. tract. collect. in prin. num. 2. 3. Iacob. in inueſt. uerb. cum mero. nu. 16. 18. & uerb. & cum pacto. num. 75. Vnde conceſſa dignitate etiam regali, hoc eſt, quæ à regali munificentia procedit, Aluar. c. 1. num. 1. de feud. marcb. c. 1. num. 2. quis dicatur dux, mar. Cur. tract. feud. parte 1. quæſt. 8. num. 4. Zaſ. tract. feud. parte 5. nu. 1. manet tale ius penes Principem, apud quem initio fuit, Angel. l. 1. num. 2. C. de excuſat. mun. lib. 10. & d. l. 1. C. de ſuperind. eod. lib. & l. hac edictali. §. illicitas. de pace iur. fir. l. de die. §. item nulla poteſtas. de ſtat. & conſ. in extrauag per illos text. l. 2. quam ad hoc notat Salic. C. noua uectig. imp. non poſſe, Iaſ. l. de quibus. num. 45. de le-

28 gib. Atqui † duces Germaniæ cùm recognoſcant ſuperiorem, nempe Cæſarem, tantù pro præſidibus prouinciarum haberi debebant, ſicut & epiſcopi, Iaſ. l. ſtipulationum. 5. num. 10. & Ang. Aretin & Dd. communiter de uerb. oblig. Rom. in rubr. C. qui admit. num. 2. cum ſimilib. & quanquam ſimiles eſſent præfecti prætorio, gloſſ. Bart. l. 1. de off. præfec. prætor. Iaſ. l. ſtipulationum. 5. in princ. nu. 10. de uerb. obligat. uerſic. nam epiſcopi æquiparantur præfectis prætorio. Conſtat tamen ne his quidem eſſe ius collectandi abſq; permiſſu Principis, l. 1. C. de ſuperindic. lib. 10. ubi Rebuff. & Dd. Verùm hæc & conſuetudine aliter habentur, ut dixi, quæ certè in materia collectarum maximè eſt attendenda, l. 1. ubi Rebuff. C. de ſuperind. lib. 10. Et certè ratio diſcrimen oſtendit euidens inter magiſtratus Romanos, qui electione Principibus alienis prouincijs, ut adminiſtratores rei dominicę præficiebantur ad tempus, uel cùm longiſsimè, ad uitam, & inter duces terrarumq; iure hæreditario ſuccedunt, uelut in ſuis dominijs, in quibus ius habent utile reſpectu Cæſaris & Imperij, à quo recognoſcunt: directū autem reſpectu rerum & hominum ſibi ſubiectorum, Gozad. in terminis de Principibus Germaniæ loquēs, conſil. 50. prima. num. 9. cum ſequentib. ex Bald. l. 1. in fin. C. de leg. hæred. Euerar. loc. à tanquā ſeu reſpectiuis, in 29. ampliat. Curt. tract. feud. parte 1. quæſt. 6. parte 2. quæſt. 2. in materia feud. ſecular. Itaq; epiſcopi poſſunt utcunque talibus magiſtratibus comparari, Bartol. Alexan. l. 5. de uerb. obligat. l. epiſcopale. 9. ubi Bald. num. 1. 2. C. de epiſc. aud. Gemin. cap. 1. in fin. de off. ordin. Cag l. conſilij. §. ſocij. num. 8. de regul. iur. Maran. Specul. aureo parte 4. diſtinct. 1. numer. 13. cùm & illi tantùm ad uitam præſint, ut adminiſtratores ex electione, titul. 1. de elect. de his quæ à prælat. Doctores l. præſides. C. de tranſact. in ducibus, præſertim Imperij, uerior uidetur, de conſuetudine ſaltem, Bald. ſententia, nempe quòd aſsimilentur Principi magis in ſuo ducatu, uel comitatu, quàm præſidi, Bald. in l. receptitia. in prin. C. de conſtit. pecun. & l. donationes, quas. in fin. C. de donat. int. uir. Alexand. conſil. 1. ponderatis. numer. 29. uolum. 5. referente Iaſ. d. l. ſtipulationum. numer. 10. de uerb. obligat.

29 & † ideo poſsint in ſuis terris eadē, quæ Imperator in Imperio, Caſtrenſ. conſil. 34. ſuper. in princip. parte 2. Alexand. conſil. 2. uiſis. num. 25. 26. uolum. 1. & d. conſil. 1. ponderatis. numer. 29. 30. 31. Socin. conſil. 66. uiſa. in fin. uolum. 3. Iaſ. conſil. 101. immunitas. numer. 2. uolum. 4. quod de ducibus Germaniæ, qui ab Imperio regalia feuda tenent, expreſsè confirmat Henning. Goden. conſilio 1. de auri & argenti fodin. num. 4. & conſil. 2. in princ. ubi etiam indidem deducit, quod nos quærimus, tales Principes nempe ius regaliorum obtinere, ut ibi per eum. Ex quo ſequitur etiam ius collectandi penes eoſdem eſſe, Afflict. cap. 1. uerb. & bona committentium. num. 21. quæ ſint reg. Pariſ. conſilio 1. uiſa. num. 25. uol. 1. Curt. iunior conſil. 61. habita. numerò 9. Decius conſilio 403. quamuis in caſu. num. 2. 3. Bertrand. conſil. 156. illud. num. 4. uol. 3. Iaſon conſil. 101. immunitas. numer. 2. uolu. 4. Vtrùm autem Comites Imperij reſpectu eorum feudorum, quæ non ab Imperio, ſed inferiore cognoſcunt, collectare ſuo arbitrio poſſunt, magiſ dubitet: præſertim cùm Henning. Goden. d. conſil. 2. de aurifodin. diſputet, an illis expreſsè ab Imperatore concedi regalia poſsint in detrimentum electoris domini ſui, qui ius fodinarum ex bulla Caroli quarti habeat.

CONSILIVM XXVIII.

De hæredum inſtitutione & legatis.

SVMMARIA.

1 ¶ *Teſtatoris mens in inſtitutionibus attendenda.*
2 *Teſtator non præſumitur actum feciſſe fruſtraneum.*
3 *Ordo ſucceſsiuus eſt in ijs, qui neceſſariò inſtituuntur.*
4 *Non neceſſariò heredes inſtituti ſimul admittuntur.*
5 *An pro uno habeantur collectiuo nomine inſtituti.*
6 *Verbum Relinquo, & Diuido, habet uim inſtitutionis.*
7 *Teſtes præſumuntur rogati, quando illud aſſcriptum.*
8 *Hæredis inſtitutio an tacitè fieri poſſit.*
9 *Inſtitutio incertæ perſonæ quando ualeat.*
10 *Sufficit hæredem in conditione poni.*
11 *Vſusfructus uxori legatus nõ reſtringitur ad alimenta, quando liberi non exiſtunt.*
12 *Prohibitio alienationis adiecta uſufructui, non inducit legatum proprietatis.*
13 *Vſusfructus alienari nequit.*
14 *Superflua non uitiant, maximè dubitationis tollendæ cauſa appoſita.*
15 *Fructus ab uſufructuario alienari poſſunt.*
16 *Fructus aliud, quàm uſusfructus.*
17 *Vſusfructus omniũ bonorum alteri relictus, an uitiet hæredis inſtitutionem.*
18 *Vſusfructus à proprietate diſtat, ſicut poſſeſſio.*
19 *Vſusfructus omniũ bonorum legatum ualet.*
20 *Proprietas dignior uſufructu.*
21 *Vſusfructus inſtabilis non uenit appellatione ſtabilium bonorum.*
22 *Legatario decedente ante teſtatorẽ, legatum fit caducum, niſi datus ſit ſubſtitutus, uel coniunctus.*
23 *Teſtes præſumũtur rogati, ſi ſit hoc aſſcriptũ.*
24 *Teſtamentum apud acta rectè fit, etiam extra locum iudicij.*
25 *De legato modali & cautione hoc nominè præſtanda.*
26 *Legatum pecuniæ in parata pecunia, non in penſionibus ſoluendum eſt.*
27 *Cauſa iniuſta non excuſat à pœna ſtatuti, niſi minores & fœminas.*
28 *Inſinuatio ſequi actum poteſt.*
29 *Liberi in uoluntate qualicunq; patris præſertim, agnita conquieſcere debent.*
30 *Vſus legati arbitrio boni uiri, hoc eſt iudicis, definitur.*
31 *Hæres & uniuerſitas ubi forum ſortiantur.*

TESTATOR inſtituit fratrem & eius liberos ſeu filios: quæritur, utrùm ſimul admittantur, an ordine ſucceſsiuo?

DICO † teſtatoris mentem attẽdendam, l. in ambiguo. de reb. dub. Alexan. l. 5. C. de lib. præterit. Bart. l. alimenta. num. 5. de alimen. leg. Dec. conſil. 176. num. 1. conſi. 99. authoritate. num. 7. cum ſimilib. Coraſ. l. cùm uirum. C. de fideicom. & eam interpretationem ſumendam, quæ conſeruet uoluntatem defuncti, ut magis ualeat, quàm pereat, l. quoties. 12. de reb. dub. Nec † enim præſumitur teſtator fruſtraneum actum facere uoluiſſe, l. ſi quando in princip. de legat. 1. præſertim circa inſtitutionem, quæ eſt fundamentum teſtamenti, §. ante. Inſtit. de legat. Itaque ſi alibi nullum uerbum ſine myſterio poſitum uideri debet, Bald. in rubr. C. de contrab. empt. quæſt. 9. Zaſ. conſil. 13. num. 50. uolum. 2. Oldra. conſil. 258. Innocen. Bald. conſil. 343. exa-minanda. in fin. lib. 1. & ubi uerba ſunt clara, ceſſare debent cauillationes aduocatorum, Grauet. conſil. 273. nobilis. num. 7. uerſic. circa. num. 8. quanto minus in hac tota inſtitutionis clauſula? Quorſum autẽ unà cum fratre ſuo inſtituiſſet eius filios ſimul teſtator, niſi uoluiſſet unà ſuccedere, cùm abſque inſtitutione tali ordine ſucceſsiuo patri ſuo ſucceſſuri ſint? l. nam etſi. ubi gloſſ. de inoffic. teſta. Cur hæc tota clauſula minus inducat æqualitatem ſucceſsionis, quàm unicum uerbũ Aeque in l. interdum. nũ. 13. in princip. de hæred.
3 inſtit. Fateor † ordinem ſucceſsiuum ponere Dd. in ijs, qui neceſſariò inſtituuntur, Bartol. & Dd. in l. Gallus. §. quidã rectè. de lib. & poſthum. ut hanc communem facit Couar. in cap. Raynutius. §. 2. num. 4. cum ibi alleg. de teſtamen. Sed ſumus in caſu diuerſo, nempe in collateralibus, in quibus nõ eſt neceſſaria inſtitutio, nullis (ut hic) neceſſarijs perſonis inſtitutis, l. fratres. C. de inoffic. teſtam. l. 1. eod.
4 ubi Dd. Quamobrem † uerius eſt hic omnes inſtitutos, etiam collectiuo nomine uenire ad ſucceſsionem pariter, l. codicillis. §. inſtituto de legat. 2. Iaſ. d. l. Gallus. §. quidam. numer. 18. & 22. Galiau. num. 65. de lib. & poſthum. Angel. conſil. 38. quidam. Socin. conſi. 113. parte 1. ut contra Bar. eſt communis concluſio, teſte Couar. in cap. Raynutius. §. 2. num. 1. 2. de teſtamen. per cap. Rainaldus. cap. Raynutius. de teſtamen. omiſſa exili nimis hic quidem di-

ſtinctione inter nomē liberorum & filiorum,
Clarus de teſtamen. quæſt. 80. incipien. alia.
per totum, ad quem breuitatis cauſa remitto,
ubi num. 2. in 1. concluſ. confirmatur hanc eſ-
ſe communem, contra Bartol. in d. §. quidam
rectè. ubi Iaſ. num. 22. Rub. num. 37. Berous in
cap. Raynutius. num. 82. Alexand. conſil. 129.
num. 7. lib. 5. conſil. 22. num. 8. lib. 3. conſil. 13.
num. 8. lib. 4. Dec. conſil. 95. num. 2. & idem eſ-
ſe, quando uocantur non per copulam Et, ſed
dictionem Cum, ibidem confirmat. num. 6. di-
cēs eſſe communem, ex Iaſ. d. §. quidam rectè.
num. 14. & 30. & ibidem Anton. Rub. Fortun.
Garz. & communiter Dd. Couar. d. cap. Ray-
nutius. l. 2. num. 3. de teſtamen. Magis dubita-
5 ri poteſt, utrùm † filij collectiuo nomine uo-
cati, pro uno tantùm habeantur, & unam tan-
tùm omnes partem capiant, hoc eſt, ſemiſſem,
frater nominatus alterum, an uerò in capita
diuidant æqualiter? Clarus quidem ait pro u-
no haberi collectiuo nomine ſic inſtitutos,
præalleg. loc. num. 7. ex Soc. iun. qui dicit eſſe
communem concluſionem, conſil. 104. num.
25. lib. 1. Sed aduerte: quia loquuntur in ex-
traneis, ut cùm Titius expreſsim & nomina-
tim inſtitutus eſt cum nepotibus Mæuij plu-
ribus, atque ita collectiuè inſtitutus: pro quo
l. interdum ubi Bartol. & Dd. de hæred. inſtit.
l. ſi pater. de uulg. & pupil. l. ſi quis. de uſufruc.
accreſc. l. final. ubi Bald. Salic. Iaſ. Cornæ. C. de
impub. ſubſt. l. planè. in princip. de legat. 1. &
de eadem ſpecie intelligo Couar. d. c. Raynu-
tius. numer. 5. de teſtamen. cùm ait, Titium di-
midiam, & hæredes teſtatoris alteram dimi-
diam accipere. Cæterùm quando plures (ut
hic) ex eadem familia propinqui inſtituūtur,
pariter ſuccedunt etiā collectiuè uocati in ui-
riles, cùm par intelligatur fuiſſe teſtatoris er-
ga omnes affectio, l. Lucius. 95. §. Lucius Ti-
tius. ubi Caſtrenſ. de legat. 2. Iaſ. l. ſi pater. de
uulg. & pupil. maximè quando eadem (ut in
iſto caſu) oratione per copulam ſunt coniun-
cti, l. quidam relegatus. §. fin. de reb. dub. l. in-
terdum. l. liber homo. § Titius. de hęred. inſtit.
l. iam hoc iure. de uulg & pup. Iaſ. in d. l. ſi pa-
ter. Henning. God. conſil. 22. de ſimul. inueſt.
num. 4. & 5. Cætera quæ ex aduerſo afferun-
tur, non mouent: nam ex appoſita clauſula, ut
ualeat teſtamētum omni meliore modo, item
6 ex clauſula codicillari ac ſimilibus hic † inſer-
tis, etiam uerbum Diuido, & Relinquo impor-
tant inſtitutionem, Bald. l. quoties. num. 4. C.
de hæred. inſtit. & l. quoties. C. famil. herciſcū.
ubi ait, non omnem teſtatorem poſſe dicere
Inſtituo. Ideoq́ benignius de inſtitutione hac
interpretandum, quando mens teſtantis ap-
7 paret. Et † quamuis rogati teſtes eſſe debent,
l. hæredes. §. penult. de teſtamen. excepto in te-
ſtamento inter liberos. Cornæ. authent. quod
ſine. numer. 6 C. de teſtamen. Natta l. hac con-
ſultiſsima. § ex imperfecto. numer. 159. C. eod.
tit. ubi omnes Dd. Dec. conſil. 610. num. 2. Si-
giſm. conſil. feud. 8. num. 16. Iaſ. conſil. 68. in
princip. lib. 1. Rub. conſil. 6. num. 5. Clarus de
teſtamen. quæſt. 8. num. 3. de quo hic non agi-
tur: attamen ſufficit in teſtamento poſitum eſ-
ſe, teſtes fuiſſe rogatos, Bauer. §. ult. num. 4.
Inſtit. de teſtamen. Et quando teſtes ſe ſubſcri-
bunt, ſicut hic factum eſt, ex ipſa ſubſcriptiōe
intelliguntur fuiſſe rogati, idem Bauer. præal-
leg. loc. poſt Angel. & Porc. ibi in d. §. ult. per
Bar. l. ſciendum. de uerbor. obligat. Bald. l. hac
8 conſultiſs. C. de teſtam. Et † quanquam hære-
dis inſtitutio fieri debeat nominibus expreſ-
ſis, l. hæredes palàm. de teſtamen. non tacitè, l.
1. §. ſi quis de uerbor. obligat. Socin. iun. l. Gal-
lus. §. inſtituens. num. 39. de lib. & poſthum. &
uerbis directis, uel æquipollentibus, l. his uer-
bis. ubi Bartol. & Dd. de hæred. inſtit. l. diuus.
ubi Bartol. de teſtam. mil. gloſſ. l. ex hoc. §. fin.
eod. tit. Bald l. quoties. num. 6. C. de hæred in-
ſtit. Iaſ. l. quoniam. numer. 2. 3. C. de teſtamen.
gloſſ. & Dd. c. ſi pri. de teſtam. in 6. Alexan. con-
ſil. 70. uiſo. num. 2. uolum. 2. quia tamen inſti-
tutiones ſunt fauorabiles, l. ſi plurib. ubi Iaſ.
num. 7. & l. qui quærtant. nū. 7. l. captatoriæ.
numer. 4. de legat. 1. ideo receptum eſt eas fie-
ri poſſe per omne uerbum, unde mens appa-
reat teſtatoris, Iaſon l. cùm filiofamil. num. 9.
9 de legat. 1. & † inſtitutio etiam incertæ perſonæ
poſt mortem declarandæ ualeat. Iaſ. l. Gallus
§. inſtituens. numer. 4. de lib. & poſthum. ma-
ximè quando incertus ex certo genere cogna-
tionis inſtituitur, Bartol. l. quidam. numer. 3.
& 4. de reb. dub. cuius ſententiam teſtatur Cla-
rus eſſe communem, de teſtame. quæſt. 36. Pa-
riſ. conſil. 3. numer. 12. & 15. lib 3. ac tacitè quo-
10 que fieri queat, ut † quando hæres, non ta-
men neceſſarius (de quo hic non agitur) ta-
tùm eſt in conditione poſitus, Benedict. in c.
Raynutius. uerb. adijciens. num. 22. 23. de te-
ſtamen. quem ſequitur Clarus de teſtame.
quæſt. 35. Alexan. conſil. 108. num. 4. lib. 1. con-
ſil. 109. num. 6. lib. 2. de quo Iaſon numer. 20.
poſt Bartol. in d. l. Gallus. §. inſtituens. & in re-
pet. num. 22. & ibi Solom. numer. 16. 17. 18. So-
cin. iunior. num. 32. 35. Aemyl. Ferr. in eadem
l. Gallus. §. quoniam. num. 1. 4. 8. Thomas Ca-
lan. in rep. l. 1. num. 35. de uulg. & pupil. Illud
11 diſputabilius, quòd † uſusfructus uxori ſit
legatus, qui non reſtringitur ad alimēta, hoc
caſu ſuccedentibus collateralibus, gloſſ. l. 1.
uerb. derogari. & Dd. C. ſi ſecun. nupſ. Bartol.
& alij, l. Titia. §. Titia. de legat. 2. Anton. Gab.
Roman. latè. lib. 5. tit. de uſufruct. concluſ. 3. ſe-
cus ſtantibus & ſuccedentibus liberis, gl. Ba.
præallegat. loc. Bald. Salic. authē. hoc locum
C. ſi ſecun. nupſ. & in l. legem. C. de indic. uid.
tollen. copioſè Anton. Gab. Roman. lib. 5. de
uſufruct. concluſ. 2. num. 1. 2. & per totum. Nec
aſſentior Marco Mantuano exiſtimanti ſi-
12 gul. 652. quando † teſtator prohibuit aliena-
re, uideri nō uſumfructum, ſed proprietatem
legatam, per Angelum l. Proculus. de uſufru.

Non

Non enim debet ea prohibitio ad proprieta-
tem referri, quàm † uſufructuarius alienare
nequit aliàs, l. 2. l. 9. & paſsim, C. de uſufruct.
ſed in ſubiectum, de quo teſtator egit, (uerba
enim ſecundum materiam ſubiectam capien
da, l. in oleo. C. de locat. l. ſi uno. eod. titul. l. 4.
de uſur.) nempe ad uſumfructum, qui iure
alienari in alium, quàm proprietarium, ne-
quit, l. ſi uſusfructus. 61. de iur. dot. l. uſufru-
ctu. 57. §. 1. ſolut. matrim. l. neceſſario. §. ultim.
de peric. & com. rei uendit. Bartol. l. ſi uſusfru-
ctus. numer. 2. de nouat. Tiraquell. de retract.
prox. §. 26. gloſſ. 1. numer. 43. Iaſon l. planè.
§. ſi coniunctim. num. 24. de leg. 1. per l. ſi uſuſ-
fructus mihi in biennium. de uſufruct. leg. ut
ſic intelligatur ſe iuri communi conformaſſe,
Iaſon & Dd. l. nemo. de legat. 1. neque poteſt
† uideri ſuperflua hæc adiectio cõtra l. ſi quã-
do in principio. de legat. 1. quanquam ſuper-
flua in teſtamentis aliàs non nocent, l. teſta-
mentum. C. de teſtamen. ubi Iaſon & Dd. tum
dubitationis tollendæ cauſa appoſita uideri
debeat, l. quæ dubitationis. ubi Dec. Cag. de
regul. iur. Tiraquell. l. ſi unquam. uerb. reuer-
tatur. num. 22. C. de reuocan. donat. ſicut du-
bitari ac diſputari poteſt, num uſusfructus a-
lienari nequeat, ex §. 1. Inſtitut. de uſu & hab.
ubi † id textus permittere uidetur. Vt autem
ex tali adiectione dicatur, quò plus illa opere
tur, interdictam ipſorum fructuum alienatio-
nem, abſurdum fuerit, & contra communem
in d. §. 1. Inſtit. de uſu & hab. ubi Angel. num.
6. Bartol. l. 4. in fin. de nouat. & l. uſufructu.
numer. 2. ſolut. matrim. Tiraquell. de retract.
prox. §. 26. gloſſ. 1. numero 43. Crauet. conſil.
13. numero 2. 3. Curt. parte 4. feud. Iaſon §. i-
tem Seruiana. numer. 115. Inſtitut. de act. Al-
uar. & Feudiſtæ cap. 1. §. denique. quæ fuit pri-
ma cauſ. benef. amitt. cùm non fructus, qui
non res corporales, l. fructus. de rei uendic. l.
1. de abſent. reg. ſed † uſumfructum, hoc eſt,
ius ſeruitutis, ꝓhibuerit teſtator alienari: quę
ſunt diuerſa, Ang. l. hactenus. de uſufruct. ex l.
per ſeruũ. §. uſusfructus de uſu & hab. Vnde
nulla fit illatio ab alio ad aliud, c. fin. de ca-
lum. niſi quando diſpoſitio aliàs non ualeret,
Crauet. conſil. 222. num. 9. Vt igitur maximè
ponamus † omnium bonorum uſumfructũ
hic relictum uxori, non tamen ſequitur, diſpo
ſitionẽ hęredum eſſe nullam, quaſi adire hæ-
redes nõ poſsint durante uſufructu, nec uſuſ-
fructus acquiri uxori, cùm ab adita hæredita-
te demum cedat, l. unic. §. 1. C. de caduc. tollen.
in quo multum ſudant Alexan. Salic. & Dd. l.
extraneum. C. de hæred. inſtituẽ. Angel. §. hæ-
res. numero 4. 5. Inſtit. de hæred. inſtit. Bald. l.
quod pauperibus. q. 14. C. de epiſc. & cler.
nihil enim prohibet, quo minus hæredes adi-
re poſsint ſtatim animo, l. pro hærede. l. gerit.
de acquiren. hæred. & ita acquirere potiſsimã
hæreditatis partem, nempe proprietatem bo-
norum, à † qua tantum diſtat uſusfructus re-
lictus ſeparatim, hoc eſt, formalis, l. rectè dici-
mus. de uerbor. ſignificat. l. cùm filius. §. do-
minus. l. Mæuius. §. feudi. de legat. 2. Iaſ. l. pla-
nè. §. ſi ita. numer. 5. de legat. 1. Caſtrenſ. & Dd.
l. 3. C. de uſufruct. Bartol. & alij, l. 4. eod. quan-
tum diſtat poſſeſsio ab eadem, l. naturaliter. §.
nihil commune. de acquiren. poſſeſſ. nam &
uſusfructus quædam poſſeſsio naturalis eſt,
d. l. naturaliter. in princip. ubi Iaſ. num. 3. Cùm
aũt diuerſa ſibi mutuò non ſint impedimẽto,
l. unic. ubi Dd. C. quan. ciuil. ac. & l. pacta no-
19 uiſsima. C. de pact. ſequitur, nihil † impedire
uſumfructum uniuerſaliter legatũ uxori, quò
minus hæredes adire poſſent, alioqui legatũ
non ualeret, contra l. 1. C. de uſufruct. & tot. tit.
de uſufruct. leg. l. 1. ubi gloſſ. & Dd. C. ſi ſecun.
nupſ. Crauet. conſ. 187. per tot. præſertim cùm
20 † proprietas longè dignior ſit & melior ma-
iorq; uſufructu, l. ſciendum. § poſſeſſor. ubi Ia
ſon num. 3. qui ſatiſd. cog. Angel. §. ſi uerò. per
gloſſ. ibi in authen. de nupt. Bartol. l. ſi quis in
tantam in fin. C. unde ui, l. 1. §. ſi uſusfructus. l.
hæreditatem. in princip. ad l. Falcidiam: cuius
21 † poſſeſsio eſt inſtabilis, Cornæ. conſil. 147. o-
miſſo. numero 2. uolum. 4. nec uenit appella-
tione bonorum ſtabiliũ, Cornæ. ibidem, hoc
eſt immobilium, gloſ. & Dd. l. ſi rem. 47. de ac-
quiren. poſſeſſ. Tiraquell. in retract. prox. §. 1.
gloſſ. 7. numero 57. 58. niſi in fauorabilibus,
l. 3. §. nec uſusfructus. de reb. cor. Vnde quod
maius eſt, nõ debet per minus impediri, l. per
minorem. de iudic. l pen. l. ult. C. de ord. iudi-
cior. ſed potiùs magis dignũ trahere ad ſe mi-
nus dignum, l. eum qui. de uſucap. l. longæ de
diuerſ. præſcrip: c. ſi duo ex tribus. ubi Gemi-
nia. in 3. notab. de offic. delegat. in 6. Panorm.
c. cùm non ſit. in 3. notab. de decim. Tiraquell.
de retract. prox. §. 36. gloſſ. 3. numero 6. & §.
1. gloſſ. 7. num. 81. Afflict. & Dd. cap. 1. de con-
tro. int. maſc. & fœmin. Curtius in tract. feud.
22 parte 2. in princip. Quod † attinet ad legatum
duobus relictum, quorum alter prius quàm
teſtator mortuus ſit, in aperto eſt diem legati
non cedere ante mortem teſtatoris, l. unic. §. 1.
2. §. excepto. C. de cad. tollen. Quod autem ceſ
ſum nõ eſt, nequaquam tranſmitti, l. 3. & paſ-
ſim. quand. dies leg. ced. Alexan. conſil. 50. cir-
ca. nu. 18. uol. 6. proindeq; legatariũ ante de-
cedentem nihil hoc nomine tranſmittere ad
ſuos hæredes, legatumq; in hæreditate mane-
re, quaſi non relictum, l. turpia. l. 1. l. ſi anguſtę.
de legat. 2. Sed hoc ſic accipiendũ eſt, niſi quis
ſubſtitutus aut coniunctus ſit in legato. Nam
ad ſubſtitutum potius quàm cõiunctum per-
tinet, Bar. nu. 33. Iaſ. & Ripa, qui dicunt cõmu-
nem, in l. re coniuncti. de legat. 3. Natta conſil.
306. nu. 2. lib. 2. Bolog. conſi. 66. Menoch. con
ſil. 50. num. 14. huic potius quàm hæredi le-
gatum, ita quaſi caducũ factum redit, l. unic.
§. 1. 2. ubi omnes Doctores, C de caduc. Cùm
autem cõiuncti ſint, quibus ambobus hic u-
na res eſt relicta, Iaſ. l. re coniuncti. numer. 12.

& paſsim, de legat. 3. l. quet, à morte alteri⁹ ſu-
perſtiti totum legatum deberi. In coniunctio-
ne legali fateor eſſe dubium, an ſit locus iuri
accreſcendi, quo ad legatum, ſingularem pro-
pter l. & Proculo. de legat. 2. Menoc. cõſ. 50. n.
10. ex Iaſ. l. re coniuncti. nu. 241. de legat. 3. ſed
nõ eſt caſus noſter. Quòd autem ſolennia te-
ſtamẽti & legatorũ impugnantur, iudico nõ
23 magni eſſe momenti. Fateor † teſtes in teſta-
mento oportere rogatos eſſe, l. hæredes. §. pen.
ubi gloſ. uerb. legati. de teſtam. authen. rogati.
C. de teſtib. & quidem ſeptem, l. ſi unus. C. de
teſtam. niſi coram actis ultima uoluntas fiat,
hoc eſt in ipſo iudicij loco, ut uult Salicet. l. o-
mnium. numero 7. C. de teſtam. Sed huic te-
ſtamento addita eſt clauſula codicillaris, quæ
ſuſtinet illud iure codicilli, l. eam. ubi gl. uerb.
traditur. C. de fideicom. ut teſtium ſeptem ro-
gatione, quo ad legata, non fuerit opus, l. ult.
uerb. uel rogati, uel fortuitò uenerint. C. de co
dicil. gloſ. d. l. hæredes. §. pen. de teſtam. Quan
quam ſi opus eſſet illa, ſatis ex eo hic proba-
tur, quòd diſertè ſit inſertum ſcripturæ teſtes
fuiſſe rogatos, Bauer. §. ult. num. 42. Inſtitut.
de teſtament. Bart. & Dd. l. ſciendum. de uerb.
24 obligat. Deinde † rectius eſt arbitrari hoc te-
ſtamentum apud acta factum eſſe, etiamſi ex-
tra locum iudicij propter lectũ ægroti, præſen
te tum iudice ac ſcabinis ad id uocans, factũ
ſit, l. curent. 22. de teſtib. Bald. & Caſt. l. omniũ.
C. de teſtam. Sal. l. pacta nouiſſ. num. 2. & 7. C.
de pact. Bal. l. geſta. C. de re iud. Caſt. l. uinum.
num. 3. ſi cert. pet. Nam acta intelliguntur ibi
èſſe, ubi fit aliquid iudicis authoritate quo-
cunque loco, Bald. & Iaſ. l. 2. numer. 4. C. de e-
den. poſt gloſſ. ibi. ad uerb. actio. Bald. in l. il-
lud. numero. 7. C. de ſacroſ. eccleſ. & l. interro-
gatum. per illum tex. & gloſ. ibi. C. de lib. cauſ.
præſertim cùm teſtamenti factio ſit actus uo-
luntariæ iuriſdictionis, l. teſtamenta. 18. ubi gl.
uerb. ſolent. inſinuationi donationis illa com
parat, l. omnium. C. de teſtam. Bal. & Dd. l. 1. C.
de ſum. trinit. qui ubiq; locorũ expediri corã
magiſtratu poteſt, l. 1. de offic. conſ. l. actus. ubi
Bald. C. de fer. l. 3. l. 4. l. penult. & toto tit. de
manu. uindic. §. præterea. Inſtit quib. mod. ius
pat. pot. ſol. de quo non eſt amplius ambigen
dum, poſtquam hoc circa teſtamẽtum diſertè
cautum eſt conſt. pro. 3. parte 3. Accedo igitur,
his omiſsis, ad alias quæſtiones, & in primis
25 an † legatum uniuerſitati factum non antè
præſtari debeat, quàm uniuerſitas cautionem
fecerit, de ea pecunia in uſus à teſtatore deſi-
gnatos impendenda, quod magis eſt, l. ſi tibi
legatum. ubi gloſ. uerb. cauſas. & Bartol. de le-
gat. 3. l. 1. ubi gloſſ. C. de ijs quæ ſub. modo re-
linq. etiamſi ciuitati relictum ſit, gloſſ. l. liber-
ta. §. Lucius. ad uerb. non prohibendos. ff. de
ann. legat. cuiuſmodi legatum eſſe modale,
quando ad uſum aliquem uniuerſitatis relin-
quitur, oſtendit Bar. in l. quibus. §. Termilius.
num. 12. de cond. & demonſt. maximè quan-
do modus adiectus eſt non in fauorem lega-
tarij, ſed aliorum, Bartol. d. l. quibus. §. Termi-
lius. numero 14. de cond. & demonſt. Bal[illegible]
in fin. C. de his quæ ſub modo relinq. ubi di-
cit, legatarium petentem etiã huiuſmod[illegible]
tionem offerre oportere, ut in l. Iulianus. [illegible]
ferri. de act. emp. Nec obſtat, quòd ad di[illegible]
buendam pecuniam à teſtatore ordinatus nõ
cogatur ſatiſdare, in l. liberto. §. largiùs. de an.
legat. Nam ibi caſus ſpecialis eſt propter pa-
ternam affectionem, & quoniã ibi de legata-
rij commodo non agebatur, ut gloſ. & Dd. ibi
dem exponunt. Vnde non ualet argumenta-
tio ducta, l. ius ſingulare. de legib. l. 2. C. eod. l.
1. de conſtit. Princip. Euerar. lo. à ſpec. Verùm
hic non uidetur certus uſus à teſtatore præſcri
ptus, ſed arbitrio potius Reipub. relictus: ſicut
& in dubio nõ reſpectu certarum perſonarũ,
ſed Reipublicæ relictum intelligitur, l. annua.
§. auia. ubi Bartol. de ann. legat. l. ciuibus. ubi
idem Bartol. de reb. dub. authen. licentia. C. de
epiſc. & cler. c. requiſiuiſti. de teſtib. Bart. i[illegible] ex-
de pace Conſt. uerb. eccleſijs. per illum tex. c
1. §. fin. de capit. Corra. latè poſt gl. in §. ex [illegible]
leficijs. num. 53. Inſtitut. de act. Vnde ad q[illegible] cui
uſum conuerti debeat, magiſtratus erit adhi-
bitis teſtatoris hæredibus exiſtimare, l. 1. l. lega
to. de admin. rer. ad ciuit. pert. l. legatum. de u-
ſufr. legat. dũ ne conuertatur in abuſus, q[illegible] in
bonum uſum ueriſimiliter relictũ eſt, clemen.
quia cõtingit. de relig. dom. Tiraquel. de priuil.
leg. piæ cauſæ, in princ. uerſic. & hoc adeò pro-
26 cedit. Quòd ulteriùs quæritur, an † hæredes
non teneant hoc legatũ in parata pecunia ſo[illegible]
uere, ſed poſsint penſionem tantùm annuam
uniuerſitati dare, & ſortem retinere, quaſi pe-
cunia in reditum collocata: ad hoc reſpõden-
dum eſt, talem poteſtatem nõ eſſe hæredibus
permiſſam. Legata enim ex pecunia, quæ eſt
res mobilis. Atq; reditus pecuniæ in iure ciui-
li, quod iſthic ſeruat, eſt pro re immobili, cle-
men. exiui. uerſ. cumq; de uerb. ſig. & notat in
l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ. Iaſ. in l. ſciẽdum.
ff. qui ſatiſd. cogan. Fab. in §. fuerat. Inſtit. de
act. Panorm. in c. 3. de reb. eccle. non alien. latiſ
ſimè Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 6. num. 3. &
4. cum multis ſeqq. Iam conſtat & certum eſt,
inuito creditori, uel legatario non poſſe aliud
pro alio, putà rem mobilẽ pro immobili, uel
contrà ſolui, l. 2. §. mutui dato. ubi latè Iaſ. nu
mero 3. & 8. ff. ſi cert. petat. l. Paulus. ubi Alex-
xan. ff. de ſolution. & in l. non amplius. §. fi-
nal. ff. de legat. 1. Et denique hæredem non poſ
ſe præſtationem pecuniæ legatæ differre, & il-
lius penſionẽ, ſiue uſuras quotãnis præſtare,
niſi teſtator hoc iuſſerit, probat tex. in l. 3. ubi
gl. ad uerb. in hæredes. ff. de ann. legat. ac pecu
niam loco publico relictam nõ diuidi in pen-
ſiones, ſed integrã exigi oſtẽdit caſus poſitus
in l. liberto. §. Lucius Titius. ff. de ann. legat. Et
hoc maximè in præſente caſu dicendũ eſt. ubi
teſtator diſertè expreſsit certũ tẽpus, uidelicet
annuum

annuum, poſt quod integram ſummã mille florenorum ab hæredibus uoluit præſtari in uerbis: *hiemit uerordnet unnd meinen erben befohlen haben, das ſie in beſtimpter friſt den herren der Vniuerſitet de 1000. flor. erleggen ſollen.* Cùm igitur uerba ſint clariſsima, & aperta teſtatoris uoluntas, ſcilicet quòd non uoluerit annuam penſionem dari, ſed integram ſummam mille florenorum poſt annum repræſentari, non hic admittenda eſt ulla diſputatio, nec permittendum hæredibus contra hanc teſtatoris uoluntatem retinere ſortem legatam, & tantùm penſiones annuas præſtare. Quod præterea quæritur, an ſtatutum ciuitatis, quo legata pijs locis relicta, niſi ſoluantur intra annum, in duplum poſtea ſolui & præſtari debent, extendi poſsit & debeat ad hoc legatũ, de quo in præſentiarum eſt quæſtio: in hoc aduertendum eſt, ſtatuta eiuſmodi accipienda & interpretanda eſſe ſecundum ius commune, l. 2. ubi S... c. C. de noxal. action. Panormit. in cap. cauſa. de reſcript. Alexand. conſil. 110. uolum. a... um ſimil. Iure autem communi legata pijs ... s relicta, in duplum ſoluenda ſunt, quan... hæres doloſè & fraudulenter legata eiuſmodi ... luere diſtulit: ſecus uerò eſt, cùm habet iuſtam dilationis cauſam, nec mora ei imputari poteſt, §. ex maleficijs. ubi gloſſ. ad uerbum diſtulerit. & Dd. Inſtit. de action. Quare & hoc ſtatutum eodem modo accipiendum eſt de anno, in quo hæres eſt moroſus, & ſolutionem pij legati, quod ſolui in præſens debuit, per annum differt, Alexand. conſil. 28. num. 3. conſil. 24. num. 8. uolum. 7. cum ſimilib. Nõ autem poteſt obtinere in hærede non moroſo, & cui ſpacium annuum ad ſolutionem explicãdam eſt conceſſum, quia dies hæredis gratia adiectus intelligitur, l. eum qui calendis. l. ſtipulatio iſta. §. inter liber. hom. de uerbor. obligat. & ubi non eſt petitio, ibi nec mora, l. ſi pupillus. 127. de uerbor. obligat. ubi non eſt delictum, ibi nec pœna eſſe, aut ſtatui debet, l. ſancimus. C. de pœn. cũ iuribus uulg. Non eſt autem in mora hæres, quando dies ſolutioni à teſtatore adiecta eſt: tempus enim, ut dictum eſt, debitoris gratia adiectum intelligitur, d. l. eum qui calendis. de uerbor. obligat. nec in mora eſt, qui ante tempus & prius quàm dies uenit, non ſoluit, l. 3. ff. de uſur. cũ ſimilib. Quare concludendum eſt, annum ſtatuto comprehenſum demum incipere poſt diem ſolutionis effluxum, & poſtquam iam in mora ſoluendi hæres eſſe incipit. Incipere autem hic mora putanda eſt poſt effluxũ tempus à teſtatore præſtitutũ: nam etſi altàs mora non cõmittitur, niſi per interpellationem, l. mora. ff. de uſur. tamẽ in hoc legato pio ſecus eſt: ut enim fauore minoris mora re ipſa contrahitur abſq; ulla interpellatione, l. in minorum. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. l. Titius. §. uſuras. ff. de legat. 2. & in relictis eccleſiæ, uel pijs locis, ut poſt gloſ. pluribus confirmat Iaſ. in §. ex maleficijs. num. 13. Inſtit. de action. Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicommiſ. Roman. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de uerb. obl. Neq; uerò exiſtimandum eſt, hoc legatũ non idem eſſe cum legato piæ cauſæ, & ſtatutũ, quod de legatis pio loco relictis loquitur, huc extendi non oportere. Nam legata uniuerſitatibus alijsq; locis publicis relicta, pro legatis piarũ cauſarum habentur, prout diximus, & oſtendit text. in l. ciuitatibus. ff. de legat. Ex his enim & in his locis ac communitatibus publicis cuſtodiuntur, uiuunt & nutriuntur pauperes, pupilli & uiduę, religioſi, ſcholaſtici, inopes, atq; aliæ perſonæ, quæ fauorem piæ cauſæ merentur, ut tradit Bald. in authen. ſimiliter. C. ad l. Falci. ut pluribus firmat Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, in præfatione circa finem, uerſic. item legatum factũ ad conſtructionem. quo etiam loco paulò poſt princip. tradit, legata fraternitatibus & collegijs relicta, ad piam cauſam facta uideri, idq; potiſſimùm hoc caſu dicendum eſt, quo relictum eſt uniuerſitati ſtudij generalis, & ad cauſam utilitatemq; ſtudiorum. Nam cauſa ſtudij iudicatur eſſe pia, & relictum in ſtudia, cenſetur relictum in piam cauſam, ut pluribus firmat Tiraquell. allegat. loco, uerſic. item relictũ cauſa ſtudij, &c. per doctrinam Bartoli, Baldi, Angeli, Iaſonis & aliorum in l. 1. in fin. ff. ſolut. matrim. maximè cùm in præſenti relictum uniuerſitati legatũ ſit imperſonale, & ad nullum certum uſum deſtinatum, ut meritò ad pias cauſas referri & ualere debeat, c. cùm tibi. de teſtam. l. nulli. C. de epiſc. & cleric. latè Tiraq. præalleg. loc. col. 3. uerſic. & hoc adeò procedit. & circa finem fol. 9. uerſic. item legatum factum ad conſtructionem. & in f. 56. priuil. per totum. Ex quibus facilè intelligi poteſt idem de hoc legato, quod de legatis ad pias cauſas factis, iudicandum eſſe: & ſtatutum, quod de legato piæ cauſæ loquitur, etiam hoc in caſu meritò obtinere. Quamobrem ſi uelint ſe pœna dupli liberare hæredes, neceſſe eſt intra annum poſt terminum effluxum ſoluant in pecunia numerata, nõ in pẽſionibus, quibus inuita uniuerſitas eſſe cõtenta nõ cogitur. Nã quando quis debet ex contractu certam pecuniæ ſummã, putà centum, aut mille, nõ liberatur offerẽdo reditus & penſionem annuam ſeu uſuras, ſed ipſam ſortem præſtare debet: nec cogitur creditor inuitus ultra cõuentum tempus illi pecuniam & ſortem principalem relinquere, etiam grauiſsimas uſuras offerenti, l. ſi. ubi Dd. C. de iur. dot. Iaſ. l. & quia. nu. 9. de pact. Tiraquel. de retract. prox. §. 1. gloſſ. 6. num. 20. 21. præſertim ſi tempus ſolutionis ſit conuentum & expreſſum, l. magnam. C. de inſtipu. ut eſt notorium, & quotidie practicatur: quia uidelicet inuito creditori aliud pro alio ſolui non poteſt, l. 2. §. mutui datio. ubi Iaſ. nu. 3. 4. ff. ſi cert. pet. Porc. conſil. 81. num. 31. eoq; non uidetur paratus ſoluere, qui in præſenti

pecunia ſoluere paratus non eſt, Iaſ. l. ait prætor. §. ſiue autem. numer. 7. de oper. no. nunc. niſi in caſu ſpeciali, ſcilicet quando pro reditu debito fundus offertur, ex quo reditus haberi poteſt: quod tamē ipſum ſine dubio non procedit, nec eſt caſus noſter, Tiraquell. de retract. prox. §. 1. gloſ. 6. in fin. cum ibi allegat. Si igitur hoc uerum eſt in contractibus, ut certè eſt: ergo etiā in ultimis uolūtatibus uerum eſſe debet, argumento à contractibus ad ultimas uoluntates ducto l. ult. C. de legatis, cum ſimilibus. Secundò textus eſt expreſſus in l. Seio. 10. §. uxori. ff. de annuis legat. quo diſponitur, quòd aliud ſit legatum pecuniæ certæ ſummæ, putà centum, aliud uerò legatum annuæ penſionis: & Bartol. ac Doctores ibi notant, quòd hæ duæ res ſint ſeparatæ, nec una comprehendat aliam. Non igitur legata pecunia poteſt uideri teſtator annuam penſionem pecuniæ legaſſe. Denique, ut ſuprà dixi, pecunia res eſt mobilis, reditus uerò iure communi immobilis, ut tradunt Bald. & Dd. in l. iubemus. de ſacroſan eccleſ. latè Tiraquell. de retract. prox. §. 1. gloſſ. 6. uumer. 3. Atqui res immobilis non ſuccedit loco rei mobilis, præſertim pecuniæ, quia res æſtimantur pecunia, & precium ſuccedit loco rei interdū, non etiā regulariter, l. ſi & rem. ubi glo. ad uerb. quia poteſt. ff. de petit. hæredit. Res uerò loco pecuniæ nunquam ſuccedunt; l. ſi ea pecunia. 6. C. de rei uendi. l. 4. C. communia utriuſque iudicij, l. 1. C. ſi quis alteri uel ſibi, l. ſed etſi lege. 28. §. 1. de petit. hæred. cum ſimilib. niſi in quatuor caſibus ſpecialibus notatis à gloſſ. in d. l. 1. C. ſi quis alt. uel ſibi. Quod cùm ita ſit, non poteſt hæres reditum pro pecunia ſoluere, maximè quoniā à teſtatore hic annus adiectus eſt, intra quem hoc legatum mille florenorum eſſet ab hæredibus uniuerſitati ſoluēdum. Si enim penſiones annuæ admitterentur, iam non fieret ſolutio ſortis intra annum, ſed tātùm penderentur uſuræ ſorte retenta, quam tamen intra annum teſtator ſolui uoluit, atque ita fieret contra apertam teſtatoris uoluntatem. Inſuper conſtat hic teſtatorem arbitrio dominorum uniuerſitatis expreſsè reliquiſſe poteſtatem hos mille aureos, in quos uellent uſus, collocandi: ſed hæc poteſtas nulla eſſet aut eſſe poſſet, ſi tātùm penſio legatæ pecuniæ, non uerò ipſa pecunia præſtaretur, aut præſtari penſionem tantummodo teſtator uoluiſſet: ex quo rurſum apertiſsimè liquet, quænam fuerit defuncti uolūtas. Moueor & illo, quòd regula æquipollentium non habeat locum in diſpoſitionibus ultimarum uoluntatum diſpoſitiuis: & prouiſio facta per modum diſpoſitionis purè in unum caſum, uel unam rem, non extendatur ad aliū caſum, uel rem aliam, Bartol latè in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm nu. 3. & ibidem Iaſ. num. 21. ff. de lib. & poſthum. Et idem eſſe in ſolutionibus oſtendit Bart. in l. Paulus. ff. de ſoluc. per totum. Cùm autē, ut antè dictum eſt, reditus annuus legato pecuniæ non modò non ſit ſimilis, ſed planè diſſimilis & res ſeparata, non poteſt dici in legato pecuniæ ineſſe præſtationem annuam, aut legatum reditus. Ex quibus omnibus concludo, legatum pecuniæ in pecunia numerata intra annum præſtandum eſſe, nihil obſtāte eo, quod in contrarium adductum eſt, quaſi communi loquendi more Germanica lingua aliquādo aureorum appellatione iura & res immobiles complectatur: ut cùm quis perhibetur mille aureos in hæreditate reliquiſſe. Nam inprimis uerbū Interdum, denotat regulam eſſe in contrarium, ut poſt alios probat Coraſ. in repetitione l. admonendi. ad uerb. interdum. ff. de iureiu. Deinde hoc obtinere poteſt in uniuerſalibus, putà hæreditatibus, in quibus faciliùs res rei ſuccedit, & præcipuè quando non de ſpeciebus ſingularum rerum, ſed de æſtimatione & ualore ſit ſermo, ut in exemplo adducto, quando dicitur, aliquē 1000. reliquiſſe in bonis. In particularibus uerò & ſingularibus obtinere non poteſt, præſertim ubi non de ualore quæritur, ſed de legato pecuniæ certę ſoluēdo, quod eſſe ſingulare dubiū non eſt, §. 1. Inſtit. de ſing. reb. per fid. relict. §. ſi quis. Inſtit. de fid. hæred. l. 1. §. ſi is qui. l. ſi legatus. 31. §. ult. ad S. C. Treb. cum ſimil. Poſtremò in illa loquendi forma mille ſumuntur non pro pecunia numerata, ſed pro bonis & patrimonio ex iuris intellectu & communi uſu loquendi, ad quem hominum diſpoſitiones & locutiones aptantur: ut pulchrè decidit in terminis Bal. in l. 1. nu. 7. uerſic. pone, teſtator iuſſit filiam ſuam maritari ei, qui haberet in patrimonio mille. C. de fruct. & lit. expen. Verùm hic longè alia ratio eſt, & ſentētia, ac uerba legati in aliud ſonant. Quare non eſt hic à communi uerborum proprietate recedēdum, niſi de contraria teſtatoris uoluntate cōſtet, l. non aliter. ff. de legat. 3. cùm ſpecificè & in forma defunctorum uoluntates ſint adimplendæ, l. qui hæredi. in princ. l. Mæuius. de cōdit. & demonſt. Bar. in d. l. Gallus. §. quid ſi tantū. nu. 3. & ibi. Iaſ. nu. 27. Euerar. in loc. legal. loc. ab æquipol. Sin autem probari poſsit aliam fuiſſe teſtatoris uoluntatem, tum certè ea ſequenda eſſet & prępōderaret uerbis, ut Bar. & Iaſ. præal. loc. teſtantur, & Euer. in d. loco ab ęquipollent. col. antepē. In ultimis enim uolūtatibus potiùs mēs teſtatoris attēditur, quàm uerba, l. cùm uirum. ubi latiſsimè poſt alios Corraſius, C. de fideicommiſſ. Sed quia nemo præſumitur in teſtamento aliter ſenſiſſe, quàm ſcripſit, l. Labeo. circa finem, ff. de ſupellect. leg. ideo talis uoluntas eſſet probanda, l. non aliter. 67. l. uxori. 32. §. ult. de legat. 3. l. pediculis. §. Labeo de auro & arg. leg. l. Publius. §. 1. de condit. & demonſt. Menoch. conſil. 97. nu. 95. uum. 101. & ea probata electio alternatiuè hæredum arbitrio permittenda, cùm propter eiuſmodi uolūtatem teſtatoris, tum, quia uer-

ba in

ba inteſtamento ſunt directa ad hæredes, per ea quæ tradunt Dinus in c. in alternatiuis. de reg.iur.in 6.Dd.in l.planè.§.pen. de leg. 1.Cynus,Bald. & Salic.in l.1.C.de legatis. Colligamus igitur, ſi per eiuſmodi fruſtrationem & oblationem penſionis non ſufficientem ſolutio legati differatur ultra annũ, pœnæ ſtatuti locum fore. Nam etſi quælibet cauſa, etiam fatua, ut loquuntur, excuſet à pœnis doli mali, l. igitur. 12. de liberali cauſa, & tradunt gloſſ. Bar. Iaſ. & communiter Dd. in l. unica,§.ult.ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. & in l.ſi quis id quod.ubi Iaſ.num.31. de iuriſdict.om. iud. latiſsimè Tiraq. qui infinita allegat in tract.de
27 pœn. cauſ. 43. per totũ: tamen † non excuſat à pœnis latæ culpæ, præſertim in pœnis legibus & ſtatutorum: ut poſt Alex. & alios firmat Iaſ. in l. iuſtè poſsidet. nu. 301 cum ſeq. ff. de acq. poſſ. cum ibi per eum allegat. Nam ab his non excuſat iniuſta cauſa, ſed tantùm iuſta, l.ſi quis id quod.ubi Iaſ.hoc notat,num. 4 & 36.de iuriſd.om. iud. per doctrinam gl. in l. ab executore. ad uerb. perperam. C. quorum appell.non recip.ad idem Tiraq.in dict. tract. de pœn.cauſ.43.num.14. Cùm ergo hic agatur de pœna ſtatutaria & legali, nõ poſſet cauſa, quàm iuſta, à pœna iſta excuſare. Deinde talis quoque cauſa, quæ à pœna excuſet, non præſumitur, ſed eſt probãda, ut pluribus confirmat Tiraquel. præalleg.loc.num. 9. Præterea conſtat fœminam etiam minorem pœnis ſtatutorum ligari, per doctrinam Iaſ. in d. l.ſi quis id quod.num.5.& 6.cum ibi per eum allegatis, etiamſi fatear contra eiuſmodi pœnas legales poſſe reſtitui in integrum minores ratione ætatis: quia tantùm lata culpa eſt ius & ſtatuta ignorare, l.latæ culpæ.de uerb.ſig. iũc. l. regula.de iur.& fac.ignor. etiam mulieres ratione ſexus, cũ uixdũ lata ſit in mulierib. hæc culpa: quia faciliùs excuſantur ab errore iuris & ſtatutorum, ut traditur in l.penult.in princ. in uerb. fœminis in quibuſdam, &c. de iur.& fact.ign.& l.ult.eod.tit. Conſtat autem mulieres aduerſus pœnas legales reſtitui in integrum, quando non dolo, ſed lata tantùm culpa nedum leuiore, hoc eſt, omittẽdo aliquid, non committendo, peccauerunt, l. 2. C.ſi aduerſ. delic. & alioqui ſubuenitur minorib. in errore iuris, quod ipſis licet ignorare, d. l. penul. in prin. Quare hæredibus filiabus, & quidem minoribus aduerſus pœnam ſtatuti hoc caſu ſubueniri poſſet ex ratione minoris duntaxat ætatis ac ſexus: non uerò ex illo capite & cauſa prætenſa, quòd oblatio facta ſit: nam iuſtam non eſſe hanc oblationem certum eſt, cùm oblatio nõ ſit facta de eo quod ſolui debet, per ea quæ traduntur in l.acceptam.C.de uſuris, & in l.obſignationẽ.C.de ſolut.etiamſi aliàs, quando res debita offertur per oblationem etiã duntaxat uerbalem, pœna euitetur, Iaſ.in l.ſi inſulam.de uerb.oblig. Sed nec ex ijs iuuari filiæ poſſent argumentis, quibus friuo lè teſtamentum paternum ac in eo legatũ impugnãt. Nã principiò quod adducitur, quaſi ſi teſtator non rogaſſet teſtes, & delegati à Senatu non eſſent cõmuni Senatus conſilio delegati, hoc dilui poteſt, primùm ex tenore ipſius inſtrumenti, cui hac in parte potius ſtatur & eſt credendum, Bauer.§.ult.nu. 47. Inſt. de teſtam. cùm ex inſtrumẽto publico tres oriãtur præſumptiones: primò, quòd ſit uerũ: ſecundò, quòd ſit ſolẽne: tertiò, quòd omnia in eo conſcripta ſint uera & ita geſta, ut in terminis de teſtamento tenet Bald. in l.1. nu. 15. C.de teſtamentis, & in c.1. §. ſi inſtrumentum. num.2.de notis feud. Hippol. in l. ſi quis. nu. 139.de quæſition. Socin. conſil.213.cum præſente.numer.7.uol.2.Steph. Bertr. conſil.192. multa.nu.14.lib.2.Alciat. trac.præſum. reg.3. præſump.13. Cùm igitur clarè in inſtrumẽto ſcriptũ ſit, quod teſtes rogati fuerint, & de mandato Senatus dicti delegati ad hoc fuerint deputati: meritò ſtabitur hac in parte inſtrumento, Bauer.d.§.ult. l.cùm precib. 18. C. de probat. Alex.conſi.89.uol.3. Bal.c.1.§.inſtrumentum. de not. feud. & l.imper. de ſta.homin. & difficilè poterit probari contrarium. Imò etſi contrarium probari poſſet, tamen eſſet probatio hoc in caſu irrelevans: primò, quia hoc teſtamentum factum eſt inter liberos, in quo conſtat teſtium rogatione opus non eſſe, ut traditur à gloſſ.in l.ult.ad uerb.excepto.C.de codicillis, Bald.Salicet.Fulgoſ. in authen. quod ſine.C.de teſtamentis, Ang. & Caſtrenſ. in l.hac conſultiſsima.§. ex imperfecto.C.de teſtamentis. Deinde, quoniam ſuprà probatum eſt hoc legatum eſſe factũ ad pias cauſas, in quo rurſum conſtat teſtium rogatione nõ eſſe opus, ut pluribus probat Tiraq. in tract.de priuilegijs piæ cauſæ, priuil.3. ubi infinita penè allegat: & hanc affirmat eſſe communem Clarus de teſtam.quæſt.6.num.3.cum mult.ſeqq. Panor.c.relatum.1.num.3.de teſtam.Bart.l.1.nu. 76.C.de ſacroſ.eccleſ. Alexan.conſil.131.nu.2. lib.7.Rom.in auth.ſimiliter.C.ad l.Fal.Corn. auth.quod ſine.num.8.C.de teſtam.& paſsim in conſil.149.215.lib.2.307.lib.3.259. lib. 4. Socin.reg.240.teſtes. Boer. deciſ. 34. num, 5. Socin.iun.conſi.24.num.4. lib. 3.Bauer.§.ſed hoc quidem.num.34.Inſt.de teſt.Gul.Bened. c. Raynutius. parte 1. nu. 58. Nec poteſt obijci, quòd d. §. ex imperfecto. tantùm obtineat inter liberos, non uerò proſit extraneo legatario, ut ibidem uult text. Nam hoc primùm fallit in legato ad pias cauſas, ut uult Tiraq. præall.loc.priuilegio 6. & deinceps priuil.80. in ſin.cum ibi allegatis, ex doctrina Alexand. in d. §. ex imperfecto. & alijs per eum allegat. Deinde conſtat etiam extraneis legata deberi ex teſtamẽto inter liberos, ſi ſolennitas ſit adhibita, auth. quod ſine. C. de teſtamentis. Ac hic multò maiorem adhibitam eſſe ſolennitatem
28 conſtat, cùm † inſinuatio ad acta facta, omnem ſolennitatem teſtamentorum ſuperet,

iuxta l. omniũ. C. de teſtamentis, conſt. 3. parte
3. Quare etiamſi defectus hic aliquis eſſet in
rogatione teſtiũ, uel mandato delegatorum,
tamen is ſuppleretur ac purgatus eſſet per in-
ſinuationem, ad acta poſtea ſubſecutam, l. in
hac, ubi Bald. num. 5. & 6. C. de donat. l. fin. C.
eod. tit. ſicut ea ſubſequi poteſt, d. l. in hac. d. l.
fin. latè Socin. conſil. 78. in eãdem. numer. 3.
uol. 1. per Bart. l. Modeſtinus. de don. Vt enim
iſtiuſmodi actus ualeant, non opus eſt, ut fir-
mi ſint in ſua ſubſtantia & ſolennitate ab ini-
tio, ſed ſufficit eas, quãuis per ſe ſint infirmi,
actis tantùm pòſt inſinuari, per quã inſinua-
tionem roborantur & uires accipiunt, etiamſi
antea nulliter eſſent geſti, Alex. in l. Modeſti-
nus. de donat. Salic. in l. contractus. C. de fid.
inſtrum. Angel. conſil. 36. pro deciſione. nu. 1.
& 2. nec talis actus teſtibus, multo minus ro-
gatione haber opus, d. l. omnium. C. de teſta.
Salic. d. l. contractus. C. de fid. inſtrum. Præter-
ea cùm liberi ex hoc teſtamento adierint hæ-
reditatem paternã, & legatum agnouerint de-
beri, ac ſeſe ad ſolutionem obtulerint, nõ poſ-
ſunt amplius improbare teſtamentum, quod
ſemel approbauerunt & agnouerunt, l. Papi-
nianus. 8. §. ſi conditioni. 10. l. 10. in fi. l. 12. 22.
23. §. penult. & paſsim in tit. ff. de inoff. teſtam.
Nam etſi legata minus ſolennia tantùm ſolu-
tione ſcienter facta approbantur, gl. & Dd. in
l. 1. l. fideicommiſſum. ff. de condic. indeb. l. er-
29 ror. C. ad l. Falcid. tamen † teſtamentum, præ-
ſertim patris, quoquo modo in eo relicta a-
gnoſcendo à liberis approbatum uidetur, ut
ne amplius impugnari poſsit, per iura ſuprà
tradita, l. parentibus. C. de inof. teſtam. l. 1. ubi
gloſ. ad uerb. diſsimulatione. C. de in integ. re-
ſtit. minor. & qualiſcunq; patris uoluntas li-
beris ſufficere debet, l. ult. C. fam. her. Menoch.
conſil. 20. num. 41. conſil. 45. num. 13. Quod
autem de morbo teſtatoris allegatur, conſtat
eum non obeſſe factioni teſtamenti, l. ſenium.
C. qui teſtam. facere poſſ. niſi furor aut aliena-
tio mentis probetur, c. ult. de ſucceſſ. ab inteſt.
l. 2. C. qui teſta. fac. Quod non puto hic pro-
bari poſſe, maximè contra teſtamentum pu-
blicum, in quo diſertè traditur, teſtatorem in-
tegra mente atq; ſenſibus illæſis fuiſſe. Non i-
gitur exiſtimo ex his cauſis iuſtam ſumi poſſe
detrectandæ ſolutionis anſam, nec à pœna ſta-
tuti hæc poſſe releuare, cùm paria ſint nihil al-
legare, uel friuolè allegare, nullã habere cau-
ſam uel iniuſtã & friuolam, l. nulla. de autor.
tuto. l. quamuis. §. ſi conuenerit. ubi Bartol. ad
Velleia. l. non putauit. §. cũ quis. de bon. poſſ.
contra tab. l. quoties. ubi Iaſ. qui ſatiſd. cogan.
& in l. 1. in princ. poſt gl. num. 18. de oper. nou.
nunc. Quare potiùs conſulo, ut aut intra an-
num ſtatuti quouis modo tranſigatur cũ uni-
uerſitate, aut pecunia ſolenniter deponatur,
ut pœna ſtatuti prorſus excludi poſsit: & à liti-
bus non neceſſarijs liberentur hæredes aliæ,
quas alioqui hac dilatione attractuq; ſine ne-
ceſsitate uidentur: quarum curatores & pro-
pinqui uel hoc cogitare debent, incertos eſſe
litium exitus, etiam in cauſa bona, l. quod de-
betur. ff. de pecul. gloſ. in l. Lucius. 78. §. ult. ad
uerb. poſſe. in fi. Bald. poſt glo. in l. 1. in princ.
ff. de dol. ma. & licet quælibet cauſa à dolo uel
culpa excuſet, non tamen præſumi tali iniuſta
cauſa motum fruſtratorem, ſed dolo potius
& animo fruſtrãdi eum feciſſe, niſi per proba-
biles uehementesq; coniecturas contrarium
probetur, Bart. & Angel. in l. ſed etſi lege. §. ſci-
re. de pet. hær. Ang. Imol. Raph. in l. ex conſen-
ſu. §. ult. de appellar. Corn. conſi. 280. laborio-
ſa. lib. 4. Alexan. conſil. 103. uidetur. in fi. lib. 1
Tiraq. in tract. de pœn. cauſ. 43. num. 9. nam
quicquid fit illicitè cõtra ll. uel ſtatuta, id frau-
dulenter fieri præſumitur, c. qui cõtra. de reg.
iur. in 6. l. 1. C. unde ui, l. ſi non conuicij. C. de
iniur. Cæterùm quod quæritur, an l. legatum.
ff. de uſu & uſufruct. legat. hoc caſu obtineat,
cùm pecunia arbitrio & uſui uniuerſitatis ſit
relicta: ad id reſpondeo, hactenus obtinere,
quòd licet prouiſio hominis tollat prouiſio-
nem legis, in caſibus expreſſè prouiſis, l. ult.
C. de pac. conuent. tamen caſus in prouiſione
hominis omiſſus maneat in diſpoſitionem &
prouiſionem iuris communis, l. ſi extraneus.
6. ff. de cond. ex cauſa data, l. ſi cùm dotem. ff.
ſoluto matrim. Bald. in l. 3. C. de inſtit. & ſub-
ſtit. Schurff. conſi. 55. cent. 1. Itaq; licet teſtator
hoc caſu arbitrium utendi uniuerſitati, uelut
legatario detulerit: tamen quia non definiuit
30 certum aliquẽ & ſpecialem uſum, ideo hoc
arbitrium, pro boni uiri arbitrio accipiẽdum
eſt, l. 1. ff. de legat. 2. l. in perſonã. 23. generali-
ter. ff. de regul. iur. Quare niſi uniuerſitas uta-
tur hoc legato, ſicuti bonus & pius uir utere-
tur, & ut teſtator uériſimiliter uoluit, uidelicet
ad piam aliquam cauſam. poſſet iudex ad hæ-
redum petitionẽ partes ſuas interponere, ad
cuius arbitrium recurritur, ubi quæſtio eſt d
arbitrio boni uiri, l. certè. 13. §. 1. 2. 3. ff. de ſer.
ruſt. præd. l. uir bonus. 18. ubi Bart. ff. iudic. ſo
Nam iudex hic uir bonus eſſe dicitur, Bartol.
in l. ſi ſocietatem. §. arbitrium. numer. 4. ff. pro
ſoc. per l. continuus. §. cùm ita. de uerb. oblig.
cundam quæſtionem,cùm ex his nunc omni-
bus appareat iuſtificationẽ huius exhæreda-
tionis fore difficilem, non uidetur conſulen-
dum, ut eiuſmodi actionem mulier hæc con-

tra fratrem exhæredatum inſtituat. Si tamen
ab hac ratione recedere non uult, ſatius eſt ut
expectet, donec quinquennium ab adita ma-
tris hæreditate ſit completum, atq; ita expiret
querela inofficioſi. Nam, ut antè dictum eſt,
63 quando † cauſæ exhæredationis teſtamento
ſunt inſertæ, tunc teſtamentum ualet, & ideo
tantùm datur querela inofficioſi exhæreda-
to, qua teſtamentum non probatis cauſis re-
ſcindat, ut eſt communis concluſio Bar. Bald.
Salic. Caſt. Iaſ. & Dd. in authen. ex cauſa. C. de
lib. præt. ubi Iaſ. num. 19. dicit hanc eſſe com-
munem, Bald. d. conſil. 112. punitus. numer. 1.
uol. 5. per l. omnino. C. de inoff. teſt. l. 5. ff. eod.
tit. §. aliud. in auth. ut cùm de appel. §. exhære-
datos. in auth. de hær. & Falc. probat optimè
text. in l. filiam. 15. C. de inoffic. teſt. cum ſimili-
bus, quos præfati Dd. in d. authen. ex cauſa. di-
cunt iure nouiſsimo non eſſe correctos: datur
autem hæc querela duntaxat intra quinquen-
nium poſt aditam hæreditatem, Bal. in termi-
nis d. conſil. 89. proponitur. in fin. uol. 5. Nam
tali tempore huic querelæ fauore teſtamenti
præſcribitur, l. ſcimus. 38. §. fi. l. ſi quis filiú 34.
in fin. C. de inoff. teſt. l. 2. C. in quibus cauſ. in
integ. reſtit. non eſt neceſſ. l. Papinianus §. ult.
64 ubi gloſſ. fi. ff. de inoff. teſtam. Itaq; † cùm an-
tè nequeat exhæredatus ab inteſtato capeſſe-
re hæreditatem, quàm per querelam teſtamen-
tum reſciderit, Salic. in l. liberi numer. 2. C. de
inoff. teſt. ideò poſſet hæc fœmina poſt quin-
quenniũ (quod exiſtimo nunc ferè elapſum
eſſe) inſtituere petitionem hæreditatis, aut a-
gere ex l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. con-
tra fratrem, qui ſi excipiat de exhæredatione
iniuſtè facta, replicabitur, quòd non debuerit
occupare bona ipſe exhæredatus, ante quàm
teſtamentum per querelam reſcidiſſet, ex præ-
dicta theorica Salic. & cur non quieſiari intra
quinquennium, quo elapſo præſumitur præ-
ſumptione iuris, & de iure agnouiſſe uolunta-
tem defuncti, & exhæredationem ratificaſſe, l.
65 1. C. de minoribus, cum ſimil. ac † proinde nõ
amplius eſſe audiendum cum actione uel ex-
ceptione præſcripta, c. 1. uerb. finita. de lit. con-
teſt. in 6. in l. nihil intereſt. de reg. iur. Nam etſi
aliàs exceptionibus ſimplicibus nunquã præ-
ſcribatur, quia nulla negligentia imputari ei
poteſt, qui non uſus eſt exceptione, quam op-
ponere nõ potuit, donec eſſet actum. Eſt enim
exceptio actionis excluſio, l. 2. de except. ut eſt
communis concluſio glo. in l. 3. uerb. perſecu-
tione. C. de præſcrip. 30. annor. & in l. ſi pactũ.
per illum text. C. de except. & l. purè. in fin. de
dol. except. Panor. & Felyn. in c. ſi autem. de re-
ſcrip. Franc. Bald. in tract. præſcrip. 4. parte 4.
part. prin. quæſt. 37. tamen quando eiuſmodi
ſunt exceptiones, ut per modum agendi pro-
poni poſsint, tũc æquè, ut ipſæ actiones, præ-
ſcribuntur: & poſtquam per modum agendi
amplius non admittuntur, tum etiam per mo-
dum excipiendi proponi ulteriùs nequeunt,

Cyn. Bal. Salic. & communiter Dd. in l. licet. C.
de excep. per tex. in l. quæſitum. §. final. de pe-
cul. Bal. in l. ſicut. nu. 1. & 13. C. de præſcript. 30.
annor. Cyn. Bal. Sal. & communiter Dd. in l. ſi
66 cautio. C. de non nu. pec. Vt † igitur querela
inofficioſi poſt quinquennium ab adita hære-
ditate non poteſt per modũ agendi, uel actio-
nis proponi, ita nec per modum exceptionis.
67 Et † hoc remedium uideri poteſt tutiſsimum,
quanquã contrà opponi poterit teſtamẽtum
eſſe nullum, quaſi nulla exhęredationis cauſa
inſerta: cùm paria ſint, nullã cauſam exprime-
re, aut friuolã allegare, uel iniuſtam & inſuffi-
cientem, l. 1. l. 2. §. 1. de cond. ind. ut hoc eſt de
mente Salic. in l. ſi mater. nu. 2. C. de inoffic. te-
ſtam. ubi parificat poſthumũ à matre præteri-
ri, uel exhæredari cauſa expreſſa, uel non: ſcili-
cet quòd nulla iuſta cauſa in poſthumum ca-
dere poteſt: item Bald. conſil. 89. proponitur.
68 nu. 1. uol. 5. ubi dicit, exhęredationem † non ri-
tè factam, eſſe nullam, & pro præteritione ha-
beri, per l. non putauit. §. non quæuis. de bon.
poſſ. cont. tab. ſequitur Mar. Man. ſing. 6[illegible]. ad
idem Salic. in d. auth. extrauag. licet. ubi bis re-
petit, quód teſtamentum, in quo nõ exprimi-
tur legitima & ſufficiẽs cauſa, ſit ipſo iure nul-
lum, ac ait in hoc etiã ius uetus correctũ eſſe.
Iure enĩ ueteri licebat liberos ex qualibet cau-
ſa exhęredare: hodie uerò non licet, cùm certa
forma ex certis cauſis exhæredationi ſit præ-
ſtituta. Proinde ſi inſufficiens exprimatur, erit
teſtamentũ ipſo iure nullum: & idem expreſ-
ſiùs tradit Bald. in auth. ex cauſa. nu. 44. C. de
lib. præter. Quartò, inquit, quæro, quando te-
ſtamentum ſit nullũ ex cauſa exhęredationis:
reſp. ubi exhæredatio non cõtinet cauſam, uel
cõtinet ineptã, id eſt, nõ approbatã à iure. Pa-
tificat igitur in hoc expreſſè, uel nullã cauſam
apponi, uel apponi à iure nõ probatã: ac ſub-
dit Bal. præal. loc. nõ ritè factam eſſe exhæreda-
tionẽ, qñ non ſufficiẽtes cauſæ cum omnibus
circumſtantijs ſunt expreſſæ, & planiùs Bal. in
l. omnimodo. nu. 3. C. de inoffic. teſta. Scias ta-
men, inqt, quòd Iacob. de Bel. eſt hodie in opi-
nione Martini, uidelicet ſi cauſa exhæredatio-
nis ſit falſa: quod præſumitur, ſi ab hærede nõ
ꝓbetur teſtamentũ eſſe ipſo iure nullũ, & poſ-
ſe perpetuò peti hæreditatẽ ac proponi ius di-
cendi nullum, ac ſi cauſa non eſſet inſerta ex-
hæredationi: quia nõ plus operatur falſa cau-
ſa, quàm nulla, ſecundũ eum, & idem in auth.
nõ licet. C. de lib. præter. ubi quanquam hanc
ſententiam reprobet, & ſecundum cõmunem
opinionem dicat teſtamentũ ualere cauſa ex-
preſſa: tamen hoc intelligendum eſt, quando
cauſa legitima (licet falſa, nec probata) expreſ-
ſa eſt, ut ibidem declarat, & meliùs ad idem
Caſt. in auth. ex cauſa. nu. 9. C. de lib. præter. in
2. concluſione 1. ubi concludit, quòd quando
filius eſt præteritus, uel exhæredatus ſine in-
ſertione cauſæ legitimæ, ſit teſtamentum ipſo
iure nullum: & ibidem Iaſ. num. 18, dicens hãc
eſſe

eſſe communem, quòd quando fit exhæreda-
tio ſine inſertione legitimæ cauſæ, ſit ipſo iure
nulla. Ex quo ſequitur, ſi cauſa non legitima
inſeratur & ſufficiẽs, tum teſtamentũ nullum
eſſe. Confirmatur idem ex communi theorica
in d. auth. non licet. C. eod. tit. quam ibi proſe-
quitur Iaſ. num. 6. quòd exhæredatio facta ex
maiori, uel pari cauſa, quàm quæ legibus eſt
expreſſa, ualeat. Sequitur igitur, ſi minor ſit &
inſufficiens, nõ ualere exhæredationem, & in-
cidere in præteritionẽ, Iaſ. in d. auth. ex cauſa.
nu. 18. per l. non putauit. §. nõ quæuis. de bon.
poſſ. cont. tab. & conſequenter tale teſtamen-
tum eſſe nullũ. §. 1. cum ſeq Inſtit. de exhær. lib.
Querela autem nullitatis, ſeu ius dicendi te-
ſtamẽtum nullum, durat 30. annis, Guid. Pap.
deciſ. 97. & dixi latè ſ. conſ. 1. Omnes autem
quatuor cauſas hic expreſſas, quamuis non eſ-
ſent falſæ, ſed probari poſſent: tamen tutè poſ-
ſe impugnari, tanquam inſufficientes & illegi
timas, ſuprà oſtenſum eſt, ut hoc ipſum conti-
[illegible]m, & hęc ratio, etiamſi communis ſententia
re[illegible]neatur, non tamen ſcrupulo omni careat,
maximè cùm nõ deſint, qui etiã expreſſa legi-
tima cauſa putẽt teſtamentũ nullum eſſe, niſi
ea probetur, ut Mart. Iac. Bald Oldr. conſ. 171.
[illegible]itius. & conſ. 138. Durand. & alij quos recitat
Iaſ. d. auth. ex cauſa. nu 18. quorũ opinionem
tam ueram dicit ibi Fulgoſ quàm quòd Deus
ſit in cœlo. Præterea nihil maioris rationis mo
mentiq; eſt, cur hæc filia uelit ita inſiſtere teſta-
mento matris, cùm in eo nihil ei ſit relictum,
quàm uſusfructus prędij uſq; ad uitam: ab in-
teſtato uerò illi dimidia pars omniũ bonorũ
à matre relictorũ (legatis exceptis, quæ etiam
ab inteſtato propter clauſulam codicillarem
præſtãda ſunt, ut ſuprà expoſitum eſt) debea-
tur: & in hac legitima quidẽ abſq; grauamine
uſusfructus, uel legati, uel alio, l. quoniam C.
de inoff. teſtam. Bart in l excuſatus. 10 princ. ſi
quis omiſſ. cau. teſt. Poſtremò uidetur etiam e-
ius pietate ac dignitate nobilis familiæ alte-
rum, ſi uelit urgere ac probare exhæredatio-
nis cauſam contra fratrẽ, atq; illum planè, cha
ritate omni poſtpoſita, excludere, adeoq; com
maculare atroci infamia, non ipſum modò
fratrẽ, ſed totam eius familiã ac poſteritatem,
quaſi iuſtè ob ſuum cõmiſſum ſit à matre ex-
70 hæredatus. Exhæredationis † enim cauſæ di-
cuntur & eſſe debent atrocia & grauia delicta
ac iniuriæ, Bald. in l. ſolo. in fin. C. de lib. cauſ.
Alex. in l. leuia. de accuſat. & atroces iniuriæ,
Alex. conſ. 203. ſuper. num. 3. uol. 2. quæ † infa-
mant conuictũ, l. iniuriarũ. 10. C. ex quib. cauſ.
infa. ſaltem infamia facti, l. 3. 4. de obſeq. à lib.
præſt. Quanquã ſi poſt quinquennium agat
excluſa querela, prout ſuprà dictum eſt, fateor
illo caſu nõ tam ipſi, quàm fratri, culpã omnẽ
poſſe imputari, qui agere querelã neglexit:
ſed quia ne ſic quidẽ ſatisfiat officio pietatis,
& quoniã ab inteſtato plus, nempe dimidiam
hæreditatis, iure proprietatis conſecutura eſt,
quæ ex teſtamento tantùm habitura eſſet u-
ſumfructum ad uitã, ideo uidetur conſultum,
quandoquidẽ uſufructuarius maritus de me-
dio iam eſt ſublatus, uti petat à fratre ab inte-
ſtato dimidiã maternorum bonorũ partem,
quã illi frater retinere & interuertere non po-
teſt: cùm æquè hæc filia ſit hæres matris, atque
frater, l. maximũ. C. de lib. præter. qui quidem
excipere nõ poteſt de teſtamento, quia in illo
exhæredatus eſt, & quoniã de facto illud non
71 tenuit, ſed † contra illud bona occupauit, ut
ſe illo cõtra alios iuuare nõ debeat, quod ipſe
repudiarit, & fruſtra poſtulet ab alio ſeruari,
quod ipſe non ſeruet, c. ex eo. de reg. iur. in 6.
cum ſimil. Ac cùm ipſe ab inteſtato bona ma-
terna poſſideat cõtra teſtamentũ: æquum eſt,
ut & ſororem eodẽ iure admittat, l. 1. & tot. tit.
ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. cùm pro parte teſtata
mater eſſe nequeat, partim inteſtata, l. ius no-
72 ſtrum. de reg. iur. & † ſucceſsio eius apud fra-
trem ab inteſtato, apud ſororem uerò ex teſta
mento eſſe nõ poſsit, niſi ex cauſa tranſactio-
nis & partium conſenſu, Iaſ. in l. controuerſia.
nu. 1. de tranſact. Imò ſi uelit inferre frater uien
tionem, & refricare quæſtionẽ teſtamenti, tum
poterit incidenter actrix excuſaritis ea, quæ ſu
prà de exhæredatione dicta ſunt, proferre &
intendere, ſi hic filius uelit hoc teſtamentum
ſeruari, ut pro dimidia totã hæreditatem ipſi
reſtituat, utpote cùm ille in eo teſtamento ſit
exhæredatus, nec illud intra quinquennium,
ſicut debuit, per querelã inofficioſi impugna-
rit. Et hæc uia uidetur eſſe commodiſsima, ac
maximè plana atque æqua, quæ etiam de iure
nullã habet dubitationem, cùm lex naturæ &
ciuilis ex æquo liberos utriuſque ſexus ad hę-
reditatem maternam uocet, d. l. maximum. &
73 conſtet, quòd † licet partium conuentione te-
ſtamentum ipſo iure non reſcindatur, niſi iu-
dex pronunciet, Bar. poſt gl. in l. controuerſia.
nu. 2. de tranſact. Guid. Pap. ſing. 677. tamen
74 † hæredes poſſe citra fraudẽ legatariorum (de
quibus hîc nihil quæritur) omittere cauſam
teſtamenti, ac ſuccedere ab inteſtato, l. qui aũt
§. nõ ſimpliciter. l. ſi quis omiſſa. ff. ſi qs omiſſ.
cauſ. teſt. Bart. in l. licet. nu. 2. & in l. ſi. nu. 2. & 3.
eo. tit. ac eiuſmodi tranſactionem inter hære-
dem ſcriptum & legitimum ualere, oſtendit l.
controuerſia. ubi Bartol. de tranſact. maximè
75 † uerò liberos poſſe omiſſo teſtamẽto paren-
tum (præſertim quod habeat clauſulã, ut hîc,
codicillarem) ſuccedere ab inteſtato, ſi uelint;
uel ſi ex teſtamẽto nõ æquè cõmodè ſuccede-
re poſſunt, text. apertiſs. in l. ult. in fin. C. de co-
dicil. & ibi Dd. At quando ꝓpter nõ factã inſti-
tutionẽ, uel factã illegitimè exhæredationem,
teſtamentũ redit, uel redire poteſt ad cauſam
76 inteſtati, tũc † oẽs liberos æqualiter ab inteſta
to ſuccedere, ꝓbat Gui. Pap. ſing. 776. uerſ. ex
teſtamẽto. per tex. in §. ſin aũt. in auth. ut cùm
de app. cog. ſicut aliter l. max. C. de lib. præter.
Pariſ. cõſ. 66. nu. 1. & 2, uol. 2. cõſ. 89. n. 2. uol. 2.

CONSILIVM XXX.

De foro controuerſiæ feudalis competente.

SVMMARIA.

1 ¶ *De feudali cauſa quando coram domino feudali debeat agi.*
2 *Ordinarius regulariter non cognoſcit de feudo.*
3 *Quod non eſt exceptum, ſecundum regulam iudicatur.*
4 *Actor ſatetur, quæ libello proponit.*
5 *Confeſſio in actis facta notorium inducit.*
6 *Sufficit reum eſſe uaſallum, ut ſit domini cognitio.*
7 *Quæſtio non feudalis ad domini cognitionem nequaquam pertinet.*
8 *Vbi deficit præſuppoſitum, deficit diſpoſitio.*
9 *Forum competens in l. diffamari. eſt forum agentis.*
10 *Lex, diffamari. quibus in cauſis locũ habeat.*
11 *Statur iuri communi, donec ſpeciale ius probetur: & in feudalibus attenditur ius pontificium, ſi ſpeciale non extet.*
12 *Ius loci, ubi feudum ſitum, attenditur: non, ubi dominus curiam habet.*
13 *Dominus feudi directus eſt dominus rerum à ſe dependentium: licet utile tantum habeat dominium reſpectu ſuperioris.*
14 *Vaſallus uaſalli non eſt meus uaſallus.*
15 *Dominus ſuperior non intromittere ſe debet in iuriſdictionem inferioris, niſi in caſu denegatæ iuſtitiæ.*
16 *Feudalia non comprehenduntur diſpoſitione generali.*
17 *Paria ſunt, locum exemptum eſſe, uel extra territorium eſſe.*
18 *Priuilegia ſtrictè interpretanda.*
19 *Contumax non eſt, qui negat ſe pertinere ad iuriſdictionem.*
20 *Iudex nulliter procedit, ſi omiſſa declinatoria cogat reum reſpondere.*
21 *Iudex non poteſt extrahere ſubditum extra prouinciam domicilij eius.*
22 *Citatione reali quando præueniatur iuriſdictio.*
23 *Carceratus indebitè, ante omnia relaxandus.*
24 *Notoria ſufficit allegari.*

SALVO concipientium honore,
1 uaſallus † de feudo conuentus
debet apud feudi dominũ conueniri, c. cæterùm. de iudic. cap.
ex trãnſmiſſa. de for. compet. ad
quem talis cognitio pertinet, c. 1. an apud iudic. uel cur. cap. 1. §. ult. de prob. feud. alien. per
Feder. Mynſing. obſer. 99. centur. 1. maximè ſi
dominus non auerſetur, ſed (ut hîc) admittere, ſuſcipereq́ue uelit cognitionem, Felyn. & Dd.
d. c. cæterùm. neque iuſtitiam facere deneget,
Panor. & Dd. d. c. cæterùm. Curt. tractat. feud.
parte 7. num. 3. 4. quæ denegatio dat ordinariæ iuriſdictioni locum, cap. ex parte 6. de for.
comp. ad quam aliàs diſceptatio feudalis nõ
ſpectat, d. c. cæterùm. d. c. examinatio. Mynſin-
2 gerus d. obſer. 99. centur. 1. Vnde † uaſallus
paratus reſpondere coram domino feudi, nõ
cogitur alibi ſuſcipere litem: & ſi ordinarius
contrà procedat, proceſſus redditur nullus,
Hoſtien. c. licet. c. ex tenore. de for. compet. per
d. c. cæterùm. uerb. inhibemus. de iudic. Non
enim debet iudicare de cauſa iuriſdictionis
alienæ, c. nouit. de iudic. maximè domino uaſalloq́ue contradicentibus, Felyn. & Dd. d. c. cæ-
3 terùm. Nec † obſtat aduerſarij obiectio friuola, regulam illam nõ obtinere generatim, niſi
doceat caſum exceptum, Dec. & Dd. l. 1. num.
20. de reg. iur. Bartol. l. quoties. num. 1. ſi quis
caut. Iaſ. poſt Bar. num. 33. ſi quis in ius uocat.
nam ſecundum regulam d. c. cæterùm. d. c. ex
tranſmiſſa. cap. 1. an apud iud. cum ſimil. pronunciandum eſt, donec fallentia, ſeu caſus, de
quo tractatur, exceptus eſſe demonſtretur, Iaſ.
l. cætera. numer. 5. de legat. 1. Bald. l. ſi tutor. in
fin. C. de ſer. pig. dato, Schurff. conſil. 15 quod
in præſenti. num. 6. centur. 3. Cæterùm quòd
actor allegat, hanc regulã non obtinere, quoties uterque litigator non eſt eiuſdem domini
uaſallus, cap. 1. §. ſi duo. §. ſi tres. de pace tenen.
contra ſe, quantum uidetur, allegat, leg. cùm
precum. C. de lib. cauſ. cum in libello ſe non
minus, quàm reum pro uaſallo huius domini, & ab eo feudum litigioſum dependẽre re-
4 cognoſcat. Quanquam † enim quæ interrogatorijs & probationum articulis aſpergit actor, haud æquè fateri non uideatur, Maran.
in Spec. parte 6. in 4. actu poſit. numer. 6. 7. &
de interrog. memb. 7. numer. 6. ex Bal. l. data.
C. qui accuſat. Iaſ. l. iudices. C. de iudic. contrà
tamen eſt in libello comprehenſis, quæ fateri
creditur, Panorm. c. examinata. numer. 2. & 4.
Dec. conſil. 25. numer. 1. 2. Deinde hæc euaſio
poteſt locum habere, cùm reus ſe uaſallum,
aut rem eſſe feudalẽ negat, d. §. ſi duo. §. ſi tres.
5 d. c. cæterùm. Vbi † uerò conſtat de his, ut iſto
caſu, ex actis, & ipſiuſmet confeſſione actoris
iudiciali in libello facta, nedum ipſius rei, Iaſ.
l. eius. num. 7. ſi cert. pet. Socin. l. 2. numer. 5. de
except. & conſil. 96. numer. 5. 6. uol. 4. Schurff.
6 conſil. 98. numer. 22. centur. 3. indubiè † tractari cauſa, conuenirique uaſallus coram do-

domino

minu feudi debet,ſiue actor uaſallus,ſiue uon
t,gloſſ. & Dd.§.præterea.de proh. feud.alien.
per Fed. & d.c.cæterùm.d.c.ex tranſmiſſa.Cur.
tract. feud. parte 7.nu.6. Nam actor forum
i ſequitur,l.2.C.de iuriſdict.l.2.C.ubi in rem
ct. & paſsim tot.t.ex. de for.comp. At † quo-
es de re non diſceptatur feudali, fateor ordi-
nariã cognitionem eſſe,c.1.in fin.ubi Dd.apud
quem,uel quos,cap.1.de inueſt.in mat.fac.§.ſi
duo.de pace tenen. Zaſ. in epit. parte 11.Zon-
bec.tract.feud.parte 14. Verùm hic nõ ſumus
in tali caſu: imò in terminis d.c. cæterùm. d.c.
ex tranſmiſſa. Itaq; † cùm deficiat præſuppo-
ſitum ius,deficit & diſpoſitio,gl. & Dd.l.man-
cipia. C. de ſer. fugit. quam recipiunt omnes,
teſte Menoch. remed. recup.9. nu.161. Multo
minus obtinet l.diffamari. Cod.de ingeu.
9 mau. ut † eius prætextu ad ſuum ordinarium
forum actor trahere reum non poſsit:ex theo-
Felyn.c.ea quæ. nu.1. de iudic. Alex.conſ.
3.uol.5.Cag & alij,d.l. diffamari. Quanquã
tra eandem diſputet Caſtren.l.in crimina-
m.3.C.de iuriſdict. ut non careat ſcrupu-
& ſi careat, nullum tamen hic pondus ha-
Etenim † quamlibet eius legis praxis
eat in omnibus cauſis, tam criminali-
ar. l.Titia.in fin.de accuſat. Natta cle.ſæ-
pe in fin.de uerb.ſign. Cag.d.l.diffamari.nu.
3.quàm ciuilibus,ſiue realibus, Cag. ibid.nu-
m. Fely.Pariſ. & Dd. c.in præſentia.de pro-
bat. Ripa lib.1. reſponſ. cap.8. ſiue perſonali-
bus,Innocent.cap.conquerente.de off. ordin.
Roma.conſ.53.uiſis Natta cle.ſæpe. col.35.de
uerb.ſig Cag.d.l.diffamari. nu.3. Schurff.cõſ.
. num.7. cent.3. tamen cùm hic actor fatea-
tur h feudum ab iſto domino dependère,
& reum unà ſecum eiuſdem uaſallum eſſe: ne
quidem ipſe forum ſuum aliud in hac cauſa
competẽs ſtatuere poteſt, d.c. cæterùm.d.c.ex
tranſmiſſa.cum alijs ſ. alleg. quibus † iuribus
ſtandum eſt, ubi ſpeciale aliud ius feudale nõ
reperitur, c.1. de feud.cog. Nam etiam ponti-
ficium ius in feudalibus attendimus,quando
nihil ſpecialiter reperitur ſtatutum, Bald. nu.
10.Præpoſ. num.9. in c.1.§. præterea. de prob.
feud.alie.per Fed.Iaſ.in prælud.feud.num.63
Laud.c.1.de cõt. feud. apud pares ter. Præpoſ.
cap.1.nu.4.quo temp. miles, Zaſ.in epit.feud.
parte 7. num.6. Fely.in c.eccleſia S.Mariæ.nu.
54.de conſtit. & in terminis fori noſtri in cap.
2 cæterùm.nu.21.de iudic.quoties † ſcilicet non
extat ius aliud ſpeciale fori, ubi res ſita eſt, gl.
art.30.lib.1. in fine, quod attenditur, Hoſtien.
in rub.de feud.in fin. Aluar. nu.4. c.1.de feud.
cog.Chaſſ.in conſ.Burg.rub.de feud. num.17.
Curt. tract. feud. parte 1. Boer. conſuet. Bitur.
tit. de præſcript.§.2.gloſſ.2. Molin.in conſ. Pa-
riſ. tit.1.de feud.in fine princ. neque probatur:
nec enim præſumitur,Schurff.conſil.66.nu.9.
cent.1.Dico, ius loci ubi res ſita eſt: nam illud
etiam,ubi dominus curiam tenet, non perin-
de attenditur,Bal.§.ſi qua controuerſia. num.

1.2.in uſibus feud. de pace Conſtan. Molinæ.
de feud.rubr.1.§.7.num.34.Par. conſ. nu.
13 20.lib.1.Non obſtat,quòd † hic dominus feu
di ſuperiorem recognoſcat. Nec enim inde ſe-
quitur, eum nõ eſſe directum huius feudi do-
minũ, quod uniuerſitate ſui regalis feudi, uti-
liſq; dominij continetur,Bal.l.1.in fi.C.de leg.
hær.Euer.loc.à tanquam ſeu reſpec.in 29.am-
plia.per Curt.tract.feud. parte 1. quæſt.6. par-
te 2.quæſt.2. Ludo.Gozad. conſil. 50. prima.
nu.9.ubi probat,Germanię Principes,quam-
uis ab imperio ſua dominia recognoſcentes,
nihilominus dominos eſſe directos feudorũ
particularium, quæ ſua diœceſi continentur,
& ab ipſis recognoſcuntur. Notum eſt & illud
14 acroama: Vaſallum † uaſalli mei, non meum
eſſe uaſallum, gl.l. de acceſsionibus.ubi Bart.
de diuer.& temp.præſcrip. & l.Modeſtinus.de
uerb.ſign. niſi ſecundum quid, c.1.§. illud.ubi
Bal. Aluar.& alij,de prohib.feu.alien. per Fed.
Bald.l.1.num.4.C.com.de lega. Cur.tract.feu.
parte 4.Euerar.loc.leg.à liberto ad uaſallum,
15 in prin. uerſic.tertiò illud facit, &c. cui † pro-
pterea ſuperior ius non dicit, quamdiu pro-
ximus dominus iuſtitiã nullis denegat, gloſſ.
§.ult.uerb.duos.de proh. feud. alien. per Fed.
Felyn.& Cano. d.c.cæterùm. Non enim debet
aliàs huius iuriſdictionem impedire, c. paſto-
ralis.11. ubi Panor. & Dd. c.duo.9. de off.ord.
cle.1.in fin. ubi Zab. de exceſſ. prælat. Priuile-
gium regiæ coronæ fruſtra quoq; opponitur:
16 cùm † enim nihil de feudis agat, illius gene-
ralis diſpoſitio porrigi huc nequit, Ripa l.ob-
ligatione.num.36. de pignor. Tiraquel. de re-
tract.prox.§.1.gloſſ.3.numer.3.cum multis ibi
alleg. per c.generali. ſi de feud. cont.int.dom.
& ag.cap.1.de cap.qui cur.uend.maximè cùm
feuda ordinariæ iuriſdictioni eximantur, d. c.
17 cæterùm. d.c.ex tranſmiſſa. Paria † uerò ſunt,
locum exemptum eſſe,uel non eſſe de territo-
rio,Iaſ.l.ult.num.5.de iuriſdict.per c.cùm epi-
18 ſcopus. de off. ord. in 6. & † priuilegia intelli-
guntur ſaluo iure tertij, l.2.§. merito. ne quid
in loc. publ. Iaſ. & Dd.l. beneficia.de conſtit.l.
quo minus. de flum. nec generalis ordinaria
iuriſdictio derogat feudali, d. c.cæterùm. tan-
quam ſpeciali,c.1.de feud. cog. ſed potius hæc
illi ſua in cauſa præponderat & anteferitur, d.
c.cæterùm. d.c.ex tranſmiſſa. per reg.l.in toto,
de reg.iur.Iaſ.in fin.l.placuit.C. de iudic. Itaq;
19 † nec pro contumace uaſallus eſt habendus,
qui hac fori declinatoria utitur, l.contuma-
cia.§.ult.de re iud.l.ſi quis ex aliena. de iuriſd.
leg. ſi quis. in ius uoc. potiſsimùm reuocante
(quod hic factum) ad ſe cauſam & uaſallum
domino:cui ille parère habet neceſſe, l.2.§.ul-
tim.ſi quis caut.l.contra.§. ult.de re iudic. Nec
erat iudicis, neglecta hac declinatoria, proce-
dere,l.ſed etſi.ubi gl.uerb.non poteſt.de iudic.
eãq; nõ cognitã reijcere,Pan.in rub. de excep.
in fin.& Socin.ff. eod. num.3. Spec. de except.
20 §.uiſo.numer.26. quod † fit, quando prætere-

tis

tis ijs iudex præcipit, uti reus reſpondeat, Spe
cul. præalleg. loc. num. 27. quomodo nulliter
proceditur, Maran. in Spec. parte 4. diſtin. 20.
numer. 17. per l. ſi quis ex aliena. de iudic. l. ex
quacunq;. ubi Bart. ſi quis in ius uoc. l. apertiſ-
ſimi. C. de iud. c. ſuſpicionis. de offic. deleg. ma
21 ximè, ut hic, euocando † extra territorium, cõ
tra communes regulas, Bal. c. 1. §. ult. numer. 7.
Aluar. numer. 10. de prohib. feud. alie per Fed.
Bal. c. 1. num. 4. de mil. uaſ. qui con. Innoc. c. li-
cet num. 1. de for. comp. Socin. de citat. art. 18.
num. 6 cum ſeq. per §. 1. in authen. ut litigan. l.
cùm ſententia. 6. C. de ſent. l. ſi, ut proponis. 5.
C. quom. & quan. iudex, §. ſuper hoc. in auth.
de quæſt. l. curialis. C. de decur. lib. 10. ad idem
Panorm. in c. nouit. num. 2. de offic. & pot. iud.
deleg. ubi quærit, nunquid legatus, qui habet
iuriſdictionem in pluribus prouincijs, poſſit
trahere hominem unius prouinciæ ad aliam,
licet habeat in utraque poteſtatem & ſubdit,
potius inclinare ſe in partem negatiuam, quia
iura nolunt aliquem extrahi ſuam extra pro-
uinciam, c. neminem. 3. q. 6. & dixi, inquit, in c.
nonnulli. de reſcript. ad idem gloſſ. magna l. 3.
de offic. præſcr. & ibi Bald. num. 2. addens ra-
tionem, quòd utriuſq; prouinciæ territorium
ſuam ſeparatim iuriſdictionem habeat & ia-
gitet, l. ult. C. ubi & apud quos. Amplius ait Ca
ſtrenſ. l. ult. num. 8. de iuriſd. om. iud. iudicem,
qui multiplex habeat territorium, non poſſe
ſubditis ſuis proprijs ius dicere alibi, quàm in
cuiuſq; domicilio, & foro competete, pro quo
text. in auth. de exhib. & introd. reis, c. paſtora-
lis. de re iud. Nec obſtat, quòd poteſtas duorũ
territoriorum exiſtens in uno, ius poſſit dice-
re de alio, Bart. l. 1. C. de metrop. Ber. lib. 11. Iaſ.
l. ult. num. 9. de iuriſdict. nam hoc intelligen-
dum iuxta caſum ſpecialem c. nouit. de off. le-
gat. qui textus cùm ad hoc allegetur, deciſio
quoq; Doctorum inde ducta, iuxta eum eſt in-
terpretanda, l. non ſolùm. §. liberationis. ubi
Bart. num. 11. de lib. leg. Socin. conſil. 62. nu. 9.
uol. 1. prout exponit Imol. d. c. nouit. Nec ex eo
ſequitur, poſſe poteſtatem homines alius terri
torij ad alium ſuum territorium trahere, Pan.
22 d. c. nouit. numer. 2. Non obſtat, quòd † per ca
ptiuitatem quaſi citationem realem, præuen-
ta dicatur iuriſdictio, Iaſ. l. cum quædam. nu-
mer. 3. Hippol. l. ult. num. 202. de iuriſdict. om.
iud. Bal. l. officiales. l. ſi quis, non dicam. C. de
epiſc. & cler. & auth. ſed nouo. C. de ſer. fug & l.
ult. C. ubi de crim. Bart. l. 3. de cuſt. reo. Panor.
& Dd. c. ult. de for. comp. Nam præuentioni lo
cus eſt tantùm in foris competentibus, ubi
quis forum ſortitur ratione delicti, cõtractus,
&c. l. ubi cœptum. de iudic. Panorm. & Can. c.
pen. c. ult. de for. comp. Calder. de ſynd. uerſ.
555. Hippol. l. ult. num. 202. de iuriſdict. Gram
mat. deciſ. 30. numer. 1. 2. Sed nec magiſtratus
remedijs illis realibus procedere, niſi contra
contumacem, poteſt, Bart. Alexand. Iaſ. & Dd.
l. unic. ſi quis ius dicent. Non enim ab execu-
tione incipiendum, l. 1. C. de execut. rei iud. In
præſentia uerò reus forum non ſortitur ex ali-
qua tali cauſa coram ordinario, neque ab eo-
dem ſic opprimi debuit. Nec enim deliquit,
neque contumax eſt, qui litigare coram eo re-
cuſauit de re feudali, præſertim domino feudi,
cui fidem hoc nomine iuraſſet, prohibente, ad
quem cognitio illa pertineret, ut ſuprà uidi-
mus. Sed & qui ſibi, uel alteri, ratione delicti,
ordinariam iuriſdictionem arrogat, ut præ-
uentioni ſit locus, delictum tanquam funda-
mentum ſuæ intentionis probare debet, cùm
non præſumatur, l. meritò. pro ſoc. Deficit igi-
tur hîc fundamentum præuentionis, & conſe-
quenter ſuperædificata ruunt, l. egi. de except.
23 rei iudic. Euerar. loc. legal. in fine priu. & † ante
omnia indebitè captus relaxari debet, Iaſ. l.
ult. numer. 4. de iuriſdict. ex Bald. l. 2. C. de ſer
fugit. tanquam libertate ſua ſpoliatus, Socin.
conſil. 12. quoniam. num. 10. 11. 12 uol. 1. quan-
do captiuus non multum differat à ſeruo, l. 2.
de lib. hom. exh. & carcer mala ſit manſio, l. ſi
hominem. 7. ubi gloſſ. in princ. uerbor. exten-
ſum. ff. depoſ. quæ ſeruituti comparatur, d. l.
1. de lib. hom. ideoq; morti, l. ſeruitutem. de
reg. iur. Boſſ. de carcere, in prin. Sed & promiſ-
ſio de ſiſtendo, in carcere iniuſto facta, tanquã
metu extorta, debet annihilari, iuxta diſtin-
ctionem Bar. in l. qui neq;. §. ſolutum. de uerb.
ſig. Dd. l. qui in carcere. quod met. cauſ. Quam-
obrem & hæc ſpolij exceptio rectè obijcitur
ante conteſtationem in uim dilatoriæ, c. 2. ubi
Innoc. de ord. cog. c. 1. e frequẽs de reſtit. ſpol.
in 6. Dec. & Dd. c. propoſuit. de appellat. ſiue
agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, Innoc. in c.
cùm ſuper. de ord. cog. & obtinet etiam, cùm
familia capere uolens fugitiuum, in alieno ter-
ritorio cepit, Iaſ. l. ult. num. 4. de iuriſdict. per
Bald. l. cùm olim. in fin. de dol. & cont. Bart.
quod ait. §. 1. de adul. Pariſ. de Put. uerb. captu
ra. c. 4. per l. 1. C. ubi de crim. Quanquam au-
tem talis exceptio probari debeat intra quin-
decim dies, c. 1. de reſt. ſpol. in 6. hîc tamen alia
probatione non eſt opus, cùm res ſit notoria,
reuſq; de facto etiamnum teneatur. Sufficit
24 † enim notoria allegari, etiamſi nõ aliter pro-
bentur, quàm ex ipſa notorietate, c. 3. de teſtib.
cog. c. euidentia. de accuſa. glo. cle. appellanti.
uerb. alias cauſas. de appellat. Bart. l. 1. nu. 10.
de except. l. emptorẽ. in prin. & §. 1. de act. emp.
ubi glo. & in l. ſi uerò. §. 1. uerb. euidentiſsimè.
qui ſatiſd. cogan. Et hæc de incidente. Nam de
cauſa principali patet ex præmiſsis, malè pro-
nunciatum, nec reum cogendum alibi de re
cauſaq; feudali reſpondere, quàm coram do-
mino feudi, d. c. cæterùm. de iudic. c. ex tranſ-
miſſa. de for. comp. cum alijs ſu-
prà adductis.

CON-

CONSILIVM XXXI.

De ſocietate.

SVMMARIA.

1 ¶ *Numeratio non præſumitur, niſi probetur.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ diſertè non eſt renunciata, durat 30 annis.*

3 *Ius loci cõtractus, & ubi reus domicilium habet, attendendum.*

4 *Exceptio non numeratæ pec. tranſit in hæredem, & concurrit cum exceptione doli.*

5 *Exceptio doli obſtat obligationi ſine cauſa factæ.*

6 *Etiam ſtipulatio ſine cauſa non præſumitur animo donandi facta.*

7 *Tranſactio non fit animo donandi.*

8 *Inducta ad unum finem, non debent operari contrarium.*

9 *Confeſſio in ſcriptis facta, non eſt ſtipulatio.*

10 *Creditor contentus eſſe debet iis, quò ſe delegari paſſus eſt.*

11 *Delegatio nouat ipſo iure, & hodie citra ſtipulationem conſtituitur.*

12 *Contractus, etiam nominatus, ob non impletam cauſam reſcinditur.*

13 *Remedium leg. 2. C. de reſcr. uend. obtinet in tranſactione.*

14 *Tranſactio eſt idonea debitionis cauſa.*

15 *Cauſa poſita in proœmio, pro finali habetur, & regulat contractus.*

16 *Trãſactio potiùs cõtractus, quàm diſtractus.*

17 *Tranſactionis debitio ſoluẽda, etiamſi reuera alioqui nihil debeatur.*

18 *Inſtrumentũ habet executionem paratam.*

19 *Sufficit cautio de recepto.*

20 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ tantùm habet locum in mutuo & dote, non in tranſactione.*

21 *Exceptiones friuolæ non debilitant inſtrumentum, nec recipiuntur.*

22 *Calumniatur, qui propriæ ſcripturæ contrauenit.*

23 *Exceptio numer. pec. & ſimiles, inter mercatores non obtinent.*

24 *Non eſt læſio fortuiti caſus, qui aliter ſe habere potuit.*

25 *Tranſacta inſtaurari non debent.*

26 *Damnum ſua culpa contractum quiſq; ſibi imputat, non alteri.*

27 *Socius an poſſit ſocietatem, uel ſocium ignorantem obligare.*

28 *Societas unde intelligatur et probetur coita.*

29 *Socij intelligũtur ſe inuicem præponere cum mandato de contrahendo.*

30 *In dubio intelligitur quis actũ facere nomine proprio, uel ex mandato præambulo.*

31 *Socius qualiter ſocietatem, uel ſocios obliget, etiamſi nihil ad eos peruenerit.*

32 *Nouatio ſemper ineſt delegationi & conſtitutioni noui debiti: & quolibet hodie pacto perficitur.*

33 *Tranſactio fit, quando reſta pro omni debito ponitur.*

34 *Rationes retractari poſſunt, ſed non poſt tranſactionem.*

35 *Friuolæ exceptiones non faciunt fidem inſtrumenti dubiam.*

EX hac ſocietate A. petit à B. reſiduum per ſyngrapham, quę profeſſus eſt B. ſe hoc alteri, nẽpe ſuo ſocio A. debere. Obſtat, quòd nõ appareat cauſa debiti: & quãuis fateatur B. ſe ex numeratione ſibi facta debere, non † tamen ea præſumitur, niſi probetur, l. l. aſſeueratio. C. de nõ nu. pec. l. ult. C. de ſolut. ab ipſo petitore uel creditore, l. aſsiduis. ubi gloſſ. uerb. datæ. C. qui potior. tot. t. C. de non num. pec. & de dote cauta non num. Iaſ. §. fuerat. num. 18. Inſt. de actio. Crauet. de antiq. temp. §. 3. nu. 68. 69. præſertim † quando non expreſſè reperitur huic exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatum: Spec. de renonc. § 1. num. 30. Bal. l. peconiæ. num. 4. C. de ſolut. Specul. de oblig ac ſolut. §. 1. nu. 13. Bald. l. ſi ex cautione. nu. 6. l. in contractibus. nu. 5. & 6. C. de nõ num. pec. cõſtit. 17. parte 2. quæ etiã exceptio 30. demũ annis pręſcribitur, ſecundum ius cõmune, Bal. Sal. & Dd. l. ſi ex caotione. C. de nõ num. pecun. Felyn. c. ſi cautio. nu. 60. de fid. inſtr. ex cõmuni doctrina l. licet. cũ ſeq. C. de except. Bal. l. ſicut. n. 12. & 13. C. de præſcrip.
3 30. annor. p l. quæſitũ. §. ult. de pecul. q̃d † meritò hîc attẽdendũ, ut q̃d ſeruet̃ in loco cõtractus huius, l. ſi fondos. 6. de euict. l. q. ſi nolit. §. qa aſsidua. de ædil. edict. l. ſi priòs. §. placuit. de aq. pluu. arc. c. cæterùm. de donat. Bar. l. ult. in prin. de his quæ in fr. cred. l. ſi procurator. in prin. de iur. fiſc. l. nemo eſt q neſciat. ubi Alex. de duob. reis, Dec. poſt Bar. nu. 8. Cag. nu. 5. & 6. dicens hãc eſſe cõmunem, in l. ſemper in ſtipulationibus. 34. de reg. iur. Alex. conſ. 37. uiſis. n. 1. lib. 5. Aſten. tractat de augmen. in fine ult. cõcluſ. Pap. in lib. cauſ. uendit. uerb. perticarũ. in fine, Par. cõſ. 120. n. 20. col. 1. maximè qñ re⁹ hic inibi domiciliũ habeat, ut illud ius uel ob hãc etiã cauſã attendi debeat: Bart. Bal. Alex. Iaſ. & cõmuniter ſcribẽtes, l. 1. C. de ſum. trin. l. uni. C. quæ ſit lõg. cõſ. Euerar. cõſ. 78. col. 5. uerſ. exceptis p̃paratorijs iudicij. Mynſ. obſ. 82. cẽt. 4. Cùm igit̃ nondũ 30. anni ſint hîc effluxi, & † trãſeat hęc exceptio nõ numeratæ pe-
4

cuniæ

cuniæ in hæredem, l. ſi intra. 8. C. de non num.
pec. uidetur elidi poſſe ſyngrapha petitionis,
auth ar l. 3. l. ſi quaſi. 7. C. de non nu. pec. aut,
quod perinde eſt, exceptione doli, l. 3. ubi gl.
C. eod. tit. l. qui pecuniã. ubi gl. uerb. obſtrin-
gat. & Dd. ſi cert. pet. l. 2. §. circa. de dol. except.
l. ſi quis cùm al ter. de uerb. obligat. quæ cum
alijs facilè cõcurrit, l 1. l. 2. §. & generaliter. l. 4.
5 §. ult. de dol. excep. & † tum etiam obſtat, cùm,
ut hîc, nulla ſcripturæ inſerta eſt debitionis
causa, c. ſi cautio. ubi Dd. de fid. inſtr. l. 2. §. cir-
ca. de dol. excep. ubi gloſſ. uerb. ſine cauſa. di-
ſertè tradit, non ſufficere, ſi petam, quia pro-
miſiſti: cùm ſpecialis alia promiſsionis cauſa
requiratur, & ſit exprimenda, Bal. Sal. Ang. di-
centes hanc eſſe communem, in l. generaliter.
ubi gl. ad uerb. cauſam. C. de nõ num. pec. gl. l.
cùm de indebito. §. final. de probat. l. ſi ita ſti-
pulatus eſſes à me. de fideiuſſ. l. nuda ratio.
ubi Bar. de donat. Lanfr. de Oria. c. quoniam.
11. uerb. confeſsiones. num. 25. in fin. de pro-
bat. Etenim cauſa obligationis ſi deficiat, ea
non ualet, Bald. in fin. de conſti. pecun. l. gene-
raliter. C. de epiſc. & cler. & in l. ſi quis ſub con-
ditione. de condit. inſt. ubi allegat rationem;
Quoniã, inquit, ubi non eſt efficax cauſa, non
eſt etiam efficax cauſatum, per l. inter quos. de
legat. 3. gloſſ. l. ſi ob turpem. de condic. ob turp.
cauſ. Alexand. l. Publia §. 1. depoſ. l. cùm de in-
debito. de probat. Innocent. c. ſi cautio. de fid.
6 inſtrum. Et † utcunq; de ſtipulatione dubitet
Bart. d. l. 2. §. circa. de dol. excep. & in l. iuriſgen-
tiũ. § quinimò. l. ſi tibi. de pact. Bal. l. ſi pacto. l.
petens. C. eod. tit. Imol. l. in ædibus. §. 1. de do-
nat. Socin. conſil. 96. uiſo proceſſu. nu. 9 uol. 1.
tamẽ communiùs receptum eſt, quamuis ſti-
pulatio ſine cauſa ipſo iure ualeat, nihilomi-
nus elidi & ipſam hac doli exceptione, d. l. 2. §.
circa. nec præſumi donationis cauſa factam, l.
cùm de indebito. in fin. de probat. leg. 3. ubi
Bal. nu. 3. 5 C. de non num. pec. Iaſ. & Dd. l. 3. 4.
de pact. niſi probetur, l. Campanus. de oper.
lib. l. hoc iure. de donat. Iaſ. & Dd. l. 3. de pact.
Bald. in l. generaliter. num. 5. C. de non num.
pec. l. ſi cùm autum. de ſolut. Tiraquel. de re-
tract. prox. §. 36. gloſſ. 2. num. 49. & in l. ſi un-
quam. uerb. donatione. num. 169. C. de reuo-
can. donat. Vnde niſi exprimatur donationis
cauſa, non ſubintelligitur, ne duo ſpecialia
concurrant: ut hoc communiter tenent cõtra
Bartol. in l. 2. §. circa. de dol. except. l. à Titio. de
uerb. oblig. Angel. Imol. & Dd. teſte Tiraq. in
retract. conuen. in fin. num. 104. 105. & multis
confirmat Alexand. conſil. 19. in his. num. 3. 4.
5. 6. uolum 4. conſil. 13. num. 1. & 3. uolum. 1.
7 de quo diſputare nihil hic attinet, cùm † quia
tranſactio, cuius reſpectu hæc ſcriptura facta
eſt, non poteſt uideri donandi cauſa placuiſ-
ſe, l. 3. C. de rep. hæred. l. 1. de tranſact. l. tranſ-
8 actio. 38. C. eod. tit. l. ſi uno. in prin. loc. ne † in-
ducta ad unum finem, operentur contrarium,
l. legata inutiliter. ubi Iaſ. num. 5. & 8. l. ſi mihi.
§ in legatis. ubi Iaſ. num. 7. & 9. de legat. 1. & l.
intra. num. 3. de re iudic. Crauet. conſ. 236. ex-
tat. num. 8. uolum. 2. per l. quod fauore. C. de
9 legib. l. nulla. eo. tum † quòd hæc cõfeſsio de-
bitionis, in ſcriptis facta, pro ſtipulatione non
debet haberi, l. ſi ex precio. 6. ubi hoc notat
Bald. C. ſi cert. pet. Socin. d. conſil. 96. uiſo. nu.
9. & per diſcurſum, lib. 1. Deinde cùm B. pro-
miſerit ſe ſoluturum ex certis fundis, quos A.
pro ſua parte ſibi concedebat, uidetur A. con-
tentus ijs eſſe debere, l. à diuo. §. 3. de re iudic.
10 quæ † ex dictis fundis hauriri poſſunt, quò
ſe delegari paſſus eſt, l. ultim. §. ult. ubi Alber.
de contrahen. empt. Bart. num. 19. Iaſ. num. 38.
39. in l. ſingularia. ſi cert. pet. Dec. conſil 421.
plenè. num. 16. 17. ex doctrina Bar. l. delegare.
1. de nouat. Alexan. conſ. 173. uiſis. num. . uo-
lum. 7. conſil. 10. uiſis. numer. 1. uol. 2. conſ. 60.
11 uiſo. num. 1. uolum. 6. quæ † delegatio & no-
uat ipſo iure priores obligationes, leg. 2. C. de
nouat. & poſtquam hodie efficax, ex qualibet
cõuentione naſcitur obligatio, ſecundum cõ-
munem, quam proſequitur Fortun. Gar. cap.
1. num. 10. de pact. Mynſing. obſer. 97. cent. 2.
quacunq; etiam pactione citra ſtipulationem
inducitur, Bar. Dec. Iaſ. l. ſingularia. ſi cert. pet.
Caſtr. l. delegare. num. 3. de nouat. Alex. l. qui
uſumfructum. de uerb. oblig. Bart. l. Quintus.
num. 1. mandat. Dec. conſ. 421. plena. num. 18.
conſ. 107. in cauſa. num. 1. Alexan. conſ. 10. ui-
ſis. num. 1. uol. 3. conſ. 60. uiſo. num. 1. 2. uol. 6.
Quòd ſi à ſua quoq; parte A. non impleuit id,
cuius nomine obligatio hæc emanauit: cui du-
bium, quin obſtet ei exceptio? l. Iulianus. §. of-
12 ferri. de act. empt. imò † contractus totus re-
ſcindi queat ob cauſam non impletam fina-
lem: ſicut fuiſſe præſumitur, etiamſi ponamus
contractũ fuiſſe hîc nominatum, l. cùm te fun-
dum. ubi Dd. C de pact. int. emt. l. ult. de cond.
ob cauſ. Cornæ conſi. 101. nu. 4. conſ. 121. lib. 1
conſ. 102 num. 6. lib. 2. Bald. No. de dote, par-
te 6. priuileg 50. Socin. conſil. 26. in fin l
Crauet. conſ. 246. Iacobus. num. 2. uolum
præſertim ſi ſine tali cauſa pars altera nõ erat
contractura, Bal & Dd. l. ex teſtamento. in fin.
C. de fideicom. Alexan. & Moder. l. 1. §. ſi uir. de
acq. poſſ. Socin. conſil. 78. num. 2. & 3. uolum.
3. Crauetta conſ. 299. Antonius num. . uol. 2.
Multò igit magis hoc obtinere debet in trãſ-
actione, l. fine. l. ſi diuerſa. l. cùm proponas. C.
de tranſact. l. cùm proponas. ubi Iaſ. num. 1. &
3. C. de pact. & l. fin. nu. 7. ff. eod. l. qui Romæ. §.
Seia. numer. 7. de uerb oblig. & potiſsimum ſi
13 læſio quoq; ultra dimidiam ſubſit: quam † li-
cet ad retractandam tranſactionem non pu-
tent ſufficere, Iaſ. l. ſi quis cùm alter. ſtatuens
hanc communem, de uerb. oblig. deciſ. Neap.
220. numer. 3. tamen contraria ſententia rece-
ptior eſt, nempe l. 2. C. de reſcin. uend. item ut e
in diuiſionibus, l. 2. C. com. utr. iudic. Schurff.
conſil. 28. cent. 1. ſic etiam in tranſactionibus
ualere, Bart. numer. 5. d. l. ſi quis cùm alter. de
uerb.

uerbor.oblig.& d.l.2.num.7.Dec.conſil.6.ui-
ſo.nu.4.conſil.597.nu.10.Cornæ.conſi.27.in
princ.lib.4. Schurff.cõſi.50.ueritas.nu.16.17.
cent.3.conſil.16.caſus.nu.17.cent.2.conſi.97.
pro clariore.num.13.cent.13. & idem deciſum
nupera conſtit.34. parte 2. His tamen nõ ob-
ſtantibus, potiùs in dubio pro inſtrumento
pronũciandum, l.cùm precibus.C.de probat.
14 quod † ſufficientem oſtẽdit huius debitionis
cauſam, nempe trãſactionem, l.1. C.de con.in-
deb. l.ſi tranſactionis.11.C.de non nu.pec.Iaſ.
l.unic.num.13.C.de err.cal.l.& elegantec.§.fin.
15 de cond.indeb. quem † ipſe illius ingreſſus &
proximũ oſtendit, ideoq; pro cauſa finali ha-
beri debet, Socin.conſi.165.num.7.uolum.2.
unde contractus æſtimantur, Socin. ibidem,
Pariſ.conſil.5.num.43.uol.1. Crauet.conſ.20.
contractus.num.5.uol.1.quo B.idoneè ſe obli-
gauit, qui ex ea cauſa promiſit, l.5.l.quamuis.
& paſsim, C.de tranſact.iunc.l.generaliter. C.
de non num.pec.l.Publia.§.ul.depoſ. Quam-
uis enim tranſactio ſit diſtractus reſpectu con
trouerſiæ, l.2.C.de tranſact.quam dirimit, l.1.§.
qui cum tutoribus.ff.de tranſact.l.fratris.10.l.
cauſas.16. C.eod.tit.& decidit l.ſiquidẽ. uerb.
16 litis deciſio.eo.tit.C.tamẽ † eſt cõtractus obli-
gans, reſpectu eius, quod nomine tranſactio-
nis promittitur, l.ſi donationis.7.l.ult. C.de his
quæ ui met.cauſ.l. ſi contractus.C.de fid.inſtr.
ſicuti promitti debet & ſolet, l.trãſactio nullo.
C.de tranſact.l.3.C.de rep.hær.Cùm aũt à po-
tentiore fiat denominatio, l.quæritur. de ſtat.
hom. l.repetundarum, §.1. de teſtib.& plus ſit
contrahere, quàm diſtrahere, l.tale pactum.in
princ. ubi Iaſ.& Dd. de pact. ſequitur, tranſa-
ctionem potiùs eſſe contractum, quàm diſtra-
ctum, Curt.poſt alios l.ſiue apud acta.28. nu.
20.21.49.& 52.C.de tranſact.& eiuſmodi, qui
nominatorum exemplo pœnitentiam exclu-
dat, l.quamuis.39.C.de tranſact.maximè hoc
caſu, ubi pro certa ſeu reſiduo ſumma illa ſit
promiſſa, Chaſſ.in conſue. Burgun.tit.des en-
fans, §.6.uerb. reliqua. num.13. Quamob-
17 rem † conuentio, tanquam lex huius contra-
ctus, ſeruari debet, l.cùm mota.l.interpoſitas.
cum l ſeq. C.de tranſact.& qui ex eo promiſit,
ſoluere debet, Iaſ.l.ſingularia nu.32.ſi cer.pet.
Nec uerum eſt, deeſſe obligationi iuſtã debi-
tionis cauſam, quando ſit ex tranſactione, Iaſ.
l.unic.nu.13.C.de error.cal. Fran.c.unic.nu.2.
de cler.ægr.lib.6.etiamſi nulla alia debitionis
cauſa ſubſit, l.1.2. C.de cond.ind. l.in ſumma.
l.& elegãter.§.fi.eod. neq; pecunia numerata
ſit, l.ſi tranſactionis.C.de non nu.per. Sufficit
enim pro cauſa litis diſtractio, l.2.l.ſiquidem.
l.nec intentio. C.de tranſac.l.1.eo.l.& elegan-
18 ter.de cond.ind. & † habet inde inſtrumẽtum
ex more huius & aliarum regionum, contra l.
unic. C.de plus pet.executionẽ paratam, Dec.
c.ex parte.2.nu.55.de off.del.conſ.682.in cau
ſa.num.4.& 5. Cornæ.conſ.3.in cauſa.nu.1.2.
19 parte 4.& † cùm illi inſectum ſit expreſsim de
reliquis utrinque ſatisfactum eſſe, hæc cautio
de recepto ſufficit, etiãſi nihil aliud exprime-
retur, l. tale pactum. ubi Bart. in 2.oppoſ. Iaſ.
nu.4.de pact.Dd.in c.ſi cautio.14.ubi Panor.
num.2. Felin.num.6.de fid.inſtrum. maximè
in tranſactionibus, Iaſ. l. creditori. num.2.C.
de pact. ubi tradit, in iſtis liberatoriis ualere
conuentionem, etiam abſq; alia cauſa, quia li
beratio & tranſactio per ſe ſatis idonea cauſa
ſunt: ſed & cauſa, quo ad unũ ſufficit, quo ad
alios, l.propter ubi Bal.C.de duob.reis. Quã-
obrem fruſtra hîc opponitur exceptio nõ nu-
meratæ pecuniæ, quæ in tranſactione alioqui
nõ habet locũ, l.ſi trãſactionis. C.de nõ num.
20 pec. Iaſ.l.quãuis.nu.3. C.de trãſact. ſed † tan-
tùm in mutuo & dote, Bart.l.in contractibus.
in princip.numer.1. C.de non num.pecu. Ca-
ſtrenſ.l.ſi non ſinguli.in fi. ſi cert.pet. Imol.c.ſi
cautio.nu.2.de fid.inſtru.neq; poſt biennium
etiã cogitur probare creditor numerationẽ,
Cyn.nu.7 Bald.num.13.14.Salic.num.19.20.
21.l.ſi ex cautione.C.de non num.pecun poſt
gloſſ.ibi uerb.probare.Caſtren.l.in contracti-
bus.in princ. num.1. & 8. C.de non num.pec.
21 neq; † friuolæ eiuſmodi exceptiones faciũt ua
cillare fidem inſtrumenti, gloſ uerb. uacillare.
l.plures apochis. C de fid.inſt. Panor. c.ſuper
eo.de teſtib.cogen. Felin. Soc.& Dd. c.ſi cleri-
cus.de ſoc.compet. Molin.ad Dec. cõſ.682. in
cauſa. num.2. ad uerb. probata. cùm à iudice
non recipiantur, Iacob.de Nigris l.omne. nu.
12.de offic.aſſ. per doctrinã Bal. l.præſcriptio-
ne. C.ſi contra ius, uel util.pub. Zaſ.l.1. §.edi-
22 tiones.num.60.de eden. ubi addit, eum † ca-
lumniari, qui excipit aduerſus ea quæ ex pro-
priis inſtrumentis, uel ſigillis conſtant: maxi-
23 mè † quo ad mercatores, qui exceptionẽ non
numeratæ pecuniæ repudiant, Iaſ.l qui pecu-
niam.num.6.ſi cert.pet & inter quos abſq; al-
terius rectæ cauſæ expreſsione ſcriptura obli-
gat, l.ſi litteras.ubi Salic.Caſt.C.mand. Bart.&
Dd.l.Quintus.mãd Bal.l.ſi pro ea. in fi. C.eo.
Pat.conſ.96.nu.1.uol.3.qm̃ inter eos ex bono
& æquo iudicatũ, Bart.& alij, l.ſi fideiuſ. §.quæ-
dã.mãd. Bal.cõſ.400. nu.10.conſ.382.nu.17.
uol.5.cõſ.34.nu.2.uol.4. Sal.l.ſi pro ea. C.eo.
tit.Santer.de aſſecur.part.3. n.2.& 28.per l.ſi fi
deiuſ.§.quædam.l.Lucius.mãd.Iaſ.l.iuriſgen-
tiũ.§.ſed cũ nuda.de pac.Alex.conſi.41.uol.3.
Pac.conſi.96.nu.3.uol.3.& l.ſi ſeruũ Stichum.
nu 4. de uerb. obl. & apices iuris negligũtur,
Phil.Por.conſ.47.contigit.nu.28.29. per Bar.
d.l.Quintus. Soc.Ruin.in rub. de uerb.oblig.
Dec.l.ſi tibi pecuniam. num.6. ſi cert.pet.præ-
cipuè ex harũ regionũ inſtituto: ubi & aliàs,
ut notũ eſt, deuinciunt, non admiſſa eiuſmo-
di exceptione, quam inſtrumẽtum guarenti-
gionatum reſpuit, Cyn.l.1.C.de cõfeſ. Bal.l.ſi-
cut.C.de rep hæred l.2. C.de ex.rei iudic. Ale-
xan.l.action. de uerb.obligat. Imol. l.fin.quis
à quo appel.de quo Cano.d.c.ſi cautio.de fid.
inſtrum.Dec.conſil.682.numer.3.4.nam plu-

ribus id hîc diſquirere nihil attinet, extante
tranſactionis cauſa, d.l. ſi tranſactionis.11. C.
24 de non num. pecun. ex † qua ne quidem eui-
ctionis nomine tenet, qui ſocio fundos cõmu
nes pro ſua parte ceſsitat, l. ſi pro fundo. C. de
trãſact. tm̃ abeſt, ut periculum idcirco præſta-
re debeat, ſi fortè B. qui, ut ſocius, ualorem &
fortunas eorum ignorare non debuit, l. quiſ-
quis. C. de reſc. uend. minus inde poſtea per-
cepit, quàm uoluit, l. quòd ſi. de hæred. uend.
aut damnum rei ſuæ fatale liberare debitorẽ
ære alieno poſsit, l. incendium. C. ſi cert. pet.
Neque A. ſe ad fundorum prouentum delega
ri paſſus eſt: imò illos cõmunes ex tranſactio-
ne B. ceſsit, ſicut B. contrà reſidui nomine pe-
cuniam promiſit: cuius ſolutionem prætextu
ſterilitatis fundorũ tergiuerſari, alienum eſt:
cùm hunc caſum, qui tamẽ contrà habere po-
tuit, d. B. prouidere potuerit, l. qui filiſfam. cũ
ſequent. de hæred. uend. l. ſi quid. §. fin. de ædil.
edict. l. qui mutuam. §. ſi. mandat. ut hic de do
lo & læſione perperam excipiatur, l. ſed an ul-
trò. §. 1. de negot. geſt. l. ſi ſeruus in rem. de in
rem uerſ. l. ſi ſeruum. C. eod. l. quid ergo. §. ſuf-
ficit. de cont. tutel. quando deſint qualitates,
unde illa ſumi poſsint, l. hæc autem. de hæred.
uend. l. ſi quid. §. fin. de ædil. edict. Spec. de pig.
§. 1. num. 17. Angel. Ioan. Plat. §. præterea. Inſt.
de act. per l. dolum. C. de dol. mal. Quamob-
rem his quiſquilijs profectis, ſtare B. cogitur,
& ſatisfacere obligationi ſuæ, nec contrauenî-
re poteſt tranſactioni ſemel placitæ, l. quãuis.
25 C. de tranſact. neque † reſuſcitare ac renouare
priores petitiones ſemel in tranſactionem de-
ductas, ac ita deletas, l. fratris. & paſsim, C. de
tranſact. Salic. l. unic. in ſi. C. de error. calc. Cor
næ. conſil. 62. num. 6. uol. 4. Chaſſ. in conſuet.
Burg. rit. des enfans, §. 6. uerb. reliqua. nu. 13. l.
ſi ex pluribus. 89. de ſolut. l. ſi quidem. 24. C.
de tranſact. præſertim poſt ſocietatẽ diſtractis
rationibus & inſtrumentis utrinque redditis
ſolutam, l. ſemel. ubi Bar. C. de apoch. lib. 10. l.
26 unic. ubi Dd. C. de error. cal. & † multò maxi-
mè, ſi non culpa huius trãſactionis, ſed, ut re-
fertur, negligẽtia ſua damnũ in fundis paſſus
eſt, l. cùm duobus. §. ult. cum l. ſequen. pro ſoc.
c. damnũ. ubi Dyn. de reg. iur. in 6. l. ſi quis ne-
gotia. de negot. geſt. l. ſi ſine. §. cùm autem. ff.
rem rat. hab. l. ſed etſi. §. pupillus. de inſtitor.
Quamobrem ſerò nũc actum agitur, & uetus
27 crambe reponitur: ut † quòd ſocius non in-
telligatur habere mandatum ad præiudican-
dum ſocietati, Alexan. cõſil. 103. uideretur. nu.
8. uol. 3. per l. nemo ex ſocijs. in prin. pro ſoc. l.
1 2. C. quib. res iud. nec poſsit ſociũ inuitũ ob-
ſtringere, Alex. cõſ. 139. perſpectis. nu. 4. uol. 5.
per l. iure ſocietatis. ff. p ſoc. ſed tãtùm ſe ſuãq;
partẽ obligare, l. ſi fratres. 7. ubi Bald. nu. 1. C.
com. utr. iudic. maximè quãdo non eſt omniũ
bonorũ ſocietas cõtracta, Bar. l. 1. §. ſi quis hoc
interdicto. de itin. act. priuat. Dec. cõſ. 548. ui-
ſa. n. 6. quomodo nec in dubio cõtrahi præſu-

mitur, Dec. cõſ. 21. uiſo. nu. 1. conſ. 442. in cau-
ſa. nu. 33. ſed tantùm de actibus quæſtuarijs:
l. coiri. cum ll. ſequentib. l. ſi ſocius. l. cum duo-
bus. §. ſocium. ff. pro ſoc. Alexan. conſil. 103. ui
deretur. nu. 6. uolum. 4. Dec. conſil. 61. pro re-
ſolutione. numer. 2. Nam eiuſmodi hic locum
non habent, ubi alter alterum paſſus eſt com-
muni nomine negociari, Alex. conſil. 139. per-
ſpectis. num. 2. cum ſequent. uolum. 5. & cõſil.
28 186. uiſis. num. 3. uol. 2. Nam † ſocietas etiam
tacitè contrahitur, Dec. conſil. 548. uiſa. num.
3. & 7. & licet probanda ſit, Anchor. conſil. 32.
pro clariore. num. 6. tamen probatur ſatis ex
actibus negociationis, etiã difformibus, Bal.
l. ſi patruus. num. 12. C. com. utr. iud. Alexan.
conſi. 37. conſideratis. num. 4. uolum. 4. Dec.
conſi. 548. uiſa. nu 7. 8. conſil. 628. in caſu. nu.
3. conſil. 66. de duobus num. 1. 2. cõſil. 21. uiſo.
num. 1. 2. Socin. conſ. 291. uiſa. num. 1. uolum.
2. qui ſcilicet non poſsint fieri citra ius & no-
men ſocietatis, Bald. d. l. ſi patruus. num. 13 C.
com. utr. iud. Bartol. l. Titium & Mæuium. §. al
tero. de adminiſt. tutor. Dec. conſil. 548. uiſa.
num. 3. 4. Soc. conſil. 161. in præſenti. num. 15.
uolum. 2. & ex prioribus actibus præſumitur
in futurũ ſocietas durare, Bald. d. l. ſi patruus.
29 nu. 5. 6. 14. C. com. utr. iud. ac † intelliguntur
ſe inuicem ſocij præpoſuiſſe, uel illum ſaltem,
qui communi nomine negociatur, l. 1. § ult. cũ
ll. ſequen. quem text. ad hoc ſingularem pon-
derant ibi Bart. Caſtr. Alb. de exerc. act. Quan-
30 quam † aũt in dubio intelligatur quis actum
facere proprio potiùs, quàm alieno nomine,
Pariſ. conſil. 72. num. 30. uol. 2. conſ. 39. nu. 29.
uol 4. tamen in ſocijs præſumitur circa ſocie-
tatem magis geſtus, intuitu huius, Pariſ. con-
ſil. 72. num. 34. uol. 2. & approbari à reliquis
ſocijs intelliguntur actus communi nomine
geſti, Bald. num. 14. 15. in d. l. ſi patruus. com.
utr. iud. Socin. conſil. 291. uiſis. num. 25. uol. 2.
quamdiu mandatum, uel ſocietas non reuo-
cetur, l. qui patitur. mand. Pariſ. conſi. 32. num.
60. uol. 1. nam & inuicem ſibi mandatum con
trahendi dediſſe putãtur ſuper his, de quibus
ſocietas eſt contracta, Alex. conſ. 186. uiſis. nu
3. uol. 2. & uelut præpoſuiſſe, l. ſi tamen. 4. ub
Caſtr. nu. 2. de exerc. act. Bal. poſt Cyn. l. cùn
te in Gallia. 9. num. 2. C. ſi cert. pet. & in l. eiu
qui in prouincia. ubi Caſtr. num. 27. 28. & la
num. 5. ſi cert. pet. Caſtrenſ. l. ſi unus. num.
turbationem, nec ultra uerba progreditur, po
tiùs iniuriarum tenetur, quàm de ui, cap. que-
relam. 34. de elect. l. iniuriarum. §. ult. de iniur.
l. qui pendentem, §. fin. de actio. empt. præſer-
25 tim † ſi non ſit ſuperior & potentior, qui mi-
nas facilè exequi ſoleat, & poſsit, & cuius po-
tentia meritò reformidetur, Fab. in d. §. reti-
nendæ. numer. 17. Bartol. in l. 1. §. hoc interdi-
26 ctum. num. 3. ff. uti poſsidet. Secundò † præ-
mittendum eſt, turbationem realem, & eam
quæ facto fit, propriè non eſſe maleficium, ut
dicit Bald. in d. l. ult. numer. 4. C. fin. regund.
Cyn. in l. 1. C. de acquir. poſſeſſ. Alexan. in d. l.
iniuriarum. §. ult. ff. de iniur. Multò igitur hoc
magis uerum eſt, quando tantùm uerbo eſt
turbatio facta, non reipſa. nam tunc, ut oſten-
dimus, ne quidẽ intelligi poteſt facta uis, uel
27 turbatio. Præterea admonẽdi ſumus, ad † hoc
ut pœna ciuilis, nẽpe mulcta pecuniaria, aut
ſimilis, habeat locum, requiri factum conſum
matum, nec ſufficere inchoatum: ut in termi-
nis noſtris de turbatione annotauit Dec. ad
Bald. in d. l. ult. num. 4. C. fin. regund. per l. uul
garis. §. qui furti. ff. de furt. Bartol. & Dd. in l. ſi
quis ad ſe. in fin. C. ad l. Iul. de ui, & in l. qui poſ
ſeſsionem. ff. de ui & ui arm. Bald. in l. ſi quis,
non dicam, rapere. in prine. C. de epiſc. & cler.
Panorm. in c. adoleſcens. numer. 2. & 3. ex. de
ſponſal. Felin. in trac. quando puniatur cona-
tus: qui impreſſus eſt poſt tit. de ſent. excom.
Rom. ſingul. 330. incipiente, iudex capiens pe
cuniam. Denique nec turbatio facta intelligi-
tur, ſi factum careat dolo, & fiat ex iuſta cauſa,
Bald. num. 4. poſt glo. & Dd. d. l. ult. C. fin. reg.
factum. §. 1. Cagn. l. nemo. num. 2. de reg. iur.
Iaſ. l. quo minus. num. 100. de fluminib. ideo
modus turbationis probari debet, Salic. l. ab
Anaſtaſio. in fin. C. mand. Alexan. l. colonus.
de ui atma. factus ab eo, qui cauſam iuſtam
non habuerit, Bartol. l. 1. §. huius. numer. 2. & §.
ult. num. 19. ff. uti poſsid. Pariſ. conſil. 112. ſi o-
riginem. num. 72. uolum. 1. & quidem animo
turbandi, ſine quo non committitur, Bald.
conſil. 436. parte 5. conſil. 148. parte 1. ut nec
aliud maleficium, l. 1. C. ſi aduer. delic. l. penul.
de adulter. quod nec animus perficit abſq; fa-
cto, l. cogitationis. de pœn. ex ratione l. ſi repe-
tendi. C. de condict. ob cauſ. nec actus facti abſ
que animo & uoluntate, §. placuit. Inſt. de ob-
lig. ex delict. l. 5. l. eum. de iniur. l. uerum. 39. l.
inter. 46. §. rectè. l. ſi pignore. 54. de furt. Nunc
ad propoſitum. In præſenti caſu dicta uniuer-
ſitas nunquam de facto impediuit aut turba-
uit ius pedagij, aut ſaluum conductum domi
norum, ſed tantùm uerbo & proteſtatione de-
nunciando, quòd tale ius in illa communita-
te dominis ducibus non competeret, ſed ad
ipſam pertineret uniuerſitatem, uigore tranſ-
actionum ab antiquo inter dominos, & hanc
uniuerſitatem initarum. Neque impediuit di-
cta communitas de facto, quò minus illi hoc
iure ſalui conductus illo tempore uterentur:
ſed tãtummodo, ut dictum eſt, proteſtata eſt,
ius tale d. dominis non competere, & in poſte
rum abſtinere eos debere. Et cùm ſit impoten-
tior, quàm ut d. dominis terræ ſe iniuſtè oppo
nere poſsit, aut uelit uiolenter agere, liquet,
nullam in eorum proteſtatione uim, aut uis
28 ſuſpicionem ſubeſſe. Quanquam † autem eo
ipſo, quòd quis ſe opponit uolẽti uti iure ſuo,
turbare uideatur, & proinde teneatur, Fab in
d. §. retinendæ. num. 24. Inſtit. de interdict. per
l. 3. §. illud. ff. quod ui aut clam, & l. is qui ſe ob-
tulit. 26. cum ll. ſeqq. de rei uendic. Specul. de
action. ſeu petit. §. ſuper. uerſicul. 1. tamen hoc
uerum eſt, quando ſe opponit in iudicio, qui-
bus in terminis Dd. loquuntur, non uerò ex-
tra iudicium, per not. in d. l. is qui ſe obtulit. I-
tem uerum eſt, opponentem teneri ciuiliter, &
conueniri poſſe rei uendicatione, aut interdi-
cto Vti poſsidetis, ad intereſſe, ſi ſe opponere
etiam iudicialiter pergat, prout Dd. in talibus
terminis loquuntur. Non uerò ſequitur, pro-
pterea

pretea criminaliter conueniri, uel puniri poſ-
ſe. nam actio iniuriarum, aut ſimilis pœnalis
actio tantummodò competit, quando ipſo fa
cto, & abſq; iuſta cauſa, neque ſolis uerbis, ſed
ipſa dominus in iure ſuo impeditur, d. l. iniu
riarum. §. ult. ff. de iniur. At cùm hîc uniuerſi-
tas tantùm ſit proteſtata de ſuo iure, patet,
eam puniri non poſſe: cùm † proteſtatio ſit
defenſio, & ſui iuris executio, l. de pupillo. 5. §.
ſi quis ipſi prætori. ubi Bart. Iaſon & Dd. ff. de
oper. no. nunciat. quæ non habet ullam iniu-
riam, l. iniuriarum. 13. in princ. ff. de iniur. imò
text. in dicta l. de pupillo. §. ſi quis. permittit
contra magiſtratum, & illum, qui in ius uoca-
re nequit, de ſuo iure proteſtari. Multo igitur
magis potuit d. reſpubl. de ſuo iure contra d.
Principes proteſtari, quos pro magiſtratu &
ſuo ſuperiore ordinario non recognoſcit: eti-
am in eorum protectione, quæ eſt à iuriſ-
dictione ſeparata. Cùm igitur talis proteſtatio
de lege permittente, nullam certè meretur
pœnam, l. 4. C. de adulter. cum ſimil. Verùm
poſito, non conceſſo, quòd hic ad pœnam agi
pro hac torbatione potuiſſet, tamen tali actio-
ni iam eſſet præſcriptum, ex eo quòd hæc tur-
batio ſeu impedimẽtum ſalui conductus fue-
rit illatum anno 62. à quo tempore ad hanc
deliberationis diẽ effluxerũt anni plus quàm
octo. Conſtat † autem actioni iniuriarũ, quæ
hoc caſu competit, dicta l. iniuriarum. §. ulti-
mo præſcribi annuo ſpacio, tam criminali,
quàm ciuili, l. ſi non conuicij. ubi Angel. con-
ſil. 46. parte 4. C. de iniur. cum ſimil. Quam-
obrem † eodem modo eſt præſcriptum actio-
ni mulctæ pœnali, quæ hoc nomine iuten
decerni poſſet: cùm officiũ iudicis non
diutius duret, quàm ipſa actio, Bald. & Dd. l.
querela. 1. ad l. Corn. de falſ. Boer. deciſ. 26. nu.
parte 1. Quanquam † communis etiam eſt
opinio, ut uult Alex. in d. l. iniuriarum. §. ult.
de iniur. pro turbatione criminaliter agi non
poſſe: ſed † ut maximè agi poſſit ad pœnam,
ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, ſicuti propter
omne damnum agi poſſe confirmant Bart. &
Dd. in l. ult. ff. de priuat. delict. Boſſ. in pract.
crim. tit. de pluriß. uiolen. nu. 48. tamen eiuſ-
modi actio pœnalis non poſſet, nec deberet
diutius utique durare, quàm actio ciuilis pro
eadem re: quemadmodum in actione iniuria-
rum obſeruari dictum eſt. Quocirca officio iu
dicis eodem tempore præſcribi cõſentaneum
eſt, cum † ſit loco actionis, uel accuſationis,
Iaſ. in l. 1. num. 10. de iuriſdict. Cyn. Bart. & Sa-
lic. in l. querela. C. de falſis, per l. reſcriptum. §.
ſi quis accuſatorem. ff. de munerib. & honor.
et Boer. qui dicit fuiſſe ita iudicatum, nem-
pe ut à præſcripta actione non relinquatur
locus officio iudicis ad puniendum, in deciſ.
26. nume. 1. & 2. de quo etſi dubitare uideatur
Bal. in l. de iure. in fin. ff. de his qui not. infam.
tamen communem hanc eſſe concluſionem
in d. l. querelam. confirmat Boer. in d. deciſ. 26.

per l. ſi uacantia. ubi Ang. in fi. C. de bonis ua-
36 cantibus lib. 10. & addit num. 2. ſublato † iure
querelandi, etiam ſublatum eſſe ius inquiren-
di, atq; ita puniendi, ex doctrina Alex. & Iaſ. in
l. ita demum. in fin. C. de procorator. Anchor.
conſil. 190. & nomer. 4. Vnde ſubijcit, omnes
37 † exceptiones, quæ opponi poſſunt cõtra ac-
cuſatorem, uel actorem, opponi etiam poſſe
contra inquirentem iudicem, ex doctrina Ale-
xand. conſil. 64. uol. 1. Hipp. de Marſil. ſingu-
lari 524. inquiſitio. Ang. in tract. maleficiorũ,
ad uerb. eius bona publicamus. quæſt. 9. po-
ſteaq; numer. 6. hoc ait communius eſſe, ac ue-
rius, per infinita ferè, quæ allegat, & numer. 9.
confirmat, idem obtinere in ijs quæ arbitrio
38 iudicis puniri poſſunt. Nam † datum, inquit,
arbitrium poteſtati ſuper maleficijs, debet in-
telligi de ijs, quæ non ſunt præſcripta, ex do-
ctrina Bald. & Imol. in l. Lucius Titius. §. quæ
marito. ff. de leg. 2. & Canoniſtæ in c. cùm ue-
neramur. per illum text. ex. de exception. cum
alijs multis, quæ allegat: ad quem breuitatis
cauſa remitto. Cùm itaq; in præſenti caſu nul-
la ſit turbatio realiter & de facto illata: & ſi il-
lata eſſet, iam a tempore turbationis non mo-
dò annus, ſed penè duplex quadriennium ef-
fluxerit: hinc colligitur, omni querelæ & actio-
ni, quæ hoc nomine intentari poterat, præſcri-
ptum eſſe: multo uerò minus hoc nomine cõ-
munitatem mulctari poſſe: maximè cum hoc
impedimentum turbationis ad ſummam tan
tùm ſit quædam iniuria, d. l. iniuriarum. 13 §.
ultim. ff. de iniur. cui uindictæ iam per lapſum
anni præſcriptum eſt, d. l. ſi non conuicij. C. de
39 iniur. conſt. pro. 46. parte 4. & † ſi præſcriptũ
non eſſet, tamen de hac iniuria ſibi facta d. Du
ces, tanquam de cauſa propria cognoſcere, &
ſibi ius dicere non poſſent, ex doctrina Bart.
in l. lex Cornelia. num. 1. ff. de iniur. & in l. qui
iuriſdictionem. num. 2. ubi & Iaſ. num. 3. ff. de
iuriſdict. & in l. eſt receptum. ubi Bart. num. 1.
Alex. num. 4. Iaſ. num. 5. eodem tit. Innoc. in c.
ex parte 1. num. 2. & 3. de uerbor. ſignif. & in c.
dilectus. ubi communiter Canon. de pœnis,
Socin. in fallent. reg. 145. Chaſſan. in conſuet.
Bur. rub. 1. §. 4. ad uerb. ſur les hommes. nu. 63.
& 64. Multò minus fas eſt, nomine huius in-
iuriæ, uel turbationis ſibi factæ, mulctam in-
40 dicere non ſubditis: cùm, quòd † ab execu-
tione non eſt incipiendum, leg. 1. C. de execut.
rei iud. ne ab ipſo quidem principe aut magi-
ſtratu, l. 1. & 2. ubi Baldus, C. commin. uel epi-
ſtol. tum, quoniã hæc cauſa ad Principes per-
tinet, non ut magiſtratum, ſed ut priuatum,
qui priuata authoritate ius dicere ſibi non po
teſt, neq; debet. l. unic. & tot. tit. C. quando li-
ceat unicuiq;, & tit. C. ne quis in ſua cauſa iu-
dic. cum ſimil. Nam iſta communitas non re-
cognoſcit hos dominos pro iudice, uel ſupe-
riore, in ſua commonitate, in qua & cuius ra-
tione hæc quaſi turbatio facta eſt. Nec obeſt,
quòd d. ciuitas ſita ſit in territorio d. Princi-

pum. nā hoc primùm negari poſſet: quia non
immediatè, neq; undequaq; in hoc territorio
iacet, ſed tantùm fines eius cōtingit: ideo non
ꝓbat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, l.
neq; l. matrem. C. de probat. etiam fines aliás
in dubio præſumantur eius, cui magis adiꝗ
cent, Mont. tract. fin. regundor. cap. 30 num. 9.
& 10. & in cuius territorio res omnibus fini-
bus circūſcripta iacet, ducere queat inde præ-
ſumptionem ſuperioritatis, c. 2. de reſt. ſpol. in
6. Socin. conſil. 86. in cauſa. num. 6. uol. 2. qui
non eſt caſus noſter. Ac ut maximè in eo terri-
torio hæc Reſpub. iacèret, tamen notoriè con-
ſtat, eam non eſſe ſub iuriſdictione d. Princi-
pum, ſed planè ab ea ſeparatam & exemptam
hactenus fuiſſe. Nihil autem intereſt, utrùm
locus ſit extra iuriſdictionem ſitus, an uerò ſit
exemptus, ad hoc ne ſuperior iuriſdictionem
exercere ibi poſsit, Iaſon in d. l. ult. num. 5. ff. de
iuriſdict. om. iud. Nec obſtat, quòd d. commu-
nitas quoſdam pagos extra ſuam uniuerſita-
tem ſitos, ut feudales, à d. dominis recogno-
ſcit: quia hoc nihil pertinet ad ius uniuerſita-
tis, quod uniuerſitas nunc in iſta cauſa defen-
dit, non ut ius feudale, ſed ut proprium, & à
recognitione horum dominorum ſeparatum.
Vnde Duces ſuperioritatem feudalē hoc caſo
allegare, præſertim in mulctando, nō poſſent:
cùm hoc fecerit uniuerſitas, non ut uaſalla,
neq; reſpectu feudi, ſed ut uniuerſitas libera,
& reſpectu ſuæ cōmunitatis, quæ a iuriſdictio-
ne horum dominorū eſt ſeparata, per ea, quæ
eleganter tradit Eberhard in ꝗc. legal. in loc.
41 à reſpectiuis. Nam † quando plura iura con-
currunt in unam perſonam, uel corpus, tunc
perinde eſt, atq; ſi concurreret in perſonis di-
uerſorum. l. tutorem. 22. ff. de his quibus ut
42 indig. Quare † uaſallus ſi quid contra domi-
num facit, non reſpectu feudi, ut uaſallus, ſed
ut liberè, & reſpectu alterius iuris à domino
non mouentis neq; dependentis, non poteſt
à domino puniri hoc caſu, tanquam uaſallus,
qui feloniam commiſerit, ut pulcrè Eberhard.
præal. loc. exponit. Non ergo etiam hîc obeſt
d. uniuerſitati, quòd iuramento aliquo aſſe-
curationis, aut alio d. dominis ſit obnoxia, ra-
tione protectionis. Nam de hoc iure non agi-
tur, ſed de iure ſalui conductus, quod domi-
nis per ſuam uniuerſitatem competere negāt.
Quamobrem illa omnia, quæ ſ. allegata ſunt
de poteſtate magiſtratus, qua mulctare con-
tumaces & inobedientes poteſt, ceſſant in præ-
ſenti caſu: cùm hîc d. Duces in re & controuer-
ſia præſenti non ſint magiſtratus d. commo-
nitatis, & notoriè iuriſdictionem nullam in
d. uniuerſitatem, reſpectu illius communita-
tis, in qua ius hoc ſalui conductus illis dene-
43 gatur, d. Duces habeant: & † prædicta mul-
ctandi poteſtas tantum obtineat, cùm iuriſ-
dictio iudicis, qui iuriſdictionem habet, uel
de quo, utrùm habeat, dubitetur, eſt uiolata,
aut turbata, ut Dd. exponunt d. l. un. ff. ſi quis

ius dicen. in l. 2. ſi quis in ius uocan. in l. ſi quis
ex aliena. de iudic. nō uerò in aliis terminis, &
præſertim noſtris obtinere poteſt: ubi quæri-
tur, non de iuriſdictione ſuperiori, ſed de iu-
re, quod prætendunt d. Duces, non ut iudices,
ſed ut pars: ex aduerſo autem illis debere ne-
gatur. Vnde à ſeparatis nulla fit illatio, l. ſi
44 de calum. Poſito † etiam, non conceſſo, hoc
caſu, d. Duces mulctare poſſe: tamen id non
poſſent aliter facere, quàm cum cauſæ cogni-
tione, & citata ad hoc parte, ad opponendum
ſuas defenſiones: quæ, ut ius naturale, nemi-
ni ſunt auferendæ: ita in terminis noſtris Bart.
num. 16. Bald. nu. 3. Caſtr. nu. 4. in l. 2. ff. ſi quis
in ius uocat. & in l. unic. in princ. ubi Bart. nu.
13. Alex. num. 20. ff. ſi quis ius dicenti, Boſſ. in
pract. crimin. de mulct. num. 8. qui dicit ita ob-
ſeruari. In hac autem defenſione uniuerſitas
allegare poſſet, ſe non dolo, aut culpa lata ta-
le ius domino prohibuiſſe, ſed iuris ſui tuen-
di cauſa: & quis putat atque aſſirmat, tale ius
ſalui conductus, aut pedagii, huic domino ſu-
45 periori non deberi: id † quod & proteſtatio
hoc nomine facta indicat, quæ declarat ani-
mum proteſtantis: quòd ſcilicet non iniuriæ
animo, ſed ſui iuris tuendi cauſa fecerit, Dd. in
l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. & cui pro-
teſtationi hac in parte meritò eſt credendum,
præſertim quando ultra uerba non ſit proceſ-
ſum, & ipſa uerba per ſe non ſint iniurioſa, ſed
tantummodo ius proteſtantis oſtendant, per
ea quæ tradunt Bald. Ang. Caſt. Iaſ. & alij in d.
§. ſi quis ipſi prætori. & in l. ult. ff. quod quiſq;
iur. in leg. 3. de lib. & poſth. Bal. in l. 1. & 2. C. de
his qui per met. iud. Canon. in c. fi. de appel. &
in c. cùm M. Ferrarienſis. de conſtit. Soc. conſil.
c18. Bartol. & Dd. in l. non ſolùm §. morte. ff. de
oper. no. nunciat. Panor. in c. cùm te. in fin. de
re iudic. Felyn. in c. excōmonicamus. de hæret.
Bartol in l. apud Labeonem. §. prætor. ff. de in-
iur addita ꝓbabili eius cauſa, uidelicet quod
appareat ex tranſactionibus antiquis, d. do-
minis tale ius ſalui conductus per uniuerſita-
tem non competere. Et contra hanc allegatio-
nem ac proteſtationem non poſſunt d. Duces
citra cauſæ cognitionem ſe defendere ex ali-
quapiam tranſactione, literis EE ſignata: quo-
niam in illa non ſimpliciter tale ius per uni-
uerſitatem dominis iſtis conceditur, ſed reſtri-
ctiuè, prout ſcilicet ex antiquis conſtitutioni-
bus & tranſactionibus antea habuerit. Itaque
46 † talis tranſactio, referens ſe ad alias, nihil iu-
ris inducit, niſi prioribus cōceſsionibus pro-
latis, per notata in auth. ſi quis in aliquo. C. de
eden. & c. 1. de fid. inſtrum. & Caſtr. in terminis
conſil. 17 in cauſa. numer. 2. uolum. 2. Cùm au-
tem ex illis uetuſtis tranſactionibus uniuer
ſitas conſtare dicat hoc ius d. dominis non
competere, ſiquer non ex iniuſta cauſa, ſed iu-
ris ſui tuendi gratia hanc turbationem factā.
quæ tamen non eſt propriè turbatio, ſed ma
gis uerbalis quædam proteſtatio de hoc iure
in

in poſterum d. dominis permittendo. Facilè
igitur apparet, tali mulctæ aut inuaſioni iuriſ-
dictionis hic locum non eſſe, & contra eiuſmo
di ſi præſumantur, d. uniuerſitatem ſe facilè
poſſe tueri: præſertim cùm, ut antè dictum eſt,
quælibet cauſa non modò iuſta, ſed etiam in-
iuſta, à pœna & mulctis excuſet. Quod autem
dictum eſt, talem iniuſtam cauſam non præſu-
mi, ſed probandam eſſe, obtinet in factis illici-
tis, quæ ſua natura prohibita ſunt: non uerò
locum habet in licitis, uel in indifferentibus,
in quibus ſit benignior interpretatio, & in par
tem humaniorem, ſcilicet quòd non dolo ma
lo, ſed magis ex probabili cauſa facta ſint, l.
merito. pro ſoc. l. ſemper in dubijs. de reg. iur.
Al tat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. Me-
noch. conſ. 88. num. 36. conſil. 82. nu. 18. Vnde
4 dicitur, non † uideri per uim agere, qui dicit
ſe agere iure ſuo, & defendere eſt paratus, ac
iure experiri, l. 3. §. ſed etſi à Principe. ff. quod
ui aut clàm, l. prætor. §. ſi quis paratus. de oper.
noui nunciat. nec uim eum facere, ut dicitur
in l. factum. 197. §. 1. de reg. iur. nec iniuriam
facere, etiam qui iure ſuo utatur, uel uti ſe pu-
tat, latè Cagn. in l. nemo. 194. numer. 2. de reg.
iur. & Dec. in l. nullus. 56. eod. tit. nullusque cen
ſetur dolo facere, qui putat ſe habere proba-
bilem cauſam, cur ius aliquod uſurpare poſ-
ſit, d. l. nullus. l. qui in ius. 138. de reg. iur. Ha-
41 bet † autem probabilem cauſam, qui ſe iu-
dicio offert, & ius quod uſurpauit, defendere
abſque malo dolo paratus eſt, l. qui ſine dolo.
14. de reg. iur. l. 3. §. ſi quis paratus. ff. quod ui
aut clàm, l. ſi quis ſolutioni. l. ſciendum. ff. de
uſur. Quare etiam damnum non facit: hoc eſt,
ut interpretantur Dec. Cag. & alij, damno dan
do uel faciendo non obligatur, niſi qui id fa-
cit, quod facere ius non habet, l. nemo. 194.
ubi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. Quod maximè
4 uerum eſt in domino fundi, qui † licitè re ſua
utitur, nec intelligitur cuiquam facere iniu-
riam, etiamſi damnum alterius conſequatur,
d. l. nemo. 194. ubi Cagn. num. 2. de reg. iur. l.
Proculus. 26. l. fluminum. 24. §. ult. ff. de dam.
infect. l. 1. §. denique. l. ſi in meo. de oper. no. nun-
cia. l. cum eo. de ſeruit. urb. præd. Cùm itaque
uniuerſitas hic ſuæ ciuitatis, tanquam feudi
ac territorij ſui, domina ſit, & poſſeſsionem
ac proprietatem ibi habeat, nec duces iſtos, ut
ſuperiores, reſpectu ſuæ communitatis reco-
gnoſcat: certè habet præſumptionem pro ſe,
quòd iuſtè & iure ſui dominij alijs exteris in
ſua communitate uſurpationem iuris prohi-
beat, Schurff. conſil. 26. diligenter. nu. 2. 3. 4.
cent. 1. & ideo prohibens externo ius ſalui
conductus, præſumi debet iure id ſuo facere,
donec contrarium probetur, c. cùm epiſcopus.
de off. iud. c. 2. de reſt. ſpol. in 6. Bar. conſil. 189.
[illegible]umer. 2. Mont. tract. ſi. reg. c. 61. num. 4. Soc.
[illegible]nſil. 86. in cauſa. num. 6. uol. 1. maximè cùm
[illegible] refcrat ad tranſactiones antiquas, quibus
ita cautum eſſe intendit, ut nullo modo per
iniuriam, aut uim, ſed iuris ſui tuendi cauſa
hoc impedimentum, ſeu hanc proteſtationem
feciſſe debeat uideri. Contra quod proficere
non poteſt d. Ducibus, quòd allegant aliquos
actus ſalui conductus in hac communitate uſur
patos. Ex ijs enim non ſequitur, fuiſſe in alie-
no fundo quietam talis uſurpationis poſſeſ-
ſionem, Euer. conſil. 107. uenerabilis. num. 10.
Pariſ. conſil. 95. num. 21. uolum. 4. Steph. Bert.
conſil. 133. uiſo. in prin. uolum. 2. multo minus
eſſe præſcriptam: & ideo nihil hoc impedit, quo
minus negare tale ius illis uniuerſitas potue-
rit, donec de illo iudicialiter fuerit cognitum
& probatum, l. ult. C. de rei uend. l. alnus. C. de
ſeruit. ubi Bal. & Dd. Ex quibus omnibus faci-
lè intelligi poteſt, propter hoc factum, uel po-
tius ob factam proteſtationem de tali iure in
poſterum non tolerando, communitatem hanc
uiolari non poſſe: præſertim cùm ſe iure feciſſe
dicat, & præſumptionem dominij ac iuris pro
ſe habeat, Schurff. d. conſil. 26. num. 2. cent. 1.
Et tantum de primo facto, cuius nomine uio-
lenta hæc conſilia agitantur, quæ ſolent eſſe
parum felicia. Actus enim laudabiles, & ea re
fortunati, in honeſta ac iuſta cauſa conſiſtere
debent, quæ cum uoluntate ac poteſtate agen
tis concurrat: glo. [illegible] filiæ. C. de don. ante nup.
c. ſuper abbatia. de off. deleg. Socin. iun. conſ.
95. nu. 4. lib. 3. Neuiza. inter conſ. Brun. conſ.
12. num. 5. Menoch. conſil. 5. num. 15. conſ. 75.
num. 34. ubi num. 35. addit, Ad iuſtam & ho-
neſtam cauſam tria requiri: primò, quòd ſe-
cundum æquitatem licita ſit: deinde, quòd con-
ueniens ſecundum honeſtatem: tertiò, quòd
expediens ſecundum utilitatem. Quod autem
ad ſubſecuta duo facta attinet, quibus uterque
princeps territorij à tranſitu communitatis eſt
prohibitus, omnino in aperto eſt, nullam mul
ctam hoc nomine deberi, aut pœnam, uiola-
tione, uel occupatione iuriſdictionis ea de cau
ſa exigi poſſe. Nam primùm conſtat, prohibi-
tionem talem non fuiſſe factam, ſed cuſtodes
portarum, audito nuncio reſpondiſſe, ſtatuto
ciuitatis prohibitum ijs eſſe, ne ultra decem
equites ſimul ingredientes admitterent, coque
opus eſſe, ut eam rem ad ſenatum oppidi de-
ferant, quem confiderent, re audita, benignè
reſponſurum, & talem tranſitum facilè con-
ceſſurum eſſe. Sed hoc reſponſum & hanc mo-
ram d. Principes tolerare & expectare nolue-
runt, atque per aliam uiam profecti ſunt. Non
igitur poteſt communitati imputari aliqua pro-
hibitio, & ignoſcendum eſt ijs, qui ſtatuto ci-
uitatis parere noluerunt, ſicut debuerunt, c.
50 uenientes. de iureiuran. cùm † non ſit in dolo
aut culpa, qui iuſſui legis, magiſtratus, uel iu-
dicis obtemperat, l. non uidentur. §. qui iuſſu.
ff. de reg. iur. l. furti. 6. §. qui iuſſu. ff. de his qui
not. infam. & eiuſmodi ſtatuta ſint honeſta,
ſecundum requiſita c. erit autem lex. diſtin. 4.
Menoch. conſil. 5. nu. 15. pertineantque ad com-
51 munitatis tuitionem & defenſionem: quæ † cùm

N 2 ſit

ſit iuris naturalis, nemini eſt auferenda, nec ul
lam pœnam meretur, l. 1. C. unde ui, l. is qui. C.
de ſicar. l. 4. l. ſcientiam. 46. §. ultim. ff. ad l.
Aquil. clem. paſtoralis. de re iud. cum ſimilib.
Sed poſito etiam, non conceſſo, talem probi-
bitionem factam fuiſſe: tamen, quia facta eſſet
ex cauſa defenſionis & obedientiæ, non poſſet
uideri iniurioſè facta, nec mereretur pœnam,
quia facta eſſet ex ſtatuto ciuitatis, quod pro-
hibet ultra decem equites intromitti, & cui cu
52 ſtodes parère habuerũt neceſſe. Porrò † quod
fit iubente, uel permittente lege, non continet
iniuriam, l. iniuriarum. 13. in prin. l. quod reip.
33. ff. de iniur. l. nullus. 56. l. nemo. 194. ff. de
reg. iur. ideoq́; nullam etiam meretur pœnam,
leg. 4. C. de adul. l. ult. ubi Dd. ff. quod quiſque
iur. Cagn. in d. l. nemo. numer. 1. Dec. in l. bona
fides. de reg. iur. Hipp. de Marſil. in l. patre. & l.
idcirco. ff. de quæſt. Felyn. in c. ſciueeunt. 1. de
ſententia excom. Schurff. conſil. 32. pro fun-
53 danda. num. 4. cent. 1. Deinde † quamuis in-
iuria fieri uideatur illi, qui prohibetur uti lo-
co publico, uel per illum trãſire, l. iniuriarum.
13. §. ultim. ff. de iniur. l. 2. §. ſi quis in mari. ff. ne
quid in loc. publ. tamen ſecus eſt in plateis ci-
uitatum, quæ non ſunt iuris publici, ſed uni-
uerſitatis, §. uniuerſitatis. ubi Angel. Inſtit. de
54 rer. diuiſ. & † ideo ſtrata, ſeu uia publica, quan
do intrat in plateã ciuitatis, deſinit eſſe ſtrata,
ut dicit Bart. in l. ult. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd.
& uniuerſitas ius habet prohibẽdi tranſitum
ex iuſta cauſa, l. 2. ubi gl. in prin. & §. uiæ. §. hoc
interdict. in gl. in loc. publ. ut ibi Bart. de uerb.
ob. Cæp. de ſeruit. ruſt. præd. & de uiæ, quæſt.
10. maximè quando ſtatutũ factum eſt, l. pro-
hibere. §. planè. ff. quod ui aut clàm, ubi Bart.
55 dicit textum eſſe ſingularem, quo † uniuerſi-
tas poteſt propter bonum publicum in uijs
uniuerſitatis aliquid cõſtituere, ut notat Bart.
in l. prætor ait. in prin. num. 1. & in §. uiam pu-
blicam. num. 1. ff. ne quid in loc. publ. & in l. 1.
in princ. ff. de uia pub. & itin. publ. fruend. nec
poteſt dici factum id ad cuiuſquam iniuriam,
Iaſ. l. ciuitas. nu. 10. ſi cert. pet. & l. quo minus.
num. 178. de fluminib. cùm ſtatuta eiuſmodi
ſint generalia, l. 3. C. de legibus & pertineat ad
futura negocia, l. leges. 7. C. de legib. & conſe-
quenter nec domini iſti rectè prætendunt ſibi
iniuriam eſſe factam, ſi ex ſtatuto ciuitatis ſint
excluſi: præſertim cùm hæc ciuitas ad eos non
pertineat, & ab eorum iuriſdictione, & impe-
rio ſit planè ſeparata, ut notorium eſt: de quo
non opus eſt pluribus diſputare, cùm hîc ta-
lis prohibitio nondum fuerit facta, ut ſ. dictũ
eſt: ſed ſuper eo cuſtodes exquirere Senatus
uoluntatem uoluerint, ſicut etiam debuerũt.
Et ut hæc omnia maximè haberent diſputa-
tionem de iure probabilem, tamẽ in præſenti
caſu alia ratione ab hoc medio executionis
& occupandæ iuriſdictionis d. Principes ex-
cluderentur. Quia disertè in tranſactione illa
eſſe, qua præcipuè nituntur, expreſſum eſt, ſi
nomine huius ſalui conductus, uel tranſitus
per ciuitatem aliquid litis inter d. Principes &
communitatem oriretur, ut talis controuer-
ſia non priuata partium authoritate, ſed co-
gnitione arbitratorum Principum, quibus in-
termedijs ea tranſactio confecta eſt, aut iuxta
tenorem antiquarum tranſactionum dijudi-
caretur. Sic enim habent illius tranſactionis
uerba: *Vnd ob in dieſen obberuerten abgeredten arti-
ckeln einige irrung oder mißuerſtandt vorfiele, ſo ſoll
die deutung deſſelben bey vns ſteben: wann wir beyde
aber nicht einig ſeindt, ſo ſoll ſolcher mißuerſtandt in-
balt der vertrege ſeine oerterung nemmen*, &c. Cùm
autem d. arbitratores iampridem ex hac uita
deceſſerint, liquet iuxta tenorem antiquarum
tranſactionum inter d. Principes, ſeu eorum
maiores, & d. uniuerſitatem factarum, contro-
uerſiam eiuſmodi terminandam eſſe. Atqui il
læ tranſactiones non permittunt, orta aliqua
controuerſia inter iſtos Principes & commu-
nitatem, alterutram partem ſibi ipſi ius dice-
re per uiam executionis, & occupationem iu-
riſdictionis alienæ: ſed iubẽt utramq́; partem
duos dare arbitros, qui de conſilio peritorum
iuris eiuſmodi cauſas dijudicent. Cùm itaque
hæ tranſactiones certam formã dent proceſ-
ſui, & componendis litibus inter d. dominos
56 & uniuerſitatem: cumq́; † tranſactiones & con
tractus prædeceſſorum, ligent Principes ſuc-
ceſſores, maximè hæreditario iure ſucceden-
tes, Bald. in l. digna uox. C. de legib. Iacob. latè
in tract. feud. ad uerb. & Principes. in princip.
Schurff. conſ. 32. pro fundanda. nu. 17. cent. 1.
& eiuſmodi tranſactiones ſtrictè ſeruari debe-
ant, ut ibid. Schurff. firmat num. 5. 6. 7. 12. cum
ſeqq. liquet, d. dominos hac occupationis uia
tranſactionibus præſcripta, legib. uetita, leg.
nullus. C. de Iudæ. l. extat. quod met. cauſ. Dd.
l. 3. C. de pign. & C. unde ui, ſibijpſis ius dicere
non poſſe, l. unic. C. ut nemo in ſua cauſa, l. qui
iuriſdictioni. de iuriſdict. om. iudic. nec ab exe-
cutione incipere debere, leg. 1. C. de exec. rei iu-
dic. maximè in hoc caſu, ubi nullum eſt mani-
feſtum delictum, & pars altera ſeſe ad ius re-
fert: & quicquid fecit, (ſi tamen quid commi-
ſit, ac non potiùs uerbaliter tantùm proteſta-
ta eſt) id omne non iniuriæ alteri faciendæ, ſed
ſui tuendi iuris gratia fecit. Omitto nũc, quòd
57 † Principes ſint debitores iuſtitiæ, l. ſer. §. quo-
niam. de probib. feud. alien. per Lothar. & c. 1.
uerb. ad iuſtitiam expediendã. in prin. Matth.
Afflict. deciſ. Neapol. 265. nu. 79. Molin. in cõ-
ſuet. Pariſ. §. 1. gl. 5. nu. 64. ubi nu. 65. ſubijcit,
obligationem mutuam eſſe inter ſubditos &
ſuperiores, cum multis ibi per eum allegat. ca
iuſmodi cùm omnibus per ſe ſint nota, mihi
nunc ad commemorandum non e-
runt propoſita.

CON-

CONSILIVM XXXIIII.

De iure molarum & inueſtituris.

SVMMARIA.

1 ¶ *Rei ſuæ quiſq; dominus eſt, ciuili quodammodo, ita ut alterius ius non lædat.*
2 *Intereſſe æſtimabile eſt iuſta cuiuſq; utilitas, etiam quæ pendet ab arbitrio alieno.*
3 *Lucrum irradicatum perdere, eſt pati damnum.*
4 *Molendini commodum nemini debet auferri.*
Molendinum longiſſimo tempore habitum, licitè habetur.
6 *Tempus immemoriale uim habet conſtituti.*
In molendinis ſtandum eſt antiquitati: & numer. 9.
Per molendini cõſtructionem non debet antiqua loci forma mutari.
10 *Prior tempore, potior eſt iure.*
11 *Molendina priora ut primò habent eſſe, ita debent primò habere frui.*
12 *Ius negatiuum in flumine, uel loco publico ſic præſcribi poteſt, ut alius ab uſu prohiberi queat.*
13 *Non licet in loco publico aliquid facere cum damno accolentium.*
14 *Lucrum ceſſans pro damno habetur.*

Rationum decidendi ſummaria.

15 ¶ *In flumine publico licet molendinum extruere.*
16 *Aedificare in proprio eſt permiſſum, etiam uſq; ad cœlum.*
17 *Vnuſquiſq; in ſuo ad ſuum commodum facere poteſt, etiam cum aliorum damno.*
18 *Licet in ſuo molendinum facere, etiam cum damno uicinorum.*
19 *Damnum, quòd homines rariùs ad molendinum nouo extructo ſint cõmeaturi, non conſideratur.*
20 *Non committit fraudẽ, qui ſuo iure utitur.*
21 *Aedificans in ſuo, ad ſuam utilitatem, non ad alterius iniuriam præſumitur ædificare.*
22 *Lucrum, ſeu intereſſe, quod ex alieno pendet arbitrio, non conſideratur.*
23 *Præſcriptio immemorialis eſt inſtar priuilegij.*
24 *Ex ſeparatis nihil infertur.*
25 *Præſcriptiones ſunt ſtrictiſſimi iuris.*
26 *Ius negatiuum in alieno quomodo præſcribatur.*
27 *Notoria non opus habent probatione.*
28 *Statuta & ordinationes in ſcriptis redactæ, probatione non indigent.*
29 *Statuta ſupplet iudex, quamuis non allegentur.*
30 *Conſuetudo allegãda & probanda eſt.*
31 *Statuta nemini auferre debent ius quæſitũ.*
32 *Specialis præſumptio derogat generali.*
33 *Inueſtitura non probat poſſeſſionem, ſed titulum.*
34 *In inueſtitura omnia præſumuntur uerè & ſolenniter geſta.*
35 *Inueſtituræ ſunt inſtrumenta publica.*
36 *Probatio per inſtrumenta publica eſt expeditiſſima.*
37 *Inueſtituræ tenor in feudis potiſſimùm attenditur.*
38 *Vaſallus uincere debet, qui pro ſe inueſtituram habet.*
39 *Inueſtituræ omnes accipiendæ ſunt ſaluo iure tertij.*
40 *Inueſtitura in præiudicium agnatorum non poteſt mutari.*
41 *Mutatio facta non præſumitur.*
42 *De præſenti præſumitur in præteritum.*
43 *Inueſtitura ſecundum antiquam inueſtiendi formam facta, ualet, etiamſi antiqua inueſtitura non reperiatur.*
44 *Lex quæ refert ſe ad ſtatutum aliud, ualet, quamuis hoc non reperiatur.*
45 *Qui ſe fundat in tempore, debet probare.*
46 *Tacitus conſenſus ex curſu & patientia longi temporis præſumitur.*
47 *Agnati & coniuncti facilè præſumuntur conſentire.*
48 *Conſenſus præſumitur ex patientia, quando ad aliquem actum requiritur.*
49 *Agnati conſenſus in feudalibus ex patientia unius anni præſumitur.*
50 *Nunciatio noui operis tantùm ad futura opera pertinet: & num. 62.*
51 *Præterita opera, quod ui aut clàm interdicto, non operis noui nunciatione impugnantur.*
52 *Actio Quod ui aut clàm, eſt annalis.*
53 *Antiqua iura per ruſticos ſenes & famam probantur.*
54 *Nomina debent conuenire rebus.*
55 *In antiquis nomina probant.*
56 *Nomina ſecundum originalem rationẽ imponuntur.*
57 *In montibus quod olim fuit uerum, & hodie uerum eſt: quia ſunt æterni.*
58 *Fama ſola in antiquis probat.*

59 In antiquis ſufficiunt probationes leuiores.
60 In antiquis plures probationes imperfectæ iunguntur.
61 Præcepta quæ habent clauſulam iuſtificatoriam, reſoluuntur in citationem.
63 Prohibitio & demolitio operis poſt annum decerni non debent.
64 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quãuis alterum antea ſpoliarit. (riũ.
65 Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoriũ.
66 Per ſilẽtium anni qualibet feudalis alienatio facta in familia ratificatur.

IN hac cauſa extructi molendini & oppignorationis ab agnato uaſallo factæ, primùm de conſtructione molendini, quæ ab actoribus maxime impugnatur, & de qua præcipuè quæritur, eſt differendũ, explicãdumq́;, utrùm eam iure, an iniuria rei extruxerint? In quo primùm conſideranda eſt theſis, an iure ædificare molendinum in ſuo, etiam cum uicini detrimento liceat? deinde ea ipſa theſis applicanda eſt ad hypotheſin noſtram: an ſcilicet iſto caſu ita conſtruere molendinum reis licuerit?

AC quod attinet ad theſin, exiſtimo reorum cauſam ſatis eſſe fundatam. Parũ enim faciunt, quæ actores ex iure communi pro ſe allegant, aut allegare poſſunt: ut
1 † quòd unuſquiſq; ſit rei ſuæ moderator & arbiter ciuili quodam modo, & ita ut non publicum aut priuatum alicuius ius lædatur, l. opus nouum. ff. de operib. pub. Iaſ. in l. ex hoc iure. num. 7. & 8. ff. de iuſt. & iur. Cora. in l. ſeruit. num 17. ff. de ſeruit. Item quòd l. quo minus ff. de fluminib. reſpiciat ad lucrũ ceſſans, uel ad intereſſe æſtimabile, non petibile, quæ
2 † eſt iuſta alicuius utilitas: prout per uaria exempla latius declarat Petrus Rebuff. in rep. l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. in glo. 1. num. 24. & in gloſſ. ult. nu. 15. ubi etiam appellat lucrum ceſſans, & illud quod pendet ex alterius arbitrio. Item quòd hîc non tractetur de lucro captãdo, ſed de damno uitando: quandoquidem agatur de commodo iam irradicato, & præſcripto iam per multos annos.
3 Perdere † autem lucrum irradicatum, ſit pati damnum: ſecundum gloſſ. in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loc. publ. & in l. 1. §. ſi quis autem propter. ff. de itiner. act. priua. & glo. in l. ſi quis uxori. §. pen. ff de furt. & not Bald. Angel. & Alex. in l. non amplius. in princ. ff. de legat. 1. & Iaſ. in
4 d. l. quo minus. numer. 48. Item † ex theorica Bartoli in l. quo minus. in 1. quæſt. ff. de fluminibus ubi expreſſè decidit, quòd ei qui habet molendinum in flumine publico, non poſsit licitè per aliũ nouum molendinum extruentem, auferri commodum, quod inde habet ex publico, per leg. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc.
5 publ. Item, quòd † qui tanto tempore, cuius initij non extat memoria, molendinum habuit, illud licitè poſsidere & habere dicatur, per l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aq. quotid. &
6 æſt. quia † tale tempus uim habet conſtituti & priuilegij: & tantum poteſt, quantum conceſsio Imperatoris, ut ibidem uolunt Bartol. in 2. quæſt. & Iaſ. num. 4. And. de Iſer. in c. 1. ad uerbũ, flumina publica. nt. quæ ſunt regalia, text. in c. ſuper. §. præterea. de uerb. ſignif. Bal. in tit. de pace Conſtan. ubi etiam glo. ad uerb.
7 in antiquo. notat per illum textum, quòd † in molendinis & ipſorum cõmoditatibus ſtandum ſit antiquitati: pro quo etiam text. in l. 2. de aq. plu. arcen. leg. 1. C. quæ ſit long. conſuet. l. ſi manifeſtè. C. de ſeruit. & aqua: qui textus etiamſi nobis hîc deeſſent, tamen per eam cõſtitutionem Friderici in d. tit. de pac. Conſtan. uidentur omnia uetera iura, ſi qua obſtare poterant, eſſe correcta, iuxta regulam, Lex poſterior derogat priori, l. ult. de conſtit. prin. leg. 1. ff. ad l. Aquil. Et hæc ferè ſunt, quæ pro actoribus allegantur: quanquã & alia quoq; multa ſpecioſè allegari poſſunt: nẽpe primò, quòd
8 † per molendini conſtructionem non debet antiqua aggeris uel fluminis facies immutari, Bald. in d. l ſi manifeſtum. 1. C. de ſeruit. per l. præſes. eod. tit. l. ſi priùs. §. placuit. ubi gloſſ. ad uerb. per lapidem. ff. de aqua plu. arcen. l. qui luminibus. in princ. ubi poſt glo. ad uerb formam & ſtatum antiquorum. Bart. Caſtr. &
9 Dd. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Sed † in molendinis ſtandum antiquitati, & ſeruãda uetuſtas, Bald. in cap. 1. §. ſi quis de manſo. numer. 9. de controuerſ. inueſt. Iaſ. in l. quo minus. nu. 43. ff. de flumin. Cæpol. in tract. ſeruit. ruſtic. prædior. c. de aquæductu, numer. 42, & 52. Secun-
10 dò, quòd † actores priores ſint tempore, & ideo potiores iure, leg 2. C. qui pot. in pign. c. qui potior. de reg. iur. in 6. l. qui balneum. leg. potior. ff. qui pot. in pig. Neguzant. de pig. 3. partis membr. 2. numer. 1. 2. 3. ideoq́; cùm uetuſta molendina eò loci poſsideant accolæ nunc agentes, non ſint moleſtandi in ſua poſſeſsione per ædificium nouorum molendinorum, Cæpoll. præall. loc. numer. 44. in fin. per leg. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. public. &
11 † ut eorum molendina primò habuerunt eſſe, ita etiam debent primò habere fru, ut dicit Iaſon in d l. quo minus. numer 61. Tertiò,
12 quia † etiam in loco publico, & aqua, uel aggere præſcribi poteſt ius natiuum: ſcilicet ut nemo ad eundem uſum flumine uel loco publico uti poſsit, præter eum qui primò poſſedit, & ius negatiuum præſcripſit, leg. ſi quiſquam. ubi gloſſ. & Dd. ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. & in leg. ultim. ff. de uſucap Faber in §. flumina, Inſtitut. de rer. diuiſ. Schurff.

conſil.

conſil. 69. præſens. num. 20. centur. 1. Quartò,
11 quòd † non liceat per molendinum, aut aliud
quiduis aliquid facere in loco, uel flumine pu
blico, cum damno accolentium, l. in cōceden-
do. l. ſi prius. §. placuit. l. pen. de aqu. pluu. arc.
l. Seruius ubi glo. ad uerb. ſine commoditate.
ff. de riuis, l. 3. in prin. & §. is qui. de aq. quond.
& æſtiu. l. unic. §. ſi quis. & §. ſunt autem. ff. ne
quid in flum. publ. ubi inquit l. C. Oportet in
eiuſmodi rebus utilitatem & tutelam facien-
tis ſpectari, ſine iniuria utique accolentium.
14 Damnum † autem & iniuria, etiam lucrum &
utilitatem ceſſantem comprehendit, non mo-
dò aliàs, l. 3. §. final. ubi gl. de eo quod certo lo
co. l. ſi cōmiſſa. ff. rem ratam haberi, etiam pro-
priè in hac materia, l. ſecundo. § meritò. ff. ne
quid in loco publico, l. ſecunda & 3. ff. de riuis,
l. ſi manifeſtè. C de ſeruit. & aqua, & ſi qua ſi-
milia pro hac parte allegari poſſunt.

Rationes decidendi.

His tamen non obſtantibus, contrarium
15 eſt dicendum, & ex iure ſtatuendum, quia † e-
nam in flumine publico, dummodò non ſit
nauigabile, aut aliud nauigabile faciat, licet
nouum molendinū extruere, quamuis alius
in proximo uetus molendinum habeat, Bart.
num. 2. Iaſ. num. 21. in l. quo minus. per illum
text. ff. de flum. gloſſ. & Dd. in l. manifeſtè. C.
de ſeruit. Schurff. conſil. 42. diligenter. cent. 2,
& dicit eſſe communem Iaſ. in d. l. quo minus.
nu. 21. Si hoc igitur permittitur in publico, cer
tè multo magis in ſuo proprio flumine, uel ag-
gere (ut in præſente caſu factum eſt) licet mo-
16 lendinum facere: quia † in proprio permiſſum
eſt ædificare, etiā per impoſsibile, ſed demon-
ſtrādæ facultatis gratia, ut Dd. loquūtur, uſq;
ad cœlum, l. altius. ubi Bald. Cyn. Salic. Caſtr.
& Dd. C. de ſeruit. Iaſ. Fab. & alij, in §. æquè.
Inſtit. de act. quamuis etiam uicinis ex eo ali-
quid diſcedat, & inde damnum illi patiantur,
l. Proculus. l. fluminum §. ult. de damn. infect.
Charitas enim incipit à ſeipſa. Dd. in d. l. præ-
17 ſes. C. de ſeruit. & † licet unicuiq; ſibi uigila-
re, & ſuam conditionem facere meliorem, eti-
amſi per accidens alius inde damnum patia-
tur, l. pupillus. ff. qui in fraud. cred l. ſi in meo.
ff. de aq plu. arc. glo. in l. ſi manifeſtè. ad uerb.
18 procurator. & ita in terminis, quòd † ſcilicet
ſolutum ſit unicuiq; in ſuo molendino face-
re, etiamſi alius in uicino molendinū habeat,
tenent communiter Dd. per gloſſ. & Cyn. Bal.
nu. 2. Salic. nu. 1 & Caſt. quamuis remiſsiuè in
d. l. ſi manifeſtè. Bar. nu. 2. Iaſ. nu. 21. in d. l. quo
minus. Bald. in l. item lapilli nu. 5. de rer. diuiſ.
& in c. 1. §. ſi quis de manſo. nu. 8. de cōtrouerſ.
inueſtituræ: & Iacob. in tractatu feud. ad uerb.
19 & cum molendino. num. 5. dicit, licitum † eſſe
in ſuo facere molēdinum, etiam cum damno
alterius, ut quia homines, qui in aliud molen
dinum ire ſolebāt, nunc in iſtud ſint ituri, per
l. fluminum. § ultim. cum l. ſequen. ff. de dam.
infect. & Alexan. conſil. 194. conſideratis. nu.
5. uol, 2. Schurff. d. conſil. 42. diligenter. conſ.
69. præſens. nu. 20. cent. 2. per totum, Cæpoll.
cap. de aquæduct. num. 25. 52. & 57. Chaſſ. in
conſuet. Burg. rit. de foreſt, § ult. numer. 1. 2. 10.
Canon. c. ſignificante. de appell. Schurff. paſ-
ſim conſil. 1. uenationes. cent. 3. & extant iure
Saxon. hac de re ſententiæ in Vueychb. ſub tit:
wie man teich vnnd mhüle bawen ſoll. Nec putan-
dum eſt, talem ædificatorem dolo facere ui-
deri, quaſi alienum commodum interuertat:
20 Nam † non uidetur fraudem committere, qui
utitur ſuo iure, l. meritò. ff. pro ſoc. Dec. in l. nul-
lus. 56. de reg. iur. & latè conſil. 621. aliàs. nu. 3.
25 & † præſumitur potius ad ſuam utilitatē ædi-
ficare in ſuo quiſq; principaliter, quàm ad al-
terius iniuriam, gloſſ. in d. l. fluminum. §. ult.
ad uerb. committit. de dam. infect. Baldus in
l. item lapilli. num. 4. de rer. diuiſ. & in dicta l.
ſi manifeſtè. num. 2. C. de ſeruit. Iaſon in dictā
l. quo minus. num. 33. de fluminibus, Cæpoll.
in d. tit. de aquæductibus, numer. 52. 53. & 63.
Chaſſaneus in conſuet. Burgun. tit. de foreſt,
& paſſ. §. ult. num. 1. & 2. Alexan. d. conſil 194.
conſideratis. num. 4. Schurff. d. conſil. 42. in
fine. Ex quibus omnibus iuris prudentiæ fun
damentis apertiſsimè liquet, permiſſum eſſe
unicuique, etiam cum damno uicini anti-
quiorem molam habentis, in ſuo præſertim
aggere, uel flumine, molendinum extruere
nouum: non obſtantibus ijs omnibus, quæ
in contrarium ſunt adducta: ad quæ facilimè
& breuiter reſponderi poteſt. Primùm enim
non obſtat, quod dicitur, unumquenque do-
minum eſſe rei ſuæ, ciuili modo, & ne alicu-
ius ius lædatur. Nam hic ciuilis eſt modus
fruendi dominij, uti ſcilicet re ſua pro arbi-
trio, l. in fructu. l. in re ſua. C. mand. l. ſecun-
da, de his qui ſunt ſui uel alien. iur. Schurff.
conſilio 13. in princip. centur. 1. etiamſi inde al
terius damnum ſequatur, prout ſuperiùs eſt
deductum: nec allegata in contrarium quic-
quam faciunt, ut l. opus. ff. de operibus publ.
Iaſon in l. ex hoc iure. numero ſeptimo &
octauo, de iuſtitia & iure. Nam loquuntur
in alijs longè terminis: ſcilicet quando fit ali-
quid in publico ad alterius contumeliam,
uel æmulationem, abſque ſua propria utili-
tate. Atqui ſuprà dictum eſt, eum qui ædifi-
cat in ſuo, non præſumi facere ad alterius in-
iuriam, ſed potiùs propter ſuam utilitatem:
eoq; prohiberi uſu rei ſuæ propriæ non poſ-
ſe, etiamſi damnum uicini inde conſequatur,
ex Bald. in l item lapilli. ff. de rer. diuiſ. & alijs
iuribus ſuprà allegatis. Non obſtat, quod
de lucro radicato dicitur. Nam uerum eſt, ne-
mini ſuum ius & lucrum principaliter & dire-
ctò eſſe auferendum, l. id quod noſtrum. de
regul. iur. l. fin. de pact. Ex eo autem non ſe-
quitur, quin quiſque ex ſuo lucrari poſsit,

etiamſi alteri inde in conſequentiã & per acci
22 dens lucrum decedat. Nam † tale lucrum ſeu
intereſſe non conſideratur, l. medicus. in fin. ff.
de oper. libert. præſertim quando pendet ex
arbitrio alieno, l. inde Neratius. §. idem Iulia-
nus. ubi gloſſ. ad uerb. quia retrorſum. ff. ad l.
Aquil. quem tex. ad hoc allegat Bal. conſil. 71.
nu. 2. uol. 1. quale eſt, quod poſſeſſori ueteris
molæ decerpitur, quando extructo nouo mo-
lendino homines, qui priùs ad illius molen-
dinum ire ſolebant, inde ſe ad nouum conſe-
runt: prout firmat Bal. in d. conſil. 71. in princ.
uol. 1. Iacob. in inueſt. uerb. & cum molendi-
nis. num. 2. & 5. Alex. conſil. 194. conſiderans.
nu. 5. uol. 4. ex doctrina Bart. nu. 25. Iaſ. num.
84. & 182. in l. quo minus. de flumin. Cæpoll.
cap. de aquæduct. num. 50. 52. Non etiam ob-
23 ſtat, quòd † præſcriptio immemorialis eſt in-
ſtar priuilegij. nam tantũ intelligitur præſcri-
ptum, quantum poſſeſſum, l. 1. §. ſi quis. ubi
gloſſ. & Bar. de tign. act. priua. Schurff. latè con
ſil. 86. cent. 2. nec ex eo, quòd quis in ſuo præ-
ſcripſerit, ſequitur, penes eundẽ eſſe ius probi
bendi in alieno, ne dominus in ſuo ædificare
24 poſsit. Eſt † enim hoc argumentum à ſepara-
tis, ex quo nihil infertur, l. Papinianus exuli.
de minorib. l. fi. de calum. præſertim in præſcri
25 ptionibus, quæ † ſunt ſtrictiſsimi iuris, c. audi-
tis. de præſcript. Balb. tract. præſcript. 2. parte
2. partis, num. 11. Schurff. præal. loc. quia ſunt
iniquum, ut dicitur, præſidium, in auth. ut ec-
cleſ. Rom. Zaſ. conſil. 16. orta. num. 53. uol. 2.
Et ſuprà oſtendimus, ius, quod quiſq; habet
in ſuo, non obeſſe, quo minus uicinus in pro-
prio, eodem iure, etiam cum illius commodi
diminutione, uti poſsit, d. l. Proculus. d. l. flu-
minum. de dam. infect. cum alijs ſ. alleg. Non
obſtat etiam, quòd in molendinis ſtandum
ſit antiquitati. nam ex eo non ſequitur, quin
26 in ſuo liberum ſit molendinũ facere: niſi † do
minus eſſet facere prohibitus, & à tempore
prohibitionis tale ius negatiuum foret præ-
ſcriptum, ut uolunt Iaſ. & Dd. in l. quo minus.
num. 96. & 170. ff. de flum. Bald. Salic. & Dd. in
l. præſes. l. altius. C. de ſeruit. Bald. c. 1. §. ſi quis
de manſo. num 14. de contro. inueſt. Cæpoll.
tractat. ſer. cap. de aquæduct. num. 51. 52. cum
ſequentibus, Schurff. conſilio 69. præſens. nu.
20. centur. 2. conſil. 1. cùm uenationes. centur. 3.
Eundemq; ſenſum habet conſtitutio Frideri-
ci in cap. 1. §. nos Romanorum. uerſic. extra. de
pace tenend. cùm uult unumquenq; molen-
dina & paſcua ſua poſsidere, ſicut ab antiquo
habere conſueuit. Deinde nihil etiam obſtat,
quòd fluminis forma nõ ſit immutanda. nam
hoc procedit in flumine publico, non etiam
priuato, ubi iſta mola eſt extructa: priuatum
enim eſt, qđ in priuato fundo oritur, uel per
illum fluit. Multo uerò magis in ſolo & fundo
liberum eſt domino ædificare, & formam ſui
fundi mutare pro arbitrio: quemadmodum
ſuprà eſt deductum. Non obſtat, quòd acto-
res hic ſunt priores iure & tempore. Nam oc-
cupantis melior eſt conditio, in rebus, quæ
ſunt nullius in bonis, §. feræ. cum ſeq. Inſtit. de
rer. diuiſ. non etiam in ijs, quæ ſunt alterius, l.
ult. & tot. tit. C. unde ui, l. ſi quis ad ſe fundum.
C. de ui publ. & regula, Qui prior eſt tempo-
re, potior eſt iure: obtinet in re unica, non ue-
rò in rebus ſeparatis: nam ex ſeparatis nihil
rectè infertur, ut dictum eſt l. ſi maritus. 1. C. de
donat. inter uir. & ux. l. inter. §. ſacrã. uerſic. ſed
hæc diſsimilia. de uerbor. oblig. Non obſtat e-
tiam, quòd præſcribi ius negatiuum poſsit in
alieno. nam hoc fit per prohibitionem, in qua
acquieſcit dominus, & præſcriptionem pati-
tur: ut tradũt Iaſ. & Dd. in d. l. quo minus. Bal.
Salic. & alij in l. 2. & l. præſes. C. de ſeruit. quam
hic interueniſſe neq; præſumitur, cùm ſit facti,
nec etiam probatur, ſicut probari cum omni-
bus ſuis qualitatibus requiſitis debet, c. 1. de
præſcript. lib. 6. ubi Gemin. & Philip. Franc. ut
pluribus oſtendi ſ. conſil. 5. Ex quibus omni-
bus patet, reos hic intentionem iure commu-
ni habere fundatam, & proinde abſoluendos
eſſe, niſi quid aliud pro actoribus adduci poſ-
ſit: id quod nunc, ueniendo ad hypotheſin, eſt
inquirendum. Ac primò quidem adducũt or-
dinationem Principis in tota regione receptã,
qua prohibetur, ne quis, cui ius nõ ſit eiuſmo-
di antiquũ, putà præſcriptum, uel conceſſum,
noua molendina conſtruat. quę quidẽ ſi ita ſe
habet, & notoria eſt, prout allegatur, proba-
tione opus nõ habet, Crau. conſ. 335. nu. 5. cũ
27 ibi allegat. non modò, quia † notoria non ha-
bent opus probatione, c. 3. de teſtib. cogen. c.
euidentia. ubi gl. c. qualiter. 2. de accuſat. Bald.
28 & Sal. in l. ea. 7. de accuſat. ſed † quòd etiam or
dinationes & ſtatuta in ſcriptis redacta de-
monſtrationem aliam non requirant, cùm de
his iudex ſe informare ipſe debeat & poſsit, l.
unic. ubi Dd. C. ut quæ deſ. aduoc. Rochus
Curt. & alij. c. ult. de cõſuet. & iuret initio ſui of
ficij, ſe ſecundũ leges & ſtatuta iudicaturũ, c.
3. de eo qui mit. in poſſ. c. illas. 12. diſtin. l. an in
totũ. C. de ædific. priuat. c. ueniẽtes. de iureiur.
Tiraq. de pœn. num. 4. l. rem. 12. cum auth. ho
29 die. C. de iudic. Quare † ſtatuta ne quidem ne-
ceſſariò ſunt alleganda, Bart. l. omnes. nu. 76.
de iuſt. & iure, Bald. num. 2. Caſtr. nu. 2. l. unic.
C. ut quæ deſunt aduocat. ſed iudex illa ſup-
plere debet, quemadmodum ius ab aduoca-
tis partium omiſſum, d. l. unic. etiamſi aliter in
non ſcripta conſuetudine, quæ facti eſt, ſerue-
30 tur, ſcilicet † ut allegari debeat, & probari, l.
4. de cuſt. reor. Iaſ. poſt Bart. l. 2. numer. 11. cum
ſeq. C. ſi contra ius, uel util. publ. Bart. d. l. oẽs.
num. 67. de iuſt. & iure, & l. de quib. nu. 10. 11.
de legib. Menoch. conſil. 37. num. 92. conſil. 8.
num. 16. conſil. 75. num. 60. conſil. 54. nu. 36.
conſil. 32. num. 44. quod poſt gloſſ. & Bal. ele-
ganter exponit Caſtr. in l. unic. nu. 1. & a. C. ut
quæ

quæ deſunt aduoc. Iaſ.l.iubemus. C. de iudic.
Deinde cùm rei hic non admodum inficien-
tur, talem ordinationem eſſe receptam, non
opus eſt diſputare de probatione eiuſmodi
ordinationis: ſed potiùs uidendum, quid rei
contrà adducant: eam nempe ordinationem
tantùm nouas molas complecti & probibere,
31 uetera uerò iura nemini auferre, ſicuti † nec
auferre debent, l. 2. §. meritò. ne quid in loc.
pub.c.quamuis.de reſcrip. in 6. Lex enim no-
ua ad præterita trahi non debet, l. leges. 7. C.
de legib. Sibi autem ius boc molendini ab an-
tiquo competiiſſe, etiam ante quàm talis or-
dinatio facta ſit: nihil ergo obſtare. Quòd au-
tem reis ab antiquo tale ius conſtruendi mo-
lendini competierit, probare intendunt rei, ſi-
cut debent, c. 1. de præſcript. in 6. (nam licet ge
neralem iuris præſumptionem pro ſe babeãt,
tamen ea excluditur per ſpecialem loci ordi-
natiouẽ, quæ noua, quomodo iam oſtenſum
eſt, molendina prohibet, Dyn. in c. qui contra.
32 de reg. iur. ſicut † in toto iure generali per ſpe-
ciale derogatur, l. in toto. de regul. iur. Iaſ. l. pla
cuit. in fin. C. de iudic.) per inueſtituram ſuam
& poſſeſsionem. nam principiò diſertè in in-
ueſtitura ſua feudali inueniuntur antiquitùs
33 inueſtiti cum molendinis. Cùm † autem inue
ſtitura licet non probet poſſeſsionem, titulum
tamen & ius ipſum, præſertim antiquum, co-
arguat, Spec. de probat. §. 1. num. 32. Bart. in l.
prædia. in fin. de acq. poſſeſſ. & tradunt Feudi-
ſtæ in tit. de inueſt. de re alie. fact. & rei alioqui
hic iam ſint in poſſeſsione molendini, ſuffice-
re debet talis ꝓbatio, Iacob. in inueſt. d. uerb.
& cum molendinis. l. ſi quiſquam. de diuerſ. &
temp. præſcrip. Menoch conſil. 52. num. 44. &
paſsim. Nam licet qui hodie poſsidet, non
præſumatur olim poſſediſſe, Bald. l. ex perſo-
na. C. de probat. Alex. conſil 81. in cauſa. lib.
7. tamen ſecus eſt, quando aliqua legitima ra-
tio & cauſa concurrit: putà titulus, dominium
ab antiquo, Salic. d. l. ex perſona. Alciat. reg.
præſump. 2. præſump. 21. num. 15. quod hic ex
inueſtituris patet, Alciat. præſump. reg. 2. præ-
ſump. 3. numer. 5. A primordio enim tituli for-
matur euentus, l. 1. in fi. C. de tempon. lucra. de-
ſcript. lib. 10. Crauet. conſil. 111. ſpectabilis. nu.
8. maximè cùm per inueſtituram inducatur
34 documentum iuſtrumenti publici, ita † ut o-
mnia uerè ac ſolenniter ex inueſtitura præſu-
mantur geſta, Bald. in rubr. C. de contrahen.
35 empt. num. 19. quæſt. 18. ſicuti † omnes inue-
ſtituræ & literæ Principis ſigillo conſignatæ,
ſunt iuſtrumenta publica, & publicam fidem
merentur, Bald. Salic. & communiter Dd. in l.
ſi qua. C. de epiſcop. aud. & in cap. poſt ceſsio-
nem. de probatio. cap. 1 ubi Innoc. de fid. in-
ſtrum. Lanfran. in cap. quoniam. uerb. inſtru-
mentorum. num. 2. de probat. ita ut illis æquè
credatur, atq; literis & inſtrumentis publicis,
publico ciuitarum ſigillo ſigillatis, Schurff.
conſil. 7. licet. numer. 7. conſil. 39. in præſenti.
num. 1. & 2. centur. 1. per c. cùm dilectus. de fid.
36 iuſtrum. quę † forma probationis eſt optima
& expeditiſsima, ac, ut loquitur Bald. proba-
tio probata, & non probanda, Bald. in l. quo-
ties. num. 8. in fin. C. de iudic. & l. 2. in princ. C.
quando ſiſc. uel priuat. Hippol. in l. ſi quis. nu.
140. de quæſt. Socin. conſil. 12. quoniam. in fi.
uol. 1. Dec. conſil. 118. uiſo. in princ. Alciat. in
tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. num. 8.
37 Hinc † inueſtituræ tenor in feudis maximè
attenditur, illiq; potiſsimùm ſtatur atq; cre-
ditur, cap. 1. in fin. de duob. frat. à capit. inueſt.
Bald. in l. 1. §. ſed etſi quis. in 3. notab. C. de La-
tin. liber. tollen. & in l. quoties 12. num. 3 & 4.
C. de ſuis & legit. & in cap. 1. §. 1. num. 3. de feu.
Matth. conſil. 207. num. 2. uol. 2. Dec. latè con-
ſil. 193. pro tenui. num. 1. Hinc, quod amplius
eſt, definit Aluar. in cap. 1. num. 2. de conſuet.
38 rec. feud. uaſallum † uincere litem, qui pro ſe
babet inueſtituram: propterea quòd plenè
per eam probet ſuam intentionem. Neq; hoc
baberet dubium, niſi contrà actores obiice-
rent, hanc inueſtituram eſſe recentem, & quæ
poſt illam demum ordinationem data ſit &
impetrata: antiquitùs autem in inueſtituris
prioribus reos tale ius molendini non babu-
iſſe, eoq; antiquam reorum inueſtituram in
ſuum agentium præiudicium mutari non po
39 tuiſſe: cùm † omnes inueſtituræ accipiendæ
ſint, ſaluo iure tertij, Caſtr. conſil. 72. in cauſa
appellationis. num. 2. uol. 2. Dec. conſil. 468.
ſuperiori. num. 26. cum multis ibi per eum al-
40 legatis: nec † in prȩiudicium agnatorum nõ
conſentientium mutari poſsint, ut latè pro-
baui infrà conſil. 41. Atqui hæc mutatio, ut ab
actoribus allegatur, ita etiam ab iiſdem pro-
betur, opus eſt, l. 6. C. de præd. minor. Non
41 † enim præſumitur mutatio facta, l. ſancimus.
C. de teſtam. Menoch. conſil. 1. num. 120. l. 3. de
probat. quia mutatio eſt quoddam accidens,
quod non præſumitur, ut tradit Alciat. in reg.
2. præſumpt. in princ. per gloſſ. l. ſi uerò. §. qui
pro rei. ubi Iaſ. numer. 15. ff. qui ſatiſd. cogan.
42 Vnde † præſumptio ducitur de præſente in
præteritum: ut quod in præſenti eſt, præſuma-
mus etiam fuiſſe in præterito, l. ex perſona. C.
de probat. maximè quando aliàs actus, qui
eſt de præſenti, redderetur illicitus, & impu-
gnari poſſet, niſi in prȩteritum præſumeretur:
ut pluribus cõfirmat Alciat. in trac. præſump.
reg. 2. præſumpt. 26. numer. 4. cum ſeq. Quare
habent rei bic præſumptionem pro ſe iuris, ut
cùm inueſtiti inueniantur cum hoc iure mo-
lendinorum, præſumantur etiam ab antiquo
ita fuiſſe inueſtiti, donec contrà probetur: ma-
ximè cùm hæc inueſtitura ſit facta (ſic enim
uerba habent) ſecundum formam inueſtien-
43 di antiquã. Valet † igitur, etiamſi nulla eiuſ-
modi antiqua inueſtitura appareat: quæ ni-
hilo minùs talis, qualis hæc eſt, præſumitur
fuiſſe,

fuiſſe, Oldr. conſil. 121. ad primam. no. 12. p. ei
l. ex hac ſcriptura. de donat. l. ſi donare. C. eod.
tit. niſi pars aduerſa probet, dominū nō aliter
ita inueſtiturum fuiſſe, quàm reſpectu inueſti-
turæ antiquæ, ad quam ſe noua refert, ut ibid.
Oldr. multis confirmat. Pro quo facit in ſimili
doctrina Bart. de lege, quæ ſe referat ad aliud
44 ſtatutū, uel cōſuetudinem: quæ † licet non re-
periatur, tamen nihilo minùs lex & ordinatio
ualebit: ita Bar. in l. admonendi. nu. 7. de iure-
iur. & in l. cum. §. Iulianus. nu. 2. de conſtit. pe-
cun. & quod tradit Molin. in conſuet. Par. tit.
1. de feud. §. 5. nu. 7. liberari uaſallum ab exhi-
bitione antiquarū inueſtiturarū, ſi ſe iuret nō
habere. Non obſtat igitur hic, nouam inueſti-
turam, ut ab actoribus allegatur, nō poſſe au-
ferre ius tertio quæſitū, & ſaluo iure tertij intel
ligendā eſſe. Nam hoc intelligitur uerum eſſe,
quādo ius aliquod nouum in inueſtitura con
ceditur, quod alteri debitum & quæſitum iam
ius auferret, d. l. 2. §. meritò. ne quid in loc. pub.
Iaſ. & Dd. l. beneficia. de conſt. princ. Atqui tale
ius nō eſt cōſtituendi molendini in ſuo ꝓprio
fundo: cùm hæc facultas ſit iure cōmuni uni-
cuiq; etiam abſq; cōceſsione & inueſtitura cu-
iuſquam permiſſa, etiamſi ex tali cōſtructione
damnū uicinis pararetur, prout ſuprà fuit de-
ductum. Quare ſi tempore huius inueſtituræ
alia ordinatio, qua molendina prohiberētur,
nō fuiſſet facta, non poſſet dici nouum ius in-
ueſtitis fuiſſe datum, ſed potius ius commu-
ne, uel facultatem iuris communis fuiſſe per
inſtrumentum inueſtituræ declaratam ac con
firmatā: nec per hoc ius tertio auferretur, ſed
magis ius unicuiq; iure communi competens
ſtabiliretur: indeq; damnum, quod ex conſtru
ctione molarum uicini habere poſſunt, non
conſideraretur: prout ſuprà pluribus eſt oſten
ſum. Et quia per illam inueſtiturā ius molen-
dini faciendi, non tam acquiſierunt rei, cùm
iure cōmuni quæratur & competat, & ex præ-
ſenti in præteritū, & ab antiquo habuiſſe præ-
ſumantur, quam confirmatum & declaratum
ſit: ideo non poſſet illa ordinatio prohibitiua,
quæ tantùm de nouis & futuris molendinis
loquitur, ius iam illis quæſitum auferre: cùm
nō trahantur ad præterita opera cōſtructa,
ędificia, uel ordinationes, leges, edicta, l. leges.
ubi Bal. & Dd. C. de legib. uel operis etiam no-
ui nunciationes, ac prohibitiones, l. 1. §. 1. 13. §.
ult. cum l. ſeq de oper. nou. nunc. Quare cùm
hac in parte ex præſenti inueſtitura & poſſeſ-
ſione, præſumptiuè ius ſuū in præteritū idem
fuiſſe, rei probare poſsint: ideo incumbit acto
ribus demonſtrare, quòd ante prætenſam or-
dinationem tale ius molendini nullum rei ha
buerint. Fundant enim ſe in tempore, & uo-
lunt ordinationem ad hanc molam, uelut ad
nouum opus, nec ius tempore ordinationis
45 adhuc quæſitum, pertinere. Tempus † ergo
hoc, uelut ſuæ intentionis fundamentū, pro-
bare debent, l. matrem. 17. ubi Bal. & Dd. C. de
probat. l. cum actum. de neg. geſt. l. 2. C. de pet.
hær. clem. fin. de reſcrip. Bar. & Dd. l. nō ſolùm.
§. ſed ut probari. de oper. no. nunc. & l. 3. de ac-
cuſat. Balb. l. Celſus. part. 2. q. 2. & 5. de uſucap.
Alex. conſ. 100. ſuper nu. 2. uol. 1. maximè iſto
caſu, ubi rei fruuntur commodo poſſeſsionis,
ac in ea ſunt iam, & fuerunt per annos nouē,
& amplius, quibus eorum molendinum con-
ſtructum ſtetit: & habent pro ſe inueſtituram,
quæ non aliter facta eſſe præſumitur, ſaltem
cum præiudicio tertij, quàm priores inueſti-
turæ fuerūt: prout ſuprà eſt oſtenſum: ut cùm
tot præſumptiones pro reis faciant, meritò ſit
actorum probare, quòd prætenſa ordinatio
etiam hāc molam, uelut nouum opus ac ius,
necdum ante ordinationem quæſitum, com-
prehendat. Neque uerò parum hic profuit
reis patientia actorum & ſilentium, qui iam
per nouem & amplius annos ſciuerunt, mo-
lendinum hoc à reis eſſe conſtructum, nec cō-
tradixerunt, pluribus etiam annis inueſtitu-
ram de iure molendini reis factā ſcienter paſ-
46 ſi ſint, neq; ei contradixerunt, cùm † tacitus
conſenſus præſumatur ex curſu paucorum
annorū, puta quinquennij, ut in l. ult. C. ſi ma-
ior fact. rat. hab. uel cōmuniter decennij, Bald.
Ang. Imol. Aret. Iaſ. & cōmuniter Dd in l. qui
in aliena. in princ. de acquir. hæred. maximè
47 † inter agnatos & coniūctos, l. ſi ſeruus com-
munis. 39. de donat. inter uir. & uxor. l. cùm de
48 in rem uerſo. de uſur. & † quando eorum con-
ſenſus ad aliquem actum perficiēdum requi-
ritur, præſumitur is ex longi temporis ſcien-
tia & patientia interueniſſe, l. 4. C. de nupt. ub
per infinita probat Tiraq. in ll. connub. in fi
ad uerb expreſ. gl. 5. nu. 39. & 44. ubi ex ſen-
tentia Alex. dicit, hanc eſſe ueriorem opinio-
49 nem & magis communem. Quare † & iure
feudali agnatos per patientiam & ſilentium
unius anni intelligitur ratificaſſe factū agna-
ti ſibi præiudiciale, § Titius. ubi omnes Dd. ſi
de feu. fuer. contro. int. dom. & agnat. Schurff.
conſ. 30 indubitati nu. 1. & per tot. cent. 1. quā
dicit communem eſſe opinionem Iacob. in
tract. de feud ad uerb. & cum pacto de non a-
lienando, nu. 17. 18. 19. 20. Schurff. conſil. 41.
& primò. nu. 2. & 3. cent. 1. latè Tiraq. in retra
lig. §. 1. gl. 10. num. 3. 4. 5. 8. & præcipuè 9. & 10.
Vnde non uidētur agnati hic actores molen-
dinum in fundo feudali à reis agnatis ſimul-
taneè inueſtitis conſtructum, poſſe poſt tot
annorum ſilentium impugnare: & hęc patien
tia non parum corroborat ea eſt probatio-
nem, quæ ex literis inueſtituræ pro reis ſumi
poteſt: maximè quia iam agitur de opere iam
diu facto, & ante actionem propoſitā multis
pridem annis completo & abſoluto: quo no-
50 mine nō poteſt agi ex edictu de † operis no-
51 ui nunciatione, qđ † tantùm ad futura, nō ad
præterita opera pertinet, ſed ſolùm actione,
quod

quod ui aut clàm, l.1.§.1.l.3.§.ult.ff. de oper.no
55 ui nunciat. Atqui † talis actio tantùm datur
intra annum à tempore cõſtructi operis com-
putandum, l.ſemper.§.hoc interdictũ. ff.quod
ui aut clàm: qui iampridem ante huius iudicij
cõſtitutionem elapſus eſt. Confirmatur etiam
hac in parte ius reorum per antiquã famam,
qua fertur à uicinis eos ſuper illo aggere, ſeu
colle, ubi nunc iſta mola inædificata eſt, tale
ius molendini ſemper habuiſſe ab antiquo,
Angel. l. [illegible]um ſuper. num.2.3.C. de rei uendic.
Anchor.conſil.310.tres.numer.2.3.Socin.con
ſil.[illegible] in controuerſia. numer.6. uol.2. Alex.
[illegible] l. [illegible]tim aliquis. C. de iure deliber. Pa-
n[illegible]m. [illegible]umer 6. & Canon. c. inter dilectos. de
fin. [illegible]um. & c. licet ex quadam. de probat.
Spe[illegible] de [illegible]bat.§.nunc dicamus.in fi. Crauet.
de [illegible] q. temp. parte 1.§. uiſo de fama. nu.22,
A[illegible] m.lib.5.de præſcript.cõcluſ.1.nu.
[illegible] pe[illegible] appellationem mõtis, in quo mo
[illegible] c[illegible] ru[illegible]a eſt: nam & olim, & adhuc ho
d[illegible] c a[illegible]el atur Mons molendini: item quòd
[illegible] fi[illegible]ationis tempore ibidem inuenti ſint, eſ-
[illegible]s q; lapides molares, fragmina rotarum, &
[illegible]um inſtrumẽtorum ad molam pertinen- 59 næ conſil. 171. num.12. uolum.1. quia † in an-
[illegible]m: ut [illegible]atis appareat, ibi ab antiquo molam
[illegible] id quod etiam ruſtici ſenes, ijs in locis
[illegible]eg[illegible]ntes, aſſeuerant: quæ etiam omnia non
[illegible] me[illegible]ocriter reorũ ius corroborant. Nam † eſt
certi[illegible]oris, antiqua iura, agrorum præcipuè,
probari per teſtes ſenes & ruſticos & uicinos,
eorumq; opinionem & famam communem:
c[illegible]m cauſam. ubi glo. ad uerb. teſtes. de pro-
bat. Item per notas ſcripturas, & ſigna lapidũ,
ac [illegible]rum inſtrumentorum, ut ibid. uult glo.
[illegible] d. [illegible] cùm cauſam. ad uerb. per libros anti-
[illegible]s in fi. Nomina quoque & appellationes
[illegible]uæ non leue indicium faciunt, Bald.con
[illegible] in cauſa.nu.2.lib.3. Cornæ. conſil.282.
[illegible]lib.4.Crauet.conſ.111 ſpectabilis.nu.18.
[illegible]ind[illegible] de contraria ueritate nõ conſtat, Me-
[illegible]con[illegible].80.nu.16. Nomina † enim debent
[illegible]uenientia rebus, §.eſt & aliud. Inſtit. de
[illegible]onat. & [illegible] in antiquis, uel dubijs, & ignotis,
[illegible]ppellatiua nomina ſunt attendenda, & pro-
[illegible]nt l.pen.ff. de reb. dub. quia † illa imponun
[illegible]ur ſecundum originalem rationem, Bal. in l.
[illegible] manitatis.nu.2.C.de impub.ſubſtit. & argu
[illegible]enium à ui nominis ſumitur probabile &
[illegible] equens, ut oſtendit Euerar. in lo.leg. loco ab
[illegible]ymolog. & [illegible] in montibus, quod olim fuit
[illegible]erum & iuſtum, hoc etiam hodie præſumi-
[illegible] uerum eſſe, quia montes ſunt æterni, ut fir-
[illegible]t Alciat. in tractat. præſumpt. regul.2. præ-
[illegible]p.13.num.1. & [illegible] in probandis antiquis fi-
[illegible]m & agrorũ iuribus ſufficit ſola fama, uel
[illegible] de auditu tantùm, ut ex ſententia Panor.
[illegible] bat Montan. in trac. fi.regund.c.53.nu.16.
[illegible] 55.nu.10 Guid. Pap. deciſ.193. Hippol.in
[illegible]crimin.§. plurium. nu.101. & communi-
[illegible] Canon. in c.ueniens, de teſtib. Barb. in c.ex

literis. in fi. de probat. & Montan. in d.tractat.
fi.regund.c.55.nu.11. per text. in l.ſi arbiter.ff.
de probat.l.2.§.item Labeo. de aq. plu. arcen.
gl. in c.cùm olim. in uerb. inſtrumentis. de con
ſuet. & in c. ueniens. 1. uerb. illorum. de teſtib.
Bald. in l.cùm quis.C.de iur. delib. Soc.conſil.
86.num.2.uol.1. & in conſil.187.num.5 uol.2.
Et deniq; eſt communis concluſio Dd. in l. ad-
monendi ff. de iureiur. & Bart. in l. de minore.
§. plurium. ubi etiam Hippol. nu.56. de quæ-
ſtion. ſcilicet quòd in antiquiſsimis, & his quę
hominum memoriam excedunt, fama plenè
probet: quam opinionem firmat Dec. in c. di-
lectus.num.18. de appel. & in c.ueniens. num.
11. de fid. inſtrum. & in conſil. 42.nu.11. & con-
ſil.428.num.3. ubi refert, ita communiter Dd.
tenere: quod idem refert, & multis ac penè in-
numerabilibus allegatis confirmat Montan.
in d.c.55.num.14 & 15.fin.regun. qui & alibi,
uidelicet in eodem tractat.cap.52. num.16.tra
dit, eiuſmodi antiqua iura probari, ſi teſtes di-
cant talem eſſe communem opinionem, per
doctrinam Specul. de probat. uerſ. hoc etiam
nota. & in § uidendum reſtat. uerſic.12. & Cor-
næ conſil. 171. num.12. uolum.1. quia † in an-
tiquis maximè ſufficiunt leuiores probatio-
nes, indicia ac argumenta, Montan. in d.tract.
c.53.numer.3. & Pariſ. conſil.104. in præſenti.
num.42.uolum.1. & Aretin.conſil.42.num.3:
60 ſic † etiam, ut plures probationes imperfectæ
& ſemiplenæ, in iſtis antiquis coniungantur,
ut unam plenam probationem efficiant, ue-
lut Montan. præalleg. loc. pluribus oſtendit.
Quod autem præterea ab actoribus adduci-
tur, reos contra præceptum & denunciatio-
nem Principis ædificaſſe, & ideo demoliri de-
bere, l.5.l altiùs.C.de ſeruit. & l. præter. 20. ac
paſsim, de oper. no. nunciat. infirmum eſt, &
per ſe corruit, ut non magna refutatione ha-
beat opus. Nam principiò tale præceptum nõ
fuit purũ præciſè, ſed habebat clauſulam adie-
ctam iuſtificatoriã: ut ſi pars ſe grauatam opi-
naretur, ueniret ad reſpondendum. Conſtat
61 † autem, talia præcepta reſolui in citationem.
Caſtr. in l.de pupillo.§. meminiſſe. numer.5.de
oper.no nunc. Bald. in rubr. C. commin. epiſt.
numer.3. & 4. Deinde diu poſt molendinum à
reis extructum hoc præceptum eſt impetratũ,
ut ad opus iam factum non potuerit extendi
62 & retrotrahi: cùm † conſtet edictum de ope-
ris noui nunciatione, & præceptum magiſtra-
tus, contra quod ædificatur, accipiendum eſ-
ſe de operibus tantùm futuris, non etiam de
præteritis, & ante præceptum perfectis, l.1.§.1.
l.3.§.ult. & paſsim, & tot.tit. de oper. no. nunc.
63 Imò † interdictum & prohibitio, ſeu demoli-
tio operis iam facti non poteſt decerni poſt
annum ab extructo opere completũ, d. l. ſem-
per.§ hoc interdictum. ff. quod ui, aut clàm.
Quare in primo huius controuerſiæ articulo,
uidetur ex his omnibus concludendum, reos
iuſtio-

iuſtiorem fouere cauſam, & proinde ab impe-
titione actorum abſoluendos eſſe. In ſecundo
porrò litis articulo, quo ad poſſeſſorium recu
perandæ, omiſsis generalibus, quæ non illu-
minant intellectum practicum, iuxta Bald. c.
cùm acceſsiſſent. num. 21. de conſtitut. Molin.
conſ. 45. conſuetudo. nu. 1. oidetur etiam reo-
64 rum cauſa iuſtior. Nam † agens, uel excipiens
de poſſeſſorio recuperandæ, ante omnia, ſed
probata ſpoliatione, Ang. conſil. 36. 7. per to-
rum, Crauet. conſil. 140. nu. 1. c. r. de reſt. in 6.
conſtit. pro. 6. parte 1. reſtituendus eſt, quãuis
ipſe alium de eadem re ſpoliauerit, l. colonus.
l. cùm fundum. de oi & ui armat. Panor. & Dd.
in c. ſi ſuper. nu. 11. de ord. cognit. Alex. conſ. 6.
nu. 11. uol. 3. ultimumq́ ſpolium priùs debet
determinari, c. 2. c. ſi. de ord. cognit. Pariſ. conſ.
24. lib. 1. In petitorio quoq; rei ſimiliter abſol-
uendi uidentur. Agunt enim actores ad reſti-
tutionem feudi, quod à morte defuncti agna-
ti ad ſe, ut proximos hæredes, ſit deuolutum:
quodq́ defunctus quid. agnatis reis pro cer-
ta pecunia oppignorauit, ſed abſq; actorum
conſenſu. Quare intendunt illo mortuo, qui
ipſis præiudicare non potuit, ſibi, uelut agna-
tis & ſucceſſoribus proximis, abſq; reſtitutio-
ne ſortis principalis feudum liberũ eſſe reſti-
tuendũ, Zaſ. in epit. feu. part. 9. nu. 30. Schurff.
65 conſ. 30. nu. 2. cent. 1. ex regola: Reſoloto † iu-
re datoris, reſoluitur ios acceptoris, l. lex uecti
gali. de pignor. Verùm hìc rei rectè opponũt,
hanc oppignorationẽ eſſe meram alienatio-
nem, l. ult. C. de reb. alie. non alien. c. 1. de prob.
feud. alie. per Feder. quæ cùm facta ſit à demor
too agnato ante 25. annos in ſe, ut agnatis re-
motiores, idq́ ſciẽtibus d. actoribus, ideo eos
non poſſe nũc eam poſt tot annos impugna-
66 re, quia † per ſilentium anni alienatio in fami
lia, puta in agnatum remotiorem f[illegible]a, ab
agnatis proximioribus intelligitur r[illegible]can,
c. Titius. ſi de feud. defunct. Schurff. d. conſ. 30.
& 41. cent. 1. cum alijs ſ. alleg. Et ita in termi-
nis decidit Iacob. tract. feud. uerb. & cum pa-
cto de non alienãdo. nu. 17. 18. 19. Quare cùm
hæc oppignoratio ualeat in præiudic[illegible] horũ
agnatorũ, qui tacitè per annale ſilentium con
ſenſerunt: ſequitur, eos rem oppignor[illegible]tam
abſq; tuitione hypothecæ, & citra redemptio-
nem ſeu ſolutionem principalis ſortis, petere
à d. reis iure non poſſe: cùm nec defunctus cui
ſucceſſerunt, aliter repetere potuiſſet, l. ſi rem
§. omnis. l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. act.

CONSILIVM XXXV.

De tutorio & procuratorio.

S V M M A R I A.

1 ¶ *Exceptio legitimationis ante conteſtationem diſcutitur.*
2 *Tutoris procurator non admittitur, niſi pareat conſtituentem eſſe tutorem.*
3 *Differentia tutoris & curatoris iure Saxon. non eſt ſublata.*
4 *Dominus feudi tutor eſt ſui pupilli, & alios dat tutores.*
5 *Tutor datus præfertur matri.*
6 *Teſtamentũ inter liberos ſine ſolennitate, ualet etiam, quoad tutoris conſtitutionem.*
7 *Confirmatio Principis confirmat inualidum actum, quem etiam ſubſequi poteſt.*
8 *Creditur literis Principis, ut ſigillo publico.*
9 *Sigillum Principis, eius uoluntate præſumitur appenſum.*
10 *Præſumitur tutor, qui publico in inſtrumento ſic nominatur.*
11 *Differentia inter procuratorem & actorẽ.*
12 *Non intereſt, quo nomine actor, uel procurator in inſtrumento uocetur.*
13 *Actorem generaliter etſi non poteſt conſtituere tutor ſine iudicis authoritate, ſpecialem tamen ad certam cauſam, ut p[illegible] curatorem, eligere poteſt.*
14 *Præſens actui, quem impedire pote[illegible], [illegible] gitur conſentire.*
15 *Tutor poſt litem conteſtatam rectè dat [illegible]ro curatorem.*
16 *Poteſt ſuo & alieno nomine agi uno libel[illegible]o*
17 *Procurator, ſyndicus, tutor, clericus an[illegible] quando extraneus, ac ex alio oppido e[illegible] poſſit.*
18 *Procurator poſt litem conteſtatam no[illegible] muta[illegible]ri poteſt, ut antè.*
19 *Reuocatio mandati tacitè quoq; fit. [illegible]tur*
20 *Mutatione fortunæ tacitè mandatu reuo[illegible]*
21 *Procurator poſt litem conteſtatã, uel aduerſario inuito, ſine iuſta cauſa & eiuſdem [illegible] gnitione reuocari nequit.*

1 IN † hac lite prima debet ante con-
teſtationem diſcuti legitimationis
exceptio, l. ita demum. ubi Dd. C.
de procor. quam aduerſarios obie-
2 cit, gloſſ. ult. l. neq;. C. de procor. Actoris † au
tem, quem tutor dat, tot. tit. C. de acto. à tuto r[illegible]
dan. gloſſ. & Dd. l. neque. C. de procur. perſon[illegible]
non poteſt legitima perhiberi, iuxta tit. C. q[illegible]
le[illegible]

leg.perſ.niſi cõſtet tutorẽ, ſiue curatorem in li-
te aliena ius dãdi habuiſſe. Nã q de re aliena
neqt agere, l.ſi pupilli.§.ult.de neg.geſt.multo
minus eius actionis prouinciã alteri delegare
p teſt, Iaſ.l.2.§.quòd ſi in patris.num.5.ſolut.
matr. ſicut nec plus trãsferre, quàm habeat, l.
traditio.de acq.dom. l. alienatio. l.qui taber-
5 s.de contrah.emp. Quanquam † autem iu-
re Sax.inter tutores & curatores nulla, quo ad
nomen, ſit differentia: (nam omnes etiam mu
lieribus adultis dati, *Vormunden*, appellantur,
conſtit.15.parte 2.art.11.& paſsim lib.1.Lãdr.)
tamen im hic minores, de quorum cauſa tra
ctatur, puberes ſint, arbitror conſtituentẽ po-
tius hic curatorem, quàm tutorẽ eſſe. Quam-
uis enim pupillaris ætas iure Sax. ad annum
ætatis 21.durare perhibeaẽ, art.45. Landr.lib.
1.tamẽ reuera finitur ipſo iure ſub tempus le-
gitimũ, in fœmina 12. in mare 14. annorũ, ac
tranſit in ætatem puberem, in princ.Inſt.quib.
mod.tutel.fin. quã etiã adultã uocari, innuit l.
1.C.de uſufruct. Ex quo ſequitur tutelã quoq;
tum finiri, d.§.1.Inſt.quib.mod. tut.fi. ac trãſi-
re in curationẽ. Mauſer. Inſt.de nupt.in princ.
mihi fol. 64.per tex.cum glo. art.42.lib.1.Sta
tutum enim interpretandum non contra, ſed
ſecundũ ius commune, l.2.ubi Bal.C.de nox.
Pan.c.cùm cauſam.nu.6.de reſcrip.c.cùm di-
lectus.de conſuet. Mynſing. obſer.5.centur.1.
Alex.conſi.140. uidetur. nu. 4. uol.2.ut quã-
minimũ hoc lædat, Iaſ. l. prograndum. 11. in
princ. nu.5.C.de iudic.& l.ſi cùm dotẽ. l. ſi ue-
ro.§.de uiro.ubi Bart.& Dd.cõmuniter, ſolut.
mat. præſertim qñ nõ apertè hoc corrigit, Iaſ.
num.24.auth.nouiſsima. C. de inoffic.ſed ad
eius ſimilitudinẽ ac confirmationẽ tendit, Ti-
raq.de legib.connub.in fin.gl. 6. nu.49. nam
tũ potius uerba eius impropriãda, quàm ut
à iure cõmuni recedaẽ, Bar.nu. 58.in l.omnes.
ff.de iuſt.& iur.l. Cæſar.nu.58.de publican.Pa
nor.c.cùm dilectus.nu.21. de conſuet.& cõmu
niter Dd.l.1.§.ul.quod quiſq.iur.l.1.C.de ſum.
trinit. Et hanc diſtinctionẽ iure quoq; Sax. in
feudalibus etiã, nedum allodialibus, ualere,
probat gl. Latina uerb. uſq; ad annos. art. 23.
lib. 1.per art.26.Lehenrecht. Quãuis aũt in tu
toribus eligendis uoluntas attendiẽ matris, l.
1.C.ſi cont.mat. quæ petere eoſdem debet, l. 1.
C.qui pet.tut.uel ipſa gerere tutelã poteſt, tot.
tit.C.quand.mul.tut.offic.art.11.& 23.& utro-
biq; gl.lib.1. Landr.tamẽ adulti iam ipſi pete
re ſibi curatores debent, l.3.§. fin.qui pet.tut.l.
& qui debet.§.pen. de tute.l.1.C.qui pet.etiam
iure Sax. gl.art.13. lib.1. quæ cùm uelit id tan-
tummodo in impuberibus obtinere, ex reg.l.
cùm prætor. de iudic. oſtẽdit aliud in puberi-
bus ſeruari, & proinde horũ diſcrimẽ morib.
etiamnum Sax.perdurare. Cæterùm tutor uel
curator, quẽ pater teſtamẽto elegit, etiã impe
fecto, l.2.C.de confir.tut.præferendus eſt alijs,
l.1.C.de conf.tut.nec reuocatur datio, uel con-
firmatio horũ, licet magis idoneus dari fortè
potuerit, l.pen.C.de conf.tut. ubi notat Salic.
4 legitimè factum nõ reuocari. Statuto † quoq;
Sax.nobilium uaſallorum minorũ dominus
feudi tutor eſt.gl.art. 14. & 23.li.1. patt.art.26.
Lebenr. à quo tutores alij quaſi ſubdelegãdo
conſtituuntur, art.58.lib.2. qui fruct⁹ feudi co
gant, ac pupillorum nomine ſeruitia præſtẽt,
5 gl.art.58.ſub litera D.lib. 2. Cùm † igitur hũc
curatorem à Principe cõfirmatum, ipſe pater
moribundus elegerit, quãuis tantùm duob.
coram teſtibus, & in priuata ſcriptura, tamen
exiſtimo matri, cęteriſq; præferendum, gl.ſub
litera L.art.23.lib. 1. Nam ſi teſtamẽtum inter
& quo ad liberos ualet, binis teſtibus conſcijs
factũ, l.hac conſultiſsima.§.ex teſtamẽto.C.de
teſta.Iul.Clar. de teſtam. q. 8. Tiraq. de priuil.
piæ cauſæ, in princ.& priuileg. 1. aut ſine teſti-
bus ex priuata patris ſcriptura, auth. quod ſi-
ne.C.de teſta.l.ult.C. fam.herc.uel ſubſcriptio
ne, ac fortaſsis etiam ſolo ſigillo, Zaſ.conſil.1.
orta.nu. 2.uol.2. (quod tamen mihi dubiũ ui
detur, arg.l.ult. C. de fideicom. niſi probeẽ ex
ſubſcriptione, aut aliunde, uolũtate defuncti
appoſitum, l.2.ubi Bal.C.de reb.alie.nõ alien.
nam ſigilla priuatorum, & pręſertim morien-
tium, facilè ab alio apponi cuicũq; ſcripturæ,
illis inuitis poſſent, Alb.l.1.in fi.quem.teſta.a-
per.Pan.c.1.n.14.15. & ibidẽ Fel.ac Dd.de fid.
inſtru.& c.poſt ceſsionem.ubi Pan.de probat.
per l.1.§.ſed ne firmãdæ. C.de Lat.lib. l.ſi pro-
curatorem.de procur.Molinæ.in conſuet.Par.
rubr.1.de feud §.5.num.17.Caſtr.Purp.& alij,
l.admonẽdi de iureiu.Crauet.de antiq.temp.
parte 1.§.quæritur.num.44.Bart.& Dd.l.quæ
dotis.in fin.ſolut.matr. Vnde nec nutu condi
poteſt inter liberos, Angel. l.diſcretis.C.qui te
ſta. Natta d.§.ex imperfecto.nu.194.Pan.Inſt.
de teſta.nu.93.Clarus de teſta.quæſt.8.nu.7.li
cet ad pias cauſas poſsit, ut ibi.Clar. & quæſt.
6 6.& 5.) certè † idem teſtamentum, utpote hic
à patre ſcriptum, uel ſubſcriptum, Tiraq. tract.
piæ cauſ.priuil. 4.per tot. Clarus de teſt.q.14.
ſicut in alijs ualet, ſic etiã quo ad tutelam libe
rorum, & curationẽ ualere debet, l.3.de teſt.tu
tel.l.uerbis legis.de uerb. ſig. Et quãuis etiam
inter liberos cõditum teſtamẽtum uitietur ob
præteritionẽ, Bal.nu.2. & Dd.d.l.hac cõſultiſsi
ma.§.ex imperfecto.ubi Natta nu.17.de teſta.
Berous c.Raynut.nu.43.de teſta. gl. fi. l.ſi fili⁹
qui in poteſtate.de lib.& poſth. quam ſequun
tur communiter Dd.atteſtante Dec.conſ.105.
num.5.in fin.Clar.l.inter cætera.nu.8.de lib.&
poſth. Alex.cõſ.126.nu.3. lib. 2. Iulius Clarus
de teſta.quæſt.8.nu.5.& 6.ſufficit tamen in eo
hic liberis pro ſua parte (*vor jhr kindes theil, oder jhren antheil*: quod intelligitur de legitima) reli-
ctum eſſe. Nam cùm legitima nõ poſsit relin-
qui, niſi titulo inſtitutionis, ne quidem in te-
ſtamento inter liberos, ſecũdum communem
in authen.nouiſsima.ubi Iaſ.num. 16. fatetur
hanc eſſe communẽ Legiſtarũ & Canoniſta-
rum: licet ipſe cum gl.faciat, Iul.Clar.de teſta.

quæſt.6.nu.5.6.& remiſsiuè quæſt.38.num.4.
quanquam totã relinqui non opus eſt,ſed ſuf
ficit aliquam partem,ſecundum cõmunem in
d. auth. nouiſsima. de qua neminem dubita-
re dicit Clarus de teſtam.quæſt 38. His de cau-
ſis,qui pro ea relinquit certam partem,intelli-
gitur eo quo debet modo,hoc eſt, titulo inſti-
tutionis relinquere,Bart.num.2.& Dd.auth.ſi
parens.C de inoff. teſta. Alex.nu.2. Dec.nu.3.
dicens communem,in l.humanitatis.C.de im
pub.ſubſt. Boer.deciſ.162.num.3.& 4.Iaſ.nu.
28.cum ſeq in auth nouiſsima. C. de inoff. te-
ſta. nec uis in eo, utrũ exprimat pro legitima,
Iaſ.ibidem: an uerò pro portione paterna, uel
filiali, Alex. conſil.50. in fin.lib 7. aut pro ſua
portione debita,Iaſ.nu.16.18. d.auth. nouiſsi-
ma.& nupera conſtit.12.parte 3.& quanquam
contrà Iaſ.ibi diſputet,& Sal.auth. unde ſi pa-
rens.nu.4.C.de inoff. teſta. cuius opinionem,
ut communem,refert Ioan.Dilec. de arte teſta.
lib.3.caut.1 numer.1 tamen ſuperior eſt magis
communis,teſte Alex.d.conſil.50.in fin.lib.7.
Iul. Clarus §.teſtamẽtum.quæſt.38.nu.11.cum
ſequen. Et quamuis hic eſſet aliquid in iſto te-
ſtamento uitij, ſic ut nõ ualeret iure teſtamen-
ti,tamen ualeret iure codicilli,propter clauſu-
lam codicillarem,l.eam 14.ubi Bal. Iaſ.& Dd.
C. de fideicom. quæ ſemper intelligitur teſta-
mento inter liberos ineſſe,gloſſ. l. cohæredi.§.
cùm filiæ.uerb.nõ ualuit.de uulg. & pup. ſub-
ſtit.ubi Iaſ. in fin.dicit,Hanc glo. communiter
approbari,Boer.deciſ.140.num.6.Bello.con-
ſil.85.nu.4.Clarus de teſt.quæſt.8.nu.6.Quã-
uis autem gl.authen.ex cauſa. in fin. C. de lib.
præt.dicat,clauſulam codicillarẽ nihil operu-
ri, ubi teſtamentum ex cauſa præteritionis eſt
nullum:& hanc cõmunem dicit Sig. conſ.171
num.4.tamẽ ſuo tempore potuit eſſe commu
nis: hodie contraria potiùs, ut talis uoluntas
iure codicilli ab inteſtato inter liberos ualeat,
Alex.conſil.26.num. 5.lib.1.conſil.142.nu.4.
lib.2.Pariſ.conſil.30.nu 11.lib.3. Tiraq.l.ſi un-
quam.uerb.donatione.num 273. Dec.l.poſt-
humo.nu 11.& 161.Succar.num.111.C.de bon.
poſſ. cont. tab. Iul. Clarus de teſta. quæſt.46.
per tot.id quod ſufficit noſtro caſu,cùm nedũ
teſtamento, uerùm & codicillis tutores rectè
dentur,l.3 de teſta. tutel. ſicut & legata hodie,
quibus tutela comparatur,l.uerbis.ff.de uerb.
ſig. Deinde uitium omne ſi quod hîc ſubeſſet,
(quod tamen nullum apparet, nec præſumen
dum, niſi probetur, c. pen. c.ult.de præſumpt.
7 l.5.C.de codicil.) ſuſtulit † & depurgauit Prin
cipis confirmatio ſubſecuta, tot. tit. ff & C. de
confir. tut l.omnem. C. de teſta. ſicut ſubſequi
potuit, Alberic.l magis puto.§.non paſsim.de
reb.cor. Tiraq.de ll.connub.gl.4.uerb.conſen
tement.num.5.9.cum ibi alleg.& ex actu inua
lido facere ualidum Alb.l.2.nu.3. de reb. cor.
Alex conſil 79 circa.n.20. uol.1. per l.nam ita
diuus. de adopt. maximè quo ad tutoris legi-
timationem,tot.tit.ff.& C. de confir.tut.uel cu-
rator.l.2.C.de conf.tut.l.tutel.§.7.C.de teſtam.
tutel.in princ.Inſt.de curat.uerſi.curator teſta-
mento non datur, datus tamen confirmatur.
Quapropter ſi hęc Principis confirmatio po-
teſt oſtendi, ſatis arbitror tutorum hic pro-
bari, & perſonam agentis eſſe legitimatam.
8 Nam † creditur literis à Principe ſigillatis, l.u-
nic.C.de mand. priuc.l.5.C.de diuerſ.reſcript.
tanquã inſtrumento publico, c.cùm dilectus.
de fid inſt.Felin.c poſt ceſsionem.num.18. de
probat.Bald.rubr.C. de fid.inſtrum. num. 18
cum ſequentib.Schurff.conſil. 7.licet.num.6.
conſil 17.num.12.13.conſi. 39.in præſenti.nu-
9 mer.1.2.centur.1.& † ſigillum Principis, quod
accuratiùs, quàm priuatorũ, ab officialibus,
& quidẽ præcipuis ac iuratis cuſtoditur, præ-
ſumitur eius uoluntate appenſum, Molin. in
conſuet.Pariſ.tit.1.§.5. num.14. 15. Ac quam-
uis iuſiurandum, & alia multa requirãtur ad
habilitandum tutorem, etiam legitimum, l.
ult.§ penult.C. de admin.tutor. Specul. de tu-
tor.§ fin.num 1.l. de creditoribus. C. de epiſc
aud Angel.& Dd. Inſtit. de leg. agn. tut. Bart.
10 l. legitimus.5.§.fin.de legit.tut.tamen † ex qu
Principis,imò & magiſtratus inferioris inſtru
mento publico aſſeritur cõfirmatum eſſe, (*be-
ſtettget*) præſumuntur omnia ſolenniter acta,§.
ulum.Inſtit.de fideiuſſ. l.ſciendum. ubi Iaſon
& Dd.de uerbor.obligat.cùm pro inſtrumen-
to præſumatur,donec contrà probetur,l.cùm
precibus.C.de fid.inſtru.Bal.c.1.§.inſtromen-
tum. nu. 3. de not. feud.& l Imperator.de ſta.
hom.Alexan conſ.89. uol.3.Ferra.in for.opp.
cont.inſt.in fin.numer. 5.6.& qui pouit conſe
quens, ponit omne neceſſarium antecedens,
l.ad rem mobilem. l. ad legatum. de procur.l
cùm liberum.ubi Panor.nu.4.de ſepult.Quã
11 uis † autem tutor ante conteſtationẽ propriẽ
nõ ſit dominus litis,gl.l.neq.uerb.facere po
ſunt.C de procurat.Maran.& Dd.l ſi actor.de
procur.deciſ.Neap.262.num.5 & actorẽ ideo
magis, quàm procuratorẽ tum temporis con
ſtituere debeat,l.neq.C de procur. Mynſing.
obſ.38.cẽt.2. Actor autem eiuſmodi cum iudi-
cis tantùm conſenſu conſtituatur,§.fin Inſt.
de cura.l.ſi actor.ubi gl. C.de appell. etiã quo
ad litem,gloſ.magna l.neq.11.C.de procurat.
Mnſing præalleg.loc. Spec. de ſynd. num.17.
18.ubi hanc differentiam inter actorem & ſyn
12 dicum conſtituit:arbitror † tamẽ in eo nõ ma
gnam eſſe uim,nec intereſſe multùm, utro no
mine mandatarius appelletur, c.per lo 9. de
13 procurat.Spec.de actor.uniuer.in pri ac † di-
ci poteſt,etiã ſine magiſtratus ſcitu talem con
ſtitutionem ualere,glo d.l.neq.uerſ.uel d o,
quòd ipſe tutor ordinabit actorem.C.de pro-
cur.& ibidem Azo: etiã ſi cùm generalis actor
tanquã curator tutori in tota adminiſtratio-
ne ſubſtituitur, id per magiſtratum & pericu-
lo tutoris fiat,§.ult.Inſtit.de curat.& quamuis
aliter eſſet,tamen ualeret hæc datio: quia ma-
giſtratus tacitè recipiendo, tutorium hoc ap-
probauit,

probauit,& in idem conſentijt ipſe minor cō-
ſtitutioni præſens & adhibitus, ſicut ſimul cū
tutore procuratorem conſtituere poteſt, l. ne-
14 que.C.de procur.ac † præſens actui,quem po
teſt impedire, ac tacens cōſentire intelligitur,
l.qui patitur.mand.gl.l.cùm proponas. C. de
pact.Roman.conſ.457. circa fin. Tiraq. de re-
tract. prox.§.1. gl.9.num.113. ſicut & recipiens
inſtrumētum, ubi de ſuo iure diſponitur, nec
contradicens,cle.1.ubi Zab. de procur. l. ſi fi-
liusfam.18.ad S. C. Maced. Bart. l. quo enim.
§.fin.nu.1.rem rat.hab.Iaſ.l.quæ dotis.nu.40.
ff.ſol.matr.Bal.l.ſi filiusfam.7.nu.4.C.ad Ma-
ced.Felin.poſt Pan.in c. nónne.nu.10.de præ-
15 ſumpt.Et † à lite cōteſtata confirmabitꝰ magis
hic procurator, quia tunc licet tutoribus ſuo
arbitrio ꝓcuratores dare,l.neq;. C.de procur.
Et licet hanc differentiā in Camera ſeruari te-
ſtetur Mynſing.obſ.38. cent. 2. tamē in Curijs
noſtris, quæ magis æquitatem ſequuntur,hoc
exile diſcrimē non p[illegible]tauerim attendendum.
16 Ac † quamuis hæc cauſa tutorū quoq; cōcer-
nat,non tamen impeditur aut prohibetꝰ quis
pluriū eſſe procurator,præſertim conſortium
unius litis:& partim ſuo, partim alieno nomi
ne quis litē proſequi poteſt,Bal. Sal.l.cùm te.
C ſi cert.pet.& l.planè.fam. hercíſ. Soc.c.1.nu.
126.de lib oblat.ſicut tutor & procurator alie
no nomine litigare perhibentꝰ,l.furti.§.ſi quis
17 alieno. de his qui notan.infam. De † eo quod
tutor & procurator non ſint eiuſdem cum mi
nore oppidi,ſed ex uicinia oriundi, non puto
magnopere laborandum. Quanquā enim de
ſyndico diſputet & conuertat Specul. de ſynd.
nu.20.Ang.in §.præterea. num.20.Inſt.de ex-
cep.utrū ſcilicet extraneus eligi poſsit,ac non
potiùs aliquis ex corpore uniuerſitatis,l.nul-
li. planè.quod cuiuſq. uniuer. c. cùm in iure.
de elect. tamen ipſe ſatis ibidem oſtendit,pro-
curatorem dari extraneū poſſe: imò & extra-
neum ſyndicum admittit,l.1.§.ult.ubi Bartol.
quod cuiuſq.uniuerſ. Sed & tutorē ac procu-
ratorē ex uicinia eligi poſſe,maximè quando
nō æquè idoneus eſt domi,declarat l.2.§.2. de
curat.fur.Bart.auth. minoris.nu. 1.C.qui dare
tut. per litem.27.§.cùm aūt.de teſtam. tut.ubi
Bart.l.ſi,ut allegas.16.C.de excuſ. tutor.Spec.
de tutor.§.fin.nu.12.& in §.fin.in authen.ut hi
qui ob.ſe hab.per. ſicut & decurio clericꝰ,præ-
latus exoticus eligi pôteſt, quoties indigena
non perinde præſtò eſt,l.in eccleſijs.11. ubi gl.
C.de epiſc.& cler.l.ut gradatim. §. etſi lege. de
mun.& honor. Et ut maximè de corpore uni-
uerſitatis aliquis adoptari deberet, nō tamen
ſequeretur electionem extranei & conſtitutio
nem factam non ualere,uel impugnari poſſe,
c. cùm inter canonicos.21.ubi gl. uerb. aliam:
& Dd.de elect.Bald.in 1. not. & Sal. l.in eccle-
18 ſijs.11.C.de epiſ.& cler. Illud † magis dubitari
poteſt, an pro conſtituentis arbitrio procura
tor mutari poſsit poſt litem conteſtatam: ex l.
ante l.poſt litem.cum ll. ſeq. de procur. Felin.
c.ex parte.3.27. de reſcrip. Bar.l.unic.num.15.
C.de ſatiſd.Anchor. & Franc.c.2.de procurat.
lib. 6. Nam contradicere non ſolùm ipſe po-
teſt procurator tāquam dominus litis iam fa-
ctus,l.nulla. 23.C.de procu.cui inuito ius ſuū
auferri nequit, l. id quod noſtrū. de reg. iur. l.
ult. de pact. uerumetiam aduerſarius uidetur
poſſe,l.quæ omnia.25.§.1. uerſ.ſed etſi aduer-
ſarius dicat.ubi gloſſ.uerb.ſuſpectus. Caſtren.
num. 2.& 3.de procur.Felin.c.ex parte decani.
3.num.27.de reſcrip.gloſ. d.l. poſt litem.Caſtr.
d.l. ante litem.num. 3. de procur. ex ratione l.
ne in plures.de exerc. act.l.iam tum.§.ſi tamē.
19 iudic.ſol. Reuocatio † autem fieri putatur, nō
ſolùm expreſsim, ſed etiam tacitè,ut quando
datur alius procurator,l.ſi quis.31.§ ultim.de
procurat.Lud.Roman.ſing. 58. fuit.numer. 2.
adeò ut ſi quid reuocatus poſtea gerat, illud
ſit ipſo iure nullum, Bartol. l. unic. num.6.C.
de ſatiſd. per l.licet C. de procurat.l.ſi uerò.§.
20 ſed etſi.de ſolut. Sed † & ipſo iure reuoca-
tum intelligitur mandatum ex fortunæ muta-
tione,l.cùm quis.38.in princip.ubi Bartol.l.ſi
cùm Cornelius.82.de ſolut.Bar.Cyn.Fab.l.fal
ſus.nu.10.C.de furt.l.in confirmando.de con
fir.tut.Bald.l.mandatum.num.14. C. mādat.
latè Felin.in cap. ex parte decani. num. 21. de
21 reſcript. Quanquam † autem reuocatio faci-
liùs permittatur, ſi uel ad certum tempus ſit
conſtitutus procurator, Specul.de procurato
re,§.ratione autem formæ. numer. 13.Cardin.
Zab.in clem. 1. de procurat. aut ſi procurato-
rio fuerit inſerta clauſula de poteſtate mutan-
di,reuocandi,Bart.l.mutari.num. 5.de procu-
rat.tñ quoniam id fieri poſſet in fraudem ad-
uerſarij,cuius intereſt, ne in plures aduerſa-
rios diſtringatur, Felin. d. c. ex parte. numero
27.de reſcrip.ideo ſi is nedum procurator,cō-
tradicat, non uidetur poſt conteſtationem ſi-
ne iuſta cauſa & eiuſdem cognitione mutari
poſſe,d.l.poſt litem. cum ll. ſequentib. ubi iu-
ſtæ illæ cauſæ recenſentur, de procurat.ita de-
clarant Anchor.numero 2. Franc. numer.5.in
cap.quamuis.de procurat.lib.6. Bart.d l.mu-
tari.numer.5.Caſtrenſ.l.ante litem. num. 3. &
11. de procurat.l.quæ omnia.§.ult. ubi Caſtrē.
eo.tit.Felin. d. cap.ex parte. Requiritur autem
cauſæ cognitio duntaxat ſummaria, gloſ. l.in
cauſæ.27.in princip.uerb. prætoris.de procu-
rat.quæ ſine ulla iudicij ſolēnitate expeditur,
Lud.Rom.ſingul.371.in fcis.per totum: dum
tamen iuſta cauſa probetur, gloſſ.l. item ſi ſu-
ſpectus.19.de procura,& c.2. uerb.ſuſpectum.
eod.titul.lib.6.

O 2 CON-

CONSILIVM XXXVI.

De probatione amiſsionis pecuniæ depoſitæ.

SVMMARIA.

1 ¶ Probare quis debet, ad quod ſe probandum adſtrinxit.

2 Mediator contractus fidem ſuper contractu non facit.

3 Caſſa eſt obligatio, cuius cauſa non apparet, quia ſcriptura non eſt modus inducendæ obligationis.

4 Scriptura & libri probant contra producentem, uel ſcribentem, non pro eo.

5 Scriptura eſt ſtricti iuris, nec prodeſt, aut nocet alijs.

6 Semel bonus, aut malus, ſemper talis præſumitur in eodem genere.

7 Rationibus & libris mercatorũ creditur contra eos, non pro eis.

8 Libri mercatorum non faciunt ſemiplenam fidem, ut deferri iuramentum poſsit.

9 Non ſufficit probare, quod probatum non releuat.

10 Probatio debet concludere per neceſſe, nõ per poſsibile.

11 Quiſq; fundamentum intentionis debet probare.

12 Probatio mandati, uel doli, uel depoſiti ſemiplena, non ſuppletur per iuramentum.

13 In cauſis arduis, etiam pecuniarijs, non defertur iuramentum in ſupplementum.

14 Quæ ſint cauſæ quantitatis magnæ.

15 Cauſa dicitur magna, reſpectu perſonarum, & qualitatis rerum.

16 In famoſis non defertur iuramentum in ſupplementum, ut mandati, depoſiti, &c.

17 In dubio fauendum reo.

18 Iuramentũ in dubio deferendum reo, pro quo ſtat præſumptio, maximè in depoſito.

19 Locatum non conſiſtit abſq; mercede.

20 In dubio præſumitur contractus depoſiti.

21 Depoſitarius non præſtat caſum, nec culpam, niſi ſuſceperit.

22 Confeſsio optima probatio, aut ab ea releuatio.

23 Rationes mercatorũ tantùm probant, ut poſſit deferri iuramentum in ſupplemẽtum.

24 Caſu non probato, præſumitur in dolo depoſitarius, & iuratur contra eum ſuper quãtitate in litem.

25 Qui ad cuſtodiam obligatus eſt, etiam mandati tenetur: & ſic de culpa.

26 Qui allegat caſum rei depoſitæ, nec probat, tenetur reſtituere.

27 An qui probat caſum, debeat probare ſe ſine culpa amiſiſſe.

28 Furtum nõ reputatur inter caſus fortuitos.

29 Amittere in uia, non eſt caſus fortuitus.

30 Mercator probare caſum non in nube, ſed in ſpecie debet.

31 Negligentia cuiq; ſua, non alij nocet.

32 Recipiẽs pecuniam fit debitor, non miniſter, ſaltem poſt officium, ſeu miniſterium præbitum & finitum.

33 Acta faciunt notorium.

34 Arbitrariæ ſunt cauſæ arduæ, & permittitur arbitrio iudicis, ſtatuere, an & quando iuramentum ſit deferendum.

35 Non creditur iuramento cauponis uel depoſitarij, quòd culpa ſua abſit, niſi caſum probet.

36 Statuta ſecũdum ius cõmune interpretãda: & ne quis detrimentum inde patiatur.

37 Iuramentum non eſt propria probatio, ſed irregularis: ideo non ſufficit, quoties ſtatutum probationem requirit: quia propriè eſt accipiendum.

38 Etiam iure Saxon. qui accepit, cogitur probare caſum ſine culpa, nec creditur eius iuramento.

39 Suſpectu non defertur iuramentum.

40 Ex recepto ſolo quis obligatur mandati & depoſiti ad reſtituendum.

IN hac conuentione depoſitarij ſeu mandatarij, à quo repoſcitur pecunia, quam ſuſcepit deportãdam Gedanum, & in uia ſe dicit amiſiſſe, uideri prima fronte poterat, eum eſſe abſoluẽdum ex regula l. qui
1 accuſare. C. de eden. quaſi † non probârit actor, ſicut poſt litem negatiuè cõteſtatam debuit, l. actor. l. fruſtra. l. 2. C. de probat. l. 2. ff. eod. l. ultim l. dote. C. de rei uend. contractum mandati, l. 1. l. 8. & paſsim, de probat. in quo ſe fundat, l. aſ. l. ſi uerò. 5. §. qui pro rei. numer. 15. qui ſatiſd. cogant. qui cùm ſit facti, l. conſilio. de cur. fur. non præſumitur, l. aſſeueratio. C. de non num. pecun. nec tantùm allegari debet, l. minorum. C. de præd. mino. uerumetiam probari, l. ſiue 12. de probat. ab actore ſcilicet, d. l. actor. C. de probat. l. 2. & paſsim, eod. l. qui accuſare. C. de eden. qui ſuper eo cõtractu actionem proponendo, ad eundem probãdum ſe conſtrinxit, l. diuus. ubi Iaſon & Dd. de re iud. c. licet. de probat. & quia per rem iudicatam

ei pro

eí probatío fuit impoſita: nam & interlocuto-
ria talis, quo ad partes, poſt decennium tranſ-
it in rem iudicatã, Iaſ. & Dd. l. quod iuſsit. de
re iudic. Vnde non minus obligatio & actio
oritur, quàm ex alijs contractibus, l. ſi procu-
rat. 28. ff. de procurat. l. actori. 5. C. de reb. cred.
quia etiam in iudicijs contrahitur, maximè
per rem iudicatam, ut dicit textus, qui de obli
gatione iudicati diſertè loquit̃, in l. 3. §. idem
ſcribit. ff. de pecul. Non autem eſſe probatum
hic ab actore eiuſmodi mandatum oſtendũt
ipſius atteſtationes, in quibus productus me-
diator, ſeu proxeneta, teſtis eſt ſingularis & u-
nicus, l. iuriſiurandi. C. de teſtib. cuius inter-
uentu iſte contractus etiam de confeſsione a-
2 ctoris ſit celebratus. Eſt † autẽ noti iuris, me-
diatorem contractus, fidem ſuper contractu
non facere, niſi utraque parte conſentiente, §.
quoniam uerò. ubi gloſſ. Bart. Angel. & com-
muniter Dd. in authen. de teſtib. & in l. omni-
bus. ubi Salic. num 6. C. de teſtib. Canon. in c.
1. de teſtib. in 6. Lanfranc. c. quoniam. uerb. te-
ſtium. num. 75. ex̃. de probat. Stracha, quan-
quam uariè diſputãs, de proxenet. & teſtimo-
nium illius mutua uoluntate (quod hic à reo
abeſt) recipiẽte, §. in his uerò. in authen. de in-
ſtrumen. caut. & fid. Bart. l. deferre. in fin. de iu-
re fiſci, Hippol. ſing. 533. & latè Socin. iun. con
ſil. 12. num. 17. conſil. 29. num. 16. conſil. 31. nu.
19. lib. 1. Menoch. de arb. iudic. lib. 1. quæſt. 37.
num. 29. Sed nec uni teſti creditur, d. l. iuriſ-
iurandi. C. de teſtib. multo minus ſingulari, l.
licet. ubi gl. uerb. ſingulares. de probat. c. cùm
dilectus. de accuſ. c. bonæ. de elect. Dd. l. iuriſiu
rãdi. l. ſolam. de teſtib. Crauet. de antiq. temp.
parte 4. §. ſed enim. numer. 1. 2. & per totum, l.
teſtium. ubi Bald. & Dd. C. de teſtib. Deinde
ſcriptura actoris propria, ad inſtitorem ſcri-
pta, non probat pro eo iſto caſu, l. Publia. §. fi.
depoſ. l. rationes. cum ſequẽ. l. exemplo. C. de
3 probationib. maximè † cùm nullam præ ſe fe-
rat, contineatq́; obligationis cauſam, & ex ea
propoſita ſit actio perſonalis, cuius nulla cau
ſa appareat, l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. except.
glo. magna ad uerb. ut proinde. in l. 1. in prin-
cip. ubi Bartol. num. 12. & Dd. ff. de eden. Ete-
nim ſcriptura nõ eſt modus inducendæ obli-
gationis per ſe: ideoq́; niſi contineat certam &
iuſtam obligationis cauſam, non ſtatur ei, ne
quidem contra ſcribentem, ut pulchrè Iaſ. in
repet. l. admonendi. num. 115. ff. de iureiur. per
l. nuda. ubi Bar. ff. de donat. cum alijs per eum
4 allegatis. Deinde † eſt hæc ſcriptura tantum-
modo priuata, quæ non probat, l. 5. 6. 7. ubi
Dd. C. de probat. aut ſaltem contra producen
tem & ſcribentem, non uerò pro eo probat, d.
l. Publia. §. fin. ff. depoſ. Bart. Bald. Angel. Imo.
Caſtr. & alij in l. nuda. de donat. l. ſcripturas.
C. qui pot. in pig. l. ult. C. arb. tutel. Fel. numer.
28. Decius numer. 19. poſt Panorm. Anton. de
But. Imol. in c. 2. de fide inſtrumen. Iaſon poſt

alios in l. admonendi. num. 76. cum ſequent.
& in repetit. numer. 109. 110. 120. cum ſequen.
de iureiur. ut hanc ſententiam pluribus con-
firmat, & communem dicit Philip. Porcius
conſil. 139. num. 8. & conſil. 78. numero 1. con
ſil. 132. numer. 12. & conſil. 170. num. 17. Imò
exemplo pernicioſum eſſe ait Imperator, ut ei
ſcripturæ credatur, qua unuſquiſque ſibi an-
notatione propria debitorem conſtituit: neq;
fiſcum quidem: multo minus aliũ quẽquam,
ex ſuis ſubnotationibus debere probationẽ
præbere, l. exemplo. C. de probat. ubi Bald.
Salicet. & communiter ſcribentes. Vnde nec
rationes & libri priuatorũ pro ipſiſ probant,
ſed contra ipſos: Alexan. conſil. 84. numero 1.
2. & conſil. 180. num. 1. uolum. 7. & latè conſil.
217. uiſo. num. 4. uolum. eod. Non obſtat al-
terius teſtis depoſitio, qui ex mandato acto-
ris ſcribentis, cuius inſtitor & miniſter eſt, hãc
pecuniam à reo petijt & exegit. Nec enim peti
tio probat debitum, Innocent. cap. ſuper lite-
ris. de reſcript. Poſſunt enim peti multa, ſed
deberi & concedi pauca, Caſtrenſ. l. 1. nume. 1.
C. de diuer. reſcript. Deinde hic inſtitoris te-
ſtimonium pro ſuo hero, per ſe inſufficiens
eſt, ex l. 2. ubi Dd. C. de teſtib. Lanfranc. d. cap.
quoniam. uerb. teſtium. numer. 63. de teſtibus
cum ſimilib. Tertius teſtis de re inter alios a-
cta deponit: quæ alijs ut non prodeſt, ita nec
nocere debet, l. 1. C. res inter alios actas, l. ſæ-
5 pe. de re iudic. Sed † & ſcriptura, quam alle-
gãt, ſtricti iuris eſt, Socin. conſil. 73. numer. 4.
uolum. 1. cum ſimilib. quæ alijs neque profit,
nec obſit in ea non nominatis, Bartol. l. admo
nendi. numer. 32. de iureiuran. Bald. l. ad pro-
bationem. 21. numer. 1. 2. C. de probat. & l. le-
cta. in 2. oppoſ. ſi cert. pet. l. Intereſt. num. 2. C.
de ſolut. Multo uerò minus obeſſe tertio po-
teſt, qui in eam non conſenſit, l. ſi conſtiterit.
8. ubi Bal. in princ. C. de fid. inſtrumen. & l. in-
tereſt. nu. 2. C. de ſolut. l. ad probationem. C.
de probat. Socin. conſil. 39. uiſis. numero 10.
uolum. 1. per doctrinam Bald. in auth. ſi quis
in aliquo. in princip. C. de edẽ. & Canon. in c.
illud. de præſumpt. Dec. conſil. 407. uiſis. nu-
mer. 4. per præallegatam doctrinam Barto. in
d. l. admonendi. latè Crauet. de antiquit. tem-
por. §. 2. num. 21. 22. & per diſcurſum, cum ibi
6 allegat. Sed † & hic teſtis ab antè acta uita te-
um laudat: & apertè dicit, non eſſe uerifimile,
eum qui antehac honeſtè & ſine querela ſit ne
gonatus, iam ſenem uelle de alieno fraudu-
lenter locupletari: quod nõ leuiter reum ſub-
leuat, per doctrinam Bartoli l. deſertorem. §.
ſed ſi. numer. de re milit. Alexand. l. final. de
quæſtio. Angel. l. milites. C. eod. tit. Vt enim ſe-
mel malus ſemper præſumitur malus, cap. ſe-
mel. cum ibi not. de regul. iur. in 6. ſaltem in
eodẽ genere delicti, l. ſi cui. §. 1. de accuſat. d. l.
nõ omnes. §. à barbaris. de re milit. Aleiat. tra-
ctat. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 7. numer. 2.

cum multis ibi allegat. ita econtrariò (quo-
niam contrariorum eadem eſt doctrina & ra-
tio, l. 1. 2. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.) qui
bonus & fidelis antè fuit, præſumitur in eo-
dem genere adhuc talis eſſe, cap. mandata. de
præſumpt. d. l. non omnes. §. à barbaris. de re
milit. Alexand. l. ſi quis. 6 §. prætor ait. in fin.
de eden. Hippol. in l. maritus. nu. 39. de quæ-
ſtionib. & conſ. 70. numer. 12. cum ibi allegat.
7 Sed † & rationibus priuatis, quàs actor pro
ſe hic producit contra ſcribentem, non pro
eo credi, iam antè poſuimus, l. exemplo. 7. l. ra
tiones. C. de probat. l. inter chartulas. C. de
conuenien. fiſc. deb. lib. 10. l. cùm tabernam. §.
idem quæſijt. de pignorib. etiam inter merca-
tores, qui libros tales tenent & faciunt, Panor.
cap. 2. numer. 9. de fid. inſtrumen. Bald. & Sa-
licet. d. l. exemplo. Iaſ. in repet. l. admonendi.
numer. 135. 136. 137. cum ſequent. de iureiu-
ran. Corſus indag. lib. 2. cap. 27. Alexan. con-
ſil. 180. num. 1. 84. num. 1. 2. & conſi. 217. num.
1. uol. 7. Philippus Porc. conſil. 170. num. 17.
8 cum ibi allegat. Vnde † licet cõmuniter con-
cludatur, quòd mercatorum & campſorũ li-
bri pro & contra tertium faciant ſemiplenam
probationem, ut iuramentum deferri in ſup-
plementũ poſsit, tamen communis ſententia
eſt pro ipſo mercatore & campſore ſcribẽte &
producẽte tales libros, nec plenam neq; ſemi-
plenam fidem facere, ita ut iuramentum defer
ri in ſupplementũ non poſsit, niſi aliter ſtatu-
tis locorũ eſſet cautum, alioqui quilibet mer-
cator, quãlibet ueterator, minimeq; conſcien-
tioſus, aut religioſus, poſsit in datis & acce-
ptis ſibimet ſemiplenam facere probationẽ,
& eandẽ ſuo iuramento ſupplere, ut poſt Bal.
hoc probat Iaſ. in lectura d. l. admonendi. nu-
mer. 81. & latiùs in repetit. num. 131. ubi dicit,
communiter ita concludi in l. quædam. 9. §.
numularios. ff. de eden. Reliqua, quæ produ-
9 cuntur, nihil faciunt ad rem. Non † autem ſuf-
ficit probare id, quod probatum non rele-
uet, l. neque natales. l. ad probationem. l. ſi, ut
proponis. l. matrem. C. de probat. nec proba-
tio dubia releuat, cap. in præſentia. de probat.
10 l. non hoc. C. unde legit. quoniam † idonea
probatio concludere debet, non per poſsibi-
le, l. neque natales. C. de probat. ſed per neceſ-
ſe, Angel. l. poſt S. C. de pet. hæred. alioqui con
tra producentem eſt interpretanda, Iaſon d. l.
non hoc num. 4. C. unde legit. c. in præſentia.
de teſtib. Bart. l. inter. §. Sticbum. de uerb. ob-
ligat. Soc. conſil. 274. in cauſa. uol. 2. Alex. con
ſil. 182. lectis. numer. 5. uol. 2. cui obſtat regula:
Non tibi ius, ſed probatio deficit, l. duo ſunt
11 Titij. de teſtam. tutel. item † quòd unuſquiſq;
probare debeat cauſas ſuę intentionis, in qui
bus ſe fundat, Iaſon in l. ſi fideiuſſor. §. qui pro
sei. num. 15. & 16. ff. qui ſatiſd. cogant. quarum
circumſtantiæ niſi probẽtur, pro nihilo habe-
tur probatio, l. matrem. C. de probat. c. ſi. de re
ſcript. Alex. conſil. 16. num. 31. lib. 5. nec recipit
ea interpretationem ab aſſertione, producen-
tis, Panor. num. 3. Felin. num. 33. c. auditis. de
præſcript. Quamobrem ne quidem per iura-
mentum neceſſarium ſupplere hic actor tam
maucas ſuas atteſtationes poteſt, aut debet:
cùm ne ſemiplenè quidem probatit, ſecundũ
communem & notoriam theoricam in d. l. ad
monendi. de iureiuran. l. 2. C. de reb. cred. cap.
12 ultim. de iureiuran. Præſertim † cùm mandati,
quod hic prætenditur, probatio etiam ſemi-
plena non ſuppleatur per iuramẽtum, Franc.
Cur. l. admonendi. numer. 209. de iureiuran.
Iacob. Pet. de Ptolomæis in ead. l. admonen-
di. num. 46. per doctrinam Bald. in l. non ſo-
lùm. §. qui alieno. de procurator. ſed plenè
probari debeat, Alexan. conſil. 147. num. 1. 2.
cum ſequent. uolum. 6. Deinde obijcitur hic
dolus reo, quia non reddit creditum: ad pro-
bandum autem dolum, nõ defertur iuramen
tum in ſupplementum, Bald. l. 1. in fin. C. qui
aduer. quos, Iaſ. rep. l. admonendi. num. 295.
de iureior. quæ eſt probatio priuilegiata, Ro-
man. d. l admonendi. numer. 80. 81. & Corraſ.
numer. 6. ff. de iureiur. cui etiam non eſt locus,
quãdo quis aſſerit, (ut hic actor) ſe certam pe-
cuniam in ſacco uel ciſtula apud aliquem de-
poſuiſſe, Bar. in l. 1. §. ſi iſta. nu. 2. ff. depoſ. Alb.
in l. ait prætor. numer. 3. ff. naut. caup. ſtabul.
13 Conſtat † etiam in cauſis, quamlibet pecunia-
rijs magnæ quantitatis, non deferri iuramen-
tum in ſupplemẽtum probationis, Iaſon poſt
alios in repetit. l. admonendi. num. 272. cum
multis ſeq etiam ibi alleg. Alex. cõſ. 68. nu. 4.
uol. 3. & conſ. 74. num. 7. uolum. 1. cuiuſmodi
14 † magna quantitas aliquot centenorũ flore-
norum prætendiẽ hic amiſſa, & petitur ſecun-
dum taxationẽ. l. nõnulli. ubi Dd. de accuſat.
l. ſi oleũ. 10. cũ l. ſeq. de dol. mal. glo. & Dd. l. ſed
etſi. 50. §. pen. uerb. modica. de iudic. Quanq;
15 † etiam quãtitas dicatẽ magna, reſpectu perſo
narum & ſecundum earũ qualitatem, Iaſ. poſt
Bart. d. l. admonendi. nu. 272. per d. l. ſed etſi.
§. 1 ubi gl. uerb. modica. Bart. Angel. & Dd. ff.
de iudic. & l. unde Nerua. ff. pro ſoc. ubi Bart.
gloſſ. l. illicitas. §. & ne tenui. §. res. ad uerb lu-
mine. ff. de offic. præſid. Alex. conſ. 34. num 7.
16 & 8. uol. 5. Sed † nec in cauſis famoſis defertur
iuramentum, gl. fin. in c. cùm ſint partium iu-
ra. de regul. iur. in 6. Iaſ. latè rep. l. admonendi.
nu. 278. de iureiur. ſicut nec in criminalibus, l.
ult. ubi Bal. in fin. C. de probat. Iaſ. ibidem nu.
274. & l. 3. de iureiur. neq; in cauſis arduis, Iaſ.
ibidem in rep. l. admonendi. nu. 277. quib. fa-
moſæ cõparantẽ, l. cogniti. de uar. & extraord.
cog. imò cauſis uitæ cõparatur cauſa famoſa,
l. iuſta. ubi gl. de man. uind. Iaſ. in d. l. repet. nu.
278. & maior eſt qualibet cauſa pecuniaria, l.
ſi in duab. 104. ubi Cag. nu. 2. & 3. de reg. iur.
quia homo debet pluris facere famam, quàm
omnia bona, l. Iulian⁹. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.

l. repre-

l.reprehendēda.C. de inſtitut. & ſubſtitut. uel
oculos ſuos, l.infamia. 8. ubi Dd. C. de decu-
rion. lib. 10. Eſt autem utrūq; iudicium famo-
ſum: (quorum alterum, ſi non utrūq;, hîc eſt
intentatum.) tam mandati, l. 1. 2. uerb. man-
dati. de his qui not. infam. l. ſi procuratorem.
8.§.fin. ff. manda. quàm depoſiti, l. qui depoſi-
tū.10.C.depoſiti, l. 1. uerb. depoſiti. de his qui
notan. infam. Ex quibus omnibus iuramēto
ſuppletorio hîc locum non eſſe, aut ſi ſit, reo
potiùs, quàm actori id deferendum eſſe: quia
17 † magis in dubio fauendū reo, l. fauorabilio-
res. de reg. iur. l. Arrianus. de obligat. & actio-
nib. & pro cuius abſolutione laborādum eſt,
d. Arrianus. l. abſentem. de pœn. l. ult. de ſent.
& re iud. maximè hoc caſu, ubi certat reus de
damno uitando, l. ult. C. de codicil. l. ult. §. li-
centia. C. de iure deliber. quod incurſurus eſt,
ſi cōdemnetur per immeritam iniuriam, hoc
eſt, ratione ſuſcepti officij, quod nemini da-
mnoſum eſſe debet, l. ſed ſi quis ex ſignatorib.
ff. quemadm. teſtam. aperian. l. ſancimus. C.
de adminiſt. tutor. Itē ubi quæritur de eius de
licto & dolo ac interuerſione: cuiuſmodi non
præſumuntur, niſi probentur, l. meritò. ff. pro
18 ſoc. l. cum ſimil. Eſt † autem ei potiùs iuramen-
tum deferendum, pro quo ſtat iuris præſum-
ptio, quàm illi, cōtra quem ſtat: & potius reo,
quàm actori, quando non eſt ſemiplenè pro-
batum, ſecundum cōmunes in d. l. admonen-
di. & l. 3. C. de reb. cred. ubi gloſſ. Bald. & Dd. &
in terminis, quòd qui alienam pecuniam ſuſ-
cepit, de caſu & amiſſione ſe iuramento ſuo
purgare poſsit: tenent Spec. tit. de furt. num.
15. pro quo textus in l. fi. C. de fid. inſtrum. Pa-
norm. in cap. bonæ. nu. 8. extrà de depoſ. ma-
ximè ſecundum ius Sax. ut eſt textus expreſ-
ſus lib. 3. artic. 5. his uerbis: *Vuelcher mann dem
andern ſein guth thut zubehalten, wird es jhm geſtolen,
oder geraubet, oder verbrendt es jhm, oder ſtirbt es, ob
es vihe iſt, er darff da kein noth vmb leiden, darff er ſein
recht darthun, das der ſchade ohn ſein ſchuldt ſey ge-
ſchehen, &c.* quod ius Saxon. ut locale ſtatu-
tum, præ iure communi præponderare, & ua-
lere, & ſecundum illud, ut ius commune illius
loci, hîc iudicari debet, Bald. l. illa inſtitutio.
num. 2. de hæred. inſtit. Anton. de Bu. in cap.
Quintauallis. in fin. de iureiuran. Panorm. in
rubr. de cōſuet. per c. ius generale. diſt. 1. Rom.
& communiter Dd. in l. poſt dotem. ſol. matr.
in l. ius pluribus. ubi Caſtr. in fin. de inſtit. &
iur. & idem in l. 2. ubi Iaſ. numer. 19. dicit hanc
eſſe communem, C. ſi contra ius, uel uul. pub.
cum multis per eū allegat. quod maximè hoc
caſu dicendum, ubi etiamſi ſuſceptio pecunię
eſſet probata, uel confeſſa, non tamen demon
ſtratum, aliquo contractu ad periculum ſuſce
ptæ rei reum hunc ſe obſtrinxiſſe, ut actione
mādati ab actore, qui cum non cōtraxit, con-
ueniri nequeat, d. l. ſi is. ff. depoſ. ut nec ex lo-
19 cato, quod † abſq; mercede non cōtrahitur, l.
2. ff. loc. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. l. natu-
ralis. 5. §. at cùm do. ff. de præſcript. uerbis, &
quidem æquiualente, non unius nummi, l. ſi
quis. 46. ff. locat. neq; minore dimidia iuſti
precij, Doctores l. 2. C. de reſcinden. uendit.
neque ex recepto, cùm nihil receperit cuſto-
diendum. l. 3. uerſic. ſi uerò res perferendas. ff.
naut. caupon. ſtabul. Vnde Alber. in l. ait præ-
tor. num. 2. ff. eod. titul. ait, ſi amicus recipiat,
uel amicitiæ cauſa aliquis ab alio aliquid aſ-
ſeruandum uel perferendum ſuſcipiat, quòd
non teneatur de recepto ex illo edicto: ad quod
etiam faciunt, quæ tradit Specul. titul. de furt.
nu. 20. uerſicul. quid ſi amicus. dato etiam,
quòd honor remunerandi gratia interueniſ-
ſet: quia hîc non immutat naturam gratuiti
contractus, l. ſi remonerandi. 6. in princip. l. ſi
20 uerò. 12. in princ. ff. mandat. Quamuis † au-
tem depoſiti cum eo agi poſsit, qui gratis res
aſſeruandas recepit, dicta l. 3. §. ex hoc edicto.
ff. naut. caup. ſtabul. ac adeò etiam dubio, ubi
de alio contractu non conſtat, ex depoſito in-
telligitur res data, non ex alia cauſa, Alex. con
ſil. 183. uiſo. num. 4. uolum. 7. per Bald. l. incen
dium. C. ſi cert. & l. cùm quid ſi cert. pet. gloſſ.
l. die. §. 1. Caſtr. l. Lucius. ff. depoſ. cum alijs per
eum alleg. tamen conſtat in talem actionem
tantùm uenire dolum, l. 1. §. ſæpe. depoſ. cum
ſim. ff. cōmod. uel latam culpam, l. quod Ner-
ua. eod. tit. non etiam leuem, Bar. & Dd. d. l. quod
Nerua. multo minus caſum, aut cuſtodiam,
periculumq; rei, l. 1. §. ſi conuenit. cum multis
ſeq. ff. depoſ. c. bona. de depoſ. niſi hoc conuen
tū fuiſſet, d. l. 1. §. ſæpe euenit. l. ſi ſine. ff. depoſ.
21 Itaq; † ſufficit dolo carere eum qui ſuſcepit, d.
l. quod Nerua. & imputare ſibi debet, qui non
diligentiorem elegerit, §. præterea & is. Inſtit.
quib. mod. re contrah. obligat. Itaq; nec depo
ſitarius debet probare caſum: ſed is, qui cum
eo agit, ut ſibi condemnetur, dolum eius pro-
bare debet, Bar. l. ſi quis. §. an uerò hæredi. nu.
1. de eden. per l. 4. ubi glo. de eden. alioqui re-
gula obtinebit, quòd res pereat ſuo domino,
l. pignus. l. ſi nulla. C. de pig. act. & ſecurus ſit,
qui parum diligenter cuſtoditam rem furto
amiſerit, ut ſunt formalia uerba in §. præter-
ea. Inſtitut. quibus modis re contrah. obligat.
Quanquam autem hæc omnia ſpecioſè pro
reo proponantur, tamen niſi probet caſum a-
miſſæ pecuniæ ſibi creditæ, putauerim magis,
his non obſtantibus, ad reſtitutionem eiuſdē
eum teneri. Cōfitetur enim ſe hanc pecuniam
recepiſſe in ſacco tranſportandam, & in ſuam
22 arculā incluſiſſe: quæ † confeſsio etſi non eſt
propriè probationis ſpecies, ut uolunt Bald.
num. 5. & Caſtr. num. 9. in rubr. C. de probat.
per l. eum qui de iureiuran. Panorm. nu. 3. Fel.
num. 6. & communiter Canoniſtæ in rubr. ex.
eod. Philip. Porc. conſil. 170. dominus. nu. 20.
quippe quòd eius rei, quæ ſit per confeſsionē
euidens, nullam iudici fidem facere oporteat,
ut hanc rationem affert Porcius prælleg. loc.
tamen quia partis aduerſæ probatio non re-

qoiritur, ubi confeſsio rem euidentem facit,
Canon. in d. rubr. extrà de probat. Bald. cap. 1.
§. ſacramentum. numer. 15. de conſer. rer. iєud.
Porc. præalleg. loc. num. 21. per doctrinam Io.
Andr. in cap. bonæ. de elect. idcirco omnium
probationum maxima putatur, Iaſ. l. cùm te.
num. 1. 7. 8. 9. 10. C. de tranſac. Corn. conſ. 261.
de duobus. num. 5. 6. uol. 4. & æquiparatur le-
gitimæ probationi in cap. at ſi clerici. in prin.
de prob. Hippol. in rubr. de prob. numer. 67.
cum ſequen. ac eſt melior probatio de mun-
do, ut dicit Ioan. de Bon. amicis conſil. 8. num.
65. & conſil. 33. num. 2. præſertim quando fa-
cta eſt in actis, & inde apparet, Socin. in l. exce
ptio. num. 5. de excep. addens rationem, quia
acta faciũt notorium, cap. paſtoralis. ubi Dd.
de except. Et ideo quando confeſsio ex actis
apparet, releuatur omnino aduerſarius ab o-
nere probandi, tanquam in re notoriè aperta
& probata, per doctrinam Bart. in l. ſi unus. §.
pactus. de pact. pro quo l. poſt rem. ff. de re iu-
dic. l. 1. l. 6. de confeſſ. l. unic. ubi Dd. C. eodem.
Quanquam autem negat hic reus, tantam
fuiſſe ſummam, quantam actor intendit: ta-
men infirmior eſt huius inficiatio, quòd fatea
tur ſe neſcire, quanta fuerit; ac in ſpecie qoan-
titatem probãt literæ cambij, ſeu permutato-
riæ, & rationes ac regiſtra agentis: quæ licet
non plenè probant, uel etiam ſemiplenè pro
ſcribente, ſed tantùm pro tertiò, niſi aliud ſit
cõſuetudine inductum, ut ſuprà eſt deductũ:
23 tamen † quando mercator eſt legalis, & deeſt
alia facultas probandi, tunc ſemiplenè pro-
bant, etiam pro ipſo ſcribente, & tantùm faci-
unt indicium, præſertim circa ueriſimilia, ut
poſsit iuramentum deferri in ſupplementum
probationis, Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum.
num. 33. & in l. 1. num. 11. C. de eden. quod ibi
extollit & ſequitur Alex. num. 10. & 11. & per
multa, quæ adducit & confirmat Iaſon in le-
ctura l. admonendi. num. 81. & in repet. num.
125. de iureiuran. cum ibi allegat. Anchor. cle.
1. §. 1. & 2. notab. de reſcript. Imol. in c. 2. nu. 15.
& 16. ex̃. de fid. inſtr. cum ibi adductis, maxi-
mè quando agitur de regiſtris, ut hic, & libris
uniuerſæ ſocietatis: quia tum ob pluralitatẽ
legalium perſonarum, quas contingunt, præ-
ſumuntur tales libri magis eſſe legales, Alex.
conſ. 186. uiſis. num. 2. uol. 2. per Bald. in dicta
rubr. C. de feud. circa finem, cũ alijs ab eo alle-
24 gat. Super † hæc eſt aperti iuris, quando in ci-
ſta, uel capſula pecunia alicui creditur, & de
eo cõſtat: tunc de quantitate, quæ incluſa fuit,
ſtari iuramento eius, qui credidit, niſi caſum
plenè probet is qui recepit: qui quoad nõ pro
batur, in dolo hæret præſumpto, qui accepit:
ideoq́ permittitur actori iurare contra eum
ſuper quantitate, uelut & aliàs ex dolo aduer-
ſarij etiam præſumpto, l. tutor qui repertoriũ.
de admin. tutor. l. 1. 2. C. de in litem iuran. l. in
actionib. & tot. tit. ff. eo. ut extat in primis hac
de re communis diſtinctio Bar. in l. 1. §. ſi ciſta.
num. 2. ff. depoſ. Alber. l. ait prætor. num. 3. ff.
nau. caup. ſtab. Spec. de iur. num. 17. Iaſ. in l. in
actionibus. numer. 41. de in lit. iuran. Innoc. &
Canon. in c. fin. quod met. cauſ. ac Iaſ. d. l. in a-
ctionibus. num. 41. dicens hanc eſſe commu-
nem: qui etſi loquatur de tali caſu, quo ſaccu-
lus, uel ciſtula deſigillata redditur, tamẽ mul-
to magis id dicendum eſt, quando non red-
ditur, ut Bart. & Dd. præall. loc. quia magis eſt
in dolo, qui omnino nõ reddit, quàm qui nõ
plene reddit, l. non ſolùm. 13. cum l. ſeq. ubi
Dd. de rei uend. Nam tunc omnino præſumi-
tur dolus & lata culpa, quandò depoſitarius
nõ reddit depoſita in ſua arca, uel ea non ap-
parent, & tamen ſua met (ut hic) reſeruauit ſal-
ua, ut in terminis dicit gloſ. in c. ult. per illum
text. uerb. de culpa. extrà de depoſit. &c. Pro
quo facit etiã generalis theorica, quòd quan-
do conſtat de debiti ſubſtantia & ueritate, tũc
deferatur creditori iuramẽtum ſuppletiuum
ſuper quantitate debiti, Bartol. num. 40. Pur-
pur. & alij in l. admouendi. de iureiur. Iaſ. l. cer
ti. §. quoniam. num. 9. ſi cer. pet. Dec. l. in actio
nibus. de in lit. iuran. in cap. 1. de probat. l. ult.
in fi. C. de edend. Salic. l. 1. num. 2. C. de fid. in-
ſtrum. cum alijs multis, quos allegat ad hoc
Crauet. conſil. 198. uidetur. nu. 9. Quòd ſi ſu-
per quantitate creditur iuramento actoris ta-
li caſu, etiamſi aliud nihil probauerit: quan-
to magis hic conſcientiæ eius deferendum i-
ſtud eſt: ubi ſi nõ plenè, ſaltem ſemiplenè, aut
cum minimùm aliqualiter, per ſuas rationes
& liberos mercatorios ac ſcripturas, quãtitas
talis probata ac demonſtrata eſt. Hanc ergo
ſummam ita iuratam ac probatam, reus acto
ri ex mandato & depoſito reſtituere debet: ni-
ſi ſcilicet probet, ſe caſu, & abſque ſua negli-
gentia dictam pecuniam ſibi creditam amiſiſ
25 ſe. Nam † etſi non teneatur de recepto ex edi-
cto, & reſpectu ſuæ familiæ ac alienæ culpæ, is
qui non recepit ꝓ mercede & ex publica pro-
feſsione hoſpitij, uecturæ, aut tranſuectionis,
Alber. dict. l. ait prætor. num. 3. tamen ex ſuo
facto & pro ſe tenetur quaſi ex mandato, l. ſi
mandauero. l. ſi procuratorẽ. §. proinde. man-
da. quia recipiẽdo in domum, uel ciſtã ſuam,
intelligitur recipere ſaluum fore, eoq́ ad cu-
ſtodiam eius obligatur, ut rectè Spec. de iur.
num. 13. Qui autem ad cuſtodiam obligatus
eſt, tam mandati, quàm depoſiti actione tene-
tur, per text. rotund. l. ſi ego. 10. in fine, de iur.
dot. ac quòd mandato conſtringatur, qui pe-
cuniam alterius accepit, ad aliũ aut aliò perfe
rendam, eſt textus expreſſus in l. 1. §. ſi te roga-
uero. 8. ff. depoſ. Nec obſtat, quòd hoc non ſit
hic diſertè cautum. nam contrahitur manda-
tum, non ſolùm diſertis uerbis, ſed etiam con
ſenſu, l. 1. & tot. titul. mand. ac Inſtit. eod. l. 1. in
fin. cum ll. ſeq. de pac. l. 1. de rer. perm. qui con-
ſenſus facto aliquo poteſt declarari, non mi-
nus q̃ uerbis, l. obligamur. 52. §. 1. de obligat.
l. Paulus ff. rem rat. hab. l. de quibus. de legib.
etiam

etiam nutu, ut dicitur in dicta l. obligamur.
in fin. uerſic. ſed & nutu ſolo. de obligat. & act.
uel ſola præſentia & patientia eius, qui tacet,
ad actum, & ſuo nomine fieri ſinit, ut eſt text.
in l. qui patitur. ff. mandati, cũ ſimil. maximè
quando ultra ſcientiam ad aliquod factum
proceditur, quod conſtare ſine approbatione
nequit, cap. 1. §. præterea. uerb. regreſſum. qui-
bus modis feud. amitt. Tiraquell. de retract.
prox. §. 1. gloſ. 9. num. 148. 151. 152. cum multis
ſeq. & contrahitur non ſolùm per partes ipſas
præſentes, ſed etiam per tertium intermediũ,
ut nuncium, l. 1. ff. mandati: ſicut reliqui con-
tractus, qui conſenſu conſtant, l. 1. in fin. de
contrahen. empt. l. 2. de pact. l. 1. de procurat.
ut frigida hic ſit cauillatio rei prætendentis,
quòd ſecum actoria nihil egerit, ſed cum alio,
à quo ſacculum acceperit. Ex mãdato autem
tenetur mandatarius, non tãtùm de dolo, ſed
etiam culpa leui, l. contractus. de regul. iur. l. ſi
procuratorem. 8. §. fin. ff. mandat. l. à procura-
tore. C. eod. tit. cum ſimil. etiam quo ad cuſto-
diam leuiſsimam, ut uult Alex. conſil. 52. nu.
7. uol. 6. Itaque & illa nihil eſt cauillatio rei,
dum ſe non promiſiſſe quicquam de pecunia
cuſtodienda, tranſuehenda & reddenda con-
tendit. Re enim ac facto ipſo tacitoq; conſen-
ſu recepit, ex quo pecuniã ſacculo incluſam,
eo fine, eaq; lege ſuſcepit, ut ſecum Dãiſcum
ueheret, atque ibi redderet. Talem enim ex
mãdato obligari, pbat d. l. 1. §. ſi te rogauero.
8. ff. depoſ. ubi inquit I. C. Si te rogauero, ut rẽ
meam perferas ad Titium, qua actione tecum
experiri poſſum, apud Pomponium quæri-
tur: & putat tecum mandati, &c. Etſi autem
hic non per actorem, ſed per illorum inſtito-
rem reus hic eſt rogatus, non tamen hoc mu-
tat naturam contractus, quoniam etiam per
tertium, ac adeò nuncium intermedium tales
contractus, qui conſenſu conſtant, perfici di-
ximus, l. 2. de obligat. l. 1. ff. mandat. Sed etſi
ponatur, eum tantùm depoſiti teneri, quod
certè nec ipſe negat, neque negari poteſt, per
l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. ſtab. & admit-
tatur, eum ad cuſtodiam non fuiſſe obligatũ,
tamen hoc conſtat, ipſum eandem cuſtodiam
rebus depoſitis debuiſſe, qualem ſuis, cap. ul.
ubi gloſſa, uerb. de culpa. extrà de depoſ. alio-
qui hæreret in lata culpa, d. l. quod Nerua. ubi
Bart. & Dd. depoſ. d. c. ult. eod. quæ in depoſi-
tum uenit, d. l. quod Nerua. ubi Bart. & Dd. ff.
26 depoſ. Confitetur † autem hic in exceptione
reus, ſe alias res, tam ſuas, quàm alienas, in ci-
ſta reperiſſe ſaluas. Ergo debuit eãdem & his,
quę nunc petuntur, & in eadem ciſta ipſemet
aſſerente fuerunt, adhibere diligẽtiam: quod
quia non fecit, præſumitur ſaltem in lata eſſe
culpa. gloſſ. d. cap. ult. uerb. de culpa. & tene-
tur, donec caſum probet, dicta l. quod Nerua.
dict. cap. ult. cum ſimilibus. Et in ſumma, utut
hæc ſe habeant, & quamcunq; tandem con-
tractus ſpeciem fingere libeat, tamen cùm ſe-
mel receperit hãc reus pecuniã alienam, pro-
ut fatetur, ideo præſumitur adhuc eam habe-
re, & proinde reſtituere cogitur, niſi probet ca-
ſum: ut iam fruſtra de obligatione cuſtodiæ
diſputetur. Non enim ideo, quòd malè cuſto-
dierit, conuenitur, ſed quòd hanc pecuniam
alienam recepit, & ideo reſtituere debeat, ex
quo adhuc habere præſumatur, gloſſ. d. c. ult.
de depoſ. niſi caſum, qui abſq; ſua culpa ob-
uenerit probare poſsit. Nam hæc eſt genera-
lis theorica Doctorum: Eum, qui rem accepit,
& allegat caſum & amiſsionẽ rei alienæ, quã
habuit & reſtituere debuit, eum caſum proba
re debere, alioqui ad reſtitutionem teneri, l. 4.
ubi glo. Bart. Bald. Sal. Cyn. Alb. Caſtr. & com
muniter Dd. C. de pig. act. & in l. ſi quis 6. §. fi.
uerb. probet ſe perdidiſſe. ubi gloſ. Bart. Alex.
Iaſ. & communiter ibidem Dd. ff. de eden. Alb.
in l. & ita. §. ex hoc edicto. numero 1 nau caup.
ſtab. Dec. conſil 552. uiſo. num. 7. cum ibi ad-
27 ductis. Etſi † autẽ longa diſputatio eſt, an ca-
ſum probari ſufficiat, nec cogatur idem, cui
caſus probatio incumbit, docere, abſque ſua
culpa caſum eueniſſe, ac nõ potiùs culpæ pro-
batio alleganti culpam imponatur, gl. & Dd.
d. l. 4. Crauet. conſi. 8. num. 27. uol. 1. tamen in
hoc conueniunt omnes, caſum ab allegante
probari oportere, Angel. poſt alios l. ſi quis. §.
prætor. num. 6. de eden. quæ probatio ante-
quàm hic impleat̃, fruſtrà de culpa quæritur,
Quanquam in eo etiam communis eſt cõclu
ſio, quòd ſi talis caſus allegetur, qui ſine cul-
pa committi non ſoleat, tum allegantem ne-
dum caſum debere probare, uerumetiam ſua
ſine culpa talẽ caſum eueniſſe, Ang. d. l. ſi quis.
§. prætor. num. 6. & ibi communiter Dd ff. de
eden. & l. 4. C. de pign. actio. & abſq; ſuo dolo,
28 ut dicitur l. ult. C. depoſ. Amiſsio † aũt per fur-
tum, quod hic prætexit reus, non ſolet reputa
ri inter caſus fortuitos, glo. l. 3. uerb. enã naut.
caup. ſtab. ubi Alber. num. 3. & in l. 1. ubi Bald.
num. 2. C. depoſ. Iaſ. num 49. cum ſeq. Angel.
numer. 6. in §. ſed iſtæ. Inſtitut. de action. gloſſ.
uerb. debet. & Ang. in l. penul. Inſt. quib. mod.
re contrah. obl. Non enim præſumitur abſq;
negligentia cõmitti & culpa, l. cùm duobus. §.
damna. ubi glo. uerb. ſurreptũ. ff pro ſoc. præ-
ſertim quãdo eſt caſus (ut in præſenti) frequen
ter contingens, ut in uia, hoſpitijs aliquid fur-
to ſubtrahi, niſi caueatur: & proinde maior
hic diligentia præſtanda eſt, quàm domi ſuę,
ut rectè Bald. in l. 1. num. 2. C. depoſ. quod con
firmatur per doctrinam Ignei in repet. l. con-
tractus. nu. 20. de reg. iur. cum multis ibi per
eum alleg. Quare intẽdens hic ſe furto in uia
amiſiſſe, iam etiam probare debebit, id abſq;
29 ſua culpa contigiſſe: cùm † hic non ſit caſus
fortuitus, & præſumptio ei aduerſetur, quòd
non abſq; culpa amiſerit, per doctrinam Bar-
toli & Doctorum in l. ſi quis ex argentarijs. §.
an uero hæredi. ff. de eden. Panorm. c. bona fi-
des. num. 9. de depoſ. Bal. l. ſi creditor. num. 1.
& 2.

& 2. C. de pignor. actio. Igneus d. l. contractus.
num. 35. per l. ſi, ut certo. §. nunc uidendum. ff.
commod. maximè quia res eius propriæ & a-
liæ in eadem ciſta aſſeruatæ, uel ex ipſius con-
feſsione, & primi teſtis depoſitione fuerũt ſal-
uæ: unde præſumitur eſſe in dolo & culpa, gl.
d. c. ult. uerb. de culpa. de depoſ. ad cuius qui-
dem culpæ præſtationem hic tenetur, cùm ſit
lata, d. l. latæ. de uerb. ſignif. d. l. quod Nerua.
ff. depoſ. d. c. ult. Debuit enim eandem diligen
tiam his rebus, quam ſuis, d. l. quod Nerua.
depoſ. d. c. ult. §. pen. Inſtit. quib. mod. re con-
trah. oblig. Igneus l. contractus. num. 56. cum
ſequen. de reg. iur. Nec hanc etiam culpam e-
uadit, dicendo, ſe incuria in alio diuerſorio
inter alias pecunias & rationès iſtum ſaccum
fortaſsis reliquiſſe. nam ne quidem hoc extra
culpam talem eſt: & cùm ipſe de hoc dubitet,
nec dictum ſit firmum, dicenti non poteſt a-
pud alios fidem mereri, Molin. in conſue. Par.
rub. 1. de feud §. 5 num. 127. Sed nec hoc præ-
ſumitur, quòd quis iactet aut negligat ſuum
uel alienum, quod debet, l. cùm de indebito.
ff. de probat, cum aliis quæ ſuperiùs adducta
ſunt, ex d. l. ſi quis. §. fin. ff. de eden. cum ſimil.
30 Itaque † mercator caſum furti, uel aliud alle-
gans, probare eum præciſè debet, Angel. d. l. ſi
quis. §. prætor. num. 6. de eden. & eſt deciſ. cap.
Tholoſ. 447. item fuit quæſitum. per totum:
nec probare tantùm in genere & per nubem,
ſed in ſpecie, oſtenſo ſpeciali amiſsionis mo-
do. Igneus l. contractus. num. 34. de regul. iur.
per l. ſi quis feudum. §. nuper. loe. l. ſuper ſer-
uis. C. qui mil. poſſ. lib. 12. ad idem Alex. conſ.
69. num. 4. uol. 2. & conſi. 146. num. 6. uol. 6.
Et quãuis hic tale aliquid doceri poſſet, quod
longè adhuc abeſt, cùm ne in ſpecie quidem
talis caſus allegetur, non tamen reum excuſa-
ret tam ſupina negligentia, lataq́ culpa, qua
alienam pecuniam temerè alibi reliquiſſet in
diuerſorio, ſua, quæ in eadem capſula fuiſſet,
reſeruata: nec cauſam ſpeciemúe haberet iu-
ſtam, cur rem ſuæ ciſtæ incluſam, de quo con-
ſtat, & quod fatetur, iterum extraheret ac effer
ret, & alibi tã negligenter relinqueret, per glo.
d. c. ult. uerb. de culpa. l. impuberibus. in uerſ.
ſi fraus non ſit admiſſa, ſed lata negligentia.
ff. de ſuſpect. tut. d. l. quod Nerua. d. l. latæ cul-
pæ de uerb. ſignific. l. nec ſupina. 6. l. regula. 9.
§. ſed facti. 2. de iur. & fact. ign. cum ſimilib. &c.
31 Itaq́ † tale ipſius factum ſupinæ negligentiæ,
ipſi, non alij nocere deberet, l. pupillus. 24. ff.
quæ in fraud. cred. uerſic. ſuæ negligentiæ ex-
penſum ferre debeant. l. 4. §. negligentiam. de
fideiuſ. tut. cùm negligentiam ſuam nemo ad
alienam iniuriam debeat trãsferre, l. 3. in prin.
de tranſact. ne induſtria pœnam deſidiæ ſol-
uat, ut dicitur in l. fin. C. depoſ. neu alij pera-
lium iniqua conditio inferatur, l. non debet.
75. de reg. ul. iur. eoq́ iniuſta eſt excuſatio rei,
qui ſe negligentia aut culpa amiſiſſe præten-
dit, nec ei propterea ſuccurritur, l. ut Artilicis

nus. 35. uerſ. quãuis non negligentia, aut cul-
pa amiſerint. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ubi Caſtr.
& Dd. quia damnũ, quod quis ſua culpa ſen-
tit, ipſe portare, non alij imputare debet, c. da-
mnum. de regul. iuris, in 6. Quare niſi ſecun-
dũ communé theoricam d. l. 4. C. de pig. act.
& l. 6. in fi. ff. de eden. caſum ſine ſua culpa ac-
cidiſſe hic reus probet, uidet actori cõdemnã-
dus eſſe, nõ obſtãtibus uniuerſis ſuprà in cõ-
trariũ adductis. Nam exceptio, Tibi non com
petit actio, non habet hic locum: cùm actio
mandati & depoſiti, item ex recepto, agenti
competant, ut antè oſtenſum eſt: ideoq́ friuo
la eiuſmodi exceptio etiam per ſententiã, qua
iuſſus reus actioni intentatæ, nõ obſtantibus
eiuſmodi allegationibus, reſpondere, ſaltem
tacitè reiecta eſt, l. Neſennius. ubi gloſ. in fin. &
communiter Dd. ff. de re iudic. l. duob. de ex-
32 cep. rei iudic. Nec † pdeſt, quòd obijcit reus,
ſe cum actore non contraxiſſe. Nam ex acce-
ptione pecuniæ re ipſa obligatur, l. ſi non ſin-
guli. ubi gloſ. & Dd. C. de reb. cred. l. uir uxori.
§. fin. ubi gloſſ. uerb. interceſsionem. ad S. C.
Velleia. cum ſimil. Quãquam & per interme-
dium hic omnino cõtractum eſt, & obligatio
firmiter conſtituta, l. 3. de pac. l. 1. in fin. de con
trahen. empt. tot. tit. de proxen. & ibi Strachar
qui ſanè interuẽtor pro reo non tenetur, cùm
non retinuerit pecuniã, ſed reo ſtatim ex man
dato agentis dederit, Iacob. Bonlen. in l. capi-
taliũ. §. famoſos. de pœn. per l. aut qui aliter.
§. nam ſi procurator. ff. quod ui aut clam: ſal-
tem poſtquam ex mandato rem ſibi creditã,
ut alij crederet, eidem reſtituit, & ille accepit:
tunc enim officio ſuo defunctus eſt interme-
dius, eoq́ nec teneri amplius poteſt, ſed is te-
netur, qui rem ſuſcepit: ut elegãter diſtinguit
glo. uerb. mandati & uerb. recipit. in l. 1. §. ſi te
rogauero, ut rem meam perferas. ff. depoſ. ſi-
cut iſtã rem ab eodem ſuſcepiſſe, ex ipſius con
33 feſsione & actis conſtat, quæ † faciunt noto-
rium, Iaſ. l. admonendi. numer. 64. de iureiur.
Socin. l. exceptio. num. 5. de except. & ideo re-
leuant ab onere probandi, Socin. præall. loc.
Bar. l. quis unus. § pactus. de pact. Inno. Card.
& Dd. in c. paſtoralis. de except. &c. Quamob-
rem cùm ſit præſcriptio contra reum qui re-
cepit, nec ullam probabilem amiſsionis cau-
ſam alleget, gl. c. ult. uerb. de culpa. depoſ. me-
ritò actor ſuo iuramento declarare quantita-
tẽ creditæ pecuniæ poteſt, Iaſ. l. in actionibus.
num. 41. cum ibi alleg. de in lit. iur. præſertim
tot etiam ex literis & libris, alijsq́ adminicu-
34 lis præſumptam. Nec † obſtat, quòd in cauſa
famoſa, tãquam ardua, non ſit locus delatio-
ni: quia hoc eſt arbitrarium, & quando plus,
quàm ſemiplenè eſt probatum, iudex etiam
in his deferre non prohibetur, Iaſ. in repet. d.
l. admonendi. num. 281. per c. final. de iureiur.
cum alijs ſuprà alleg. multo magis hic deferri
poteſt, ac uerò debet: quia etiamſi nihil pro-
batũ eſſet, deferri actori iſtis terminis poſſet,
ex quo

ex quo plenè probatum eſt, & conſtat de debito ex cõfeſsione ipſius rei, ut antè oſtenſum eſt: unde abſq; alio defertur iuramentũ actori ſuper quantitate, quando reus non reſtituẽs, uel caſum probans, iuxta l. 4. C. de pign. act. præſumatur eſſe in dolo, gloſſ. c. ult. ubi gloſſ. uerb. de culpa. de depoſ. cum alijs ſuprà adductis. Quare diſputata de cauſa famoſa & ardua, in d. l. admonendi. hic nullum habent locum: quanquam nec hic uideri debeat de magna quantitate agi, reſpectu horum diuitum mercatorum. Cæterùm nec actio famoſa eſt, quia non de fide rupta agitur, l. 5. ff depoſ ſed tãtùm petitur cautio præſtari de pecunia, quã conſtat acceptã, reſtituenda: quare nec de dolo probando agitur: & ſi ageretur, de præſumpto potiùs ac lata culpa, non de dolo hic tractari, dicendum eſſet. Imò potius tota hic quęſtio eſt de quantitate pecuniæ, quam ex confeſſione rei liquet ab eo acceptam ad transferendum, eſſe reſtituẽdã: ut omnia adducta ex d. l. admonendi. hic nullum adferre pondus queãt. Nec enim poteſt tali caſu ſe reus purgare iuramento, d. l. 3. ubi Alber. naut caup. ſtab. At † Specul. ſuprà in contrarium adductus, paulo pòſt nu. 16. de fur. mutat opinionem, præſertim ſi caupo ſit malæ opinionis: ac in ſumma non uult ſtari hac in parte ſacramento recipientis, aut eum ſimpliciter ad hoc admittendum eſſe: ſic enim liceret cuilibet depoſitum abiurare: ſed dicit, cogi poſſe ad ſacramentum, ex officio & arbitrio iudicis, uel actoris delatione, ut in d. l. ult. C. de iur. deliber. l 2. C. quãdo & quib. quart. pars, lib. 10. Aliud autem eſt, poſſe cogi, quod eſt in arbitrio iudicis, uel aduerſæ partis: aliud, poſſe facere, qđ eſt in uoluntate propria. Atq; hic communis po[...]us opinio eſt in contrarium: ſcilicet ab allegante caſum eſſe probandum plenè & aliter, quàm per ſuum iuramentum, l. 2. ubi Dd. C. de naufrag. lib 11. l ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſ. tutor. l. 2. §. quod dicimus. ubi Dd ſi quis caut. deciſ. Tholoſ. 447. in fin cum ibi alleg. l. 4. ubi Dd. C. de pig act. Probato autem caſu, poſſet de delatione iuramẽti quæri: qua de ſpecie loquitur Specul. item lex Moſi, Exodi 22. uerſic. 10. & 11. Verbi gratia: liquidato in genere caſu, puta incendio, uel ſaccomanno, aut derobanone, quomodo loquuntur, ut tum in ſpecie ſuper amiſsione rerum particulariũ, quæ fuerunt amiſſæ, iuramento eius qui perdidit, credi debeat, per l. ſicut iniquũ. ubi Caſtr. nu. 1.2 l. ult. C. de fid. inſtrum. l. ſi de poſſeſsione. C. de probat l. ſi quando. C unde ui, l. teſtium. C de teſtib. Bar. Bal & Dd. l. ſi quando. C. unde ui, Ang. in l. ſi quis. §. prætor. nu. 6. ff. de eden. & deciſ. Tholoſ. 447. quidam. in fin. deciſ. Neap. 13. uerutur. numero 18. & 19. cum multis ibi allegat. quæ ſpecies nihil facit ad cauſam præſentem, ubi nõ modò non conſtat de tali caſu, ſed ne quidem allegatur aut ſpecificatur. Porrò Panormit, adductus in cap. bona. numero octauo, extrà de depoſ. non pro reo, ſed contra eum facit. Nam ita diſtinguit eo loco: quando non poteſt probari, rem perueniſſe ad eum, unde repetitur, aut quoties is tantùm tenetur exhibere rem officio iudicis, tunc ſuper amiſsione ſtari eius iuramento, l. ult. C. de fid. inſtrum. l. prætor. de eden. quod ipſum tamẽ limitat, ſecundum gl. l. nõ ignorabit. C. de exhiben. de quo hic non opus eſt diſputare, cùm in talibus terminis non ſimus. Si uerò, inquit, tenetur exhibere & reddere iure actionis, ut in commodato, depoſito, & ſimilibus, (notetur, quia eſt caſus noſter) tunc tenetur dicens ſe perdidiſſe, hoc probare: aliâs condemnabitur, ut d. l. ſi creditor. C. de pig. act. & per text. cũ gloſ. Inſt. quib. mod. re contrab. oblig. in fin. Et quòd tum aliter quàm per iuramentum probare debeat, oſtendit in ſequentib. uerſic. qualiter aũt probabit, &c. Sed nec ius Saxonicum, art 5. lib. 3. hic pro reo multũ facit: nam primò negatur ab actore, illud ibi uigere. Itaq; reus allegans ſtatutum, uel conſuetudinem localem in illo loco obtinere, hoc ipſum probare debebat, l. 4. de cuſtod. reor. l. ab ea. de probat. Caſtr. nu. 3. & 4. l. unic. C. ut quæ deſ. aduoc. Fab. in § ex non ſcripto. num. 13. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. cum ſimilib. quod non eſt factum. Præ-
36 terea † ut maximè uigeret ibi hoc ius, tamen conſtat, ſtatuta localia ſecundum ius commune eſſe interpretanda, l. 2. ubi Bal. Salic. & Dd. communiter hoc notant. C. de noxal. act. Iaſ. l. properandum. 11. in princ. num. 6. C. de iudic. & § in perſonam. num. 30. Inſtit. de actionib. Panorm. c. cùm cauſam. num. 6. de reſcrip. per cap. cùm dilectus. de conſuet. Schurff. conſi. 9. prædicta. num. 8. cent. 1. Porc. conſ. 88. num. 5. Mynſing obſ. 5. cen. 1. & ita, ut quamprimùm lædant ius commune, Bart. Alex. Ro. & cõmuniter Dd. in l. ſi cùm dotem. & l ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. matrim. Alex. conſil. 140. uidetur. num 4. uol 2. Quòd maximè procedit, quando ex alia interpretatione aliquis detrimentũ pateretur: quia tunc uerba ſtatuti ſic ſecundũ ius cõmune interpretanda ſunt, ut potius nihil præterea operentur, nec quicquã addant iuri communi, potiùs quàm ut inde aliquis detrimentum patiatur. gloſ. magna in fi. l. ult. §. in computatione. quam ibi reputant ſingularem Bar. qui multum de eo exclamat, Bald. Angel. Salic. Caſtr. Alex. Iaſ. C. de iure delib & per c. cùm dilectus. de conſuet. c. ad audientiã. de cleri. non reſiden. Alex. l. 3. § prætor. nu. 11. & 12. de damn. infect. & conſil. 107. perſpectis. in fine, uol. 5. latè Schurff. conſil. 36. in præſenti. num. 7. cent. 2. cum ibi alleg. Pariſ. conſi. 89. num 12. uol. 2. utcunq; contrà diſputet Caſtr. conſil 4 per l. ſi quando. de leg 1. l. 1 ad municipal. l. ſi ſtipulatus. de uſur. & ita ius quoque Sax. interpretandum eſſe, notatur art. 40. ubi gloſſ. Latina ſub litera B. lib. 2. & Vueychbild
37 artic. 19. cum ſimilib. Quamobrem † illa uerba

ba artic. 5. lib. 3. *Darff ehr ſein recht darthun, &c. und bewieſet ehr das, und darff auch ſein recht darthun, das es ohn ſeine uerwahrloſung geſtorben ſey*: de uera & legitima, nõ de irregulari iuriſiurandi probatione ſunt accipienda, l. fin. §. licentia. 2. ubi Dd. C. de iure deliber. cap. 2. uerb. aliæ legitimæ probationes. de probat. l. Lucius ubi Bartol. de condit. & demonſtrat. l. cùm de indebito. ubi gloſ. uerb. legitimis. & Alb. de probat. gloſ. uerb. quibuſcunq;. in l. 1. ubi Bald. & communiter Dd. de fid. inſtrum. in l. 3. ubi Bartol. numer. 2. hoc commendat, C. de fid. inſtrument. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. & in l. ait prætor. §. ſi iudex. de re iudic. Bald. l. peremptorias. in fin. C. ſent. reſcind. non poſſe. Nam & aliàs, quando lege uel ſtatuto requiritur probatio, hoc accipiendum eſt de probatione regulari. legitima & ordinaria, quę fit per teſtes, inſtrumẽta, & ſimiles modos, non quæ fit per iuramentum, ut per multa Iaſon in repetit. l. admonendi. num. 283. de iureiuran. quia uerba ſtatuti propriè & ſtrictè ſunt accipienda, l. quod conſtitutum. ubi Bart. in princip. de teſtamen. mil Bald. l. ita nobis. numero 2. C. de adulter. per l. 1. §. ſi is, qui nauem. ubi Caſtren. num. 6. de exerc. act. Decius conſil. 589. nu. 3. conſil. 438. num. 3. conſil. 625. num. 4. Porc. conſ. 25. num 19. 21. conſ. 73. num. 5. 6. conſil. 127. num 7. Mazold. conſil. 2. Philip. num. 65. Schurff. conſil. 37. pro euidentiori. numer. 17. cent. 3. & ſecundum cõmonem uſum loquendi, Decius conſil. 685. numer. 6. Iuramentum autem non eſt propria probatio, nec uera, ſed irregularis, l. nõ erit. 5. §. dato. uerſi. quaſi probatum. uti hic notant Salic. Alex. Rom. l. ſed etſi poſſeſſor. §. fin. de iureiuran. nam creditur alicui in cauſa propria, contra l. nullus. de teſtibus, l. omnibus. C. eod. gloſ. num. 12. & 42. Iaſon num. 4. 5. cum ſeq. poſt Bart. num. 1. Romanum & alios, Coraſ. l. admonendi. num. 6. ff. de iureiuran. & Iaſon in repetit. eiuſdem legis, nu. 283. & ideo talibus ſtatuti uerbis non cõprehenditur, c. ſi quis. uerſ. abſoluendum. quem ad hoc ponderat Bald. ſi de inueſtit. inter domin. & uaſall. gloſſ. uerb. legitimis. in l. cùm de indebito. 25. de probat. ubi decidit, legitimas probationes intelligi de teſtibus uel inſtrumentis, non de iuramento: quam gloſſam ut ſingularem, multùm cõmendat Alex. conſil. 119. quæritur. num. 10. uol. 2. cùm alijs, quæ cumulat Iaſon in d. repent. l. admonendi. num. 283. quemadmodum & aliàs uerba ſtatuti de habilibus ſunt accipienda, Bald. l. 2. §. & filius. in princ. qui ſatiſd. cog. Bal. in rubr. C. qui accuſ. poſſ. num. 12. gl. & Dd. præſertim Iaſ. num. 10. cum ſeq. l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Etſi autem Caſtrenſ. in d. l. 1. & Bald. in rub. C. qui accuſ. poſſ. Iaſ. d. §. in perſonam. num. 28. hoc controuertant, quando ſtatutum loquitur uerbis prægnãtibus & generalibus, nempe quòd quibuſcunq; probationibus ſit ſtandum, ut aliquid talia uerba operent̃, aut quando ſtatutum ulteriùs procedit declarando, q; etiam iuramentum ſufficere debeat, c. ſtatutũ. §. cùm uiro. de reſcrip. in 6. tamen cùm hic in art. 5. lib. 3. nihil tale reperiatur, ſed tãtùm indefinitè poſitum ſit, quòd is qui accepit rem alienam, cogatur *den uerluſt darthun und beweyſen*: omnino hoc de idonea & legitima probatione eſt accipiendum, gloſſ. d. l. cùm de indebito. uerb. legitimis. de probat. d. l. 1. C. de fide inſtrument. d. l. 3. cum alijs ſuprà allegat. ne ex iniuſta illius interpretatione creditores damnum patiantur. Liceret enim alioqui cuilibet depoſitum, commodatum, & quomodocunq; tãdem creditum ſic abiurare: quod eſt contra ius omne, & rationes, per ſuprà adducta.

38 Sed † ut maximè concedatur, d. art. 5. de iureiurando quoq; capiendum eſſe: tamen ipſa uerba manifeſtè demonſtrãt eum duntaxat obtinere, quoties de caſo certo conſtat: qua in ſpecie quoq; congruit cum iure cõmuni, l. quædam. de eden. l. ſi quis. C. de pignor. act. cum alijs s. allegatis. Nam ſuprà probatũ eſt, etiam iure communi eſſe receptum, ſcilicet quoties de caſu conſtat, toties eum qui caſum probauit, non adſtringi ad dicendum, abſq; ſua culpa caſum contigiſſe, aut ſaltem iuramento ſe ſuper eo purgare poſſe, Spec. de fur. num. 15. cum alijs ſuprà adductis, ſecundum quod ius commune d. articulus eſt interpretandus, ut ſemper aliàs, d. l. 2. Cod. de noxal. action. cum ſimilib. præſertim cùm hoc uerba exigant, quibus acquieſcendum eſt, l. 1. §. ſi is qui nauem. de exerc. act. & ita gloſſa interpretetur, uelut ex allegationibus eius conſtat, ſecundum quas eſt accipienda, Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis. numer. 7. de lib. leg. & cùm ipſæ gloſſæ, quarum maxima eſt authoritas, Bart. l. ut uim. num. 8. & ibi Iaſon, de iuſtit. & iur. Imol. l. 1. numer. 2. de uulg. & pupil. hanc interpretationem faciant, illis ſtandum eſt in dubio, uelut textui, Bald. l. 2. num. 9. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. prof. Imol. l. 1. num. 3. de uulg. & pupil. Barbat. conſil. 9. in fi. uol. 2. nec mutanda ſunt, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt, l. minimè. de legib. ſecundum quem uſum practicum leges ſunt interpretandæ, Lapus allegat. 50. Panor. c. cùm ad ſedem. de reſt. ſpol. per d. l. minimè. c. cùm dilectus. de conſuetud. Cùm autem hic caſus aliquis non modò non probetur à reo, ſed ne quidem in ſpecie allegetur: facilè intelligi poteſt, d. art. 5. etiam de iuramento intellectũ, locum hic tamen non habere, nec momentum afferre ullum poſſe, propter præſumptum dolum, aut latam culpam, in qua reus hic hæret: ut antè probatum eſt: quibus accedit multiplex uariatio eius, quam teſtes ita arguũt, quòd primò negauerit ſe accepiſſe, & dixerit alij traditã hanc ciſtam: deinde alia atque alia prætexuerit, &c. unde non leues contra eum ſuſpiciones oboriuntur, l. 2. l. 3. de teſtib. Bart. l. ult. nu. 3. de quæſtion. Specul. de teſte,

teſte, §.1.nu.69.70.Ferrar.in form.oppo.teſta.
39 uerb.uarij. Conſtat † autẽ, talibus non deferri iuramentum ſuppletorium, etiam quando aliàs deferri poteſt, Iaſ.& Dd.d.l.admonendi. neque quidẽ in hac materia, ut per Spec. de furt. num.16. cum alijs ſ̃. adductis. Vltimò quod
40 oppoſitum eſt, amicitiæ † cauſa recipientem non teneri de recepto, ſic accipiendum eſt, ꝙ ex edicto de receptis non teneatur pro culpa aliena, putà ſuæ familiæ, uel hoſpitantiũ. nam de propria culpa & cuſtodia dubium non eſt, quin obligetur, ut declarant Dd. l.3. §.ex hoc edicto. ubi ita diſtinguit Alber. num.3. ff.nau. caup.ſtab. quia qui recepit rem alienam, eo ipſo recipere ac promittere intelligitur, rem ſaluam fore, ut ſ̃. probatum eſt ex Spec. de furt. num.13. & qui recipit pecuniam aliò perferendam, ex mandato obligatur, ut demonſtratũ eſt ſ̃. l.1.§.ſi te rogauero.8 ff.depoſ. Itaque fruſtra opponitur, mandatum plenè probãdum eſſe: nam hic ſatis plenè probatur per confeſſionem rei, in actis factam: quam pro pleniſſima probatione haberi ſ̃. oſtendimus. Cùm enim fateatur, ſe hanc pecuniam in ſacculo recepiſſe, ut Dantiſcũ perferret: ſequens eſt, eum fateri ſe ex mandato eſſe obligatum, quia hoc diſpoſitione iuris ſequitur, quod ex facto oritur, l.ſi ex plagis. §.inclino.ad l. Aquil. l.quidã referunt. de iur. codicil. l.actionum. §.actionũ. l.obligamur. §.ex facto. de obligat. & action. l. in duobus. 28. §. ſi ei. 2. de iureiur. latè Iacob. Omphal. conſil.30. facti ſpecies. nu.1.2.3. in 1. tomo conſil. Franc. præſertim confeſſato, l.1.l. 6 de confeſſ. l.unic. C.eod.l.poſt rem. de re iudic. ut iam alia probatione nõ ſit opus, Spec. de teſte, §.nunc uidendum.in princ. ubi Ioan. And. Quod cùm ita ſit, allegata amiſſio per incuriam & negligentiam, nihil hic reo prodeſſe poteſt, l. procuratorem.11.l.à procuratore.13. C.manda. cùm ignauiam prætendens, audiri non debeat, l.qui ſolidum.80. §.etiam. ff. de legat. 2. & aliena negocia exacto officio geri oporteat: nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum culpa uacuum ſit, ut dicitur l. in re.21. C.mand. neq; caſus præſumatur, niſi probetur, d.l.4.C.de pig actio. qui uſque eò hic non probatur, ut ne allegetur quidem in ſpecie aliquis certus, ſicut allegari & probari debebat, Igneus l.contractus.nu.34. de reg.iur. cum ibi per eum adductis. Quamobrem etiamſi ponatur hic tantùm ex depoſito reum teneri, quod tamen non eſt, d. l.1. §.ſi te rogauero. depoſ. tamẽ hoc ipſum dolo præſumpto, qui in depoſitũ uenit, d.l. quod Nerua. non careret, non reſtituere, depoſitam ſcilicet & commendatam bona fide ad transferendum pecuniam, l. ſi quis inficiatus. 13. depoſ. idq; prætextu amiſſionis, quæ tamen neq; allegetur in ſpecie, nec probet, l.4. uerb. uel non probat manifeſtis probationibus ſe perdidiſſe. l.ſi nulla. uerb. ſimulata amiſſione. C. de pignor. act. cum ſimilib. Et etiam eſt lata culpa, non eandem cuſtodiã rebus alius creditis adhibere, quã ſuis, l.quod Nerua. in fin. ff. depoſ. ubi gl. pen. & ult. l.ſi fideiuſſor ff mand. quam ipſam quoq; depoſitarius præſtare debet, ut probatum eſt ex d.l. quod Nerua. depoſ. cum alijs ſ̃. allegatis. Et quòd depoſitarius, uelut in dolo præſumpto, aut culpa exiſtens, teneatur, ſi rem non reſtituat, niſi caſum probet, idẽ firmatum eſt ſ̃. ex gloſſ. c.ult. uerb. de culpa. de depoſ. cum alijs antea allegatis, quæ hic repeti non eſt neceſſe. Quòd autẽ ſit in dolo & lata culpa, qui res alienas ſibi creditas amiſit, ſuis ſaluis, ſicut hic reus, & hoc nomine teneatur, in terminis decidit gl. ult. uerb. diligẽtiam. in d.l. quod Nerua. per l.1. C. loc. l.ſi, ut certo. §. quod uerò. commod. Ex quibus omnibus liquet, ſecundũ actorem hic, declarata per iuſiurandum eius quãtitate pecuniæ creditæ, pronunciandum, & reum in eandem agenti condemnandum eſſe: Saluo.

CONSILIVM XXXVII.

De uacantis eccleſiæ curatione, & bonis eius non prophanandis.

SVMMARIA.

1 ¶ *Sufficit eccleſiam habere qualemcunq; adminiſtratorem, à quo defendatur.*
2 *Vacante eccleſia capitulum de ſuis bonis reſpondere cogitur.*
3 *Eccleſia uacans, tanquam minor, ſine curatore non cogitur ſe defendere.*
4 *Dandus eccleſia curator, quando non poteſt commodè expectari eligendus.*
5 *Sede uacanti non ſolus Pontifex, ſed etiam domini temporales proſpiciunt de curatore.*
6 *Res eccleſia ſunt & tranſeunt in iure uniuerſitatis.*
7 *Eccleſiaſtica nõ poſſunt cõuerti in prophana.*
8 *Propter abuſum bona eccleſia nõ prophanantur, ſed in meliorem uſum conuertuntur.*
9 *Fundatores eccleſia & patroni quid in ea iuris habeant.*
10 *Paria ſunt, locum exemptum eſſe, uel non in territorio ſitum.*
11 *Eccleſia licet ſit membrum regionis, nihilo tamen minus exempta eſt, ut redigi in uſus temporales non poſſit.*

12 Commendat[illegible] ry[illegible] ſe[illegible] qui ſint: &, an [illegible] ecc[illegible] ſpe[illegible]
13 P[illegible] us [illegible] o me[illegible] [illegible]net eccleſiæ bona.
14 Prælatus fructus facit ſuos, & de his diſponere poteſt.

S Vefi[illegible] eccleſiã habere administratorem, curatorẽ, ſeu uiſitatorẽ qualemcunq;, qui eius
nomine agat & conueniatur: ut
eſt cõmunis doctrina Innoc. Pa-
nor. Hoſt. & Canon. in cap. 1. c. ult. ne ſed. uac.
Specul. eod. tit. nu. 1. 2. Fran. Mar. deciſ. Delph.
2 90. cum ſeq. Imò † & cùm uacat, tamen capi-
tulum reſpondere cogitur ſuper iſtis bonis,
quæ propriè ad eccleſiam uel capitulum per-
tinent, gloſſ. ult. c. fin. & Panor. ibid. num 4. 5.
3 ne ſede uacan. Innoc. c. 1. in fin. eod. tit. De † a-
lijs ſanè licet eccleſia uacãs, tanquam minor,
ſine curatore reſpondere non cogatur, gloſſ.
uerb. uacante. & Panor. num. 3. c. ult. & in c. 1.
ubi Panor. num. 6. ne ſed uacant. Spec. eodem
4 num. 1. 2. tamen † ſi eccleſia diu eſt uacatura,
nec eligendus cõmodè poteſt expectari, dan-
dus eſt eccleſiæ interim curator ac uiſitator,
qui eius nomine defendat & agat, Panorm. d.
c. 1. num. 7. & ibid. Innoc. qui addit, quoniã a-
lius nõ eſt, tunc ſuperiorem archiepiſcopum
eſſe uiſitatorem, & nomine eccleſiæ ſe intro-
5 mittere oportere. Quanquã † autem Panor.
d. c. 1. num. 7. dicat, eſſe ſolius Papæ, talem da-
re curatorem, tamen de generali conſuetudi-
ne hodie conſtituuntur adminiſtratores ec-
cleſiæ ſede uacante etiam à principibus tem-
poralibus, ut dicit Spec. eod. tit. num. 4. præ-
ſertim in eccleſijs, quæ non ſunt immediatè
Pontifici ſubiectæ, ſed iacent in regno princi-
pis temporalis, qui cuſtos intelligitur talis ſe-
dis uacantis, Spec ibid. num. 6. & 7. & proin-
de prouidet eccleſiæ ſuper adminiſtratione,
& ad ſuas manus eam recipit: non obſtante c.
generali. c. quia ſæpe. de electione, lib. 6. ut pul
chrè Franc. Mar. deciſ. Delph. 90. quæritur. nu.
5. cum ſequen. & deciſ. 93. num. 7. & 9. deciſ.
6 98. per totum. Ut † autem in uſum & fiſcum,
eius prouentus eccleſiæ conuertantur, nulla
ratione pactioneq; poteſt effici, l. quod nul-
lius eſſe poteſt. ubi gloſſ. de reg. iur. Quanquã
enim poſſunt eccleſiæ in alicuius eſſe domi-
nio, ſcilicet iure quodã uniuerſitatis, l. in mo-
dicis. 24. ubi gloſſ. & Dd. de contra. empt. l. ſi
ſepulchrum. §. 1. C. de relig. & ſump. fun. Inno.
& Canon. c. ex literis. de iure patro. cuiuſmodi
ſunt ducatus, & feuda regalia ampliora, Pa-
norm. c. cùm ſeculum. num. 1. de iur. pat. quo-
rum pars quædam loca ſacra & monaſteria
inibi ſita, cenſentur, cap. fin. de off. arch. cap. 2.
de reſtit. ſpol. c. cùm epiſcopus. de off. ord. quæ
ideo fidelitatem domino terræ debent, cap.
unic. §. uerum. de ſtat. rel. Afflict. c. unic. §. con-
ſules. & §. uaſalli. de pace tenen. Panorm. Imol.
& Canon. c. nimis. de iureiuran. Iacob. tract.
feud. uerb. qui quidem inueſtiti. num. 32. &
uerb. an princeps. num. 13. 15. & de homag.
num. 13. & 14. ut non abhorrens uideatur, ſi-
cut deficiente uaſalli generatione, feudum do-
mino aperitur, § ult. de feud. march. c. 1. de be-
nefic. frat. c. 1. qui feud. dare, Dd. tit. de ſucceſſ.
7 feud. & de nat. ſucceſſ. feud. ſic † etiam mona-
ſteria, deficientibus monachis, eódem deuol-
ui, l. omnia loca. 5. C. de pag. & ſacr. tamẽ non
ualent pacta in eam eccleſiæ deſolationem,
quam expectare nefas eſt, concepta, l. inter
83 §. ſacram. ubi Iaſ. & Dd. de uerb oblig. nec
poſſunt res Deo eccleſiæq; ſemel dicatæ pro-
phanari, uel in prophanos uſus redigi, Iaſ. in
d. §. ſacram. num. 4 c. omnes. 16. q 7. c. 1. ubi gl.
& Hoſtien. num 1. 2. de relig. dom. Panorm. &
8 Dd. rub. de conſec. eccleſ. ne † quidem propter
abuſum, cùm potiùs in meliorem tunc uſum
pium ſint conuertendæ, Nouell. 37. de eccleſ.
Aphric. cle. 2. ubi Zab. de relig dom. l. legatũ.
16 de uſufruct. leg. l. legatum. 5. de admin. rer.
ad ciuit. pert. l. 1. C. eod. tit. l. Impp. 13. de pollic.
Imol. Panor. & alij, c. nos quidem. de teſtam. l.
pater. §. Tuſcul. de lega. 3. idq; plurimis confir
mat Schurff. conſil. 48. licet. nu. 4. 5. 6. 11. cent.
1. Quòd ſi cõtrà fiat, à ſacrilegio & homicidio
non multum id putatur abeſſe, c. bene quidẽ.
96. diſt. c. ſunt, qui opes. cum ſeq. 17. q. 4. quã
in ſententiam tam multa Schurff. præalleg. lo-
co nu. 10. diſputat, ut ad eum remiſiſſe ſatis ſu-
perq; ſit. Nec obſtat, quòd allegantur maio-
res Principis hanc eccleſiam fundaſſe. Nam
9 † ne ſic quidem aliquid iuris obtendi poteſt,
quod non ſit tẽpore fundationis reſeruatum,
c. præterea. 2. de iur. patro. ubi Panor. in 2. no-
tab. Sed & excommunicantur patroni eccle-
ſiæ, qui bona illius ſuo arbitratu diſtribuere,
nedum dilapidare uolunt, c. 1. c. præterea. cap.
conſuluit. eod. tit. Schurff. d. conſil. 48. nu. 14.
cùm ei tantùm id ſubſidij debeat, ut ſi uergat
ad inopiã, congrua duntaxat alimenta petere
de bonis eccleſiæ ſuæ poſsit, c quicunq;. 16. q.
7. c. nobis. de iure patr. quando ipſum proui-
dere oporteat, ne quis eccleſiæ bona diſsipet,
Schurff. d. conſ. 48. in fi. ut multo minus eun-
dem id cõmittere cõueniat, c. filijs. 16. q. 7. qd
alijs phibere debeat, l. alius. 15. ff. ſi ſer. uend.
Sed & meliorẽ uniq;, nõ deteriorẽ eccleſiæ con
ditionẽ facere poteſt, c. 2. ubi Panor. de donat.
c. ſine. 12. q. 2. l. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ.
eccleſ. Schurff. d. conſ. 48. nu. 9. & 10. Non ob-
ſtat, quòd hæc eccleſia territorio domini ſit cõclu-
10 ſa. Paria † namq; ſunt, locũ nõ eſſe ſitũ in ter-
ritorio, uel exemptũ eſſe, c. cùm epiſcopus. ubi
gl. ord. de off. ord. in 6. Calcan. conſil. 13. cõtra.
nu. 1. de foro comp. Anch. c. ſi ppter debita. cir
ca fi. de reſcrip. in 6. Io. And. & Gem. c. 2. de cõ-
ſtit. in 6. Gem. c. 1. in fi. de priuil. in 6. Ang. conſ.
233. quædã domina. nu. 2. & 3. Iaſ. l. ult. nu. 4 &
5. de iuriſd. om. iudi. ſicut eiuſmodi loca priui-
legijs

legijs Imperatorum poteſtati inferiorũ exem-
pta multipliciter dignoſcuntur, Schurff. d. cõ-
ſil. 48. in prin. num. 1. 2. & conſil. 44. in cauſa.
nu. 1. cent. 1. per tot. de immun. eccleſ. cum alijs
11 ab eo allegatis. Quamobrẽ † ut maximè pars
ſint regionis in procurando bono publico,
ſicut eccleſiam, quæ ſit iuſtitiæ pietatisq́ ma-
ter, c. 1. §. 1. de alien. feu. in id excubare decet, l.
4. C. de ſum. trin. c. ex tenore. 11. de foro comp.
c. ſolitæ. 6. de maior. & obed. non tamen inde
ſequitur, poſſe illa prophanari, contra d. §. ſa-
cræ. Inſt. de rer. diuiſ. d. l. inter. §. ſacrã. de uerb.
oblig. No. 37. de eccleſ. Aphric. c. ad hoc. & t. t.
de religio. domib. c. mancipia. cum ſeq. de rer.
permut. Non enim cenſetur pars iure totius,
ubi diuerſa paret ratio, Euerar. in loc. à toto,
Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 7. nu. 45. per l. cùm
de indebito. ubi Sal. Bal. 4. not. de prob. Sed
nec ideo minus exempta uideri debet eccle-
ſia, quòd locum prælati in conuentibus pu-
blicis impleat, Iac. in inueſt. uerb. an princeps.
nu. 15. & de homag. nu. 32. Nec argumentum
à feudo, quod temporale ſit, & cõmercio ſub-
iectum domini, à quo recognoſcitur ac depen
det, rectè porrigitur ad eccleſiæ bona uſibus
humanis exempta, ac etiam poteſtati domini
terræ, à quo non recognoſcanẽ, ut feuda. Non
obſtat l. omnia. C. de pag. nam loquiẽ de tem-
plis gentilium: hoc eſt, nõ Deo, ſed dæmonijs
cõſecrata, ſicut d. Paul. docet 1. Corinth. 10. 20.
quem ideo tex. d. l. omnia. non cõuenit ad bo-
na ueræ eccleſiæ, ueroq́ Deo ſemel conſecra-
ta, §. ſacræ. Inſt. de rer. diuiſ. & uſibus pauperũ
deputata, l. ſancimus. 18. & paſsim, C. de ſacroſ.
eccleſ. extendi, c. ſi Imperator. 96. diſt. 6. c. con-
uenior. 23. q. 8. Innoc. c. nouerit. nu. 2. de ſent.
80.magnificus.nu.11. per l. ult. §. ſimiliꝗ mo-
do.C.de iure dot.Pariſ.conſil.16.circa. nu.27.
uſq; ad 30.uol.2. Quanquā autem in hoc ul-
timo pacto adiectū eſt onus ſoluendi 10000.
39 Vallenſium, cuius † reſpectu non eſt pura do-
natio, ſed ob cauſam, & ſub modo, tot.tit. de
donation. quæ ſub modo, Papo in terminis
deciſ. lib.2. tit.1. arreſto 9. quæ hactenus inſi-
nuatione non habet opus, Tiraquel. & Dd.
præal.loc. Dec.conſ.239. in prin. Porc.cōſ.80.
nu.10.11. manet tamen donatio, in qua prin-
cipaliter attenditur liberalitas, l. 1. de donat.
eaq; re quicquid ultra debitum ſolutum ex
tali donatione ſupereſt, pro donato & dona-
tione habetur & inſinuandum eſt, Didacus
Couar. reſolut. lib.2. cap.4. nu.6.& 7. Tiraq.
in l.ſi unquā. uerb. donatione. C.de reuocan.
donat. Iul. Clar. de donat. quæſt.3.nu.3.cum
ibi allegat. & hanc communem facit Bertran.
40 conſil.164.num.2. lib.2. ſicut † & in uendi-
tione, quāti ſupra preciū iuſtum res ualet, eſt
donatio,l.adipiſcendæ.ubi Dd. de donat.int.
uir.& ux.Calca.conſ.14. Alciat.l.alienatum.§.
donand.de uerb.ſignif.Tiraq. d.l.ſi unquam.
uerb. donatione. C. de reuoc. donat. Azo in
ſumma C. de reſc. uend. quemadmodū & in
donatione remuneratoria, l.non amplius.de
legat.1. Sed hæc obtinēt, & diſceptari debent
tātùm in alienationibus & donationibus in-
41 ter uiuos. nam † in ultimis uoluntatibus, &
donationibus cauſa mortis non opus eſt in-
ſinuatione,l.ult.C.de don.cauſ.mort. Schurf.
d.conſil.6.& 46. cent.1. Ferrar.in for.lib.don.
uerb.ſolenniter.nu.1.& 5. cum ſimil.ſ.allegat.
nec illa ſolennitate,art.52. lib.1. ut Dd.præall.
locis teſtātur. Punctus & cardo eſt igitur hu-
ius controuerſiæ,uidere, utrùm hæc alienatio
reo B. à defuncto fratre facta, ſit cōtractus in-
ter uiuos,an ultimæ uolūtatis diſpoſitio? Iam
quod ad primum inſtrumētum attinet, cùm
ibi ne ſyllaba quidem de iſto prædio litigio-
ſo agatur, nihil illud quidē huc pertinet, eaq;
re prætereundum, & ab hac quæſtione ſegre-
gandum eſt, niſi aliunde probari poſsit: (nā
ex ſcriptura ſecunda nihil huius ſuſpicari li-
cet: & facta nō præſumuntur, ſed probantur,
l.aſſeueratio. C.de non num.pecun.) illam ſe-
cundam pactionē de ſuccedendo factam fuiſ-
42 ſe, ex † neceſsitate præambuli illius contra-
ctus: quæ res nō mediocriter adiuuaret eius ua-
liditatem, Iaſ.l.ult.in 6.limita. C.de pac.per l.
ſi quis ſeruum.de actio.empt. Alterum autem
inſtrumentum, in quo de hoc prædio litigio-
ſo agitur, continet quidem contractum inter
uiuos, quo ad primam partem, in qua man-
datum à D. datur fratri ſuo reo B. poſsidendi
hoc prædium ſuo nomine, & omnia faciendi,
quæ ipſe præſens coràm faceret, &c. Quan-
43 quam † autem hoc inſtrumentum ipſe tan-
tùm frater mortuus ſigillauit, ut mandans,
non reus B. ut mandatarius: tamen cùm hîc
inſtrumētum acceptârit, neq; contradixerit,
& ita ut huius mandati de facto etiam d. præ-
dium in uita D. ut actor fatetur, etiā poſſede-
rit, ſatis uidetur eo ipſo cōſenſiſſe in hunc con-
tractum, & eum ratificaſſe, cle. 1. de procurat.
ubi Zabarel. Iaſ.in repetit. l. admonendi. nu.
142.de iureiur. & in l.quæ dotis. num. 40. ſo-
lut.matrim. Felin. poſt Panor.in c.nónne. nu.
10.de præſump.& proinde cōtractus manda-
ti,qui conſenſu conſtat, eo ipſo uidetur perfe-
ctus, & pactum intelligitur perfectum, poſt-
quam literæ ad eius manus peruenerunt, in
quibus acquieuit: nam cauſatur copulatio
cōſenſus ex eo, Bal.l.2. de pac. ex quo contra-
ctus perficitur per acceptationem ſcripturæ,
Soc.cōſ.64.in fin. lib.3. Bal.de dote,in 6.par-
te,priuileg.78. Aym. San.in quæſt. de indem.
dot. num.31. Pariſ. conſil.127.num.29. & 30.
uol.1. præſertim iſto caſu, ubi uigore huius
ſcripturæ poſsidendo d. B. ſatis ipſo facto ap-
44 probauit hunc contractum: quo † facto ani-
mus & cōſenſus nō minus declaratur, quàm
uerbis,l.Paulus.rem rat.hab. l.pro hærede. de
acquir.hæred.& contractus ratificatur, leg.4.
ubi gl. Caſtrenſ.& Dd.de rei uendic.l.4. C.de
pac.int.empt. & uend. magis etiā, quàm uer-
bis,c.dilecti filij. ubi Dec.72.notab. de appel-
lat. Anchor.conſil.302. num.2. Pan. conſ.116.
num.3.lib.2. Menoch.cum multis, conſ.5. nu.
16. Sed de hac parte non eſt diſputandū,quia
nec quæritur: uerùm de altera tantùm,in qua
hoc prædiū in caſum mortis d. reo plenè ap-
propriatur, his uerbis: *Wehre es auch ſache, das
ich nach dem willen Gottes ohne leibes erben abgeben
wurde, vnnd gemelter mein bruder B. noch im leben
wehre, ſoll er ſolches gut W. mit aller ſeiner pertinentz
vnd zubehorunge, wie ich ſolches freiheß beſeſſen, erb-
lich*

lich vnd eigen zum voraus behalten vnd beſitzen. Doch
ſoll er vff den fall, voraus an meinen ſchulden zehen tau-
ſent thaller bezalen, alles ohne argeliſt vnd geſehr, wie
ſolches in beſſer form vnd in den rechtē am kreffiigiſten
geſchehen khan, oder mag. Vnd habe deß alſo zu meh-
rer ſteter veſter haltung, mit eigener handt geſchriben,
vnd mit meinem pietzſchier verfertiget. Actum 25.
Ianuarij, anno, &c. 1567. Hæc pars ſcriptu-
ræ quin in meram donationem cauſa mortis,
& pactum de ſuccedendo ſeu ultimam uolun
45 tatem incidat, non eſt dubitãdum. Nec † di-
ſtinguo hic ſubtiliter inter has ſpecies, quæ
quinque ponuntur, gloſ. ad uerb. ultima. in §.
46 fin. in authent. de hæred. & Falc. Nam † licet
donatio cauſa mortis, quo ad ineſſe produ-
ctionem, ſit magis contractus, gloſ. l. ſecunda,
in princip. de dote præleg. latè Iaſon poſt Bar-
tol. & Bald. in l. ſciendum. 2. num. 6. cum ſeq.
de legat. 1. latiſsimè Tiraquell. in ll. connub. in
fin. uerb. contracter. gloſ. 3. numero 58. tamen
quo ad effectum, & quando confirmata eſt
morte donantis, (ut hic) eſt ultima uoluntas,
l. ultima, C. de donat. cauſ. mort. Iaſon l. anti-
quitas. numer. 2. C. de teſtamen. Schurff. dict.
conſil. 6. centur. 1. Guid. Pap. deciſ. 325. poteſt.
num. 6. Socin. conſil. 130. numer. 9. libro 1. Ia-
ſon l. 2. numero 1. de lega. 1. & ibi Ripa numer.
15. & l. ſeruum. numero 8. C. quemadm. teſta-
men. aper. Alciat. l. 2. num. 10. de uerb. obli-
gat Clarus de donat. quæſtione 5. numero 1.
47 Imò † in omnibus magis ultimæ uoluntati
comparatur, quàm contractui, l. illud. de do-
nation. cauſ. mort. ſiue reſpiciamus modum
contrahendi, l. quæ ſub conditione. §. in mor-
tis. de condit. inſtit. dicta l. ultim. C. de donat.
cauſa mortis, l. ultim. C. de codicillis: ſiue per-
ſonam donantis, l. 1. §. 1. de tutel. & ration. di-
ſtrahen. ſiue donatarij, l. in omnibus. l. ſena-
tus. de donation. cauſ. mort. excepto, quòd
non niſi præſenti fiat, l. inter mortis. eo. ni. Ti-
raquell. in ll. connubialib. in fin. gloſſ. 3. num.
48 62. cum ibi allegat. Sed † & diſpoſitio inter
uiuos, cuius effectus poſt mortem differtur,
habet naturam ultimæ uoluntatis, l. Seia. de
donation. cauſ. mort. l. Seia. de dote præleg. l.
legatum. de leg. 2. Doctores in authent. ſi qua
mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. quoties. ubi
Caſtrenſ. & Doctores, C. famil. herciſc. Euerar.
conſil. 128. maximè pactum de ſuccedendo:
Bartol. & Dd. poſt gloſſ. l. tale pactum. §. fin. de
pact. quod quando non mutatur ab eo cuius
de ſucceſsione agitur, intelligitur is decedens
illud relinquere pro ultima uoluntate ab in-
teſtato, l. conficiuntur. de codicil. Iaſon l. pa-
ctum dotali. numer. 3. C. de pact. conuent. Bar
tol. d. l. tale pactum. numer. 2. 3. de pact. Vnde
licet non deferatur hæreditas, dicta l. hæredi-
tas. ut quæ tantùm teſtamento deferri queat,
§. final. Inſtit. de codicil. deferuntur tamen ua-
lidi bona tanquam legata: unde & Falcidiæ
hic locus eſt, Iaſon in authent. ex cauſa. num.
22. C. de lib. præter. Schurff. conſil. 36. quod
in præſenti. numer. 13. centur. 2. Quanquam
49 † autem donatio aliàs intelligitur potiùs fie-
ri inter uiuos, quàm cauſa mortis, l. Seia l. ubi
ita. de donat. cauſ. mort. Bartol. l. ultima, nu-
mero 11. C. de pact. & in l. quæ dotis. ubi gloſſ.
& Iaſon num. 26. & Doctores, ſolut. matrim.
Alexan. conſil. 14. & 81. uolum. 1. conſi. 59. uo-
lum. 4. Schurff. conſil. 6. numero 10. centur. 1.
latè Clarus de teſtamen. quæſt. 4. numer. 2. e-
tiam cùm donatio poſt mortem habitura eſt
effectum, Bald. ad Specul. de inſtrum. edit. Iaſ.
l. quæ dotis. num. 4. ſolut. matrim. per l. qui-
dam teſtamento. in princip. de legat. 1. clem. 1.
de præben. Socin. iun. conſil. 21. num. 1. Guid.
Pap. deciſ. 510. Dec. conſil. 305. iuridicam. nu-
mero 2. 3. atque adeò etiamſi addatur, ut in-
ter uiuos reuocari poſsit, Iaſon dicta l. quæ do
tis. numero 31. ſolut. matrim. per l. ubi ita do-
natur. de donation. cauſ. mort. ubi Caſtrenſ.
& Angel. Papo deciſ. libro ſecundo, titulo pri-
mo, arreſto 1. Imber. in enchirid. tamen hoc
intelligitur, quando illud actum eſt expreſſè,
ſicut Doctores in dicta l. quæ dotis. ſolut. ma-
trimon. fuſiùs declarant, ut cùm donatur in-
ter uiuos cum excluſione pœnitentiæ, l. ſi a-
lienam. l. ubi autem. de donation. cauſ. mort.
Euerard. conſil. 28. Secus autem eſt, quando
in ea facta eſt mentio mortis: nam tunc etiam
in dubio præſumitur potiùs facta mortis cau
ſa, ſecundum communem gloſſ. & & aliorum
l. quæ dotis. ubi Alexand. numer. 6. ſolut. ma-
trimon. Philip. Porc. conſil. 80. magnificus.
numero 1. Decius conſil. 305. iuridicam. nu-
mero 1. addens rationem, quòd à uerbis do-
nationis non ſit recedendum. Item quando,
ut hic, concipitur in caſum mortis, l. Seia. ubi
Caſtrenſ. & Imola, ac Doctores, de donation.
cauſa mort. ſicut hic expreſſè factum eſt, & ſub
conditione, ſi ſine liberis decederet D. dona-
tor, ut tũ præ reliquis ſcilicet hæredibus præ-
cipuum hoc prædiũ reus haberet, ſi quidem
ipſum donatori ſupereſſe contingeret: quæ o-
mnia propria eſſe donationis cauſa mortis,
ſeu pacti de ſuccedendo, tam eſt apertum,
quàm quod apertiſsimum, ex §. 1. Inſtitut. de
donat. l. 1. de donation. cauſ. mort. Dec. l. final.
numero 20. C. de pact. maximè cùm hic non
tantùm facta ſit mentio mortis, ſed etiam diſ-
poſitio omnis in eam, & quidem ſub dupli-
ci conditione collata, ſcilicet ſi donator dece-
deret abſque liberis, & ſi donatarius ſuper-
ſtes ipſi eſſet. Quo caſu dubitari non debet,
quin ſit donatio cauſa mortis, ſeu pactum de
ſuccedendo, Sigiſm. conſil. feud. 5. numero 4.
Iulius Clarus de teſtamen. quæſtione 4. nu-
mero 4. Crauet. conſil. 139. Titius. numero 1.
50 10. 11. Talis † enim eſt diſpoſitio, qualem fi-
gura literarum oſtendit, l. non figura. de obli-
gat. & action. l. ita ſtipulatus §. Chryſogonus.
de uerbor. obligation. l. cùm precibus. C. de
probat. & partes ipſius ſubſtantiales, Baldus
capite 1. numero 1. 2. de feud. dat. in uic. legis

commiſſ. Alexan. conſil. 3. numer. 4. lib. 1. So-
cin. conſil. 90. in cauſa num. 4. uol. 3. Crauet.
conſil. 20. quod contractus. num. 1. uolum. 1.
& qualis in ſua forma apparet, Tiraquell. de
retract. conuent. in fin. numero 125. per l. ro-
gaſti. §. ſi tibi. ſi cert. pet. cap. 1. §. ſi inſtrumen-
tum. ubi Bald. de not. feud l. emptione. C. plus
ual. quod ag. cap. nauiganti. de uſur. & illud
actum intelligitur, quod eſt ſcripturæ expreſ-
ſum, l. ult. ubi Bald. & Salicet. C. de falſa cauſ.
adiect. Bald. conſil. 189. creditor. numero 3. uo-
lum. 2. & actus æſtimantur non ſolùm à uer-
bis, Tiraquel. de retract. proxim. §. 30. gloſſ. 1.
numer. 7. Socin. conſil. 19. adſit. numer. 7. uo-
lum. 1. Bald l. quoties. num. 4. C. de ſuis & leg.
per l. 1. §. cùm in uerbis. l. non aliter. de leg. 3.
ſed etiam à clauſulis & qualitatibus adiectis,
Panorm cap. illi uos. numer. 2. & 3. de pignor.
Bartol. & Doctores, l. ſi uiro. §. ſed etſi. ff. loca.
& l. ſi olei C. de locat. Iaſon l. 1. numer. 45. C.
de iur. emphyteut. p l. ſi ſtipulatus. de uſur. e-
tiam ex effectu ipſo poſt mortem diſponen-
tis, ut potiùs ultima uoluntas, quàm contra-
ctus debeat æſtimari, Dec. conſil. 305. iuridi-
cam. num. 2. 4. 5. Crauet. conſi. 139. Titius. nu-
mero 10. & 11. quia talia ſunt ſubiecta, qualia
permittuntur eſſe à prædicatis, gloſſ. ult. cap.
dudum. 13. de decim. Cæpoll. tractat. ſeruit. ru-
ſtic. præd. cap. de aquæduct num. 14. per l. 1. §.
1. de poſſeſſ. cap. 1. §. 1. de natur. feud Cùm ita-
que clarum hoc ſit, ſcilicet hic ſubeſſe pactum
de ſuccedendo, ex ipſa ſcripturæ inſpectione,
quæ rem facit notoriam & euidentem, Bald. l.
2 numer. 2. 3. C. de edict. diui Adrian. tol. latiſ-
ſimè Tiraquel. in retract. proxim. §. 2. glo. 1. nu
mero 20. 21. 22. cum multis ſequentibus, non
eſt amplius diſputandum, nec admittendæ
coniecturæ, l. continuus. §. 1. de uerbor. oblig.
l. ancillæ ubi Doctores, C. de furt. Dec. conſil.
419. num. 6. Euerard. conſil. 78. in fin. Quan-
51 quam † autē præſenti tantùm fieri poteſt do-
natio, l. abſenti. ff. de donat. l. nec ambigo. C.
eod. tit. Crauet. conſil. 139. Titius. numero un-
decimo, etiam cauſſa mortis, l. inter. de donat.
cauſ. mort. Tiraquell. in ll. connub. in fin. gloſ.
3. numer. 63. in illo tamen hic uis non eſt poſt
obitum donatoris: quia licet abſenti non poſ
ſit fieri donatio, ualet tamen relictum iure fi-
deicommiſſi, Bartol. l. 1. in fin. de donat. cauſa
mort. & ibi Imol. numero primo, quem refert
& ſequitur Dec. conſil. 196. numero 2. in fin.
Bertran. conſil. 168. numer. 6. libro tertio, par-
te ſecunda, Pariſ. conſil. 88. numero 98. libro
tertio, aſſerens ita communiter tenere ſcriben
tes: quem etiam refert & ſequitur Socin. Iun.
conſil. 67. num. 17. lib. 3. Iulius Clarus de do-
nat. quæſt. 5. num. 3. Crauet. d. conſil. 139. nu-
mer. 11. per l. cùm pater. §. donationis. l. miles
ad ſororem. de legat. 2. l. ſi donatio. ubi Bart.
C. de donation. aut ſaltem pacti, quo donatio
cauſa mortis conſtat, Tiraquell. præallegat.
loc. gloſ. 3. numer. 58. dicens eſſe communem,
quòd hic oriat̃ firma obligatio ex nudo par-
tium conſenſu, per Panormit. conſil. 40. fa-
ctum. numer. 3. uolum. 2. Nam latè uerba ſunt
interpretanda, etiamſi (ut hic) nulla ſit facta
mentio donationis, Socinus conſil. 125. ante.
numer. 1. libro tertio, Iulius Clarus de donat.
quæſt. 6. numer. 9. qui dicit hanc eſſe commu-
nem: & meritò: quia mens magis & ſententia,
quàm uerba attenduntur, l. cùm uirum. ubi
latiſsimè Coraſ. in princip. C. de fideicommiſſ.
Ac omnino exiſtimo, hāc diſpoſitionem non
tam eſſe donationem, reſpectu formæ, quàm
pactum de præcipiendo, & in illo tanquam
præcipua quadam re ſuccedendo: de quo Do
ctores l. tale pactum. §. fin. de pact. l. ultima, l.
pactum dotali. l. licet. C. de pact. cuiuſmodi pa
cta uocantur ultimæ uoluntates innomina-
tæ, Salicet. & Iaſon numer. 15. l. licet C. de pa-
ctis: licet omnia eiuſmodi relicta, ſicut legata,
ſint effectu quædam donationes, quoniā ex
lucratiua cauſſa capiuntur, §. 1. Inſtit. de le-
gat. &c. Nec hic diſputandum eſt de præſentia
donatarij, uel abſentia, ex quo inſtrumentum
hoc d. P. reo donatario, qui adhuc poſſidet,
eſt traditum, & ita donatio ratificata ac perfe-
cta, l. 1. C. de donat. quam & ipſe acceptaſſe in-
telligitur, recipiendo inſtrumentum, clem. 1.
de procurat. cum alijs ſuprà allegatis. Cæte-
52 rùm nec illa diſputatio huc inuehēda, an † do
natio bonorum omnium, uel certæ partis, in
caſum mortis concepta ualeat: de qua Do-
ctores l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uer
bor. obligat. & l. ultima, C. de pact. Decius l.
pactum dotali. eodem titulo, Oldradus con-
ſil. 139. ad hæredem. Alexan. conſil. 85. uiſa. uo
lum. 2. Decius conſi. 225. in cauſa. circa finem,
& conſil. 488. conſil. 576. conſil. 517. conſil.
578. conſil. 608. conſil. 613. conſil. 655. Curti-
us iunior conſil. 15. conſil. 25. conſil. 81. Cra-
uat. conſil. 19. conſil. 139. Pariſ. latè conſil. 26.
ex tenore. numer. 57. uſque ad numer. 112. uo-
lum. 2. Iulius Clarus de donat. quæſt. 19. per
totum, cum allegat. Licet enim ſit commu-
nis opinio, quòd non ualeat omnium bono-
rum donatio, Bald. cap. præſentia. numer. 36.
de probat. Clarus præallegat. quæſt. 19. nu-
mero primo, & quāquam Decius putet idem
obtinere in quota bonorum relicta, Decius d.
l. pactum dotali. C. de pact. quod refert Porc.
conſil. 80. magnificus. numer. 8. tamen non
congruit illa Decij opinatio cum communi
Doctorum ſententia, qui tantùm nituntur il-
la ratione, quòd auferatur libera teſtandi fa-
cultas per omnium bonorum, etiam futuro-
rum, donationem. Vnde ſi tantùm præſentia
donentur, uolunt ualere: Ruinus conſil. 178.
nu. 3. lib. 1. conſil. 13. num. 3. lib. 2. Alexan. l. ult.
num. 3. Claud. l. pactum dotali. num. 4. C. de
pact. Clarus dicta quæſt. 19. numero 2. Item ſi
aliquid ſibi ad teſtandum reſeruâ[illegible], Bartol.
dicta l. ſtipulatio. numero 6. quod communi-
ter tenetur, teſte Socin. iunior. conſil. 142. nu-
mero

mer. 39. lib. 1. Clarus dicta quæſt. 19. numer. 8.
ut Decij opinio tantùm habere locum poſsit
in pacto hæreditatis relinquendæ, quæ relin-
qui pacto nequit, l. hæreditas. C. de pact. Sed
dr hoc & ſimilibus hic non diſputãdum, cùm
quia hæreditas, aut eius quota uel bonorum
non eſt hic in pactum deducta, ſed tantùm
prædium quoddam ſingulare & particulare
bonum: de quo genere particularium bono-
rum ualet pactum, quomodocunque conci-
piatur, ut dicit in hoc conuenire omnes Do-
ctores, Porcius conſil. 80. magnificus. numer.
9. & Pariſ. conſil. 26. num. 100. uolum. 2. Ruin.
conſil. 13. numero 3. lobro 2. Gratus conſil. 19.
num. 13. lib. 1. Deinde quoniam iſtud pactum,
de quo agimus, eſt in caſu mortis cõceptum,
ut ultima uoluntas, ſicut oſtenſum eſt: quo-
modo omnia bona etiam futura relinqui per
donationem & pactum poſsint, cùm habeãt
naturã ultimæ uoluntatis, & reuocari queat,
atque ita nihil impediat teſtandi libertatem,
gloſſ. l. fin. uerb. accommodauerit. C. de pact.
quam communiter teneri teſtatur Decius cõ-
ſil. 578. num. 7. in fin. Imol. in rubr. de teſta-
men. numero 5. Iaſ. conſil. 5. libro tertio, Cur-
tius iunior conſil. 81. numero 3. Iulius Clarus
de donat. quæſt. 19. numero 7. Sic nec illud e-
53 tiam hic diſputandum eſt, an † in contractu
ultima uoluntas, uel contrà fieri poſsit: de
quo Bartol. l. hæredes. §. uiro. numero 1. cum
ſequent. & Doctores, de teſtamen. latè Tira-
quel. in ll. connubial. uerb. contracter. gloſſ. 3.
numero 94. 95. cum multis ſeqq. Natta in au
thent. quod ſine. numer. 65. 66. C. de teſtam.
cùm eiuſmodi pactiones de ſuccedendo, quæ
fiunt ab eo, cuius de hæreditate & bonis agi-
tur, iure probentur & ualeant, ſi ab eodem
non reuocentur, ut diximus ex l. tale pactum.
l. licet. C. de pact. ubi Bald. Salic. Iaſon & Do-
ctores, etiam iure Saxon. ut oſtendunt ordin.
Elect. conſtit. 43. parte 2. & conſtitut. 10. & 20.
parte 3. Hoc igitur facto fundamento tota re-
liqua huius conſultationis exædificatio pen-
det ex eo, an eiuſmodi diſpoſitio ualeat, & ex
ea præcipuum hoc prædium retinere reus poſ-
ſiet. Nam hoc caſu fundata eſt agentis intẽtio,
quando eum, ut fratrem & cohæredem, reus
agnoſcat, & hoc prædium à defuncto relictũ,
ſibi præcipuum excipiat ac fateatur, ut omni-
no neceſsitas illi incũbat, ſpecialem titulum
probandi, ex quo præcipuum hoc ſibi præ-
dium deberi intendit, l. ſiue poſsidetis. ubi
Bald. Salic. & Doctores, C. de probat. Quan-
54 quam † autem pacta inter uiuos, teſtibus e-
tiam duobus probari poſsint, l. ubi nume-
rus. cum ibi not. de teſtib. l. ultima, C. de rebus
cred. item inſtrumentis, l. in exercendis. ubi
Doctores, & paſsim, C. de fid. inſtrum. l. cùm
res. l. 4. C. de probat. atque adeò ſolo ſigillo
& ſcriptura eius, cuius de re agitur, l. generali-
ter. C. de non numerat. pecun. quæ ſicut pro-
bat contra eum, l. Publia. §. fi. depoſ. ſic etiam
contra eius hæredem, ut iſto caſu actorem,
gloſſ. Bartol. & Doctores, l. fin. C. de conuen.
fiſc. deb. libro 10. l. exemplo. C. de probat. l.
ſi intra. C. de non numer. pecun. quia ſcriptu-
ra habet actum permanentem, Bald. l. unic.
num. 5. C. de confeſſ. licet pro hærede ſcriben-
tis non probet, ſicut nec pro ipſo ſcribente,
Bald. l. in bonæ. num. 6. C. de reb. cred. tamen
55 † cùm hoc pactum amodò poſt mortem con
cedentis & diſponentis D. ſit quædam eius ul
tima uoluntas, ut diximus ex l. tale. §. fin. de
pact. uidetur hac ratione non ſatis probari.
Nam inter liberos tantùm, & in pijs cauſis,
hoc receptum, ut patris aut teſtatoris ſcriptu-
ra, uel ſubſcriptio ſola probet eius ultimam
uoluntatem, authentic. quod ſine. ubi Iaſon
& Doctores, C. de teſtam. latè Couar. in cap.
relatum. numero 12. de teſtamen. Tiraquel. de
priuileg. piæ cauſæ, 1. 2. cum ſequentib. His e-
nim qualiſcunque patris uoluntas ſufficere de-
bet, l. ultima, C. fam. herciſc. Ex quo ſequitur,
in extraneis, de quibus hic agitur, aliud eſſe,
argumento à ſpeciali, de quo ſuprà, ſumpto:
quod oſtendit l. hac cõſultiſsima. §. ex imper-
56 fecto. C. de teſtament. Sunt † autem extranei
omnes extra liberos, ut rectè definit Clarus
de teſtamen. quæſt. 10. numero 1. & 2. Bartol.
l. 2. numero 18. ff. de uulgar. & eſt communis
doctrina d. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfe-
cto. C. de teſtamen. & §. extraneus. Inſt. de hæ-
red. qual. Iaſ. in l. 1. C. unde uir: multo maxi-
mè fratres, qui hic demortuo fratri ſucceſſe-
runt, l. quoniam. 7. ubi gloſſ. ult. C. de iur. de-
lib. l. emancipata. C. qui admitti ad bon. poſ-
ſeſ. in quibus tenenda regula catholica, non
57 † aliter ualere ultimam uoluntatem, quàm
uel ad acta iudicis factam, l. omnium. ubi Do-
ctores, C. de teſtament. quæ teſtimonia alia
non requirunt, Salicet. l. contractus. num. 2. 3.
C. de fid. inſtrumen. per illum text. l. penult. §.
penult. C. de reb. cred. & eſt optimus text. in l.
ſancimus. 27. uerſic. per teſtes idoneos uel in-
ter alia manifeſtauerit. C. de teſtament. cùm
rem faciant per ſe notoriam, ut alia proba-
tione non ſit opus, Socin. l. 1. numero 5. de ex-
cept. Iaſon l. eius qui in prouincia. numero ter
tio, ſi cert. pet. Socin. conſil. 96. numer. 6. uo-
58 lum. 4. uel † factam coram quinque ſaltem te-
ſtibus, etiam non rogatis, l. ultim. ubi gloſſ. &
Doctores, D. de codicill. Bartol. & alij in l. nu-
tu. de legat. 3. Et hæc ſolennitas etiam requiri-
tur in donatione cauſa mortis, l. ultima, C. de
donat. cauſa mortis, ac alijs omnibus pactis,
quæ agunt de ſucceſsione. Licet enim ſolo ſi-
gillo partium, uel ſcriptura, uel teſtibus duo-
bus, aut tribus regulariter contractus proben
tur, l. ubi. numer. 5. de teſtament. l. ultim. C. de
reb. cred. l. ſcripturas. C. qui potior. in pig. ta-
men quando agunt de ſuccedendo, & ideo
poſt mortem diſponentis, tranſeunt in ulti-

mam uoluntatem, ut hic: l. tale pactum. §. fin. ubi Bartol. & Doctores, de pact. ideoq; tum non ſubſiſtunt, nec effectum ſuum cõſequuntur, neq; ualent, niſi fide & conſcientia quinq; teſtium nitantur, ex d. l. ulnma, C. de codicil. l. ultima, C. de donat. cauſ. mort. Ita Crauetta conſil. 139. Titius. numer. 10. & 11. per Caſtren. conſil. 75. notandum. lib. 2. refert & ſequitur Socin. conſil. 130. in fin. conſil. 137. numero 3. lib. 1. Afflict. deciſ. Neapolit. 358. numero 5. 6. Crottus col. 7. & alij, in rubr. de legat. 1. Bald. conſil. 108 domina. in fi. lib. 1. quia hic non à ſuis uerbis, ſed ab effectu ſuo, quem à morte ſortita ſunt, conſiderantur & penduntur, Dec. conſil. 305. iuridicam. numer. 2. cum ibi alleg. quemadmodum & cæteræ donationes ac reliquæ liberalitates, quando non ualent iure donationis inter uiuos, ſuſtinentur iure ultimæ uoluntatis: ſi tamen adſit ſufficiens teſtium numerus ad fideicommiſſum, hoc eſt, teſtium quinque, d. l ult. C. de codicil. Doctores l. ult. C. de fideicommiſſ. ut hoc in terminis tradit Crauet. dicto conſil. 139. Titius. numer. 11. per l. cùm pater. §. donationis. l. miles ad ſororem. de legat. 2. l. ſi donatio ita ſumat. C. de donat. Roman. conſi. 171. pro deciſione. num. 3. Corn. conſil. 254. lib. 3. Decius conſil 196. in princip. Iaſ. conſil. 5. in fine, lib. 3. nec aliter ualere eiuſmodi pactum iure ultimæ uoluntatis & poſt mortem ad relicta capienda, quàm ſi habeat teſtes quinque, probat Philipp. Porc. conſil. 80. magnificus. num. 2. per gloſſ. l. ultim. §. ſi. uerb. uoluntate. C. de codicil. Decius conſil. 305. iuridicam. num. 4. 5. cum ſequent. uſq; ad finem. Quanquam autem aliqui pragmatici Saxon. hactenus fortè putarint, talia pacta cùm ſint contractus magis quàm ultimæ uoluntates, talem ſolennitatem ac probationem non requirere, ut nec cæteros contractus, ſicut oſtendimus: tamen eorum opinio recipi nequit iſto caſu, ubi deceſſu diſponentis tranſijt in ultimam uoluntatem ſcriptura, & ex ea hoc prædium, ut præcipuum, retinetur: maximè cùm, ut dixi, & uerba oſtendũt, non ſit contractus inter uiuos: nec ſic ualere poſsit, ſed magis donatio aut diſpoſitio cauſa mortis, & in caſum non extantium liberorum facta. Itaque ne quidem iure Saxon. ſubſiſtit ſine quinque teſtibus, coram quibus facta ſit, conſtit. 43. parte 2. quæ non eſt aliqua noua conſtitutio, quæ tantùm in electorali prouincia uigere debeat, ſed declaratio & approbatio iuris communis, quæ ubique meritò ualet & retrotrahitur ad præterita, cùm nihil noui iuris inducat, ſed quod eſt, declarat, Bald & Salicet. l. leges. 7. C. de legib. Et quanquam tantùm loquatur d. conſtitutio de pacto hæreditario: tamen idem intelligendum in pactis alijs ſucceſsionum aut relictorum, quæ ſaltem uelut ex ultima uoluntate capian-
59 tur, cùm † dari non poſsit ratio diuerſitatis, ut diuerſo iure cenſeri tales caſus, quamuis per ſe diuerſi, non debeant, l. generali. de fideiuſſ. Aemyl. conſil. 4. numer. 17. etiamſi caſus diuerſi ſint, Crauet. conſil. 187. numer. 67. quia ubi eadem militat ratio, ibi non extendi tur lex, uel ſtatutum, ſed enucleatur, Crauet. de antiquit. temp. in princip. num. 35. Et hoc ex dicta conſtitutione ſatis colligitur. Nam ſi rationem aliquam in hæreditate ſingularem conſideraſſet, ut quòd pactis dari hæreditas nequeat, l. hæreditas. C. de pact. conuen. Decius l. pactum dotali. C. de pact. iam non quinque, ſed ſeptem teſtes exegiſſet, qui in hæredis inſtitutione requiruntur, l. ſi unus. 12. C. de teſtamen. §. 2. 3. Inſtitut. eod. tit. eum ſimil. Cæterùm quando tantùm requirat teſtes in eiuſmodi diſpoſitionibus, dubium non eſt, quin loquatur de quolibet pacto, quod cuiuſlibet ultimæ uoluntatis extra teſtamẽtum naturam ſapiat & retineat: quo in genere quinque, nec plures teſtes requiruntur, l. ultim. C. de codicil. l. ultima, C. de donation. cauſ. mor. Crau. dicto conſil. 129. Titius in fine, non tantùm ad probationem, ſed etiam ad ſolennitatem, l. ult. uerb. ſubnotationem. C. de codicil. ubi Iaſon num. 12. notat, requiri teſtium ſub-
60 ſcriptionem. Item † quòd uno contextu coram ijs uolũtas perficiatur, ut per multa probat Couar. dicens hanc eſſe communem, in c. relatum. nũm. 11. de teſtamen. Quare quinq; teſtibus probari non poteſt talis diſpoſitio, qui actui non affuiſſent: ut, uerbi cauſa, qui dicerent ſe audiuiſſe à teſtatore, quòd talem diſpoſitionem feciſſet, uel in ea acquieſcere uoluiſſet: cùm eiuſmodi ne quidem in teſtamento militari ſufficiant, §. planè uerſic. ſi, ut plerunq; ſermonibus fieri ſolet, dixit. ubi Bauer. numer. 13. & 14. Inſtitut. de milit. teſtament. & addit ibi textus optimam rationem: Alioqui, inquit, non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui affirmarent ſe audiuiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui uiſum ſit, & ita uera iudicia per hoc ſubuerterentur. Non igitur iuuatur hic reus ex eo, quòd frater mortuus apud amicos de hac donatione & diſpoſitione iactarit. Nec enim eiuſmodi iactatione perfici potuit, ideoq; nec probari poteſt. Fruſtra enim aliquid probatur, quod probatum non relevat, l. ad probationem. ubi Bald. in 2. not. C. de probat. cap. cùm contingat. 36. de offic. & pot. iudic. deleg. Specul. de teſte, §. qualiter. numero 1. & 2. §. nunc uidendum. numero 4. Chilia. in pract. cap. 69. per c. dilecti. de excep. cap. fraternitatis. de teſtibus. Non autem releuat probare factam eſſe ultimam uoluntatem, niſi probetur legitimè & ritè ordinata. Nam ex non ſolenni nihil debetur, l. ſi ueritas. l. ex teſtamento. C. de fideicom. Iaſ. l. ult. num. 12. & 13. C. eod. tit. l. ult. §. ult. C. de codic. Nec obſtat. l. ul. C. de fideic. qa caſus eſt ſingularis,

laris, cùm ſcilicet teſtator noliut teſtari, & reli-
ctum fidei ſolius hæredis commiſit, & accedit
eius inficiatio, ut his caſibus meritò eius ſa-
cramento deferri poſsit, ſcilicet teſtatorẽ fidei
eius relictũ cõmiſiſſe, Iaſ. & Dd. d. l. ult. C. de fi-
deic. §. ult. Inſt. de fideic. hær. at cùm hoc ius ſit
ſingulare, non eſt extẽdendum, l. ius ſingula-
re. l. quod cõtra. de legib. l. 1. de conſt. prin. nec
ſanè poteſt ad caſum præſentẽ, ubi nihil fidei
actoris relictum, ſed res inter reum & defun-
ctum acta: prorſus ut factum alienũ nequeat
ſacramento agentis deferri, quin ille recuſare
hoc, & iuſtam prætendere ignorãtiam poſsit,
l. Marcellus. ff. rer. amot. l. iuſiurandum. 34. in
princip. & §. ait prætor. ubi Bartol. numer. 13.
de iureiur. l. 4. ubi Bald. Iaſ. & alij, de in lit. iu-
ran. l. generaliter. §. fin. C. de reb. cred. Bart. Ca-
ſtren. Iaſ. & communiter Dd. in l. manifeſtè. de
iureiuran. Ex his ſatis patet, in hac cauſa ni-
hil pro reo dici aut allatum eſſe, unde ſuã exce
ptionẽ ſatis probare poſsit, ſicut probare de-
bet, l. in exceptionibus. de probat. maximè
poſtquã actoris intentio ſatis, ut oſtendimus,
fundata eſt, l. ſiue poſsidetis. C. de probation.
l. ſi quidem. C. de exception. Quãobrem alia
nobis ſunt inquirenda, quæ poſsint firmiore
aliqua ratione rei cauſam munire. Et in pri-
mis illud uidendum, an non iure militari hęc
uoluntas ſuſtineri poſsit, ex l. 1. & tot. tit. ff. de
teſt. milit. C. ac Inſt. eod. Obſtat, quòd defun-
ctus, quamuis militaribus ſeruitijs ac diſcipli
61 nis eſſet deditus, tamen † hanc diſpoſitionẽ
in regia ciuitate domi fecerit, ubi iure cõmu-
ni teſtari potuit, §. planè. ubi gl. Inſtit. de teſta.
milit. l. Lucius. de mil. teſt. & proinde etiã de-
buit, gl. l. milites. 15 in fin. C. de teſt. milit. quo-
niam ius teſtãdi militariter tantùm in caſtris
cõceditur, §. hactenus. uerſic. ſi faciant extra ca
ſtra militantes, communi iure teſtari debent.
Inſtit. de milit. teſt. l. pen. C. eod. §. illis aũt tem-
poribus. ubi poſt gl. Ang. & Bauer. num. 1. 2. 3.
4. Inſtit. eod. tit. dato etiam, quòd animum ad
caſtra reuertendi habuerit, Angel. ibidem nu.
1. 2. 3. latè Socin. iun. in l. centurio. num. 48. de
uulg. & pupil. Quid, quòd in dubio non in-
telligatur teſtatus iure militari? Fab. in d. §. pla
nè. & ibi Angel. Inſtit. de milit. teſt. per l. in te-
ſtamento. l. quanquam. 3. C. eo. tit. Guid. Pap.
quæſt. 510. Iaſ. nu. 11. Socin. iun. latè num. 88.
in l. centurio. de uulg. & pupil. Alex. conſil. 12.
numer. 17. uol. 3. Caccialup. l. precibus. num.
88. C. de imp. ſubſt. Quid, quòd diſputatur à
non paucis, hoc ius omne militariter teſtan-
di, hodie ſublatum eſſe? Soc. iun. d. l. cẽturio.
num. 130. cum ſequent. per §. & hæc quidem.
in authen. ut cùm de app. cognoſ. & ſi non ſit,
non tamen pertinere ad milites noſtri tempo
ris, Dd. in d. l. centurio. ubi poſt Alexan. Lan-
cel. Galiau. num. 17. de uulg. & in princ. Inſtit.
de teſtam. mil. & in rubr. C. eod. præſertim nõ
actu militantes, §. 1. & paſsim, ubi Dd. Inſtit. de
teſta. milit. l. primarios. 16. ubi itidem Dd. C.
eod. tit. Sed etſi ponamus, iure militari hic D.
potuiſſe teſtari, & eſſe teſtatũ, uidetur tamen
& ſic hæc ſuſtineri uoluntas nõ poſſe, cùm ha-
beat opus teſtib. ſaltem duobus, l. Lucius. 40.
de teſt. mil. iunc. l. ubi numerus. de teſtibus, §.
planè. uerb. hominib. ubi Ang. nu. 2. Panor.
num. 2. 3. Inſt. de milit. teſtam. & quidem ad id
rogatis, l. diuus. de teſta. milit. Bauer. in §. ult.
num. 37. Inſti. de teſt. ord. ut hanc dicunt com-
munẽ Natta in l. hac cõſultiſsima. §. ex imper-
fecto. nu. 164. C. de teſta. Iul. Clarus de teſta. q.
58. nu. 3. licet in teſtamẽto inter liberos id nõ
requiratur, gl. l. fi. uerb. excepto. C. de codicill.
quam dicit cõmuniter approbatam Dec. cõſi.
610. nu. 2. Sigiſ. conſ. feud. 8. nu. 16. & ita com-
muniter teneri teſtãtur Cornæus auth. quod
ſine. nu. 6. Iaſ. conſi. 68. in princ. lib. 2. Rub. con
ſil. 6. nu. 5. Natta d. §. ex imperfecto. nu. 159. in
l. hac conſultiſsima. C. de teſta. quoniam ma-
gis fauetur teſtamẽto inter liberos, quàm mi-
litari: & ideo illud faciliùs ſuſtinetur, quàm i-
ſtud, Iaſ. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfe-
cto. num. 7. C. de teſta. ut hãc rationem huius
doctrinæ ibi pluribus proſequitr Iaſon. Quæ
omnia licet momentoſa uideantur, contrà ta-
men aliquid pro reo dici poteſt. Nam conſtat,
D. quo tempore hãc diſpoſitionem fecit, actu
militaſſe, & feciſſe tempore belli. Imò apparet
ideo feciſſe, quòd profecturus in bellũ regiæ
Maieſtatis, à quo propoſitus militib' fuerat,
uoluerit hanc ſuæ uoluntatis cõſignationem
62 fratribus relinquere. Certum † eſt aũt, ad ta-
les noſtri temporis milites priuilegia milita-
ria corpore iuris clauſa pertinere, Alex. Soc. &
pręcipuè Soc. iun. in l. centurio. nu. 77. & Lan-
cel. Gal. num. 17. de uulg. & pup. Nam licet ue-
tus creãdi milites ius non ſit amplius in uſu.
tamen quia nunc quoq; ſacramenta rogãtur,
& eadẽ pericula, & idem publicæ neceſsitatis
ac utilitatis munus ſuſtinẽt, ideo ius idem re-
manere debet, l. decreto. C. ex quib. cauſ. in-
fam. l. ordo. de pub. iudic. Fab. in rubr. Inſt. de
teſta. milit. num. 3. & ibidem Bauer. nu. 10. Nec
uerum eſt, ius illud cõdendi militariter teſta-
menti ſublatũ eſſe: licet de eo diſputetur, an il
lo præteriri, uel exhæredari liberi, uel paren-
tes iure nouo, ut ueteri, poſsint? Iaſ. in auth. ex
cauſa. nu. 19. C. de lib. præter. Alex & Imol. l. fi-
lio. de iniuſt. rup. teſt. Ang. in §. illis. nu. 2. Inſt.
de teſta. mil. l. ult. ubi Iaſ. num. 6. C. qui teſt. fac.
& l. ult. nu. 5. C. de inoff. teſtam. Soc. iun. l. cen-
turio. num. 137. cum ſeq. de uulg. & pup. quæ
non eſt quæſtio noſtra. Et pertinet ius teſtan-
di militariter, non tãtùm ad milites in caſtris
degentes, ſed etiam actu militãtes: ſicut hic D.
tum temporis militauit, & armis uacuit, &
paratus fuit pro poſſe ad defenſionem rei-
publ. id quod ſufficit, Bauer. Inſtit. de milit. te-
ſtam. in prin. num. 10. Alex. Galiau. d. l. centu-
rio. de uulg. & pup. Etenim priuilegium mili-
tare durat, donec qualitatem militiæ habent,
Bauer. in §. hactenus. numer. 1. eo. tit. etiam in

ijs qui aliquandiu caſtris abſunt, ſic tamen, ut
eò reuerti uelint, l. qui mittunt. 33. §. fi. l. miles.
34. ubi gl. uerb. ſuæ. l. ab hoſtibus. §. ſed quod.
ex quib. cauſ. maior. l. 3. uerſ. nũ fortè caſibus
decẽius. l. 4. §. fi. uerſ. datur uenia. de re milit.
Nam cenſetur ibi eſſe, quò animum reuerten-
di habet, l. nihil. ubi Bart. de capt. & poſtlim.
reuer. nec modicum interuallum curatur, d. l.
ab hoſtib. 15. §. ſed quod ſimpliciter. l. q mittũ-
tur. §. fin. l. miles. ex quib. cauſ. maio. & cũ me-
rens Principi, in militia ipſius uoluntate à ca
ſtris abeſt, potiùs ipſi principi hoc imputan-
dum, quàm militi, Soc. iun. d. l. centurio. num.
48. uerſi. ſecundò etiam. de uulg & pup. Qua-
re quod dicitur in §. ſed hactenus Inſt. de mi-
lit. teſt. milites domi, uel alibi, quàm in caſtris
degẽtes, iure communi teſtari oportere: intel-
ligendum eſt ſecundum alia iura, l. unic. C. de
inoffic. dot. ſcilicet de militibus non actu mili
tantibus, l. pen. ubi Dd. C. de teſta. mil. nec in
expeditione exiſtentibus, aut ad eam paratis,
l. milites. 15. C. eo. tit. ſed domi manentibus, ac
commorantibus certo loco, l. milites. 15 C. eo.
tit. l. miles. 34. ubi gl. uerb. domi. ex quib. cauſ.
maior, Secus eſt in eo, qui eſt in ꝓcinctu & ex-
peditione & ſtipendijs, ac ad caſtra redit atq;
cõmeat pro Principis uoluntate, d. l. qui mit-
tuntur. 35. ult. uerſ. dũ uadit aut redit. ex quib.
cauſ. maior. l. 3. l. 4. de re milit. Roman. conſil.
263. numer. 2. Si quidem igitur d. D. non tan-
tùm in ſtipendio regis, ſed etiam præpoſitus
militibus in caſtris degẽtibus fuit, & quidem
durãte adhuc bello hæc diſpoſuerit, etiã ſi ali-
quandiu in ciuitate abſuit, tamẽ cùm tantùm
ad tempus ibi fuerit, animumq; reuertẽdi ad
caſtra & militiam habuerit, ſicut hæc ipſa ſcri-
ptura indicat, quę illius incerti euentus & co-
gitatione mortalitatis facta uidetur, certè di-
cendum eſt, eum iure militari teſtari potuiſſe:
& proinde cùm hæc eius diſpoſitio iure com-
muni non ualuerit, iudicandum eſt, ut actus
ualeat potiùs quàm pereat, ro. tit. de reb. dub.
uoluiſſe eum potiùs diſponere iure militari,
quo actus ualere potuit, quàm iure commu-
63 ni. Non † enim intelligitur elegiſſe uiam, per
quam iudiciũ eius ſubuerteretur, l. 3. ubi Bal.
l. miles ita l. ſi duobus. de teſtam. mil. l. ex his.
C. eod. tit. Itaque regula, quòd miles intelli-
gatur in dubio teſtatus iure communi, intel-
ligenda eſt, quando utroque iure actus uale-
re poteſt: aliàs ſecus, quoniam non præſumi-
tur actum fruſtraneum facere uoluiſſe, Iaſ. nu-
mero 11. & elegantiſſimè Socin. iun. num. 88.
cum ſequent. in l. centurio. de uul. & pup. Imò
64 etiã † cùm ualere poteſt iure communi actus,
ſi tñ pleniùs ualere poteſt iure militari, intelli-
gitur potiùs miles uſus priuilegio ſuo, quàm
iure commune, Lancel. Galiau d. l. centurio.
num. 144. de uulg. & pup. maximè iſto caſu,
ubi adiecta eſt clauſula, Omni meliore mo-
do: *Wie ſolches in beſter form, vnd im Rechtẽ am kreff
tigſten geſchehen khan oder mag*: ita Socin. conſil.
142. reuerẽde. nu. 4. uol. 1. per doctrinã Bal. l.
uerbis. de uulg. & pup. & l. quoties. nu. 3. C. de
hæred. inſt. Iaſ. nu. 10. & Dd. l. eam. C. de fideic.
Cornæ. conſil. 62. aliàs. nu. 4. 6. 11. uol. 2. per l.
codicillis. §. ult. de legat. 2. l. 3. l. conficiuntur. l.
65 quod per manus. de iure codicil. Quod † au-
tem dicitur, etiam talem militarẽ diſpoſitio-
nem corã duobus teſtibus ad hoc rogatis fa-
ciendã eſſe, tantum obtinet in teſtamẽto nun-
cupatiuo: de quo agit §. ult. & ibi Bauer. Inſt.
de teſtã. & §. planè. Inſt. de teſt. milit. in uerbis,
quod & ſine ſcriptura. & paulo pòſt, poteſt ui-
deri ſine ſcripto teſtatus. Nã qa ſæpe in ſermo
nib. talia iactant̃, ideo ut cõſtet de ſeria uolũ-
tate, neceſſe eſt teſtes adhiberi, & ad hoc roga-
ri: qa rogatio ſeriũ ac deliberatũ propoſitũ ar-
guit, d. §. planè. uerb. cõuocatis. Inſt de teſt. mi
lit. l. hæredes. §. in teſtamentis. ubi Dd. de teſta.
At hac ſolennitate nõ opus eſſe, qñ miles ſcri-
ptura ſuã uoluntatẽ declarat, etiã non ſolen-
ni, oſtendit l. milites. 15. C. de teſt. mil. qa ſuffi-
cit, quomodocũq; de eius uolũtate cõſtare, l.
1. de teſt. mil. in prin. Inſt. eo. tit. uerſi. quoquo
enim modo uolũtas eorũ ſuprema inueniat̃,
ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura, ualet teſtamen-
tum ex uolũtate eorũ. ad quod Ieron. Verius
in l. ex facto. nu. 477. de uulg. & pup. Et ſanè
cũ in alijs ultimis uolũtatibus extra teſtamen
tũ nõ reqratur teſtiũ rogatio, l. ul. §. in omniũ.
C. de codicil. ubi Dd. Bar. l. hæredes. §. in teſta-
mẽtis. nu. 1. de teſta. abſurdũ eſſet dicere, quòd
requireret̃ in teſtamẽto militis, quod minore
ſolẽnitate cõſtat, Tiraq. de pia cauſa, priuileg.
3. in fin. ubi ex d. l. diuus. de milit. teſt. arguit à
cõtrario ſenſu, etiã ſine teſtium rogatione, aut
teſtib ſufficere militis uoluntatẽ pro teſtamẽ-
to, dum modò de ea aliter (ut hic per ſcriptu-
66 ram) conſtare poſsit. Vt † igitur alia tam teſti
bus quàm ſcripturis probãtur, l. 5. 6. 7. & paſ-
ſim, l. in exercẽdis. C. de fid. inſtr. l. 4. l. cũ res. C.
de prob. ſic dicẽdum etiam, ultimã militis uo-
lũtatem probari, cùm hæc æquiparent̃, in §. 1.
& §. 2. Inſtit. de milit. teſt. & cũ ſcriptura habet̃
militaris teſtamẽti, teſtes quærendi non ſunt,
d. §. 1. uerb. ſine ſcripta. Inſt. de teſt. milit. l. 1. eo.
tit. l. milites. 15. C. eo. tit. quib. diſertè adæquan
tur hæc duo, uel ſcriptura, uel teſtib. militarẽ
uolũtatem ꝓbari. Vnde ubi alterutrũ ſufficit,
nõ utroq; opus eſt: multo minꝰ eorũ rogatio,
qñ aliàs de uolũtate eius cõſtare põt, Tiraq. in
priuileg piæ cauſæ, priuileg. 5. in fin. per Bald.
Fulgo. & Dd. in auth. quod ſine. Caſtr. Ang. &
alios. l. hac cõſultiſsima § ex imperfecto. C. de
teſta. quia nõ ut ſermones ſæpe temerè iactan
tur inter cõuiuia de aliquo inſtituendo, d. §. 2.
ubi Bauer. Inſtit. de mil. teſtam. ſic etiã ſcriptu-
ræ fiunt, & ſigilla apponũtur: imò intelligitur
unuſquiſq; actum quem ſcribit, deliberatè fa-
cere & probare, quoniã ad hoc tempore & co
gitatione ſcribẽdi ac operatione eſt opus, un-
de quis ſcribendo, uel ſubſcribẽdo ſe obligat,
l. Publia. §. fin. depoſ. l. generaliter. C. de non
num.

num.pec.& probare actum, qui geritur,ac ſcri
ptus eſt,intelligitur,l.anus.de pig. act. l. ſicut.
§.nõ uidetur.quib.mod. pig.l.3.C. quod cum
eo:maximè ſi,ut hic,acceſſerit etiam ſigillum,
67 quo † etiam peræquè ac ſcribẽdo uel ſubſcri-
bendo actus ratificatur: & probatur d. l. 3.C.
quod cum eo, gloſſ. l. 2.uerb. conquiſita. ubi
Bald. C. de reb. alien. non alienan. & l. ſi pro-
curator. uerb. intelligendum. de procurat.
Rom.conſil. 303. hæc ſcriptura. numer. 1. & 2.
Bald.c.1. num.6.7.de pace Conſtan. adeò ut
inde fiat plena probatio, Bar. l. quæ dotis. in
ſi.ubi Dd.ſolut.matr. Dec.& Cano.c.tertio lo-
co.de ꝓbat Fel c.2. in fi. ubi Dec. de fide inſtr.
Imò ſigillatio plus operatᷣ, quàm ſubſcriptio,
Purp.l.admonendi.num 177.poſt Caſt.de iu-
reiur. contra ſigillantem ſcilicet, & eius hære-
dem,Crau.de antiq.tempor. parte 1. §. quæri-
tur.nu. 94. præſertim cùm hic non extraneo
relictum quicquam ſit,ſed fratri hæredi proxi
68 mo, ubi † faciliùs præſumitᷣ deliberata dona-
tio in caſum mortis ob naturalẽ affectionem,
Bal.d.auth.quod ſine per l.nec in ea.de adult.
l.amicis.§.ult.de excuſat. tutor.quàm circà ex
traneum,Tiraq priuil.piæ cauſæ,3.in fi.qui li-
cet loquatur.de liberis,tamen idẽ in aliis pro-
pinquis,l.ſi ſeruus cõmunis.de donat.int.uir.
& uxor.l.quæ dons.ubi Bar.num 23.Iaſ.num.
32.ſolut.matr.Felin.c.nonne.num.14.de præ-
ſumpt.nam & his affectionis & ſanguinis cau
ſa facilè relinqui ac legari in ultima uolunta-
te præſumitur,l.cùm alienam.C.de lagat.l.ce-
tera.§.ſi quis.nu.9.l.ſi domus.§.ſi fundus.nu.
22.l.qui filiab.nu.16.de leg.1. Cùm igitur do-
natio relicti in hac ſcriptura expreſſa ſit, neq;
negetur, eam & ſcriptam eſſe manu d. D. de-
functi,& etiam ipſius uſitato ſigno ſigillatam:
dici aliter nequit, quàm de ipſius uoluntate
ſatis conſtare hinc inter hæredes, & in certis
non eſſe locum coniecturis, l. continuus. §. 1.
de uerbor.oblig.ac proinde ſtare hæredes de-
bere,ei quod teſtator uoluit, Bal.l.pupillorũ.
5.C.de rep hær.per l.liberto.§ Lucius.de ann.
legat.&c. Nam ſi talis ſcriptura à defuncto pa
tre ſcripta ualet inter liberos, authen.quod ſi-
ne. C. de teſta. maximè additis & iis, quæ hic
ſunt addita,& addi debent,Bal.in auth.quod
ſine nu.4.& ibi Natta num.30.Iul.Clar.de te-
ſtam.q.14.nu.2.certè etiã militis talis diſpoſi-
tio ſcripta, & ab eo ſigillata ualere debet, Sal.
l.hac conſultiſſima.in prin.nu.6.C de teſtam.
ubi uolt d.auth.quod ſine.pariter obtinere in
militibus & teſtamento inter liberos: Fallit,
inquit, in teſtamento militari, & in teſtamẽtó
facto inter liberos,authent.quod ſine.C.eod.
Quanquam aũt agat de fœminis in teſtẽ reci-
69 piendis,tamen † cùm ad ſuũ propoſitum alle
get d.auth. quod ſine. non eſt dubium, quin
uelit eã æquè obnnere in militibus ac parẽti-
bus:nam Dd. dicta ſunt accipienda ſecũdum
id quod allegant,Bar.l.non ſolùm.§.ſi libera-
tionis.nu.7.de lib.legat.& facit pro hoc gene-
rale argumentum à ſimili,&c.quod ducitur à
teſtamento militari ad teſtamentũ inter libe-
ros:& contrà,ut expreſsè confirmant idẽ Bal.
Salic.Fulg. d.auth.quod ſine.Caſtr. Ang.& a-
lii d.l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de
teſtam. ut de hoc amplius non ſit dubitãdũ.
Hæc igitur prima hic eſto rei defenſio: altera
ſit,quód,poſito, non conceſſo, quòd hic iure
militari nihil ſit geſtum, tamẽ defuncti fratris
manus & ſigillum probet contra eius hæredẽ
illud recognoſcentẽ,ſicut recognoſcere debet,
l.cùm ab initio. quem. teſtam. aperian. Marc.
deciſ.990. ubi legẽ illam de omnibus in gene
re inſtrumentis intelligendã docet, l.qui agni
70 tis. de excep. Inſtrumentũ † aũt recognitum
pro publico habetur, & fidẽ facit, præſertim
contra eum qui ſcripſit,l.Publia.§.fin. depoſ.l.
generaliter. C.de non numer. pecun. aut eius
hæredem,l.ſi intra. C. de nõ num. pecun. l.ult.
ubi Bart.Rebuff. & Dd. C. de conuen. fiſ. deb.
lib.10.Imò eſt probatio probata,non proban
71 da. Cùm † hic igitur de uoluntate defuncti cõ
ſtet, quòd uoluerit reum fratrem habere hoc
prædium præcipuum pro onere ſoluendi cer-
ti æris alieni,cui reus ſatisfecit: liquet alterum
fratrem cohæredem actorem in foro conſcien
tiæ obligatum eſſe,ut hanc defuncti uolunta-
tem,quamuis non ſolennem,probatã tamen,
ratam habeat: ſecundum communem,quam
firmat Tiraq.in ll connub.circa. fi.gl.2.nu.21.
& hanc fatetur communẽ Didac. Couar. poſt
Panor.nu.10.c.cùm eſſes. n. 5.uerſi ex quibus
apparet hæc cõmunis. de teſtam. Iul. Clar.de
teſtam.q.90.num. 4. & 5.Idq; præſertim pro-
cedit in quæſt. ultimarũ uoluntatũ extra teſta
mentum,de qua hic agitur. Nam in teſtamen
tis requiruntur teſtes ad ſolennitatẽ: ideo nõ
ſufficit ibi uoluntatem probari,quia pactis &
uoluntatibus ultimis extra teſtamentum hæ-
redes nec dari nec adimi queunt, l. hæreditas.
C. de pact. con. & ideo uel uno teſte deficien-
te tanquam forma deſtructa, teſtamentũ cor-
ruit,etiamſi uoluntas probari per ſex poſsit,l.
ſi unus.C.de teſtam. At in cæteris ultimis uo-
luntatibus, de quibus hic tãtùm inductus eſt
quinq; teſtiũ numerus, ne falſitas facilè ſtrui
poſsit in paucorum conſcientia, l. ult.B.de fi-
deicommiſſ. Cùm igitur conſtet abſq; alia ſu-
ſpicione uolũtas teſtatoris, (ut ex eius ſcriptu
ea hic) ceſſat hæc ratio,& ideo iuris ciuilis de-
ciſio,c.cùm ceſſante, de appel. c. etſi Chriſtus.
de iureiuran.Præterea lex ciuilis habet fundã
mentum à præſumptione falſitatis: quæ præ-
72 ſumptio ceſſet in iudicio animæ, ubi † tãtùm
ueritati locus eſt,c.tua.c.is qui fidem.de ſpon
ſal.Bald.l.cùm quis. in ſi.C.de iur.& fact.igno
ran.Panor.& alii c.quæ in eccleſiarũ.de conſt.
73 Tertiò † ex minus ſolenni uolũtate oritur ob
ligatio naturalis, l. ultim. ubi Bald. C. ad l.
Falcid. l. in teſtamento. de fideicommiſſ lib.
l.fideicommiſſum.C.de condict.indeb. gloſſ.
Bart.& Dd.l.cùm quis. C. de iur. & fac. ignor.

l. 1. ubi Iaſ. de cond. indeb. Imol. c. ult. de ſolut.
& hãc cõmunem eſſe ſtatuit Iaſ. d. l. cùm quis.
nu. 13. Quamobrem id debitũ naturaliter ſol-
uendum eſt in animæ iudicio, ex lege diuina:
Nemini quicquam debeatis, præter charitatẽ,
Bart. in ex̃. ad reprimendum. uerb. denuncia-
tionem. Panor. c. quia plerięꝗ. in fin. ubi etiam
Ant. But. de immun. eccleſ. Anch. c. poſſeſſor.
quæſt. 1. de reg. iur. in 6. Panor. c. cũ eſſes. 2. lect.
nu. 10. 15. & ibi Couar. nu. 5. de teſtam. & c. 1. de
in integ. reſt. in fi. Innoc. c. quod ſicut. de elect.
Bart. tract. minor. cap. 3. Iaſ. l. ſi non ſortem. in
princ. de cond. indeb. Tiraq. de ll. connub. gl.
2. nu. 21. Quanquam autem hanc ſententiam
refutare conetur Couar. d. c. cùm eſſes num. 6.
tamen cùm ſit cõmunis, ab ea non eſt receden
dũ: & proinde cùm mortaliter peccet, qui cõ-
tra tale teſtamentum petit, Panorm. in relec. c.
cùm eſſes. in 9. notab. de teſtam. Ripa l. nemo.
num. 100. & ibi Iaſon numer. 102. in 2. lectura,
de leg. 1. meritò à magiſtratu coercendus eſt,
& reijciendus, quia malitijs non eſt indulgen-
dum, l. in fundo. de rei uend. etiam per denun
ciationem euangelicam urgẽdus, ut deſiſtat,
Bal. Iaſon & Dd. d. l. cùm quis. C. de iur. & fac.
ignor. Alb. in d. c. cùm eſſes. ubi & Didac. Co-
uarr. licet contrà ſentiens, num. 10. Ripa d. l.
nemo. nu 88. de legat. 1. Alciat. in c. nouit. nu.
47. de iudic. &c. Ex hac autem theſi, nempe
quòd ex uoluntate minus ſolenni relicta na-
turaliter debeantur, oritur tertia, & quidẽ fir-
miſsima hui⁹ rei defenſio: nempe quòd cùm
poſsideat ex tali uoluntate iſtud prædiũ, non
cogatur illud petenti cohæredi reſtituere, Bar.
num. 18. Ripa poſt Imol. & Alex. nu. 97. & ibi-
dem Iaſ. in 1. lect. num. 70. & in 2. lect. num. 94.
de legat. 1. Capic. deciſ. 89. nu. 2. Ioan. Dilec. de
arte teſtandi tit. 3. caut. 3. num. 3. & hanc opi-
nionem dicit communem Bart. conſi. 212. nu.
19. lib. 1. in 2. part. Iul. Clarus de teſtam. q. 90.
num. 4. Quanquam autem negent Dd. poſſe
hæredem in iudicio exteriore (nempe fori, nõ
poli, neq; cõſcientiæ) uti hoc iure retentionis,
ſicut legatarius põt, Alex. d. l. nemo. ubi hanc
Iaſon fatetur communem, num. 75. in 1. lect. &
Ripa nu. 102. de quo miratur Couar. d. c. cùm
eſſes. nu. 10. uerſic. quarto: Nam ſi, inquit, lega
tario permiſſum eſſet, non uideo, qua ratione
hæredi idem ius negetur. Sed hoc nihil miran
dum, nec in eo ulla eſt diſcrepantia. nã d. theo-
rica Dd. accipienda eſt, quòd hæres nihil ſic
poſsit retinere iure hæreditario, & ut hæres:
quia hæreditas, ſeu hæreditariũ ius, ut ciuile,
nullo iure poteſt deberi, quàm ex ciuili iure,
hoc eſt, aut lege ab inteſtato, aut ſolenni teſta-
mento ex cauſa teſtati, l. hæreditas. C. de pact.
conuen. Idcirco iuſtis hęredibus hęreditatem
uel rem iure hæreditario poſſeſſam repetenti-
bus, non poteſt opponi ius retentionis ex uo
luntate non ſolenni: cùm ne quidem ex ſolen
ni debeatur extra teſtamentum. Et hæc eſt o-
mnino mens ſcribentium, ut declarat Iaſ. in d.

l. nemo. in 1. lectur. nu. 75. & Ripa ibidem nu.
202. in l. ſi poſt diuiſionem. num. 5. C. de iur. &
fac. ignor. Bertr. d. conſil. 212. num. 21. in fin.
Iulius Clar. de teſtam. quæſt. 90. nu. 6. ubi ad-
74 dit rationem hanc: quia † lex regulariter mul-
to plus fauet ſuſtinẽdis legatis, quàm inſtitu-
tioni hæredis, ut de hoc multa exempla con-
gerunt Dd. in locis præallegatis. In præſente
autem agimus non de re iuris hæreditarij, ſed
iuris pręallegati cõceſſa, & hinc reo relicta: ꝓ-
pterea quòd defunctus uoluit reum hoc præ-
dium habere præcipuum. Conſtat enim, hæ-
redem eiuſmodi prælegata, ſeu præcipua, re-
ſpectu cohæredis non retinere, præcipere, te-
nere iure hæreditario, ſed iure prælegati, l. fi-
lium quem. ubi gloſſ. uerb. percepit. uerſic. hic
autem hæreditarium non fuit, quod accepit
cauſa conditionis adimplendæ. Item alia ra-
tione: quia ſi duo ſumus cohæredes, & à me
tibi, & à te mihi legatũ relinquatur, l. in quar-
tam. ff. ad l. Falcid. l. Titiæ ſi nupſerit. de con-
dit. & demonſt. Eſt igitur hactenus legatarius:
gl. d. l. filium quem. ubi Coraſ. & Dd. C. famil.
herciſc. ut in iudicio familiæ herciſcundæ, uel
communi diuidundo, hæc præcipua, uelut a-
lia onera, deducantur. l. Pomponius. 8. l. ſi ita
legatum. 42. ff. famil. herciſc. l. 1. C. ſi cert. pet.
d. l. filium quem. ſicuti nouum etiam non eſt,
diuerſis reſpectibus aliquem unum diuerſas
perſonas ſuſtinere, l. tutorem. de his quibus
ut indig. Baldus in l. 1. in fin. C. de rebus cred.
Blanc. in tract. de compro. quæſt. 2. nu. 41. Ia-
tẽ Euerar. in loco legali de tanquam ſeu reſpe
ctiuis: ut hic non obſtet, quod dicitur, rem
75 † eandem nõ poſſe iure hæreditario, & iure le-
gati teneri, gloſſ. d. l. filium quem. uerb. perce-
pit. C. famil. herciſc. per l. Titiæ ſi nupſerit. de
condit. & demonſt. nam intelligitur eiuſdem
partis reſpectu: quod nihil prohibet, quo mi-
nus reſpectiuè, & per iuris diuiſionem partim
tenere rem ſibi præcipuè relictam iure hæredi
tario, nẽpe reſpectu ſuæ partis, quã in ea iure
hęreditario abſq; legato haberet & habet, par
tim iure relicti & legati, reſpectu partis quã co
hæres in ea haberet, niſi legatũ eſſet relictum,
d. l. filium quem. d. l. in quartã. ubi Dd. quam
ſolam partem hic A. cohæres petit, ut ſuam,
non uerò partem P. rei, quam iure hæredita-
rio haberet: ea enim actori non debetur, neq;
peti poteſt. Itaq; dicendum eſt ex præfata Dd.
theorica, huic reo ius retentionis ex ultimæ
huius uoluntatis pacto eſſe, & proinde eum
abſoluendum eſſe: obiectu huius iuſtæ exce-
ptionis ex communi Dd. theorica ſuprà alle-
gata: quam firmat Clar. de teſtam. quæſt. 90.
num. 4. quamuis eam impugnet Couar. d. c.
cùm eſſes. nu. 10. de teſtam. per l. ſi creditoris.
76 C. de fideicommiſſ. &c. Sed † in conſulendo &
iudicando non eſt ab opinione communi re-
cedendum, Bart. num. 5. Angel. & Dd. l. ult. C.
de pœn. iudic. qui malè iudic. Panor. in c. pru-
dentiam. 21. in princ. de offic. deleg. &c. ult. in
fin.

fin. de ſecũ. nuptijs, Ioan. And. Hoſtienſ. Ant.
de Bui. Imol. num. 16. Felin. num. 54. Franciſ.
Corſ. num. 23. Dec. nu. 28. in 1. lect. & numer.
11. in 2. lect. Auguſt. Bero. numer. 268. Marcus
Man. num. 109. & Dd c. 1. de conſtit. Henning.
God. latè conſil. ult. de pręſcript. pign. numer.
253. latè Anton. Man. Coraſ. in tract. com. o-
pin. in præfat. num. 27. & libro 2. tit. 8. numer.
16. cum ibi allegat. ut idem ſæpiùs fatetur, c.
poſſeſſor. parte 2. in princip. de reg. iur. in 6. &
hoc receptum eſſe communiter, multis pro-
bat Coraſ. præalleg. loco, Bald. c. ne innitaris.
num. 6. de conſtitut. & c. iudices. uerſic. ſed ad-
huc teneo in dubium. num. 4. de pace iur. fir-
man. ubi latè Barbat. in addit. Fab. in præfat.
Inſtitut. num. 2. & ibi Ioannes Garro, Imol. l.
filio. num. 27. de iniuſt. rup. teſtam. Harmen.
l. 4. §. rato. numer. 283. de uerb. oblig. Gemin.
cap. 1. in 6. not. de ſumm. trin. in 6. Guid. Pap.
ſing. 512. communis opinio. Rom. conſil. 179.
ampliſs. num. 12. Par. de Put. de ſynd uerb. in-
dicare. cap. 3. Ferra. caut. 31. num. 1 Villalob in
tract. commun. opin. uerb. communis opinio.
cum ſimil. quos penè infinitum ad modum
cumulat Coraſ. præalleg. loc. Quanquam au-
tem dimidiam tantùm iure legati, hoc eſt, re-
ſpectu cohæredis, poſsidet hic reus: tamen in
totum eſt abſoluendus. nam alteram dimi-
diam, hoc eſt ſuam, quam iure hæreditario ha
bet & poſsidet pro indiuiſo, omnino retinet
& retinere debet: etiamſi nulla ultima uolun-
tas extaret, nec illa in hoc iudicium eſt dedu-
cta, uel petita, ſicut nec peti poteſt: ſed tan-
tùm illa altera dimidia, quam in hoc præ-
dio cohæres actor deberi ſibi, & cuius reſpe-
ctu æqualiter idem hoc prædium diuidi de-
bere intendit: quam dimidiam cùm ex hoc
pacto, quod ultimam uoluntatem inducit, &
relictum fideicõmiſsi ſapit, teneat reus, & ea-
tenus exceptione retentionis defendatur, me-
ritò etiam ab hac actione abſoluitur, per præ-
dicta. Præterea non eſſet os in cœlum ponere,
ſi diceremus, locum hic habere l. fin. C. de fi-
deicom. §. ult. Inſtit. de fideicom. qui text. non
requirunt inficiationem hæredis, ſed tantùm
quòd defunctus omiſſo more teſtandi ſolen-
ni rem fidei hæredis commiſit. Atqui reus hic
eſt hæres non minus quàm actor: & hic fate-
tur clam ſe defunctum hoc cum ſuo fratre B.
nempe reo cohærede, tractaſſe ac diſpoſuiſſe:
in quo cùm defuncti manum & ſigillum re-
cognoſcat, à quo alioqui opulentam hæredi-
tatem conſequitur, non eſt ferendus, ſi tale
relictum ualere nolit, cõtra d. l. ult. C. de fidei-
77 commiſ. cuius † facta præſtare alioqui, & im-
plere, ut hæres, cogitur, l. cùm à matre. C. de rei
uend. Bald. & Dd. l. poſt mortem. de adopt. cę-
teroqui ad totale intereſſe tenetur, Arrius Pi-
nel. l. 1. parte 3. mihi fol. 560. C. de bon. mater.
Henning. God. conſi. feud. 15. num. 8. Alexan.
conſil. 28. numer. 18. lib. 5. Afflict. & Dd. cap. 1.
an. agn. uel fil. Dec. conſ. 208. ad clariorem. nu.
4. & 5. Neq; uerò dubium eſt, quin ſi rogatus
fuiſſet defunctus, an hoc prædium ſine litigio
A. actoris nõ uellet præcipuum manere apud
B. reum, quòd omnino reſponſurus fuiſſet, ſe
hoc uelle, ſicut & coram amicis ſæpe profeſſus
eſt, & idem ſcripſit, & ſua manu, ſuoq; ſigillo
teſtatus eſt. Non autem pręſumitur aliud ſcri-
pſiſſe, uel dixiſſe, quàm ſenſerit, l. Labeo. de
ſup. legat. quia animi interpres eſt oratio, l.
cùm uirum ubi Coraſ. eleganter in princ. C.
78 de fideicom. Quocirca † hoc pro expreſſa &
aperta eius uoluntate habendum eſt, gloſſ. &
Dd. l. tale pactum. §. fin. de pact. Socin. poſt
Bald. l. hæreditas. §. cùm ita. ad Trebel. Bald.
l. 1. C. quæ res pig. Iaſ. & Dd. l. Titius. §. Lucius.
de lib. & poſth. & l. 3. C. de lib. præter. Anton.
Gab. Roma. lib. concluſ. 6. concluſ. 10. per to-
79 tum. Poſtremò † cùm hic reus ſit poſſeſſor, e-
tiam in dubio pro eo eſt pronunciandum, l.
fauorabiliores. de reg. iur. c. cùm ſunt pręciũ.
de reg. iur. in 6. cum ſimil. Iaſ. & Dd. l. de die. in
princ. qui ſatiſd. cogan. c. ult. de re. iud. c. ult. de
iureiur. quam regulam etiã ualere in iſtis du-
plicibus iudicijs, ſuprà oſtenſum eſt ex com-
muni doctrina Iaſon. & Dd. l. duo. de re iud. l.
in tribus. ubi gloſſ. Bald. & Dd. de iudic. præ-
ſertim cùm tam multa pro reo hic faciant, de
quibus diximus: ut ualere debeat regula;
Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, c.
cauſam. de probat. cap. præterea. de teſtib. l. 2.
de excuſat. tut. Ex quibus omnibus iure, tam
militari, quàm communi, cõcurrentibus, nõ
eſſet abſurdum dicere, reum hic eſſe ab hac a-
ctione abſoluendum: expenſis tamẽ propter
tam implicatam cauſę dubietatem compenſa
tis, prout fieri moris eſt, & ſtyli, per theoricam
Iaſ. & Dd. in l. properandum. §. ſiue autem. C.
de iudic. cum ſimilibus: Saluo.

CONSILIVM XXXIX.

De iuris perſonalis ac realis diſtinctione.

SVMMARIA.

1 ¶ *A perſonis ad res rectè ducitur argumentum.*
2 *Seruitutes perſonales à realibus qua nota diſtinguantur.*
3 *Iura realia cum prædio manẽt ac tranſeunt, perſonales non item.*
4 *Fiſcus quando ueniat appellatione hæredis.*
5 *In materia difformi hæredes accipiuntur reſpectu*

ſpectu familiæ.
6 *Retractus utrùm ius perſonale, an reale.*

7 *An liceat hypothecam in re ſua retinere, ſine conſenſu ſuperioris.*

MAGNA perſonarũ & rerũ eſt
in iure affinitas, quoniã utrũq;
huius ponitur obiectum, l. 1. 2.
de ſta. hom. §. ultim. Inſt. de iu-
re nat. gent. & ciuil. ubi Angel.
1 Fab. & Dd. unde † ab altero ad
alterũ rectè ducitur argumentũ, l. qui funere.
21. de ſta. hom. l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita lega
rũ. de leg. 1. l. ſi quis filio. de iniuſt. rup. teſt. gl. l.
cùm quid. ſi cert. pet. Euera. loco à perſ. ad res:
in hoc tenui diſcrimine ſæpius dubitari cõtin
git, utrùm ius perſonale, an reale ſit id, de quo
diſceptatur, tam in realibus, ut iure aquæ, pa-
ſcendi, lignãdi, ac ſimilibus ſeruitutibus, quæ
hactenus parificantur, l. 3. l. ueluti. de ſer. ruſt.
prędior. quàm perſonalibus, ut iure retractus
conuentionalis, &c. In ſeruitutibus teneatur
2 hæc maxima, Quoties † ad uſum perſonæ cõ-
ſtituuntur, toties eſſe perſonales, l. uſus aquæ.
22. de uſu & habit. l. plenũ. 12. uerb. lignis ad
uſum quotidianum. & l. diuus Adrianus. 23.
eod. tit. l. Lucius. 37. de ſeruit. ruſt. pręd. Cyn. l.
ult. num. 3. C. de præſcrip. long. temp. per l. pa-
ter. 6. de ſer. leg. l. annua. 10. §. 1. de ann. legat. ſi-
cut etiã quoties factũ ſeu facultas conceditur,
l. apud Iulianũ. aliàs eſt l. Aphricanus. 40. cũ
ll. ſeq. de leg. 1. Bar. l. pater. num. 7. de ſer. legat.
Cæpol. cap. 2. de ſer. real. nu. 10. Cap. l. Lucius.
nu. 2. de ſer ruſt. Bal l. pen. num. 12. C. de cond.
inſer. quia factũ, ſeu facultas ad pſonas refer-
tur, ut in uſufructu, uſu operis, &c. & paſsim,
ff. & Inſt. de ſtipul. ſeruor. Quandocunq; uerò
ad uſum prædij conſtituit̃ ſeruitus, perhibea-
tur tum eſſe realis, Cyn. d. l. ult. numer. 3. C. de
præſcrip. long. temp. Bart. l. 1. num. 2. de ſeruit.
per d. l. Lucius. & l. pecoris. de ſer. ruſt. l. Mela.
14. §. 2. de alimen. & cib. leg. glo. l. 1. uerb. com-
putanda. de ſer. ruſt. per l. qui aliena. §. uno.
de neg. geſt. l. 2. 3. 4. 5. 6. de ſer. ruſt. præd. ubi
Caſt. Angel. in §. ult. Inſt. de ſeruit. dicens hanc
eſſe communem. Quod & tum fieri creditur,
cùm conceditur perſonæ, tãquam prædij do-
mino, uel quoties uſus ſeruitutis, in quo uerti
tur nimirum tanquam ſuo cardine ac fine, l.
uiæ. 17. uerb. uſus ſeruitutis. de ſeruit. l. uſus.
de uſu & hab. l. Mela. 14. §. de de alimen. leg. re-
fertur ad prædium, & ſecundum id determi-
natur, Bar. Caſtre. & Dd. d. l. pecoris. l. Lucius.
de ſer. ruſt. Bald. rub. C. de uſuf. Angel. d. §. ult.
Inſtit. de ſer. Cæpoll. de ſeruit. cap. 2. de ſer. rea-
li, num. 6. & de ſer. ruſt. præd. cap. 4. & de aquę
duc. num 4. 5. 6. & cap. 7. de ſer. aquæ hauſtus:
3 cuiuſmodi † quidem cum prædio manent, ac
tranſeunt in quemlibet poſſeſſorem, d. l. peco-
ris. ubi gloſ. l. ſi mihi. §. ult. l. uia. §. ſi fundus. l.
cum fundo de ſer. ruſt. prędior. l. cùm fundus.
comm. prędior. l. etiam. C. de ſeru. l. neq;. quib.
mod. uſusfru. l. penult. de ſer. leg. l. idem Iulia-
nus. §. ſi alieni. de legat. 1. Ang. §. ult. Inſt. de ſer.
gloſ. Bart. & Dd. l. peto. §. fratre. de legat. 2. Soc.
conſil. 150. in cauſa. num. 2. 3. uol. 2. etiam in fi-
ſcum, l. uia. 23. §. ſi fundus. de ſer. ruſt. præd. ac
feudi dominũ, c. 1. §. ſi uaſallus. hic finitur lex.
c. 1. §. 1. contrario. de inueſt. de re alien. fac. ubi
Bald. num. 3. Perſonales uerò ſeruitutes cum
perſona perimuntur, l. uſus aquæ. de uſu &
hab. l. pecoris. l. Lucius. de ſer. ruſt. præd. l. a-
pud Iulianum. ſi quis alicui. de legat. 1. l. pa-
ter. de ſer. leg. l. Mela. §. 2. de alimẽ. leg. l. 1. & paſ
ſim, de uſufruct. leg. l. antiquitas. C. de uſufru.
Angel. conſil. 2. præmitto. num. 2. Bald. cap. 1.
num. 2. de nat. ſucc. feud. Alex. conſil. 22. uiſo.
num. 4. uol. 5. conſil. 107. in cauſa. nu. 4. uol.
4. per c. fin. ſi de feu. con. c. 1. §. etſi cliẽtibus. de
alie. feud. ſicut & reales, ope ſaltem exceptio-
nis, quando certas ad perſonas ſunt reſtrictæ,
d. l. pecoris. ubi Bart. Bal. Caſtr. & Dd. de ſeru.
ruſt. pręd. d. l. antiquitas. ubi Bal. & Salic. C. de
uſufr. Bald. conſil. 283. uerba. uol. 3. Soc. conſi.
250. in cauſa. num. 3. uol. 2. quæ omnino non
tranſeunt in fiſcum, Bart. l. 1. num. 1. C. de bon.
lib. aut extraneum ſucceſſorem, §. emphyteu-
ſis in auth. de non alienan. Bart. Caſtr. Iaſ. nu.
21. 27. 28. 34. in l. Gallus. §. etiã. de lib. & poſth.
Angel. conſil. 206. chariſsime. Alex. conſil. 93.
conſultat. uol. 3. conſi. 125. attentis. uol. 5. Affli.
4 deciſ. Neap. 385. dubium. num. 2. qui † licet in
materia indifferẽti ueniat appellatione hære-
dis & ſucceſſorum, l. ſciendum. l. hæredis ap-
pell. de uerb. ſig. l. in annalibus. C. de legat. l.
antiquitas. ubi Caſtr. num. 1. 2. C. de uſuf. l. qui
per ſucceſsionem. l. in pari. §. hi qui. de reg. iur.
l. ſtipulatio iſta § ſi quis ita. de uerb. obli. Bar.
Caſt. Iaſ. num. 12. 36. & paſsim, & Dd l. Gallus.
§ etiamſi. de lib. & poſth. Bald. l. ult. C. de hær.
inſt. & conſil 114. quædam. num. 2. uol. 1. Alex.
conſi. 36. uiſo. uol. 3. conſ 174. uiſo. uol. 5. Soc.
conſ. 249. numer. 13 uol. 2. Ang. conſil. 136. in
quæſtione. nu. 1 conſil. 306. chariſsime frater
5 in princip. Secus † tamen in materia differen
te, nec uniformi, Bald. conſil. 283. uerba. uol. 3.
Ang. d conſ. 306. Alex. conſil. 49. uiſo: num. 9.
uol. 6. ubi uidelicet nõ eſt eadem & uniformis
ratio inter omnes ſucceſſores, & reſultaret ab-
ſurditas, Alex. d. conſil. 49. nu. 9. uol. 6. uel na-
tura rei repugnat, ut in emphyteuſi, Alex. cõſ.
36. uiſo. nu. 4. & 9. uol. 3. per §. emphyteuſis. in
auth. de non alie. feud. Bald. l. ult. nu. 19. C. de
hær. inſtit. c. 1. §. donare. qualiter olim feu. pot.
alie. gl fin. & Dd. l. ex facto. §. ſi. ad S.C. Trebel.
Iaſ. poſt alios, d. l. Gallus. §. etiam. nu. 16. & 24.
& §. inſtituitus. nu. 26. de lib. & poſt. per c. 1. §. et-
ſi clientulus. de alie. feud. c. 1. de duob. frat. A-
lex. conſil. 95 requiſitus. nu. 6. uol. 7. Bal. conſ.
114. quædã. uol. 1. & in ijs, ubi hæredis nomen
intelligitur reſpectu familiæ, eodemq; reſtrin-
gitur, Bald. l. ult. num. 6. C. de hær. inſt. Iaſ. l. in
6 annalibus. num. 1. C. de legat. De † retractus
quoq;

quocꝫ iure diſputatur, utrùm reale ſit, an perſonale? Caſtrenſis nedum illud, quod proximitatis ergò, & propter cõſanguinitatẽ datur & exiſtit, uult eſſe reale: quod etiam firmat Tiraq. de retract. prox. §. 8. gl. 5. num. 6. cum ſeq. utrùm etiam quod fluit ex conuentione, l. 2. C. de pact. int. empt. & dicit hoc nomine utilẽ eſſe in rem actionem, Caſtr. in l. ſi conuenerit. de pign. act. quod ſequuntur Cæpol. conſil. 49. principale dubium. num. 3. & 4. allegans ad hoc Bar. l. in diem. num. 2. 3. de aq. pluu. arcen. ad idem Socin. conſ. 80. in quæſtione. lib. 3. qui dicit hanc Caſtr. opinionem dantis hoc caſu utilem uindicationem contra tertium, eſſe ſingularem, Dec. conſil. 614. in cauſa. Chaſſan. conſil. 41. quia in fin. conſil. 33. Hugo. col. 3. ubi ſecundum hanc ſententiam aſſeuerat fuiſſe iudicatum in parlamento Pariſienſi & Burgundiæ: & idem ſeruari in ducatu Sabaudię, teſtatur Cagn. l. 2. col. 8. uerſi. limita. C. de pac. inter emp. & alij, quos cumulant Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. num. 7. & §. 3. gloſſ. 1. num. 1. & 2. Chaſſ. in conſuet. Burg rubr. 5. §. 1. numer. 27. & 37. Amplius dicit Tiraq. in d. §. 3. num. 7. non eſſe dubitandum, quin hæc opinio ſit uerior: quoniam promittens rem uenditori reuendere, cẽſetur mercem pro hoc pignori obligare: quia nec uẽditor aliter tradit, quã ſub hoc pacto & iure, l. creditor. 7. §. poſt diuiſionem. ubi notant Bart. & Bald. qui pot. in pig. Bald. l. creditores. in fin. C. de pignor. & conſil. 200. tria ſunt. in 2. dubio, lib. 4 Cępoll. de ſimulat. contract. in princ. num. 1. Tiraq. in fine retract. conuent. numer. 123. dein de quoniam hęc actio eſt reuocatoria, Chaſ. d. rub. 5. §. uerb. le peult racheter nu. 1. 2. 3. Tiraq. retrac. prox. §. 8. gloſ. 5. num. 6. quæ licet ex contractu deſcendens, tamẽ quoniam in rem ſcripta eſt, datur contra tertium quocꝫ poſſeſſorẽ, §. item ſi quis in fraudem. ubi glo. & Dd. Inſtit. de act. adde Fab. in l. 1. num. 17. C. de ſum. trinit. & §. ex non ſcripto. num. 12. Inſt. de iure nat. gent. & ciuili, Cæpol. conſil. cauſ. crim. 43. clariſſ. & conſil. 65. quod dominus. numer. 2. 3. Contrarium tamen plericꝫ ſtatuunt, nempe ſicut actio perſonalis eſt, qua retractus petitur, gloſ. uerb. dabit. l. 2. C. de pac. inter emp. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gl. 1. nu. 2. ſic etiam ipſum hoc ius eſſe, Iaſ. l. quædam §. nihil intereſt. nu. 7. de eden. Ro. Aret. & alij, l. pen. de acq hæred. Iaſ. l. 1. §. ſi hæres. numer. 3. & 6. ad Trebel. pro qua ſententia eſt l. cùm hæreditas. l. ſi hæres. §. ult. ad Trebel. l. ultim. §. 1. ubi gloſ. de contrah. empt. argumento ab effectu ad cauſam reductio: qualis enim effectus, talis & cauſa, ac retrò e diuerſò, l. 4. de iuſt. & iur. ubi Dd. Bald. c. 1. in princ. quibus mod. feud. amitt. Euerar. loc. leg. à minore, in fin. Et ratio eſt: quoniam pactum uenditoris non debet nocere tertio, qui cauſam ab emptore habet, Tiraquel. de retract. prox §. 1. gloſſ. 9. num. 129. & §. 8. gloſſ. 5. num. 6. ut hanc ferè ſtatuunt cõmunem, nempe quòd hoc ius ſit ꝑſonale, nec exerceri poſſit contra tertium, præter emptorem, ac eius hæredes: ac ita tenent Alexan. conſil. 232. ponderatis. in fin. num. 9. & 10. lib. 6 Dec. conſ. 85. ualet ſtatutum. per tot. Chaſſan. in conſuet. Burg. rub. 5. des rentes, § 1. nu. 27. 29. Schurff. conſil. 13. ſenatus, num. 5. 6. centur. 1 Zaſ. conſ. 12. nu. 34. Facit & illa ratio, quòd non debeat eſſe maior uis taciti, quàm expreſsi, Dd. l. 3. ſi cert. pet. Tiraquel. in leg. cõnub. uerb. expres. glo. 5. num. 40. Sed ubi expreſſè prohibita eſt in contractu alienatio, non impeditur dominij trãslatio, nec inducitur ius reale, ſecundũ communem gloſſ. & Dd. l. ea lege. C. de cond. ob. cauſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. de uerb. obligat. l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. l. 1. C. de reb. alien. non alie. Ergo ubi tacitè & per indirectũ prohibita tantum eſt eiuſmodi pactionibus alienatio, multo minus ſubeſſe tale ius reale fingi debet, Tiraq. in retract. conuen. § 1 gloſ. 7. nu. 12. ubi dicit eſſe communem. ex Raph. Cum. Alex. ad Barr. & alijs, l. 1. de donat. Alex. conſil. 10. lib. 1. Cut. ſenior conſ. 12. Iaſ. l. ab emptione. num. 8. de pac. idem Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 1. nu. 35. Nec uerum eſt, eiuſmodi pactis affici rem, aut pignus in ea conſtitui, cùm ne quidem ob conuentum precium res pignori obligetur, niſi hypotheca ſit expreſſim reſeruata, Dd. l. Iulianus. §. offerri. de act. emp. Contractus enim pignoris, l. 1. de pign. act. inſtar aliorũ eſt facti, l. conſilio. de cur. fur. quod non præſumitur, niſi probetur, l. aſſeuerātio. C. de non num. pecun. diſtingui poſſet, ut retractus proximitatis & familiæ annalis, de quo Tiraq. de retrac. prox. §. 1. gloſ. 10. nu. 3. cum ſeq. conſtit. pro 32. in princ. parte 2. ſit reale ius, & contra tertium exerceri poſsit, Tiraq. de retract. prox. §. 8. gl. 5. num. 6. Nec enim uenit ex conuentione, ſed lege, ſtatuto, quæ ipſo iure plerunqꝫ operãtur, l. ſi unus. §. pactus. de pact. & rem afficiunt, tot. tit. ff. & C. in quibus cauſ. pig. tac. contrah. Cæterùm ius retractus cõuentionale, perpetuumqꝫ, utpote ex pacto ortum, Tiraq. de retrac. cõu. in prin. & §. 1. perhibeatur tantùm perſonale, uelut ipſum pactum eſt, l. ſi unus. §. ante omnia. & paſsim, de pact. cùm impoſsibile ſit, effectum præſtantiorem eſſe cauſa, Bald. l. 4. de iuſt. & iure, c. 1 quibus mod. feud. amitt. Euerar. loc. leg. à minore, in fine: & hanc communem eſſe de iure, fatetur Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 1. num. 35. Quòd autem ipſe & alij quidam contrarium definiant, id non eò fit, quòd id exiſtiment iure communi cõtra placita Doctorum communia defendi poſſe, (in quo nõnulli labuntur) ſed quoniam conſuetudo Gallicana, in qua ſe fundant, & aliorum particularium locorum ſtatuta, hoc nomine dant actionem contra tertium poſſeſſorem, ut attentè conſideranti rationes eorum obuium eſſe poteſt. Nihil igitur hoc ad ea loca, ubi ius commune ſeruatur: quod & nos ſequimur, niſi diſertè

pignus

pignus hoc nomine ſit reſeruatum, & res eam in cauſam expreſsè hypothecata, l. pignoris. 17. de pignorib. l. ſi debitor. 12. C. de diſtract. pig. & ita conſtitutum in ordinat. pro 32. par-
7 te 2. ubi † tantũ hoc nomine datur actio perſonalis ad id, quod intereſt, cõtra emptorem. uel eius hæredem, non realis rauocatoria in tertium poſſeſſorem, iuxta communem in l. 3. C. de cond. ex lege. Quanquam autem aliàs iure Sax. in oppignoratione rei immobilis cõſenſus ordinarij iudicis ſit neceſſarius, Landtrecht lib. 1. art. 52. conſt. pro. 28. parte 1. & 23. parte 2. qui in feudalibus eſt patronus, c. cæterùm. de iudic. c. ex tranſmiſſa. de foro compet. tamen iſto fortaſſe caſu tam ſtrictè non fuerit illud exigendum: cùm liceat cuiq; in rei ſuę alienatione ius aliquod abſq; alia ſolennitate excipere, & ſibi retinere, l. cùm in lege. de cont. emp. l. 1. §. 1. l. 3. §. 2. de act. emp. l. 6. §. 3. l. in tradẽdis. 7. com. pręd. l. ſcribit. §. idem. de auro & arg. legat. l. minor. §. ult. de euic. l. ſi ædificium. 12. de ſeruit. urb. Etenim ſi poteſt liberè priuata ſua uoluntate totã rem initiò retinere, §. per traditionem. §. uenditæ. Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſicut. C. de act. cur non & partem aut ius aliquod poſſet? l. quæ de tota. de rei uendic. atq; ita quidem memini quandoq; iudicari, & uẽditorẽ qui pignus eum ad modum priuata ſolùm cõuentione ſibi retinuerat, præferri creditoribus illis, qui hypothecã pòſt iudicialem erant cõſecuti: quod aliàs contrà eſt, d. conſt. prouinc. 23. parte 2.

CONSILIVM XL.

De excuſatione munerum.

SVMMARIA.

1 ¶ *Tria ſunt munerum genera.*
2 *Quid ſint munera perſonalia.*
3 *Quid realia, ſeu patrimonialia.*
4 *Quid mixta.*
5 *Magiſtratus omnes ſunt munera perſonalia, non mixta.*
6 *Munera perſonalia ſunt triplicia.*
7 *Honor quid ſit.*
8 *Quid munus ſordidum.*
9 *Aetas, aut uacatio nõ excuſat ab honoribus.*
10 *In remiſſione publici muneris nõ intelligitur remiſſum onus ſubeundi magiſtratum.*
11 *Profeſſio, uel ætas tantùm ab extraordinarijs muneribus realibus excuſat, non ab ordinarijs.*
12 *Munera publica potioribus ſunt imponẽda.*
13 *Intereſt Reipub. per digniores regi.*
14 *Incola etiam munera participare debent.*
15 *Sicut quis uocatur ad munera ratione originis, ita & ratione incolatus.*
16 *Mutua eſt obligatio inter ciuitatem & incolam.*
17 *Ciues & incolæ faciunt unam uniuerſitatẽ.*
18 *Eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
19 *Incola quis dicatur.*
20 *Priuilegia Doctorum pertinent tantùm ad Doctores actu legentes.*
21 *Aetas non excuſat ab honoribus.*
22 *Burgimagiſtri & Scabini ciuitatum in locum decurionum ſucceſſerunt, & idem in his ius obtinet.*
23 *Dicta Doctorum intelligenda ſecundum ea quæ allegant.*
24 *Quanam ætas excuſationem à muneribus præſtet.*
25 *Computatur tempus de momento ad momentum.*
26 *In adipiſcendis muneribus annus inceptus pro completo habetur, nõ etiam in ijs deprecandis.*
27 *Cõſuetudo in munerib. maximè attẽditur.*
28 *In caſu neceſſitatis immunitas nõ excuſat.*
29 *Princeps iuſta cauſa motus præſumitur.*
30 *Principes & præfecti prætorio munera imponere poſſunt.*
31 *Electus à curia, et à Principe cõfirmatus, ius excuſandi non habet.*

Rationum decidendi ſummaria.

32 ¶ *Excuſationes ex æquitate oriuntur.*
33 *Doctores excuſantur à muneribus realibus extraordinarijs, non ordinarijs:*
34 *A perſonalibus uerò omnibus indiſtinctè excuſantur.*
35 *Doctores legũ comparantur medicis & alijs profeſſoribus, qui immunitatem habent.*
36 *Firmum ducitur argumentum à rubro ad nigrum.*
37 *Doctores etiam ab honoribus excuſantur.*
38 *Priuilegia uacationem à Principe conceſſa, non excuſant à decurionatu.*
39 *An fruantur priuilegijs excuſationũ Doctores actu non legentes.*
40 *Legũ Doctores omnibus profeſſoribus præſtantiores.*
41 *Doctores licet non actu legentes, tamẽ à perſonalibus muneribus excuſantur.*
42 *Conſiliarij Principũ à muneribus excuſati.*
43 *Etiam à muneribus realibus & collectis.*
44 *Tantũ poteſt quiſq; Princeps in ſuo territorio, quantum Imperator in toto Imperio.*

45 Offi-

45 *Officiales Ducum peraquè ſunt honorabiles, atq; officiales Imperatoris.*
46 *Principum Electorum familia habent ius praefecti pratorio.*
47 *Praefecti pratorio locum Principis obtinent.*
48 *Poſt uiginti annos militia, etiam togata, uacatio conceditur.*
49 *Priuilegia militum armata militia obtinēt in militibus togata militia.*
50 *Doctores, qui profeſſi ſunt per 20. annos, comitum dignitatem habent.*
51 *Vacatio cum militia pleniſſimam immunitatem inducit.*
52 *Duumuiri & burgimagiſtri ex corpore decurionum ſunt eligendi.*
53 *Nec conſuetudo in contrarium ualet.*
54 *Poſitus in una curia, non eſt ad munus alterius curia eligendus.*
55 *Non debent uni duo diuerſa officia imponi.*
56 *In caſu neceſſitatis uni duo poſſunt imponi munera, non tria.*
57 *Qui eſt in uno munere, non debet ad aliud nominari, aliàs habet electionem.*
58 *In muneribus ſeruanda aequalitas, ne perſona ultra debitum grauetur.*
59 *Maioribus honoribus functus, ad minores non eſt uocandus.*
60 *Hominis honori parcendum, & fama.*
61 *Turpe eſt aliquem à maiore officio uocari ad minus.*
62 *In aſcendendo eſt honor, in deſcendendo dedecus.*
63 *Etiamſi prior dignitas & honor retineatur, non tamen imponendū eſt aliud officium minus dignum.*
64 *Inimicitia gratia nominatus habet excuſationem.*
65 *Munera perſonalia iniungenda ſunt ſufficientibus.*
66 *Qui tantùm immunitatem generalem habent, nō excuſantur ab honoribus, ſed bene qui ſpecialem.*
67 *Quando honores ſunt oneri, non honori, datur excuſatio.*
68 *Immunes perſona etſi non excuſantur à muneribus realibus, tamen bene à perſonalibus.*
69 *Exempla non faciunt conſuetudinem.*
70 *Locales conſuetudines non extenduntur.*
71 *Principes nemini tollunt ius ſe excuſandi.*
72 *Excuſationes ſunt tātùm exceptiones & defenſiones, qua nemini debeant auferri.*
73 *Confirmationes ſemper intelliguntur, ſaluo iure tertij.*
74 *Tempus appellandi durat poſt confirmationem, quādo ſolennia non ſunt obſeruata.*
75 *Commune & ordinariū eſt remedium, appellare à nominatione facta.*
76 *Appellatio intra decendium à tempore nominationis proponenda.*
77 *Solennitas nominationis & creationis.*
78 *Quod ipſo iure nō tenet, id ligare nō poteſt.*
79 *Non currit tempus appellationis nominato, donec ei nominatio intimetur.*
80 *In muneribus publicis utilitate, appellatur à nominatione.*
81 *In muneribus publicis neceſſitate, utilitate priuatū, ut tutela, non appellatur à nominatione, ſed ab excuſationū reiectione.*
82 *Veterani à nominatione nō opus habent appellare, ſed ſufficit, quòd ſe excuſent.*
83 *Doctores ſupra uires muneribus grauati, etiam abſque appellatione officio iudicis liberantur.*

EX facto proponitur, an V. I. Doctori & conſiliario emerito, qui iam per uigintiſeptem & amplius annos à conſilijs illuſtriſſ. Principis fuit, dimiſſionemq; ab aula impetrauit, & iam ad annum aetatis quinquageſimumquintum peruenit, poſsit inuito & nolenti, in oppido, in quo commoratur & domicilium fouet, duumuiratus (nunc burgimagiſtrarum appellant) imponi? &, an is ſe excuſandi, & hoc munus deprecandi cauſas ex iure iuſtas afferre poſsit?

AD cuius quaeſtionis deciſionē praemit-
1 tendum eſt, tria † eſſe munerum gene-
ra. Quaedam enim munera ſunt perſo-
2 nalia, quae † inducūtur perſonis propter per-
ſonas, & conſiſtunt in labore perſonae: quae-
3 dam ſunt realia, ſeu † patrimonialia, quae rei
imponūtur, propter rem, & quae poſſeſſorem
rei comitantur: quaedam ſunt mixta, conſiſten
4 tia † in labore perſonae, & in rebus: ut ſunt
quae uulgò *froebnen* uocantur. Itaq; quod Al-
ber. in rep. rubr. de muner. num. 7. dicit, magi-

ſtratus ſuſtinere mixtum munus, quia in officio ſuo habere debent ſolicitudinem animi, & laborem corporis, in authen. ut iuſ. quod praeſta. in princ. id uerum non uidetur: nec enim mixtum dicitur, in quo labor corporis & animi concurrit: in omnibus enim perſonalibus utrumq; concurrere ſolet: ſed dicitur mixtum, quod perſonale partim eſt, partim reale, & ratione poſſeſsionis imponitur, uel, ut ipſemet Alb. in d. rubr. de minoribus, num. 7. verſ. nunc reſtat. definit: Mixtum munus eſt,

in quo ſit mixtura perſonalis & patrimonia-
5 lis. Quare uerius eſt, magiſtratus † omnes mu
nus perſonale ſuſtinere, ut declarat I.C. in l. 1.
& l. fin. ff. de mun. & bonor. Iaſ. poſt alios in l.
placet. num. 1. & 2. C. de ſacroſ. eccleſ. Chaſſ. in
conſue. Burg. rub. 1. de iuſtic. §. 4. ad uerb. indi
cerẽ. nu. 25. cum ſeq. ut ipſemet Alber. de Roſ.
in rep. rubr. de mun. num. 6. & 7. tandem fate-
tur, eos qui ex iure conſulunt & reſpondent,
item gerentes in ciuitate honorẽ, munus per-
ſonale ſuſtinere: & proinde adminiſtrationẽ
reipub. definit eſſe munus perſonale. Porrò
6 † munera perſonalia (de quo genere hîc pro-
priè, ut dictum eſt, agimus) rurſus ſunt tripli-
cia. Quoddam enim eſt munus cum dignita-
7 te, ſeu annexam habens dignitatem: & † iſtud
appellatur propriè honor, l. honor. 14. ff. de
mun. & honor. Hinc pone, inquit Iaſon in d. l.
placet. num. 3. quando aliquis creatur decu-
rio ciuitatis, (hoc eſt, ſenator, qui propriè eſt
caſus noſter) tale munus eſt perſonale, & ap-
pellatur ꝓpriè honor, text. in l. cui. 12. de mu-
8 nerib. Quoddam † eſt munus perſonale, ha-
bens utilitatem exercitij annexam: ut illud
quod appellatur munus ſordidum, de quò
in l. maximarum. l. ſordidorum. C. de excuſat.
mun. lib. 10. Quoddam uerò eſt, quod nec di-
gnitatem habet, nec ſorditatẽ: ut hæc per plu-
ra exempla declarantur in dicta leg. 1. & dicta
l. final. & in leg 1. C. de muner. libro 10. & opti
mè Iaſ. in d. l. placet. Thomat. in tract. de col-
lect. in princ. numer. 9. cum multis ſequent. &
§. placet. per tot. quæ hîc perſequi non eſt ne-
ceſſe, cùm ad primum perſonalium munerum
genus, nempe ad honores, tota hæc quæſtio
pertineat, & ſit referenda. His ita præmiſsis, ut
faciliùs res explicari poſsit, per rationes dubi
tandi ac decidẽdi procedemus. Ac primo in-
tuitu uideri poſſet, inuito huic tale munus,
uel potius hunc honorem, imponi poſſe: pri-
mùm ex diſpoſitione l. in honoribus. de ua-
cat. & excuſat. muner. & l. 2. §. numerus. eodem
9 titul. ubi dicitur, quòd † neq; alia uacatio &
immunitas excuſet ab honoribus, & per con-
ſequens nec à muneribus, quæ honori cohæ-
rent, ut uult gloſſ. in l. 3. C. qui ætat. ſe excuſ. li-
bro 10. ad idẽ gloſſ. in l. uacuatis. 19. C. de de-
10 cur. lib. 10. ubi dicitur, quòd † in remiſsione
publici muneris non intelligatur remiſſum
munus ſubeundi magiſtratus: & Alber. in l.
ſextumdecimum. ff. de uacat. & excuſ. muner.
pro quo facit optimus text. in l. cui. 12. ff. de
muner. ubi uult I. C. cui muneris publici ua-
catio datur, ei non remitti ne magiſtratus fiat,
quòd id ad honorem magis, quàm ad mu-
11 nera pertineat. Secundò, quia † nec ætas, nec
profeſsio, etiam priuilegiata, ut decurionum
& doctorum ac profeſſorum, excuſat ab or-
dinarijs muneribus realibus, uel mixtis, ſed
tantùm ab extraordinarijs, l. qui immunita-
tem. l. profeſsio. C. de mun. patrim. lib. 10. l. 2.
& l. pen. de priuil. ueteranor. l. his oneribus.
leg. 1. §. patrimoniale. de mun. latiſsimè Tho-
mat. in tract. de collect. §. medici. numero pri-
mo, cum multis ſequent. Ergo arguendo à ſi-
mili, idẽ uidetur in perſonalibus ordinarijs,
ut ab his priuilegiatæ perſonæ ſe excuſare nõ
poſsint. Ordinaria autem munera in ciuitati-
bus ſunt honores & decurionatus. Ergo, &c.
12 Tertiò, munera † publica potioribus & hone
ſtioribus indicenda ſunt, l. in honoribus. ubi
Alber. in princip. ff. de decur. l. unic. C. de po-
13 tior. ad muner. nomin. lib. 10. Intereſt † enim
reipubl. eam per digniores & honeſtiores re-
gi, non per pauperes & abiectos, dicta l. in ho
noribus. §. 1. in authen. de defenſ. ciuit. Chaſſ.
in conſue. Burg. rubr. 7. de ſucceſſ. §. 12. in prin.
num. 14. & 15. Sed hæc perſona eſt dignior, &
magis idonea cæteris. Ergo, &c. Quartò, licet
d. perſona non ſit ciuis, ſed tantùm incola ci-
uitatis, fouens ibi domicilium, & alens fami-
14 liam: tamen ſicut † priuilegia & bona ciuita-
tis etiã ad incolam pertinent, Bartol. in tract.
repræſal. in 5. quæſt. num. 1. Caſtr. in l. omnes
populi. numer. 10. de iuſt. & iur. Ang. in tract.
malef. uerb. de Bononia. Chaſ. in cõſue. Burg.
rubr. 3. de feud. §. 7. in fin. numer. 7. Iacob. in
inueſt. uerb. duo. §. item quæro. numer. 1. 2. ita
econtrariò etiam munera ſimul participare
debẽt, & ad ea ſubeunda inuiti cogi poſſunt.
15 Vnde † quemadmodũ quis uocatur ad mu-
nera ratione originis, ita etiam ratione inco-
latus, l. priuilegio. l. ſi in patria. C. de incol. li-
bro 10. Bald. in l. ciues. C. de appellat. Dd. in l.
ciues. ubi Ioan. de Plat. C. de incol. lib. 10. Ete-
16 nim † inter ciuitatem & incolam tacitè intel-
ligitur celebrari contractus ultrò citroq; ob-
ligatorius, ut ait Bart. præall. loc. quo incola
obligatur ad munera, leg. 1. l. incola. ad muni-
cip. & rurſus ciuitas ad defenſionem & pro-
17 tectionem ipſius. Ciues † enim & incolæ faci-
unt unam uniuerſitatem, l. mortuo. ff. de fide-
iuſſ. Ne ergo cenſeantur diuerſo iure, idem iu-
18 ris eſt in incolis, quod in ciuibus: cùm † una
& eadem res non debeat diuerſo iure cenſeri,
l. eum qui ædes. ff. de uſur. ut hæc latiùs tra-
duntur & exponuntur à Dd. in dicta l. ciues.
C. de incol. lib decimo, gloſſ. in cap. ſtatutum.
§. cùm uerò. de reſcript. in 6. Alex. conſil. 142.
uolum. 2. Socin. conſil. 129. Chaſſ. in d. tit. de
feud. §. 7. in fin. numer. 11. Nunc ad propoſi-
tum. Dubitari non poteſt, quin hæc perſona
ſit incola huius ciuitatis, quia ibi domicilium
fouet, & alit familiam, animo commorandi
19 ibi cum uxore & liberis. Incola † enim dici-
tur, qui inhabitat aliquam ciuitatem, gratia
& animo domicilij ibi cõtrahendi: ſic dictus,
ut noſtri uolunt, quaſi ualde colens & hono-
rans ciuitatem, in quam ſe tranſtulit, l. pupil-
lus. §. incola. de uerb. ſig. l. ciues. ubi Dd. C. de
incol. lib. 10. Alber. in rep. rubr. de muner. nu-
mer. 3. Ergo, &c. Quintò, dicta perſona non
uidetur habere aliquam probabilem excuſa-
tionem. Nam uti primùm non poteſt priui-
legio

legio doctorum & magiſtrorum, de quo in l.
20 medicos.C.de pſeſ. & med. lib.10. cum † hoc
tantùm pertineat ad Doctores actu legentes,
& non ad alios, Bart. & Dd. præſertim Rebuff.
nu.2.in l.medicos.C.de profeſ.& med.& idem
Bart.in l.ſed & reprobari.§. amplius. de excu-
ſat.mun. Deinde nec ætate ſe excuſare poteſt.
21 Nam † ætas ne 70.quidem annorum à decu-
rionatu & honoribus excuſat, leg.2. §. nume-
rus.l.in honoribus. de uacat. & excuſ. muner.
nedum ætas 55.annorum. Quare nec à burgi-
22 magiſtratu huiuſmodi ætas excuſat. Nā † con
ſiliarij ac ſenatores & burgimagiſtri ciuitatū
in locum decurionum ſucceſſerūt, ut dicit Al-
ber.in rubric.de decur. in princip. & in termi-
nis idem ius, quod olim ualuit in decurioni-
bus, obtinere nunc in electione conſulum ſeu
burgimagiſtrorū noſtri temporis, & reliquo-
rum officialiū in ciuitatibus, tenet idem Alb.
in l.Imperatores.§.ijdem reſcripſerunt. uerſic.
item quæro. de decur. Quòd autem Bart.in l.
excuſantur.in prin. num.2. de excuſat.tut.ait,
quinquageſimum annum ad excuſationem
muneris ſufficere, in eo manifeſtum eſt men-
dum. Allegat enim ad hoc l. fin. C. qui ætat. ſe
23 excuſ.libro 10. Ideo † iuxta legem, quam al-
legat, eſt interpretandus: ut uult idem Bartol.
in l.nō ſolùm.§. liberationis. de liberat. legat.
Dicta autem l. fin. loquitur non de quinqua-
ginta annis, ſed de 55. & quia nec ſic quidem
dicta l. final. cum reliquis legibus concordat,
24 quæ † requirunt annos ſeptuaginta, aut 75.
interdum ad excuſationem, dicta l. excuſan-
tur.de excuſat. tutor. leg.2.§. primo, de uacat.
& excuſat. muner. leg.3. de iur. immu. leg.3.§.
quamuis.§.iura.de muner. & bonor. ideo mo
derni exiſtimāt in dicta l.final. uitium & men-
dum eſſe, & pro 55. legendum eſſe putant 70.
Sed ut demus, uulgarem lectionē ueram eſſe,
præſertim in honoribus, (nam alibi expreſſè
dicitur, annos 55. à decurionatu excuſare, l.2.
§.final.de decur.ubi gloſſ. dicit, illud in omni
munere perſonali obtinere, excepta tutela: ad
idem gloſſ. in §. item maior. ad uerb. ſeptua-
ginta.Inſtit. de excuſat. tutor. & maiorem 55.
annis decurionem creari inuitum non poſſe,
l.non tantùm. circa fin. ff. de decur.) etiamſi
igitur hoc uerum eſſe ponamus: tamen per-
ſonę, de qua hîc agimus, prodeſſe non poteſt:
quia quinquageſimumquintum annum non
exceſsit, ſed tantùm attigit. Atqui præalleg. le-
ges de maiore quinquaginta quinq; annis lo
quuntur: ut dicta l.fin.dicta l.ſecunda,§. fin.&
dicta l.non tantùm. Quare non poteſt diſpo-
ſitio dictarum legum uerificari in eo, qui non
25 exceſsit, ſed tantùm attigit. Cōputatur † enim
tempus ætatis de momento ad momentum,
26 leg.3.§.minorem.ff.de minor. Quamuis † au-
tem in adipiſcendis muneribus annus ince-
ptus pro completo habetur, l. ad rempubl.8.
ff.de muner. fauore ſcilicet reipublicæ, & æta-
tis minoris, ut plures ſint, qui idoneè reipub.
muneribus atque honoribus fungi poſsint:
quomodo & aliàs cingendus habetur pro cin
cto, l.penult.de milit.teſtam.tamen contrà eſt,
& ſeruatur in muneribus excuſatione aliqua
deprecandis. Nā cùm excuſationes ſint odio-
ſæ, quæ reipub. adminiſtratores idoneos ſub-
trahunt, & uelut priuilegia ſtricti iuris perhi-
beantur, ideo in his annus inceptus non ha-
betur pro completo, ut eſt text. in terminis in
l. terna, de iure immun. ubi gloſſa ita diſtin-
guit, & gloſſ.in l. ad rempublicam. de mun.&
in leg. 3.§. minorem. cuius diſtinctionem ſe-
quitur ibi Bartol. ff. de minor. gloſſ. in §.item
maior.ad uerb. ſeptuaginta. Inſtitut. de excu-
ſat. tutor. Sextò, conſtat etiam eos, qui ſe ex-
cuſare poſſunt, tamen hoc priuilegio excuſa-
tionis nō uti, quando aliter ſe habet conſue-
27 tudo, quæ † in his muneribus maximè eſt
attendenda, l.non tantùm. ubi gloſſ. fin.l.fin.
ubi gloſſ. & Doctores cōmuniter, C. qui ætat.
ſe excuſ. libro 10. text. in l. ſemper.5. §. legem.
ff. de iur.immun. leg.2.in princip. de uacat. &
excuſ. mun. Alber. de Roſ. in rep.rubr.de mu-
ner.numer.3. & numer.7. ubi dicit, conſuetu-
dinem loci in omnibus talibus ſeruari, per l.
honores. C. de decurio libro 10.l. honor.§.de
oneribus.ff.de muner.Ioannes de Plat.in rub.
C.quemad. ciuil. mun.ind.libro 10. Sed con-
ſuetudo ſic fert, ut etiam maiores quinqua-
gintaquinq; annis nominentur in ſenatores
ciuitatis, & burgimagiſtri eſſe cogantur: imò
plerunq; ſenes eliguntur, ut uel ipſum nomē
Senatorium à ſenibus ductum oſtendit. Item
conſuetudo recepta eſt, ut etiam Doctores &
Profeſſores, quamuis ſint Principis conſilia-
rij, in burgimagiſtros nominentur. Ergo, &c.
Septimò, illud certum eſt, quòd in caſu ino-
piæ, etiam maiores ætate, & qui aliàs excuſa-
tionem habent, eligi poſsint, nec excuſationē
28 uti debeant: unde Modeſtinus, Quoties † in-
quit, penuria eſt eorum, qui magiſtratum ſuſ-
cipiunt, immunitas ad aliquid infringitur, l.
ut gradatim.11.§. quoties.l.ad æſtimationem.
16.§.fin.de muner. leg.2. ubi gloſſ. fin. C. qui
ætat.ſe excuſ.lib.10.& in l.ſemper.§. primo, de
iur.immun.ait I.C. ſenes non excuſari, quan-
do non facilè ſufficientes uiri publicis mune-
ribus inueniri poſſunt, maximè ſi electus ſit
idoneus & locuples, dicta l. ſemper.§.1. gloſſ.
fin.in l.fin. Cod. qui ætat. ſe excuſar. libro 10.
Neceſsitas enim omnibus legibus derogat,
leg.1.ubi Doctores, de offic.eius cui man.& o-
mnem immunitatem excludit, ut dicit Ioan-
nes de Plat.in leg.3. Cod. quemadmodum ci-
uil.muner.ind.per leg.1.de offic. conſul. leg.1.
§.cùm eadem.& §.omniū. ad l.Rhod. de iact.l.
curiales.Cod. de decur. libro 10. id quod ma-
ximè hoc caſu dicendum eſt, in quo accedit
29 Principis, qui † iuſta cauſa motus eſſe præſu-
mitur, Bartol. l. relegari. de pœn. Cyn.Bald.l.
reſcripta.C.de precibus Imper. offer. Bal. cap.
eccleſia S.Mariæ.in fin.de conſtit.cum alijs ſu-

prà allegat. Menoch. remed. recuper. 8. numer.
59. 60. cum ſequentib. Aluar. reg. 3. præſump.
8. nu. 3. 4. 5. cum ſeq. ordinatio & authoritas,
l. bonor. 14. §. fin. de muner. Bald. in l. ſi ad ſcri
batum. numer. 3. C. de appellat. cuius ordina-
tioni, ueluti ſalutari legi, propter bonum pu-
blicum eſt parendũ: imò ſacrilegij inſtar eſt,
ei non obtemperare, l. ſacrilegij. 30. C. de di-
uerſ. reſcript. Etſi autẽ illuſtriſsimus Princeps
non eſt ſummus, ſed recognoſcens ſuperiorẽ:
30 tamen conſtat, quòd † ſit præfectus prætorio,
& iura præfectorum habeat, Henning. God. in
conſilio, primis. de elect. & aurifod. Præfecti au
tem prætorio munera imponere atq; induce-
re poſſunt, l. prima, C. de ſuperind. Alb. de Ro-
ſa. in rep. rubr. de muner. num. 3. Octauò & il
31 lud conſtat, quòd † electus à curia, & confir-
matus à Principe, ius appellandi uel contradi
cendi nullum amplius habeat, l. imperatores.
§. ijdem reſcripſerunt. de decur. ubi Alber. nu-
mero primo, allegans ad hoc cap. ult. de elect.
lib. 6. cap. noſti. cap. tranſmiſſa. de elect. cap. ſu
per his. de excuſ. & dicit Alber. prælleg. loco,
id notandum eſſe pro electionibus, quæ quo-
tidie fiunt in conſilijs ciuitatum, caſtrorum &
uillarum, de conſulibus & alijs officialibus.
Sed ſic eſt, quòd iſta perſona nominata & ele-
cta ſit à collegio decurionum in conſulem, &
deinceps à Principe in idipſum confirmata: ut
ex his omnibus concludendum uideatur, di-
ctam perſonã electam ſe ab hoc honore & mu
nere decurionat9 ſeu burgimagiſtratus ex au
thoritate principis delati, commodè excuſare
non poſſe, nec debere.

Rationes decidendi.

HIS tamen omnibus non obſtantibus,
contrarium dicendũ ac decidendum ex ſubſe
quentibus apparet. Nam etſi incolæ à mune-
ribus perſonalibus, quemadmodum ciues,
non excuſantur: tamen hoc uerum eſt, quan-
do nullo ſingulari immunitatis iure ſunt mu-
niti & excepti, unde excuſationem iuſtam ob-
32 tendere poſsint. Excuſationes † enim ex alia
æquitate ortæ, proſunt, leg. 1. ff. de uac. muner.
Alber. de Roſ. in rep. rubr. de muner. num. 14.
Excuſationes autem ex iure iuſtas hæc perſo-
na electa afferre poteſt cõplures, ut ex ſequen-
tibus intelligetur. Primò, qa Doctoratus gra-
dum & officium multis iam annis ſuſtinet ac
33 exercet. Palàm autem eſt, Dd. † præſertim offi-
cium ſuum exercentes, licet non excuſentur
ab oneribus patrimonialibus, realibus, ordi-
narijs, tamẽ deprecari iure munera realia, ex-
traordinaria & ſordida, l. maximarum. Cod.
de excuſ. muner. libro 10. l. archiatros. Cod. de
meta. lib. 11. l. ult. §. ult. de muneribus, l. ab one
ribus. §. angariarum. de uacat. mun. l. ab his. §.
34 angariarum. eodem titul. A' † muneribus au-
tem perſonalibus excuſantur indiſtinctè, l. 1.
l. medicos. l. fin. ubi omnes Dd. Cod. de pro-
feſſ. & medic. Nã cùm allegati textus loquan-
tur generaliter, uidelicet ab omnibus mune-
ribus perſonalibus, tam publicis quàm ciui-
libus eos excuſari, nihil ſanè excludunt, l. Iu-
lianus. de legat. 3. leg. 1. §. generaliter. de legat.
præſtan. cum ſimil. & proinde cùm indiſtin-
ctè loquantur, etiam indiſtinctè intelligi de-
bent, ut uult gloſſ. in d. l. 1. iuxta l. de precio. de
Publicia. in rem act. ad idem gloſſ. in l. his one
ribus. 10. §. angariarum. de uac. mun. Vnde gl.
d. l. his oneribus. dicit, quòd profeſſores ſint
indiſtinctè immunes ab his & alijs oneribus,
ſiue perſonalia ſint, ſiue patrimonialia: quia,
inquit, ſpecialia habent in omnibus priuile-
gia: ſequitur Angel. in §. item Romæ. Inſtit. de
excuſ. tutor. & proinde etiam à decurionatu,
uel magiſtratu municipali, eiuſmodi docto-
35 res excuſantur. Nam † comparantur Dd. le-
gum medicis & alijs profeſſorũ collegijs, quæ
immunitatem habent, d. l. medicos. l. archia-
tros. C. de meta. lib. 12. l. fin. C. de muner. l. in
onerib. §. fin. de uacat. muner. latè Thomat. tra
ctat. de collect. § medici. numer. 7. Conſtat au-
tem medicos, & qui ſunt in alijs collegijs priui
legiatis, à decurionatu & magiſtratibus mu-
nicipalibus excuſari, l. Seuerus. in fin. de de-
curion. l. ſemper. 5. §. fin. de iur. immun. & in
terminis hoc probat d. l. medicos. in uerb. ab
omnibus muneribus ciuilibus & publicis. eiu
iuſmodi ſunt iſta, de quibus quærimus: ut
oſtendunt Ræuardus, Petrus Fab. & alij in l. a.
de reg. iur. quod etiam declarant ſequentia
uerba in d. l. medicos. nec ad iudicium dedu-
ci, &c. l. fin. eod. tit. in uerb. nulla municipali,
nulla curialium conuentione uexentur. Dici-
tur enim curialis, uel municipalis conuentio,
quando quis ad munera municipij uel decu-
rionatus uocatur: ut dixi ad titul. C. ubi quis
decur. uel cohort. à qua uocatione libertas &
immunitas priuilegiatis perſonis iſta conce-
ditur, l. pen. & l. fin. C. de decur. lib. 10. ad idem
glo. in leg. 1. C. de decre. decur. lib. 10. pro quo
l. fin. §. fin. de muner. & honor. qui textus cùm
eiuſmodi profeſſores liberet ab omnibus mu
neribus perſonalibus, eña ab honoribus in-
telligitur liberare, ut nigrum reſpondeat ru-
bro: quod nõ modò de muneribus, ſed etiam
36 de honoribus inſcriptum eſt: unde † firmum
ducitur argumentum à rubro ad nigrum, l. 1.
ubi Dd. ſi cer. petat. Euerar. in loc. legal. in loc.
à rubr. ad nigrum. Adde etiam optimum text.
in l. eos. 9. ff. de uac. mun. ubi dicitur, priuile-
gium negociatoribus conceſſum à muneri-
bus, etiam ad honores excuſandos pertine-
37 re. Si † igitur negociatores, qui ob ſordidam
profeſsionem, l. nobiliores. C. de commer. la-
tè Tiraquel. de nobil. cap. 33. num. 1. 2. 3. cum
ſeq. immunes ſunt à muneribus, tamen in ge-
nere etiam ab honoribus excuſantur: multò
certè magis ab his honoribus excuſari Do-
ctores debent: cùm hi non modò generaliter,
ſed etiam ſpecialiter & nominatim ab his om
nibus excuſentur, ut dicit gloſſ. in d. l. his one-
ribus,

ribus.§.angariarum. de uacat. & excuſ. mun.
pro quo etiam textus in l.2. C. de his qui non
imple.ſtipen.in uerb. habebis itaque à ciuili-
bus muneribus,nec non etiam ab honoribus
uacationem.& latiùs exponit Alber.de Roſat.
in rep.rub.de muner. nu.14. per d.l.medicos.
& alia iura,quæ allegat ad idem Odofr.in l.fi.
38 in fi.C.de profeſſ. & medic. ubi innuit, eos † à
decurionatu & honoribus excuſari,etiamſi a-
liàs priuilegia uacationũ reſcripto Principis
conceſſa nõ excuſent à decurionatu, l. uacua-
tus.l.nullus.l.decuriones.C.de decur.libro 10.
quod ipſum ſequitur Rebuff. in d.l.medicos.
nu.4. & 5. dicens, ad munus magiſtratus eos
inuitos non compelli. Etſi uerò Bar.in d.l.me-
dicos.& Ang.in §.item Romæ.in fi.Inſt. de ex-
39 cuſ.tutor. arbitrentur † hoc tantûm obtinere
in doctoribus actu legentibus, tamen multis
motiuis cõtrarium tenet Guid.Pap.deciſ.388.
nu.8.& Alber.in rep.rub.de muner. nu.14.in-
diſtinctè dicens legum doctores habere uaca-
tionem ab omnibus muneribus: & idem pri-
uilegium etiam ad doctores nõ docentes, ſed
aduocatos pertinere,in uerſ.item Dd.& aduo
cati. & poſtea addit diſtinctionem Bartoli di-
ſtinguentis inter docentes & non docentes,
tantùm in doctoribus artis mechanicæ obti-
nere: idq́ etiam uidetur ſentire Bartol.in l.ſi,
ut proponis.num.3.C. de dignit.lib.12.ubi di
40 cit, Doctores † omnibus profeſſoribus præ-
ſtantiores & maiores eſſe. Et ſi uerũ dicere uo-
lumus,d.l.medicos. & reliquæ ſuprà allegatæ,
non modò loquuntur in medicis actu legen-
tibus,ſed officium ſuę profeſsionis exercenti-
bus. Quare & in iuriſconſ.idem eſt dicẽdum:
cùm non minùs proſint Reipub.qui agendo,
quàm qui legendo profeſsioni ſuæ ſatisfaci-
unt,l.aduocati.14.C.de aduoc. diuerſ. iudi.ut
Guido Pap.præall.loc.declarat, & Chriſtoph.
Porc.ac Ioan.de Plat.in §.item qui Romæ.Inſt.
de excuſ. tutor. latè Alber. præall. loc.dicens,
ſufficere, ſi profeſsionem & artem ſuam exer-
ceant. Quanquam in muneribus realibus di-
ſputari hoc poſsit, tamen eſt in confeſſo, aliàs
41 † Dd.licet non actu legentes, ſed tantùm ad-
uocationem & officium exercentes, ſaltem à
muneribus perſonalibus excuſari: ut copio-
ſius declarat Thomat.in tract.de collect.§.me-
dici.nu.10.Altera excuſatio eſt,quòd d.pſona
41 eſt in conſilio illuſtriſſ.Principis.Certum † eſt
autem,eos qui uocantur ad conſilium Princi-
pis, ab omnibus oneribus & muneribus eſſe
immunes, nec ad decurionatum, aut ſimilem
magiſtratum municipalem uocari poſſe, l.iu-
riſperitos. 33. l. adminiſtrantes. 44. de excuſ.
tut.l.uerũ.§. ex facto. de minor.§. item diuus.
ubi Porc.Ioan. de Plat.Inſt.de excuſ.tut.l.fi.C.
de excuſ.tut.l.fi.C.de ſilent.lib.12. l. pen.& l.fi.
C.de decur.libro 10.ita in terminis Rebuff.in
rubr.C.de profeſſ.& medic.lib.10.ubi dicit nu
mer.2. eum titulum etiam in illis doctoribus
obtinere,qui in conſilio Principis ſunt aſſum
pti.Imò fortiùs addit.Guid.Pap.deciſ. 376.in
43 generali.hos † etiam à muneribus realibus &
collectis immunes eſſe:quod ipſum latiùs de-
ducit Thomat.præall.loc.de quo nihil ampli-
us,qa non eſt caſus noſter.Quòd ſi uerò quis
obijciat,illa eſſe intelligenda de ijs, qui in con
ſilium ſummi Principis & Cæſaris eliguntur:
44 ad id reſpondetur,plerosq́ † Principes, & etiã
hos,de quib. hîc quæritur, ius fiſci & regalio-
rum obtinere, & quodammodo in ſuo terri-
torio Imperatores eſſe,Panor. & Dd.in c.uene
rabilẽ.34.de elect.Hen.God. conſil.1.de elect.
poſt urbem,num.7.8.& de regalibus,conſil.1.
num.4. per c.ſcitote.6. quæſt.3.c. in apibus.7.
quæſt.1. Bal.Aluar. & Dd.in rub.quæ ſint reg.
ut idem hîc dicendũ ſit, quod de ſummi Prin-
cipis cõſiliarijs:præſertim cùm uideamus me-
dicos uacationem habere,qui nõ modò ſum-
mo Principi adſunt, ſed in conſilijs etiam col-
legiorum tantùm, uel maiorum ciuitatũ uer-
ſantur: idq́ & Guid. Pap. præall.loco cenſet,
dum etiam conſiliarios Principis in minorib.
& ſubalternis curijs iuriſdictionem exercẽtes,
immunes eſſe decidit. Pro quo & illud facit,
45 quod traditur,officiales † regum & epiſcopo-
rum (quibus certè Duces imperij pares ſunt,
Bar.Alex.& Dd.l.5. de uerb. oblig. Gemin.c.r.
in fi.de offic.ord.Cag.l.conſilij.§.ſocij.nu.8.de
reg.iur.Marant.Spec.aur. par.4.diſt.1.nu.13.)
peræquè eſſe honorabiles atq́ exemptos,ac
officiales Imperatoris, Bal. in l. Caſsius.nu.6.
de ſenator.Euerar.in loc. legal. loc. à mil.arm.
milit. in 15. ampliat. Ad idem facit,quòd no-
46 torium eſt, Principes † Germaniæ,præſertim
qui ſunt ex familia Electorali, ius præfectorũ
prætorio obtinere: item regalia omnia, ac iu-
ra fiſci à Cæſare obtinuiſſe hactenus, & præ-
ſcripſiſſe,Henn.God.conſil.4.de argen. num.
12.ex aurea bulla. Ergo & hae in parte non a-
liud circa illos,uel eorum conſiliarios, quàm
de ſummo Principe,eſt ſtatuendum. Præfecti
47 † enim prætorio locum Principis obtinent,&
in iudicando, omniq́ iuriſdictione, eius uice
funguntur,l.1.C.de offic. præf. prætor. l. unic.
C.de ſent.præf.præt.Henn.God.d.conſil.4.de
argent.numer.12. Tertia excuſatio eſt, quòd
prædicta perſona nunc in burgimagiſtrum
electa,per annos 20.& amplius in curia Prin-
cipis in conſilio fuit & ſeruiuit, & nunc poſt
tot annos principalibus curis impenſos, im-
petrauit uacationem & quietẽ, ita ut tantùm
è domo conſiliarij officium poſtbac præſtare
48 debeat. Conſtat autem, eos † qui per 20.an-
nos in militia,uel armata, uel togata fuerunt,
& poſtea miſsi ſunt,habere uacationem & ex-
cuſationem non modò à muneribus, ſed etiã
ab honoribus,leg.2.& 3. C. de ijs qui non im-
ple.ſtipen. cum tit. ſeq.lib.10. Quod non mo-
dò obtinet in his, qui per 20. annos milita-
runt in militia armata, ſed etiam in militia to-

gata, putà aduocatione, &c. ut titulus ibidem
ſubſequens Cod. quibus muner. excuſ. bi, li-
bro 10. & Odofred. ac Rebuff. & alij Dd. ibi de-
49 clarant. Nec † enim minus in foro militant
iuriſperiti, quàm milites in caſtris: & priuile-
gia, quibus milites armatæ militiæ gaudent,
eadem obtinent & in militibus iuſtitiæ, l. ad-
uocati. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. fin. ubi Re-
buff. poſt alios, ad uerb. militare. C. de profeſſ.
& medic. lib. 10. gloſſ. Bart. Angel. in l. miles. in
princip. de re iudic. latè Guid. Pap. deciſ. 388.
numer. 1. cum ſequen. Euerar. in loc. leg. loc. à
50 milit. armat. milit. in princip. Imò † doctores
iuris poſt profeſsionem iuriſprudẽtiæ & alio-
rum forenſium actuum ſpacio 20. annorum
continuatam, inter Vicarios & Comites ha-
beri cum dignitate Impp. uolunt: ut hoc la-
tiùs declaratur in l. unic. ubi gloſſ. & Dd. C. de
profeſſ. urb. Conſtan. lib. 12. ad idem optimè
Alb. in rubr. de muner. numer. 14. qui tamen
diſtinguit hunc ad modum: ut qui uacatio-
nem habent ſine militia, hoc eſt, ſine officio,
51 illi tantùm à muneribus excuſentur: qui † ue-
rò habent uacationem cum militia, hoc eſt,
cum officio, qui adhuc manent in officio &
ſeruitio Principis, licet uacationem & ius re-
deundi domum obtinuerint, quòd illi pleniſ-
ſimam ab omnibus muneribus & honoribus
habeant uacationem, l. hi qui. l. eos. §. Paulus.
de uac. mun. & alia iura, quæ allegat. Et addit,
hoc non modò obtinere in militibus armatæ
militiæ, ſed in omnibus, qui in aliquo officio
exiſtunt, & in militia iuſtitiæ Principi & reipu-
blicæ militant. Cùm itaque d. perſona uaca-
tionem habeat cum officio, & militia iuſtitiæ,
utpote adhuc in ſuo munere conſiliariatus cõ-
ſtituta, ſequitur, eam hoc municipali honore
grauandam non eſſe. Denique textus in leg. 3.
C. de priuileg. eorum qui in ſacris pal. mil. lib.
12. ubi expreſſè dicitur, quòd ex aula diſceden-
tes, ab omnibus muneribus habeantur im-
munes: & ſi quis dicat, eum loqui de aula Im-
peratoris, in uerb. ex aula noſtra. reſpondeo,
præfectos iſtos prætorio ex aurea bulla Caro-
li IIII. & notiſsima conſuetudine ac præſcri-
ptione immemoriali, iure Imperatoris uti, o-
mniáque regalia obtinere, ut antè probatum
52 eſt. Quarta excuſatio eſt, quòd † duûmuiri,
hoc eſt, ut nunc loquuntur, burgimagiſtri, &
reliqui magiſtratus municipales tantùm ex
corpore decurionum, & non aliunde ſint eli-
gendi, l. honores. §. penul. de decur. gloſſ. in l. ſi
ad magiſtratum. 18. ad uerb. duumuiratus. C.
53 de decurion. libro 10. adeò † ut ne conſuetu-
do quidem in contrarium ualeat: ut uidetur
uoluiſſe Alber. in d. l. honores. §. is qui decu-
rio. per not. Archidiac. in cap. 1. & 2. 60. diſtin.
quod etiam ad ſyndicum extendit Angel. §.
præterea. numer. 20. Inſtitut. de except. & certè
quamdiu idoneus ex corpore uniuerſitatis
haberi poteſt, tamdiu aliunde non eſt aliquis
in ordinem aſſumendus, Specul. de ſynd. nu-
mero 20. per cap. ibi alleg. l. in eccleſijs. 11. ubi
gloſſ. Bald. & Salic. C. de epiſc. & cler. l. ut gra-
datim. leg. etſi lege. de muner. & honor. Bart.
authent. minoris. numer. 1. C. qui dare tutor.
per l. idem. 27. §. cùm autem. de teſtam. tut. l. ſi,
ut allegas. 16. C. de excuſ. tutor. Eſt autem no-
torium, hunc electum ex corpore & numero
decurionum huius municipij non eſſe, & mi-
lites ibi idoneos reperiri poſſe. Ergo, &c. Non
inficior, quin electionem de extraneo factam
ſtare uelint Bald. Salic. d. l. in eccleſijs. Sed hoc
ita accipiendum, ſi nihil aliud obſtet, nec ele-
ctus ipſe iuſtis de cauſis deprecetur, & ſe excu-
54 ſet, ut hic. Quinta excuſatio eſt, quòd † poſi-
tus in uno collegio, cura, officio, corpore, uel
curatione, non eſt ad munus alterius curiæ
eligendus, leg. 1. C. quemad. ciuil. mun. indic.
libro 10. ubi Bald. ait, quòd ille qui eſt de uno
corpore, non debeat transferri ad aliud, per
leg. 1. in fin. ff. de colleg. illic. l. fabricenſes. C. de
decur. libro 10. c. cùm uenerabilis. de conſuet.
c. fin. de poſtulan. c. unic. in fin. de relig. dom.
libro 6. Quod non modò procedere, quando
de uno loco ad alium uocatur quis, ſed etiam
quoties in eodem loco ex uno collegio, uel of-
ficio ad aliud uocatur, oſtendit poſt gl. Odof.
in d. leg. 1. in fin. & ibid. Rebuff. C. quem. ciuil.
55 mun. ind. lib. 10. Non † enim debent uni duo
onera, ſeu duo diuerſa officia imponi, l. ille.
14. §. pen. ubi glo. ad S. C. Treb. quia Pluribus
intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: & non
debet quis pluribus muneribus defatigari, ne
ſequatur reipubl. læſio: cui in pluribus ac ua-
rijs unus ſatisfacere non æquè poteſt. Deni-
que afflicto non eſt addenda afflictio, l. iure
ſuccurſum. de iur. dot. ut hæc tradunt & ita lo-
quuntur in l. honorem ſuſtinenti. ubi gloſſ. &
Bartol. ff. de muner. l. nauis. §. cùm autem. & §.
quid ergo. ad l. Rhod. de iact. & meliùs gloſſ.
in l. 1. ad uerb. alterius. & ibid. Ioan. de Plat. C.
quemad. ciuil. mun. indic. lib. 10. Vnde nec in
uno offitio electus & poſitus, cogitur ad aliud
munus, glo. d. l. 1. uerb. alterius. per illum text.
& l. neminem. Cod. de ſuſcep. lib. 10. l. fin. ff. de
uacat. mun. Bartol. in l. ad officium. de manu.
uindic. & addit Ioan. de Plat. ibidem in d. l. 1.
56 bonum uerbum: quamuis † in caſu neceſsita-
tis duo munera uni imponi poſsint, quòd ta-
men non poſsint imponi tria, per l. ſancimus.
ubi Bart. C. de execut. lib. 12. & Lucas de Penn.
in d. l. 1. allegans cap. cùm ſingula. §. prohibe-
mus. de præben. in 6. Alexand. de Imol. in l. ſi
conſul. de adopt. & in l. lecta. ſi cert. pet. Bald.
in l. ſi ad ſcribatum. Cod. de appellat. ad idem
Alber. de Roſat. in repet. rubr. de munerib. nu-
57 mer. 7. ubi dicit, eum † qui eſt in adminiſtra-
tione unius officij, uel muneris, non debere
ad aliud nominari, priore durante, per leg. 1.
Cod. quem. ciuil. muner. indic. l. neminem. C.
de ſuſcept. & arch. libro 10. leg. fin. ff. de uac.
mun.

mun. & ſi utrunq; imponatur, unum eligere
poſſe, & aliud pati non cogi, d. l. 1. C. quemad.
ciuil. mun. indic. dicta l. 1. C. de ſuſcep. d. l. fin.
l. ſi duas. circ. princ. de excuſ. tutor. Quod ma-
ximè uerum eſt, quando per unum officium
aliud impeditur, ut rectè decidunt Ioan. de
Plat. & Rebuff. in d. l. 1. numer. 1. C. quem. ciuil.
mun. per l. fin. C. de acceſſ. lib. 10. Item quoti-
es prius officium eſt cum adminiſtratione &
dignitate, (ut conſiliarium eſſe principis) ſe-
cundum autem ad quod uocatur, uilius, & ſi-
ne dignitate, aut certè nõ ita magna, & quod
eſt à priore ſeiunctum: tunc enim omnino eſt
excuſandus, ut omnium optimè diſtinguit
Alber. in repet. rub. de muner. numer. 14. uer-
ſicul. interdum quis excuſatur ratione officij.
58 Nam † in muneribus imponendis hic ordo
ſeruandus eſt, ut perſona non grauetur ultra
modum, ſed ſeruetur æqualitas geometrica,
l. fin. C. quemad. ciuil. mun. indic. lib. 10. Ioan.
de Plat. in eadem rubr. in 2. not. Sexta excu-
59 ſatio eſt, quòd † maioribus honoribus fun-
ctus, ad minores non ſit deuocandus, l. 2. C.
quemad. ciuil. mun. indican. lib. 10. Aſcenden
do enim cõferri debent honores, l. ut grada
tim. ff. de muner. l. quæ utiliter. de negot. geſt.
non deſcendendo, ut dicit gloſſ. in dicta l. 2.
& Bald. ibid. Quia, inquit, nõ cogitur quis in-
cedere retrò circa honores: & qui ſemel aſ-
ſumptus eſt ad Digeſtum, non cogitur redire
ad Volumen, l. 2. C. de profeſſ. lib. 10. c. cùm in
tua. de conſuet. lib. 6. quia hoc pertineret ad
iniuriam & imminutionem electi & nomina
ti: & eſt contra rationem, ac eſt paruiſicare ma
iorem ordinem priùs obtentum, ut dicit Lu-
cas de Penna in d. l. 2 per c. 1. de translat. epiſc.
qui addit in l. 1. C. ne quis lib. inuit. actũ reip.
60 lib. 11. hominis † pudori ac famę parcendum
eſſe, per l. Quintus. in prin. ff. manda. ad idem
Alber. in rep. rubr. de muner. num 18. uerſic.
item ſeruatur ordo, ut de minoribus ad maio
ra, non econtrà munera imponantur. & in d.
l. ut gradatim. de mun. in prin. ubi dicit, Eum
qui in maiore honore eſt, non debere eligi ad
minorem: quod facit, inquit, contra eòs, qui
habuerunt regimina magnarum ciuitatũ &
nobilium, & poſtea acceptant inferiora: pro
quo facit etiam text. in l. honorem ſuſtinenti.
ff. de muner. & honor. ubi dicit I.C. Honorem
ſuſtinenti munus imponi non poſſe, quia ſci-
licet uilius eſt: munus uerò non ſuſtinenti, ho
norem deferri poſſe, quia ſcilicet maius eſt: &
declarat ibidem Bart. quòd habenti officium
ſine dignitate, uel honore, poteſt imponi di-
gnitas, uel honor: non uerò illi, qui officium
cum dignitate gerit. Et in terminis Odofred.
61 in d. l. 1. quòd † turpe ſit, aliquem à maiore of
ficio uocari ad indignius munus, & ideo non
eſſe cogendum: & addit, ſi aliquis habuit ma-
gnum officium in aliquo loco, ut quia offi-
cialis fuit, uel magiſtratus, non debet poſtea
uocari ad aliud officium uilius, putà decu-
rionatum: & Rebuffus dicens, Quòd ea ratio
ne doctor iuris non debeat uocari ad docen-
dam Grammaticam, uel aliud munus dete-
rius. Et hoc eſt, quod uoluit Alber. de Roſa.
præalleg. loco, cùm dicit, Ei qui ſuſtinet offi-
cium cum dignitate, non poſſe imponi mu-
nus, quod ſit abſq; dignitate. Ad idem Ioan-
nes de Plat. in dicta l. ſecunda, definiens, In
62 † aſcendendo eſſe honorem, & in deſcenden-
do dedecus: & eſſe argumentum, quòd archi-
epiſcopus non debeat transferri ad epiſcopa-
tum: ſed econtrà, c. 1. de translat. l. maior. C. de
dignit. lib. 12. l. nulli. C. de muner. l. ad ſplendi-
dioris. C. de diuerſ. offic. lib 12. Etſi autem Re-
buff. in d. l. 2. putat hoc obtinere, quando re-
moto primo honore ad minorem quis uoca-
tur: ſecus eſſe, ſi duret: quia tunc ceſſat ratio,
cũm non uocetur ad minorem honorem, ubi
prior durat, per l. ſi quando. penult. C. de app.
§. 1. in auth. de conſul. tamen d. ll. hoc nõ pro-
bant, & d. l. ſi quando. dicit tantùm utilitate
poſcente id fieri: nec addit, utrùm id uolenti-
bus illis fiat, an inuitis. Quare iuxta alias le-
63 ges illa iura interpretanda ſunt, ſcilicet † ut
tantùm uolentibus, & non inuitis, minora of-
ficia imponi poſsint, quamuis in primo offi-
cio & dignitate adhuc ſint poſiti. Nam ſem-
per turpe eſt & ignominioſum, officiũ impar
& inferius priore ſuſcipere: pro quo tex. in d. l.
2. & l. Doctitij. cum glo. C. de decur. lib. 10. ubi
tex. dicit, nihil intereſſe, utrùm quis ſit adhuc
in dignitate poſitus, an non ſit: & l. uniuerſis.
eo. illo tit. & Alb. præal. loc. nihil diſtinguens:
loquitur enim tam in eo, qui dignius officiũ
antè ſuſtinuit, quàm in illo, qui adhuc idem
illud ſuſtinet, uerſ. ſecundo caſu, quando ad-
huc officium ſuſtinet, habet immunitatẽ, &c.
ubi diſertè & in terminis de illo, qui adhuc
prius habet officium, illud exponit, ac confir-
mat multis iuribus, quòd ei, qui officium ſu-
ſtinet etiam adhuc cum dignitate, non poſsit
aliud imponi abſque dignitate: & idem Alb.
in d. l. ut gradatim. in princ. ubi dicit, quòd il-
le, qui eſt in dignitate maiori, (nota, qui eſt &
non, qui fuit) non debeat elegi ad dignitatem
minorem, per l. dignitas. C. de dignit. lib. 12. &
alia iura per eum allegata: ad quod facit etiã
dictum c. 1. de translat. epiſc. l. nulli. Cod. de
muner. lib. 12. & alia iura à Ioan. Plat. allegata,
quæ loquuntur in eo, non qui habuit, ſed ad-
huc maiorem dignitatem habet, nu. 7. Poſtre-
64 mò eſt & alia excuſatio, ſi † quis inimicitiæ
gratia, &, ut ſibi ægrè fiat, ſit nominatus. Nam
publicæ uocationes priuatis affectibus ſerui-
re non debent, l. unic. C. ſi prop. inimic. libro
12. Alber. præall. loc. numero 18. Sed quia hic
nulla huius excuſationis ſuſpicio uel proba-
tio idonea haberi poteſt, & alioquin eſt inui-
dioſa, ideo non inſiſto. Poſſet & illa allegari,
65 quòd † munera perſonalia iniungi debeant
ſufficientibus animo & corpore & facultati-
bus, non etiam alijs, qui non ſufficiunt, aut

non tam bene ſufficiunt, quàm alij. Nam ma-
gis ſufficientibus honores deferendi ſunt, l.
unic. C. de pot. nom. lib. 11. l. in honoribus. de
decur. l. 1. & 2. & t. t. C. qui morb. ſe excuſ. Alb.
in rep. rub. de muner. Hic autẽ ſenex cùm pro-
pter ætatem & inualetudinẽ ab aula uacatio-
nem impetrârit, cur nouis iſtis curis munici-
palibus immergatur? præſertim cùm domi
nihilo minus aulæ, totiusq; ducatus negocijs
diſtringatur. Quare ex his omnibus concludi
poteſt, cùm hæc perſona in officio alio cum
honore & dignitate ſit poſita, ſuſtinẽs duo di-
uerſa munera, & dignitatem conſiliariatus, &
operam præterea ac exercitium iuſtitiæ in cau
ſis iudicandis bonam nauans: ſequitur, non
eſſe eam, præſertim pòſt impetratam, expletis
ab ſuæ togatæ militiæ annis uacationem, hoc
inferiore & uiliore burgimagiſtri officio one-
randam: maximè cùm non ſit ibi oriundus,
nec de curia decurionum, unde tales eligi de-
bent, & ſolent: & nulla ſubſit neceſsitas, quan-
do alij ſuperſunt ad eam rem ciues & decurio-
nes idonei, qui eligi ſolẽt & poſſũt, l. 3. in uerb.
ſi aliorum ciuium copia eſt. C. quemad. ciuil.
mun. indi. lib. 10. Supereſt igitur, ut paucis ad
rationes dubitandi reſpõdeamus. Quod igi-
66 tur primo loco dictũ eſt, qui † uacationem &
immunitatem habet, ab honoribus & magi-
ſtratu nõ excuſari: ad id reſpondetur, illud in
alijs magiſtratibus, non decurionatu munici
pali obtinere: unde excuſant, qui alioqui im-
munitatem ex iure habẽt, l. 2. §. fi. l. nõ tantùm.
de decur. gl. in l. 2. ad uerb. non præſtat. de ua-
cat. & excuſ. muner. Deinde locũ id habere in
ijs, qui tantùm immunitatẽ generalẽ habent,
nõ etiã in his, qui ſpeciatim ab honoribus ex-
cuſantur, ut rectè diſtinguit Bar. in l. honorib.
de uacat. & excuſ. muner. & ſequitur ibid. Alb.
addens, Doctores & profeſſores ſpecialem im
munitatẽ habere, per tex. in d. l. medicos. cum
alijs iuribus ſ. allegatis. In hoc autem caſu &
huic perſonæ non tantùm generalem, ſed etiã
ſpecialem ab honoribus, præſertim inferiori-
bus, immunitatem competere, ſuprà oſtẽſum
eſt, maximè quia Doctores & conſiliarij Prin-
cipum nõ generalem, ſed ſpecialem etiam ab
honoribus immunitatem habẽt, ut ſuprà de-
monſtratum eſt. Tertiò reſpondetur cum Re-
67 buffo, quòd † hoc procedit in meris honori-
bus, quos nemo præſumit recuſaturus, & qui
nõ grauant, ſed decorant: ſecus uerò, ſi alicui
eſſent futuri non honori, ſed oneri: tunc enim
quis ſe excuſare poteſt, quia nõ debet in odiũ
retorqueri, quod alicuius fauore inductum
eſt, l. quod fauore. 6. C. de legib. l. nulla. ff. eod.
ita Rebuf. in l. 1. C. de uacat. muner. lib. 10. & in
l. manifeſti. in fin. C. de his qui æta. ſe excuſ. eo.
lib. Secunda dubitãdi ratio, eſt mera cauilla-
68 tio. Etſi † enim immunes perſonæ non excu-
ſentur ab oneribus patrimonialibus ordina-
rijs, tamen conſtat à perſonalibus excuſari, l.
his oneribus. ro. ff. de uaca. mun. Odofr. & Dd.
in l. 1. & l. ſeq. C. de mun. patrim. & in l. 1. l. me-
dicos. C. de profeſſ. lib. 10. Tertia ratio genera-
lis eſt, nec quicquam concludit. Nam potio-
ribus ſunt munera decernenda, ſcilicet ijs, qui
ſunt de eodem collegio: ut ipſe ille text. oſten-
dit in l. honores. §. is qui. de decur. & prætexere
hic, non alios eſſe in collegio, numeroq; ciuiũ
idoneos & ſufficientes, eſſet contumelioſum.
Quartò, quod de incolis ciuitatũ obijcit, in-
telligendum eſt de non priuilegiatis, neq; im-
munibus. Hic autẽ de perſona priuilegiata &
immuni agimus. Quare nihil concludit, quia
regula non tollit exceptionem, l. omnis. de re-
gul. iur. Imò ab hac excluditur, d. l. omnis. l. in
toto. de reg. iur. l. 2. de except. Quod ad quin-
tam dubitandi rationem attinet, etiamſi hæc
perſona non excuſaretur ætate, tamen oſten-
dimus multis alijs modis excuſari: quare nec
hæc quicquam facit. Et quæ non proſunt ſin-
gula, multa iuuant, l. 2. 69. ubi gl. uerb. legiti-
mis. de excuſ. tut. l. ſi hi qui. ubi Bal. C. de adul
ter. c. cauſam. de probat. c. præterea. de teſtib.
Sextò, quod de conſuetudine dictum eſt: pri-
69 mùm, exempla † nõ faciunt conſuetudinem,
l. nemo. 13. C. de ſent. l. ſed licet. ra. de off. præ-
ſid. hoc eſt ius non ſcriptum, §. ex non ſcripto.
Inſtit. de iur. nat. ubi Ang. l. 6. 7. de iuſt. & iur.
Roch. Curt. & Dd. c. ult. de conſ. Poſſunt enim
aliqui uolentes & nõ inuiti eos honores ſub-
ijſſe, & excuſationem nõ propoſuiſſe, cùm ple
riq; honores non detrectent, ut dicit Rebuff.
in d. l. 1. C. de uac. muner. lib. 10. ex quo conſue
tudo firmari non poteſt, Curt. in d. c. ult. in 6.
7. 8. requiſ. de conſuet. Deinde ut maximè ſit
70 alibi talis conſuetudo, tamen † locales con-
ſuetudines ad alium locum non extendi, no-
tiſsimum eſt, l. 1. cum ibi not. C. de legib. c. fin.
de cenſib. lib. 6. l. 1. §. Iulianus. ubi Bart. de itin.
actuq; priua. Dd. l. omnes. de iuſt. & iur. & l. 1.
de legib. Schurff. conſil. 18. num. 4. cent. 1. Sic
etiam quod de ordinatione Principis dictum
eſt, nullũ pondus affert, quia Princeps nemi-
ni ius ſuum & idoneam facultatem excuſan-
di adimere intelligit, l. 2. §. merito. ne quid in
lo. pub. Iaſ. & Dd. l. 2. C. de precib. Imper. offe-
rend. l. ult. C. ſi cõtra ius, l. beneficia. de conſtit.
princ. ne inde naſcãtur iniuriæ, unde iura ori-
ri debent, l. meminerint. C. unde ui. Quam-
71 obrem † & appellationes à nominationibus
factæ, & excuſationes, tanquam iuridica & le-
gitima remedia, Principes cuiq; permittunt,
l. ſi ſenbatum. C. de appellat. ubi Bald. & Sal. l.
in honoribus. §. fin. de uacat. muner. l. unic. C.
de potio. ad mun. nom. lib. 10. & eod. tit. C. de
excuſat muner. eod. lib. quæ à Principe aufer-
72 ri non debent, nec poſſunt: cùm † excuſatio-
nes ab impoſito munere ſint tantùm exce-
ptiones & defenſiones, l. ſcire. §. oportet. ubi
Bartol. & communiter Dd. uerb. conteſtatio-
nem. de excuſat. tutor. ius cuique ſuum con-
ſeruantes, atque ita pars ſint defenſionis, quæ
iuris eſt naturæ, & proinde à Principe nulli
auferen-

auferenda, l. 2. C. de precib. Imper. offer. clem.
paſtoralis. de ſenten. & re iudic. Iaſon in l. ſi di-
uerſa. C. de tranſact. & l. ultim. ubi Dd. C. ſi con
tra ius, uel util. pub. pulchrè Ant. de S. Georg.
in procem. tit. de appellat. numer. 68. per cap.
quæ in eccleſiarum. de conſtitut. cum ſimilib.
73 Adde, quòd † confirmationes ſemper intelli-
guntur ſaluo iure tertij: & præſumuntur fieri,
in quantum fieri de iure poſſunt, non de ple-
nitudine poteſtatis, Iaſ. in l. more. numer. 30.
ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. beneficium.
numer. 50. de legib. l. quo minus. num. 100. de
flum. Vltimò quod eſt obiectum, poſt electio-
nem & confirmationem à Principe factam, nō
admitti excuſationem, uerum eſt, quādo per-
ſona electa & confirmata omiſit appellatio-
nem, & ſe confirmari ſilentio permiſit: in qui-
bus terminis hic non ſumus, cùm hæc perſo-
na ſtatim electioni reclamauerit, nec tempus
74 appellandi amiſerit. Nam † illud durat etiam
poſt confirmationem, quando ſolennia non
ſunt ſeruata, ut dicit Alber. in l. Imperatores. §.
idem. de decur. Hic autem ſolennia illa non
eſſe ſeruata, ex ſubſequentibus poterit intelli-
gi. Reſtat ergo uidere, quomodo bis excuſa-
75 tionibus ſit utendum. Et † quidem commu-
ne eſt remedium, & ordinariū, appellare à no-
minatione facta, l. 2. C. de decur. libro 10. l. hi
qui. 7. l. ciues. 11. C. de appellat. gloſſ. in l. uete-
ranis. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. d. l. ſi
ſcribatum. ubi Bald. d. l. in bonoribus §. final.
76 Sed † ea appellatio intra decendium à tem-
pore factæ nominationis facienda eſt, Bald in
d. l. ſi ſcribatum. glo. Ioan. de Plat. Luc. de Pen
na in l. 2. C. de decur. libro 10. Hic autem hoc
tempus omiſſum eſt, niſi fortè hoc uerum eſt,
(ut certè uerum puto) quòd d. l. 2. loquatur,
77 ut ipſe text. indicat, quando † conuocatis le-
gitimè in curiam decurionibus ſolenniter ſit,
& cum deliberatione electio & nominatio, &
electo inſinuatur, ut eam ſolennitatem requi-
rat, Luc. de Pen. Ioan. de Plat. & Rebuff. atque
alij ſcribentes copioſiùs in d. l. 2. C. de decur.
lib. 10. & Alb. in l. Imperatores. §. ijdem reſcri-
pſerunt. de decurio. ubi dicit, quando quis
cr[illegible]r decurio, licet ſit habilis, tamen ſi non
ri[illegible]etur, ſemper habere eum ius reclaman-
di, etiam poſt confirmationem, per l. ſi con-
ſtat. de appellat. l. nominationes. C. eod. quia
eligentes non ſunt functi partibus ſuis ad ple
num, l. ſi, ut proponis. C. quomodo & quan-
78 do iud. & † quod ipſo iure non tenet, id liga-
re non poteſt, l. nam etſi ſub cōditione. de in-
iuſt. rup. teſtamen. l. ſi expreſſim. de appellat.
& poſtea idem Alber. in rep. rubr. de mun. nu-
mer. 7. dicit, quòd quandocunq; publica au-
thoritas in imponēdo munere ſolenniter nō
intercedit, tūc indiſtinctè electus munus ſub-
ire non cogatur, per iura ibi per eum allegata.
Horum autem ſolennium nihil hic interue-
niſſe, nec nominationem publicè editam at-
que proclamatam, neque citationem aut inſi-
nuationem electo factā eſſe, certum eſt. Quo-
circa nec appellatione hic adhuc opus eſſe ui-
detur, donec talis legitima intimatio & cita-
tio fuerit facta. Nam Ioannes de Plat. in d. l. 2.
79 diſertè decidit, quòd † etiamſi ualeat electio,
tamen non currat tempus appellationis ele-
cto, quoad illi per publicū officialem ea per-
ſonaliter ſit inſinuata, & ad ſuſcipiendum mu
nus citatio perſonaliter facta, per clem. cau-
ſam. de electio. & alia iura, quæ allegat. Et ad-
dit, quotieſcunque ſit electio ſine deliberatio-
ne conſilij, toties non appellari ab electione,
ſed proponi excuſationes: quæ ſi fuerint reie-
ctæ, & non admiſſæ, ab hac demum reiectio-
ne appellet, uelut in excuſatione tutelæ, l. hi
qui. de appellat. §. qui autem. Inſt. de excuſat.
tutor. Eodem modo diſtinguit in rubr. de ex-
cuſat. muner. ubi tamen hoc magis pro ratio-
80 ne diuerſitatis traditur: quare † in publicis
utilitate quidem muneribus ſit appellandum
81 ſtatim ab electione: in † muneribus uerò pu-
blicis neceſſitate, ſed utilitate priuatis, ut in
tutela, l. pupillus. 239. §. munus. de uerb. ſign.
l. athletas. 8. §. tutela. de excuſat. tutor. non ap-
pelletur ab electione, ſed ab excuſationū reie-
ctione. Eſt inſuper hic & aliud preſtò reme-
dium. Nam eis, qui in togata militia 20. an-
nis ſeruierunt, eandem immunitatem, quam
ueteranis, concedi, ſuprà dictum eſt. Atqui
82 † ueterani ad honores uel munus electi, pro-
uocare, & appellationis beneficio uti non te-
nentur: ſed ſufficit, quòd ſe excuſent, l. uetera-
nis. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. gloſſ. in l.
2. ubi ad idem Ioan. de Plat. C. de decur. libro
10. idem Ioan. de Plat. in rubr. C. de excuſ. mu-
ner. Ergo idem eſt in hac perſona, cui iura ue-
teranorum competere, ſuperiùs eſt declara-
83 tum. Deinde † Doctores, qui ſupra uires indi-
ctione munerum onerantur, officio iudicis e-
tiam abſque appellatione liberari, & in ſua im
munitate defendi, oſtendit l. 2. §. fin. de uacat.
mun. ubi hoc in terminis ita tenet Alber. præ-
ſertim quando non ab omni munere ſe excu-
ſant, ſed ſolùm ab eo, in quo nimium grauan-
tur: ut hæc perſona ſe non excuſat ab illis mu-
neribus, in quibus eſt poſita, ſed tantummo-
do ab hoc nouo, & reſpectu ſui officij, uiliore
munere burgimagiſtratus, ut ex his omnibus
rationibus dubitandi & decidendi facilè ap-
pareat, d. perſonam multis modis, & legitimis
ex cauſis impoſitum iſtud officium detrecta-
re ac deprecari poſſe: & ab eodem munere li-
berandam, ac uelut immunem decla-
randam eſſe: Saluo;

CON-

CONSILIVM XLI.

De ſucceſsione & diuiſione feudali.

SVMMARIA.

1 ¶ *Succeßio quinq; remedijs ordinarijs peti poteſt.*

2 *Remedium l. fin. C. de edict. d. Adrian. an detur ab inteſtato.*

3 *Remedium d. l. fi. C. de edict. d. Adrian. in ſucceßione feudali an obtineat: & de tribus generibus ſucceßionum.*

4 *Succeßio feudalis eſt ſucceßio ab inteſtato: & num. 51.*

5 *Remedium l. fin. C. de edict. d. Adrian. ceſſat, quando res altiorem indaginem requirit.*

6 *Interdictum Quorum bonorum, quibus & quando detur.*

7 *Petitorio iudicio ſatius eſt petere ſucceßionem, quàm poſſeſſorio.*

8 *Familia herciſcunda agi nequit, quãdo quis negatur eſſe hæres.*

9 *Feudum non eſt hæreditas, nec uenit iure hæreditario.*

10 *Feudum non uenit in petitionem hæreditatis.*

11 *Feudalis ſucceßio petitione hæreditatis peti poteſt.*

12 *Petitio hæreditatis eſt actio realis: & num. 46. datur ad feudalem ſucceßionem conſequendam, nõ rei uendicatio, quæ eſt rerum ſingularium.*

13 *Libello omitti poteſt actionis nomen.*

14 *Forma libellandi in petitione hæreditatis.*

15 *Petitio hæreditatis datur cõtra cohæredem.*

16 *Ratio prohibitæ ſequeſtrationis.*

17 *Sequeſtratio, cùm partium iura ſunt æqualia, admittitur.*

18 *Sequeſtrationes ſunt odioſæ & prohibitæ.*

19 *Ab executione nõ eſt incipiendum: nec cuiquam ſua poſſeßio auferenda, ne à iudice quidem: & nu. 21.*

20 *Sequeſtrationi in petitione hæreditatis non eſt locus: quia agens fatetur nõ ſe, ſed aduerſarium eſſe poſſeſſorem.*

21 *Sequeſtratio non admittitur, quando altera pars eſt in poſſeßione.*

22 *Poſſeßio aliud eſt, quàm inueſtitura.*

23 *Per inueſtituram poſſeßio non datur, ſed confirmatur.*

24 *Hæredes poſſunt ſucceßionẽm uacãtem propria authoritate occupare.*

25 *An feudorum poſſeßio in ſucceſſores continuetur.*

26 *Succeſſores feudales apprehenſa poſſeßione ueri conſtituuntur poſſeſſores ante inueſtituram.*

27 *Vaſallus ante inueſtituram adeptus poſſeßionem, contra omnes poſſeſſorijs remedijs uti poteſt, domino ſolo excepto.*

28 *Vaſallus per ſequeſtrationem ſua poſſeßione ſpoliari non debet.*

29 *Petitio hæreditatis ex iure agentis, non poſſidentis, æſtimatur.*

30 *Sequeſtratio petitur, aut propter dilapidationem, aut propter poſſeßionem.*

31 *Hæres ius dominij conſequitur ab adita hæreditate, non uerò ius poſſeßionis.*

32 *Dominium iuris, eſt poſſeßio facti.*

33 *An in hæredes feudales ſuos continuetur poſſeßio.*

34 *Verum eſt, quòd in hæredes feudales, etiam ſuos, ipſo iure non continuetur poſſeßio.*

35 *Fructus ueniunt in petitionem hæreditatis.*

36 *Cautio de non minuendo, & deſcriptio fructuum, in petitione hæreditatis peti poteſt.*

37 *Etiam ubi prohibita eſt ſequeſtratio.*

38 *Mota controuerſia nihil poteſt alienari: & poſſeſſor mediante iuramento cogitur hæreditatis declarare quantitatem.*

39 *Coram domino feudi eſt feudalis ſucceßio petenda.*

40 *Dominus habet ordinariam iuriſdictionem, reſpectu cauſæ concernentis feudum.*

41 *Tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, dominus feudi eſt ordinarius.*

42 *Cauſa quæ non ciuili, ſed feudali iure determinatur, eſt coram domino feud*[illegible]*tanda:*

43 *Maximè quando etiam loci dominus eſt ordinarius.*

44 *Petitio hæreditatis inſtituitur ibi, ubi res ſita eſt.*

45 *Dominus feudi, ubicunq; uult, de cauſa feudali cognoſcere poteſt.*

46 *Connexitas cauſæ diuidi non debet, etiam in diuerſis iuriſdictionibus.*

47 *Quæ ſit connexitas & continentia cauſæ.*

48 *Dominus & pares curiæ cognoſcere debent in loco ſolito & conſueto, niſi plura loca habeant.*

49 *Ordi-*

49 *Ordinarius loci ſedem ordinariam in iudicando debet retinere.*

50 *Ordinarium eſt, ut iudex in ſuo territorio cognoſcat.*

51 *Cognoſcens, uel citans partes extra territorium, facit proceſſum nullum.*

52 *Dominus debet pares curiæ ad iudicandum aſſumere, qui ſunt in eadem prouincia.*

53 *Connexitas cauſæ non attenditur, ubi de diuerſis rebus in diuerſis prouincijs ſitis agitur.*

54 *Ex ſeparatis nihil infertur.*

55 *Inueſtitura feudi antiqui intra annum & diem petenda, etiamſi uaſallus ad id non citetur.*

56 *Simultanea inueſtitura eodem annali tempore eſt petenda.*

57 *Dubitans pro ignorante habetur.*

58 *Tempus petendæ inueſtituræ utile eſt, non continuum.*

59 *Tempus petitionis non currit impedito.*

60 *Aequitas in feudalibus maximè eſt attendenda.*

61 *Litiganti de feudo petendæ inueſtituræ tempora non currunt.*

62 *Item nec ei, qui feudum non poſsidet.*

63 *Petitioni hæreditatis non niſi 30. annis præſcribitur.*

64 *Inueſtitura intelligēda eſt, ſaluo iure tertij.*

65 *Omnes Principum cōceſsiones intelliguntur ſaluo iure tertij.*

66 *Præſumitur inueſtitura eſſe fraudulenta, in qua non eſt clauſula, Saluo iure tertij.*

67 *Inueſtitura declarat feudum, & præcipuè attenditur.*

68 *Inueſtitura eſt ſubſtantialis forma feudi.*

69 *Tenor inueſtituræ derogat naturæ feudi, & omnia uincit.*

70 *Ex ordine ſcripturæ præſumitur mens & uoluntas diſponentium.*

71 *Ex ordine uerborum præſumitur ordo intellectus.*

72 *Quod prius eſt in uoce, præſumitur prius eſſe in ſenſu.*

73 *Primo loco nominatus, dignior eſt ſubſequentibus.*

74 *Vocati ſpeciatim, ueniunt pariter: uocati uerò collectiuè, ordine ſucceſsiuo uocari intelliguntur.*

75 *Pacta nouiſsima derogant prioribus.*

76 *Par in parem non habet imperium.*

77 *Succeſſor non ligatur legibus prædeceſſoris.*

78 *Simultaneè inueſtitus non petendo per annum ius amittit.*

79 *Semel à feudis excluſi, amplius non admittuntur.*

80 *Aequalitas & æquitas in feudis maximè attendenda.*

81 *Diſpoſitum in uno correlatiuorum, cenſetur & in alio diſpoſitum.*

82 *Vno ſimili remoto, remouetur & aliud.*

83 *De ſimilibus idem eſt iudicium.*

84 *Antiquiores inueſtituræ ſunt præcipuè attendendæ.*

85 *Copula par ius ſuâ naturâ tribuit.*

86 *Pariter inueſtiti, uel uocati, pariter admittuntur.*

87 *Simultaneè inueſtiti ſimul ſuccedunt, dato quòd aliàs ordine ſucceſsiuo uocarentur.*

88 *Quiſq; debet ſuæ intentionis fundamentum probare.*

89 *Allegans gradum proximitatis, probare debet.*

90 *Gradus proximitatis diſtinctè & definitè eſt probandus.*

91 *Conſanguinitas per teſtes, nō per inſtrumentum eſt probanda.*

92 *Qui non probat concludenter ſe reliquis potiorem, non implet intentionem ſuam.*

93 *Contra producentem probatio non concludens eſt interpretanda.*

94 *Conſanguinitas quomodo probetur, remiſsiuè.*

95 *Iure ciuili ſuccedere uolens, non proximitatem modò, ſed etiam gradum probare debet.*

96 *In feudis antiquis omnes inueſtiti habentur pro deſcendentibus, & in infinitum ſuccedunt.*

97 *Iure Saxon. collaterales ad feudum tantùm admittuntur uirtute ſimultaneæ inueſtituræ.*

98 *Probans gradum certum, præfertur reliquis certum non probantibus.*

99 *In caſibus claris, & his quæ ſunt magni præiudicij, non attenditur ordo uerborum.*

100 *Pariter uocati pariter admittuntur, non inſpecto uerborum ordine.*

101 *Inueſtituræ ſequentes intelliguntur ſecundum naturā & clauſulas præcedentis antiquioris: & nu. 114.*

102 *Ius ex prima inueſtitura quæſitum, non poteſt nouis inueſtituris agnato auferri.*

103 *Collectiuè uocati pariter admittuntur, cùm eſt æqualis in omnibus ratio & affectio.*

104 *Poſteriores inueſtituræ, quæ priores mutāt, præſumuntur ſubreptitiæ, nec attenduntur.*

105 *Non poteſt pater de feudo tractatus facere in præiudicium filiorum.*

106 Nec

106 Nec dominus feudi in praiudicium agnatorum.
107 Dominus abſq; conſenſu uaſallorum naturã feudi mutare nequit.
108 Renunciatio & conſenſus unius agnati, non praiudicat reliquis.
109 Non poteſt forma inueſtitura in praiudicium tertij, hoc eſt, eius qui non conſenſit, mutari.
110 Inueſtitura ueteri ſtandum, donec omnium conſenſu mutetur.
111 Inueſtitura noua nõ nocet ſucceſſoribus, qui ius ex antiqua habent.
112 Ius feudale uult in omni alteratione feudi, qua nocere debeat, omnes agnatos conſentire.
113 Inueſtituris poſterioribus nõ creditur de conſenſu agnatorũ, niſi probetur, ut ſolennitas extrinſeca.
114 Ex contractu ius uel re, uel ſpe alicui quaſitum, non poteſt abſque eius conſenſu auferri.
115 Res inter alios acta, alijs non praiudicat.
116 In dubio praſentes mutationi inueſtitura qua nocet, non uidentur conſentire, ſed potius errare, niſi ad alium actum proceſſerint.
117 An praſentes in immutatione inueſtitura uideantur conſentire.
118 Ius liquidum remittere, eſt donatio.
119 An praſumatur potiùs error, uel qualibet etiam fatua cauſa, quàm donatio.
120 Error, uel fatua cauſa non praſumitur, niſi probetur.
121 Ex ſola ſcientia nemo uidetur conſentire.
122 Succeſſor una perſona cum pradeceſſore habetur.
123 Succeſſor tenetur ratificare cõtractus pradeceſſoris, unde ius alijs quaſitum.
124 Princeps non poteſt tertio ius quaſitum auferre.
125 Pacta nouiſſima non derogant ijs, qui non conſenſerunt.
126 Pactum unius non nocet alteri, ne fratri quidem.
127 Ex feudis in una curia ſitis, non rectè infertur ad feuda alterius curia.
128 Vaſallus habens nouas inueſtituras, non cogitur antiquas oſtendere.
129 Antiqua inueſtitura praſumuntur ita ſe habere, ſicut noua praſentes.
130 Inſtrumenta illa producenda, ad qua ſe alia referunt.
131 Inueſtitura prima reliquas omnes in ſe intelligitur continere.
132 Non ſemper mutuũ eſt iter ſucceſſionum.
133 Parentes theſaurizant liberis, non contrà.
134 Regula, Quod quiſq; iuris, &c. quando locũ habeat.
135 Tenor inſtrumenti non prodeſt non nominatis in inſtrumento.
136 Conſuetudo maximè in feudis attenditur.
137 Inueſtitura generales declarantur per ſpeciales.
138 Verbum Omnes, eſt collectiuum.
139 Appellatio familia, uel uniuerſitatis, eſt collectiua.
140 Nomina collectiua non tribuunt ſingulis totum, ut diſtributiua.
141 Collectiuè uocati omnes tantùm unam capiunt partem, quàlem ſinguli diſtributiuè uocati.
142 Collectiuè uocati tantùm unam perſonam repraſentant.
143 Qui tacet, ſuo iuri uidetur renunciare.
144 Heredes omnes tantum accipiunt, quantũ unus defunctus accepiſſet.
145 Cùm plures uocantur in una oratione, intelliguntur pariformiter uocari.
146 Vna determinatio plura reſpiciens, aqualiter determinat.
147 Vbi eſt eadẽ ratio ſucceſſionis, omnes aqualiter ſuccedunt.
148 Vbi eſt eadem ratio & ſimilitudo formalis, ibi idem ius.
149 Qui ratione familia ſuccedunt, pariter admittuntur, etiamſi quidam ſint collectiuè uocati.
150 Quando conſtat de uoluntate, non attenduntur nomina collectiuè, uel diſtributiuè poſita.
151 Qui in pari gradu ſunt, aqualiter in capita ſuccedunt.
152 In feudalibus ſubtilitas nominum non eſt attendenda.
153 In dubijs feudalibus ad antiquas inueſtituras eſt recurrendum.
154 Quando perſona habent aquale ius, non attenditur nominum collectiuè, uel diſtributiuè poſitorum diſcrimen.
155 Abſurda interpretatio uitanda eſt.
156 Correctio iuris communis eſt uitanda.
157 Vocabulum Omnis, quandoque diſtributiuè ponitur.
158 Vbi alia coniectura haberi poteſt, uerba capiuntur diſtributiuè, non collectiuè.
159 Magis inſpici debet, quod agitur, quàm ſubtilitas uerborum.
160 Vbi ſententia aperta eſt, non curatur de uerbis.

161 Feu-

161 *Feudum ab agnatis in familia ſine domini conſenſu diuidi poteſt.*
162 *Agnati etiam inter ſe alienare feudum poſſunt.*
163 *Feuda, etiã regalia, hodie ſunt diuiſibilia.*
164 *Cùm perſona ſtatus non mutatur, nec res.*
165 *Diuiſio inter agnatos non mutat manum.*
166 *Tranſigere de feudo quatenus uaſallus poſſit.*
167 *Subinfeudatio quatenus permiſſa.*
168 *Dominus non habet ius retractus in ſubinfeudatione.*
169 *Pacta de ſucceſsione feudali in familia ualent.*
170 *Pacto quatenus pecunia feudalis effici poſſit.*
171 *Obligationem quod intereſt, talibus pactis ineſſe.*
172 *Alienationes in familia facta, ſilentio annali ratificantur & præſcribuntur.*
173 *Contradictio licet interrumpat, tamen niſi lis conteſtetur, rurſum incipit currere annalis præſcriptio.*

MORTVO ſine liberis uaſallo, agnati eius ab A. & B. eiuſdem familiæ, eiuſdemq; ſtirpis, & ſimultaneè inueſtiti, de ſucceſsione diſceptant: & ab agnatis B. qui priores in occupando fuerunt, d. ab A. ſuas portiones petunt, & cum ijs ſe pariter ad ſucceſsionem admitti oporrere contendunt: unde hæ iuris quæſtiones oriuntur.

Primùm, qua actione, quóue remedio d. ab A. portionem hãc ſuam & ſucceſsionem feudalem à reliquis agnatis à B. petere poſsint.

Secundò, an etiam pendente lite ſequeſtrationem poſſeſsionis petere & impetrare queant.

Tertiò, ubi petendùm, & quo in foro cõpetente hanc actionẽ proponi oporteat.

Quartò, intra quod tempus ea proponi actio debeat.

Quintò, quis ſit ſperandus huius litis exitus, & quatenus aduerſus dictos agnatos ab I. ſimultaneè inueſtitos obtineri uictoria, & ius ſucceſsionis euinci poſsit.

Sextò, & ſi poſsit, in quantam portionem ſuccedere actores, & admitti à reis debeant.

Vltimò, an inter ſe prætermiſſa lite, abſq; domini uel aliorum conſenſu diuidere, tranſigere, alienare, ſubinfeudare queant.

1 QVOD ad primæ diſceptationem quæ-
ſtionis attinet, ſciendum eſt quinque
2 remedia † iuris ad hæreditatem & ſuc-
ceſsionem conſequendam prẽſtò eſſe: Ferra.
in pract. for. lib. quomodo pet. hæred. ex teſta-
ment. in princ. quorum alia ſunt poſſeſſoria,
ut interdictum Quorum bonorum, tot. titul.
ff. & C. quor. bonor. & condictio ex l. fin. C. de
edict. diui. Adrian. tol. de qua in l. ult. Bar. Bal.
Salic. Iaſ. & communiter ſcribentes, Alexand.
conſil. 139. circa. num. 14. uol. 6. Pariſ. conſil.
41. optimum. num. 12. 13. cum. ſeq. uolum. 1. &
conſil. 60. & conſideramus. num. 2. cum ſeqq.
uol. 3. Hier. Grat. conſil. 140. quoniam. num. 1.
cum multis ſeq. uol. 1. Alia uerò petitoria, ut ci-
uilis petitio hęreditatis, tot. tit. ff. & C. de petit.
hæredit. & petitio hæreditatis poſſeſſoria, tot.
tit. de poſſeſſ. hæred. pet. item actio familię her-
ciſcundæ, tot. tit. ff. & C. famil. herciſc. Ex his
porrò remedijs non poteſt hoc caſu agi reme-
dio d. l. fin. C. de edic. diui Adrian. tollen. quo-
2 niam † illud tantùm datur hæredibus in te-
ſtamento ſcriptis, non etiam ab inteſtato ue-
nientibus: eſt communis opinio Cyn. Salic.
& Dd. quam latè firmat Iaſ. num. 22. & 23. in
l. final. C. de edic. diui Adrian. toll. de quo etſi
Bald. ibidem ſubdubitet, tamen idem firmat
in cap. 1. num. 2. de contr. inter maſc. & fœm. in
uſib. feud. Ferrar. in for. lib. quomodo pet. hæ-
redit. ex teſtam. uerb. in omnibus. num. 2. Et
3 † quamuis Roffred. ac Pet. Iacob. in pract. li-
bel. d. l. ult. hoc ipſum remedium arbitrentur
ſaltem utile dari ab inteſtato: alij uerò eius lo-
co iudicis officium implorari poſſe, Pariſ. con
ſil. 22. num. 53. uol. 1. & Bald. in c. 1. num. 5. de
ſucceſ. feud. putet, in feudis idem remedium
4 obtinere, ut † in quibus, uelut ab inteſtato, pe
culiari quodam & ſucceſſorio feudorum iure
ſuccedatur, Alber. Brun. in conſil. feud. conſil.
18. num. 14. & 15. unde tertia quædam ſucceſ-
5 ſionis ſpecies eſſe definitur: tamen † quia hic
ius agentium non eſt notorium, aut expedi-
rum, ſed altiorem requirit indaginem, Caſtr.
in conſil. 441. pro declaratione. num. 5. uol. 1.
Bald. in l. cùm antiquioribus. numer. 7. C. de
iur. deliber. & in cap. imperialem. num. 19. de
prob. feud. alien. per Feder. Sigiſ. Neapol. con-
ſil. feud. 38. quoniam. num. 10. facit commu-
nis doctrina Aluar. & Feudiſt. in cap. 1. de ſuc-
ceſ. feud. quia probari nequit incontinenti in-
ſtrumentis, Maran. in Spec. parte 6. memb. 9.
num. 16. & Bart. in l. illum à quo. §. ſi de teſta-
mẽto. ad Trebel. Panorm. in cap. cùm contin-
gat. in fin. de offic. deleg. Matth. de Afflict. de-
ciſ. Neapol. 63. fuit. nu. 2. aut teſtibus intra bi-
duum, l. ult. ibi gloſſ. 11. notab. & Caſtr. C. de er
ror. aduocator. Maran. præalleg. loc. num. 15.
uel quinq; aut ſaltem decẽ, l. promiſſor. §. pen.

S de

de conſt. pecun. uel 15. dies, cap. 1. de reſt. ſpol.
in 6. quo caſu d. remedium d. l. final. non ſolet
obtinere, gloſſ. & Dd. ibidem, Ferrar. prælleg.
loco num. 2. maximè contra agnatos cohære-
des, qui hîc tantum iuris, quantum actores in
ſucceſsione habere noſcuntur: ideo nulla eſt
ratio, quamobrem eiuſmodi remedium poſ-
ſeſſorium, quod non totam cauſam, ſed tan-
tùm poſſeſsionis controuerſiam definit, hic
6 inutiliter proponatur. Eadem † ex cauſa nec
interdictum, Quorum bonorum, intêtari fue-
rit conſultum: primùm, quia datur ſolum-
modo ad bonorum omnium poſſeſsionem,
Roffred. in ſum. lib. quor. bonor. in princ. per
l. ult. C. qui adm. uel totam hæreditatis uniuer
ſitatem conſequendam, non ad res ſingulas,
ponſsimùm ab hæreditate (ut ſunt feuda, gl.
fin. & Bart. in l. item. 20. §. fin. uerb. ſiue iura. de
petit. hæred. uide j. num. 9.) ſeparatas, Roffr.
in d. ſumm. nu. 8. & ut hoc maximè non obſti-
terit, (ſicut non arbitror obſtare, cùm inſtar
hæreditariæ petitionis, l. licet minimam. de
pet. hæred. etiam ad res minimas dari debeat,
Bart. & Dd. l. unic. C. quor. bonor. & l. 1. eod.) ta
men quia res hîc altiorem, ut dictum eſt, in-
daginem requirit, nec integrè & plenè in poſ-
ſeſſorio iudicio expediri poteſt, ut alia poſt-
modum actione ſit futurum opus: poſtremò,
quòd nullo uitio dicti agnati poſſeſsionem
uacantem ſunt adepti, ut poſſeſſorijs reme-
dijs à iuſta ſua poſſeſsione bono titulo quæſi-
ta facilè expelli non poſsint, quando in pari
cauſa melior ſit conditio poſsidentis, cap. in
pari. de reg. iur. in 6. cum ſimilib. quemadmo-
dum poſtea in 2. quæſtione dilucidabitur co-
7 pioſius: his † de cauſis omnibus ritè conſi-
deratis, in caſu præſente multo ſatius fore ui-
detur petitorio iudicio agere, quod tam quo
ad poſſeſsionem, quàm quo ad proprietatem
agentibus commodare poteſt, Ferrar. in for.
lib. petit. ab inteſt. in princip. nu. 8. per l. ſi inter
me & te. de excep. rei iud. Fruſtra namque fit per
plura, quod fieri poteſt per pauciora, l. 1. quod
met. cauſa. l. ampliorem. §. in refutatorijs. C.
de appellat. Dictum eſt autem, duo eſſe reme-
dia petitorij iudicij, quæ ſucceſſoribus dan-
tur, petitionem ſcilicet hæreditatis, & actio-
8 nem familiæ herciſcundæ: quarum † hæc nec-
dum hic dari poteſt, quòd agentes ab H. ne-
gantur adhuc eſſe cohæredes: quo caſu peti-
tione hæreditatis, non familiæ herciſcundæ iu
dicio, quod tantùm hæredibus datur, agen-
dum eſt, ne præiudicium hæreditati fiat, l. 1.
ff. famil. herciſcun. l. 1. §. proinde. ff. ſi pars hæ-
red. pet. l. fundi. l. fundus. ibi optimè Caſtren.
de except. Roffred. in act. famil. herciſc. num. 2.
Supereſt igitur ex omnibus iſtis tantùm pe-
titio hæreditatis ordinaria in petendis ſucceſ-
ſionibus actio, l. 1. de petit. hæredit. cui nec ipſi
quoque uideri poterat his in terminis locus
aperiri, quia ſicut ipſum nomen indicat, tan-
tùm ad petendam hæreditatē detur, l. 1. & tot.
9 tit. ff. & C. de pet. hæred. Atqui † feudum (niſi
ſit hæreditarium, pro ſe & hæredibus conceſ-
ſum, Mynſing. obſer. 67. centur. 3. cuius gene-
ris hæc maſculina & nobilia minimè ſunt) nō
eſt hæreditas, nec res hæreditaria: uide Iaſ. in
prælud. feud. nu. 4. neque iure aut nomine hæ-
reditario, cap. 1. ubi Dd. de ſucceſſ. feud. c. 1. an
agn. uel fil. cap. 1. §. etſi clientulus. de alie. feud.
Bald. num. 12. Lauden. & aliàs, cap. 1. an agna.
uel filius, Bald. in l. cùm uirum. num. 21. C. de
fideicom. & in l. 1. quæſt. 48. de rer. diuiſ. latè
Dec. conſil. 78. licet. num. 5. Iaſ. remiſsiuè in §.
actionum. num. 210. ubi plures allegat, Inſtit.
de actio. latiſsimè Tiraq. in tract. le mort ſaiſit
le uif, 4. parte, declar. 5. num. 18. & latiſsimè in
retract. prox. §. 1. gloſſ. 3. numer. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
cum ſeqq. uel bonorum, Tiraquel. prælleg. lo
co. uenit, Tiraquel. d. retract. prox. §. 1. gloſſ. 3.
10 Quare † nec in hæreditatis petitionem uenire
poſſe uidetur, Bart. in l. item uidendum. §. nūc
uideamus. num. 1. de pet. hæred. Alexan. conſ.
19. ſuper eo. lib. 5. Socin. conſi. 19. adſint. num.
17. uol. 1. & conſil. 65. cùm in preſenti. num. 17.
lib. 1. Tiraquel. in tract. le mort, parte 4. declar.
5. num. 19. Sed non intricando rem meo iudi-
11 cio apertam, contrarium eſt uerius. Nam † feu
dalis ſucceſsio eſt quædam ſucceſsio ab inte-
ſtato, cōſuetudine introducta, Aluar. in princ.
& Dd. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. aut ſaltem ſuc-
ceſsio uniuerſalis illi ſimilis, Caſtrenſ. conſil.
441. pro declaratione. num. 5. uol. 1. Bald. in
d. l. cùm antiquioribus. num. 7. & in d. c. impe-
rialem. in prin. num. 19. de prohib. feud. alien.
per Fed. & alij ſ. allegati. Vnde & aliorum ſuc-
ceſsionum non modò nomine notatur, ſed e-
tiam iure penditur, Sigiſm. Neapol. cōſ. feud.
38. quoniam. num. 10. in d. c. imperialem. nu.
12 19. Et † conſequenter, ſicut ab inteſtato hære-
ditas, l. 1. 2. 3. & tot. tit. de pet. hæred. ita & ſuc-
ceſsio feudalis petitione hæreditatis rectè exi-
gitur, ita in terminis poſt Bart. decidit Imol. in
l. ſi patroni. uerſic. extra. ff. ad S. C. Trebell. Pa-
norm. conſil. 3. in 1. dubio, uol. 2. Roffr. in act.
pet. hæred. num. 11. & 12. pro quo eſt bona gl.
in l. item ueniunt. §. nunc uidendum. ad uerb.
ſiue. de pet. hæred. Bald. cap. 1. num. 3. & 4. de
ſucceſſ. feud. Pro qua theorica, quæ proculdu-
bio uera eſt, & quotidie practicatur, allego bo
num textum in cap. 1. an apud iud. uel cur. ubi
dicitur, agnatum proximum debere feudum
à defuncto relictum uendicare. Quod indubi-
tanter accipiendum eſt non de uendicatione
rei, quæ ut ſingularis, l. 1. de rei uend. pro uni-
uerſali ſucceſsione non poteſt competere ſuc-
ceſſori, qui poſſeſsionem necdum ſit adeptus,
Dec. in l. hæreditas. num. 1. de reg. iur. ſed de pe
titione hæreditatis, quæ & ipſa eſt uendicatio,
l. 3. l. 9. C. de pet. hære. l. 1. §. 1. ſi pars hæred. l. le-
gitimam. 8. de pet. hæred. & actio realis, quam-
uis perſonales habeat præſtationes, l. ſed etſi.
l. 25. §. petitio. de pet. hæredit. gloſſ. & Dd. præ-
ſertim Iaſ. in rub. C. de inoffic. teſt. & rubr. ff. &
C. de

C. de pet. hæred. l. hæreditatis. C. eod. tit. Ne-
que uerò obſtat, quòd res feudalis non ſit
hæreditaria, eaq; re ne in petitionem hæredi-
tatis includatur. Nam hoc ita accipiendum
eſt, ut non ueniat in petitionem hæreditatis
bonorum allodialium; in quibus terminis
loquuntur præallegata iura: ſecus uerò eſt,
quando per ſe petitur feudalis in uniuerſum
ſucceſsio, gloſſ. & Dd. in l. item. 20. §. nunc ui-
deamus. de petit. hæredit. Bart. ac omnium o-
ptimè Imol. in d. l. ſi pátroni. uerſic. extra. ad
S.C. Trebell. & idem Bart. meliùs in l. ut iuriſ-
iurãdi. §. ſi liberi. num. 4. de oper. libert. Bald.
in d. cap. 1. num. 5. de ſucceſſ. feud. & in l. liber-
ti. num. 18. & 19. cum ſequent. C. de oper. lib.
in l. cùm uirum. num. 21. 22. 23. C. de fideicom-
miſſ. Socin. d. conſil. 19. num. 1. in uol. 1. aut
quoties petenti hæreditatem etiam feudum
debetur: putà filio, uel agnato hæredi, non ſo-
lùm in feudalibus, ſed etiã allodialibus pro-
ximo, gloſ. d. l. item. 20. §. fin. ubi Bart. & Dd.
de pet. hæred. Nihil enim impedit, quin uel il-
lo caſu ſucceſsio feudalis, uel hæc utraque,
tam feudalis quàm allodialis una hæredita-
tis petitione uendicari poſsit, Bart. d. l. ut iu-
riſiurandi. §. ſi liberi. Iacob. tract. feud. uerb. &
cum pacto, quòd ipſi. num. 7. dicens, Barto-
lum ibi rectè & ſanctè locutum eſſe, ac melius
quàm in d. l. item uidendum. §. fin. ubi tamen
gloſſ. idem confirmat, ne per plura iudicia di-
uidatur, quod uno exigi poteſt, l. ne in plu-
res. de exerc. ac l. planè. famil. berciſc. l. ampli-
13 orem. in fin. C. de appell. Quia † tamen in li-
bello omitti poteſt nomen actionis, c. dilecti.
ubi Panorm. & Dd. de iudic. Fab. in §. præiu-
diciales. num. 35. Inſtit. de actio. Iaſon in l. édi-
ta. num. 2. ubi dicit hanc communem eſſe ſen-
tentiam, C. de eden. ideo ad maiorem caute-
lam ſatis hic erit, prætermiſſa actionis ſpecifi-
catione, ex formula petitionis hæreditatis
14 hoc caſu concludere: nempe † ut dicant a-
ctores, ſe perẹque eſſe ſucceſſores in bonis feu-
dalibus à defuncto agnato relictis, atque ſint
reliqui poſſeſſores: eoq; ſe ſucceſsionem illã
animo adiuiſſe, peterenq;, ut tales ſucceſſores
& feudales eſſe hæredes ſententia iudicis de-
clarentur: ſibiq; ſua ideò portio faudalis ſuc-
ceſsionis à cohæredibus poſſeſſoribus ex of-
ficio iudicis reſtituatur. Hæc enim eſt propria
huius actionis concluſio, Bart. in l. 1. C. quor.
bon. Dd. in l. hæreditas. 9. C. de pétit. hæredit.
Ferrar. in pet. hæred. ab inteſt. uerbor. reſtitu-
endum. Roffred. in for. pet. hæred. numer. 6.
per l. 1. 2. & 3. ff. de petit. hæred. uide Parat. no-
15 ſtra de pet. hæred. eaq; † ad hunc poteſt mo-
dum, pro parte ſcilicet agentis, contra cohæ-
redes etiam (uelut hic reconuenti ſunt) inſti-
tui, l. 1. §. proinde. & tot. tit. ff. ſi par. hær. pet. gl.
ad uerb. exceptionem. in l. 1. ff. famil. berciſc.
Ferr. in form. lib. pro hæred. ab inteſta. uerb.
reſtituendum. Et hæc ad determinationẽ pri-
mæ quæſtionis ſufficiant.

II. Progredienti ſecundam ad quæſtionem,
an ſequeſtratio hic peti poſsit? uideri primo
16 poterat contuitu, poſtulari eam poſſe: eo † quod
uniuerſa prohibendæ ſequeſtrationis ratio in
hoc fundata eſt, ne cui de facto ante iuris co-
gnitionem auferatur poſſeſsio, l. unic. ubi Dd.
præſertim Curti. C. de prohib. ſequeſtr. uide,
quæ latè dixi ſ. conſil. 7. per tot. Ergo econtra-
riò, quando nullius adhuc ea eſt, ſed uterque
litigatorum idem ius uſurpat, & ſibi deberi
intendit, eundemq; titulum prætendit, atque
ita partium iura reperiuntur obſcura, quia
hic ceſſat illa prohibitionis ratio, l. quod di-
ctum par. l. adigere. §. quamuis. de iur. patr. &
intereſt alterius partis, ne alteri plus iuris quã
17 ſibi, in cauſa pari concedatur: ideo † poteſt
iudex ſequeſtrationem ſaluo cuiuſque partis
iure decernere tali caſu, Bald. in l. fin. numero
10. C. de edicti. diui. Adrian. toll. ex Innóc. in
cap. ueniens. numer. 2. de teſtibus: item Bald.
in l. 2. numer. 2. C. de ſumm. trin. in l. fin. num.
5. C. de ordin. cognit. & in l. ordinarij. numer.
2. C. de rei uendit. & eſt de mente Iaſon. in l. ſi
fideiuſſor. §. fin. numer. 27. in 4. limitat. ff. qui
ſatiſdat. cogant. & Panorm. in cap. 2. num. 10.
in 15. limitat. extrà de prohib. ſeq. Fab. in l. u-
nic. C. uti poſsidet. & in §. retinendæ. Inſtit. de
interdict. deciſ. cap. Tholoſa. 477. in addit. &
ita in practica ſeruari tradit Imbert. Inſtitut. fo-
renſ. lib. 1. capit. 32. In præſente itaque argumẽ-
to cùm agentes ab A. ſimilẽ titulum & æquale
ius ſucceſsionis cum agnatis reis à B habeant
& prætendant, uidebatur rectè ab illis ſeque-
ſtratio peti. & impetrari oportere. Sed contra-
rium potiùs, eo non obſtante, hac in ſpecie
18 ſtatuendum eſt. Nam † ſequeſtrationes o-
mnes, utpote odioſæ, Marcus Man. ſing. 88.
numer. 2. regulariter in omnibus perſonali-
bus & realibus actionibus prohibentur, l. u-
nic. ubi Dd. præſertim Curt. C. de prohib. ſe-
queſtrat. cap. 2. ubi Panorm. & Canon eodem
19 clem. 1. ubi Zab. eodem quia † ab executionẽ
non eſt incipiendum, l. 1. C. de ex. rei iudicat.
nec cuiquam ſua poſſeſsio ante cauſæ cogni-
tionem & ſententiam auferenda, l. unic. ubi
Bald. numer. 2. 3. Curt. & alij. C. de prohib. ſeq.
cap. 2. & tot. tit. extrà eod. clem. unic. eod. titul.
Specul. eod. tit. per totum, Dd. in l. ſi fideiuſſo-
ribus. §. fin. qui ſatiſd. cog. Schurff. conſil. 6.
cùm nullitas. num. 3. centur. 3. & conſil. quod
in præſenti. num. 5. cum ſequ. Henning. God.
de ſequeſtra. conſil. 3. in princip. quod in peti-
tione hæreditatis, qua hic agendum eſſe di-
ximus, multo maximè uerum eſt, Ferrar. in
for. ſaximent. ſeu ſequeſt. in princip. quæ da-
tur aduerſus poſſeſſorem, l. regulariter. 9. cum
ll. ſeq. ff. de petit. hæred. l. hæreditatis. 7. C. eo.
tit. à quo ſibi actor poſſeſsionem reſtitui pe-
20 tit, Bartol. in l. 2. & l. licet. ff. eod. tit. Itaq; † cùm
agens hac actione fateatur ſe non poſsidere,
neque neget alterum, ſuum nempe antago-
niſtam, in poſſeſsione eſſe, non debet hic

decerni ſequeſtratio: cum abſque cauſæ co-
gnitione nemini, ne à iudice quidem poſſeſ-
ſio ſit auferenda, capite conquerente. 7. de re-
ſtitut. ſpol. Iaſ. poſt alios in l. iuſtè poſsidet. nu
mero 4. 5. & per totum, ff. de acquir. poſſ. Por-
rò quod ſuprà dictum eſt, in paris iuris æqua-
litate ſequeſtrationem decerni poſſe, obtinet,
quando neutra pars eſt in poſſeſsione, nec al-
tera alteri quippiam hac in parte concedit: &
utriuſque iura ſunt omnino ita æqualia, & in-
certa, & obſcura, ut cuius cauſa, quod uſum
rei controuerſæ proponderet, planè ignore-
tur. Secus uerò eſt, quando altera pars tem
21 quietè iam tenet occupatam. tunc † enim iu-
dex non eijcere poſſeſſorem, ſed relinquere il-
li ſuam poſſeſsionem, & prohibere alteri par-
ti ne accedat, omni ſequeſtrationis quæſtio-
ne præciſa, Bald. in leg. unica numero 1. Cod.
de prohib. ſequeſtr. & in l. penult. ff. ubi pupil.
educ. & dict. Tholoſ. deciſ. 477. & communi-
ter ſcribentes in l. final. de offic. procurat. Cæſ.
& l. æquiſsimum. de uſufruct. latè Franc. Mar.
deciſio. 1198. incip. quæritur. numer. 4. per do-
ctrin. Bald. Salic. Caſtrenſis, in l. ſi ſeruus. 6. C.
quod cum eo qui in alien. pot. debet. Iam in
præſenti ſpecie conſtat, reos agnatos poſſeſ-
ſionem bonorum iſtorum feudaliũ eſſe iam
pridem adeptos, quamuis nondum inueſti-
22 turam à domino acceperint: aliud † enim eſt
poſſeſsio, aliud inueſtitura, c. 1. quibus mod.
feud. conſtit. poſſ. cap. per tuas. de donat. inter
uir. & uxor. ubi gloſ. ad uerb. poſſeſſorem. nec
23 † per inueſtituram poſſeſsio datur, ſed ma-
gis confirmatur, Iaſon in l. quoties numero
29. 30. C. de rei uendit. Bald. in rubr. C. de con-
trahent. empt. numero 18. Schurff. conſilio 53.
quod in præſenti. numero 515. centuria 1. per
doctrinam Canon. in ca. inter dilectos. de fid.
inſtrument. gloſſ. in cap. 2. uerb. ſignum ubi
Panorm. Imol. & alij, de conſuet. Quòd maxi-
mè dicendum hic eſt, ubi poſſeſsio uacans an
te inueſtituram à legitimis feudi ſucceſſorib.
24 eſt occupata: ſicuti † quamlibet hæreditatem
& ſucceſsionem uacantem hoc modo hære-
des & alij ſucceſſores propria authoritate oc-
cupare, occupandoq; iuſtos poſſeſſores ſe cõ-
ſtituere poſſunt: ita eſt communis concluſio
Cyn. Bartol. Bald. numer. 3. Fab. Iaſon, Dec. in
l. ultim. Cod. de edic. diu. Adrian. tollen. Bart.
in l. 2. C. quan. & quib. quat. pars, lib. 10. & in
l. ex facto. 2. ubi etiam Bald. de hæred. inſtitut.
Innocen. in capit. cùm in officijs. ubi etiam I-
mol. Ancbor. in 2. quæſt. de teſtam. Imol. in c.
Raynutius. num. 32. eod. tit. de teſtamen. per l.
cùm hæredes. in princ. de acquir. poſſeſsion.
Socin. conſil. 72. quæritur. lib. 2. Ferrar. in for.
libell. quo. petit. hæred. ex teſtam. ad uerb. in-
iuſta numer. 1. & 4. Bald conſil. 452. quia. lib.
4. & alij, quos cumulat Tiraquell. in tract. le
mort ſaiſit le uif, in 1. parte declarat. 7. per to-
rum. Quod adeò in feudis obtinet, ut non
25 pauci ſint, qui tradant poſſeſsionem † defun-
cti in hæredem feudalem abſque inueſtitura
continuari, Bald. in l. cùm antiquioribus. nu-
mero 11. C. de iure deliber. Iaſon in l. quoties.
numero 32. Cod. de rei uend. idem Bal. Iacob.
de Beluiſ. Laud. Aluar. & communiter Feudi-
ſtæ in cap. 1. de feud. cognit. latè Tiraquell. in
tract. primog. quæſt. 40. numero 96. Quod et
ſi diſputari poteſt, Tiraquel. d. tractat. le mort
ſaiſit le uif, in 4. declarat. præfation. numero
1. 2. 3. & ſeq. tamen illud extra controuerſiam
26 eſt, neque dubium habet, quin † ſucceſſores
feudales naturali apprehenſione feudi con-
ſtituantur ueri poſſeſſores, etiam ante inueſti-
turam, text. in capit. 1. ſi de feud. fuer. contro-
uerſ. inter maſcul. & fœm. Iacob. de ſanct. Ge-
org. in tract. feud. in uerbo, ita quòd ipſi inue-
ſtiti. numero 13. per d. l. cùm hæredes. de acqu.
poſſeſsion. & gloſſ. in l. cùm miles. 30. ad uerb.
quaſi coniunctim. ex quibus cauſ. maior. latè
Tiraquell. in d. tractat. 4. declarat. præfation.
27 num. 4. cum multis ibi allegatis: adeò † qui-
dem, ut uaſallus ſucceſſor hoc modo poſſeſ-
ſionem adeptus, contra omnes excepto domi-
no directo, qui hic non agit, uolentes agere,
poſſeſſorijs remedijs ſit munitus, Benedict. in
repet. c. Raynutius. in uerb. mortuo. numero
76. & 77. de teſtam. Chaſſan. in conſuet. Burg.
titul. de ſucceſſ. §. 1. numero 6. latè Tiraquel. in
d. tractat. le mort, in 4. declarat. præfat. numer.
7. & rurſus in 4. declarat. 4. partis numer. 28.
28 quemadmodum † poſſeſsionem bono titulo,
bonaq; fide adeptus, aliàs quoque Publicia-
na tutus eſt aduerſus omnes, ſolo domino ex
cepto, l. penult. & l. ultim. ac tot. tit. ff. de Publi.
in rem actio. nec de facto deijci de poſſeſsione
ſemel adepta per ſequeſtrationem debet, cap.
1. §. ſi autem miles. ubi Martin. Laudenſ. num.
3. & 9 quo tempor. mil. Reuertendo igitur ad
propoſitum, cùm in iſto caſu agnati ab I. ſint
legitimi ſucceſſores, & poſſeſsionem uacan-
tem occuparint: facilè liquet, eos poſſeſſores
ex iuſto titulo iuſtos effectos eſſe, & proinde
nec poſſeſsionem illis auferendam eſſe abſq;
cognitione litis: ideoq; nec ſequeſtrationem
hoc caſu concedendam eſſe. Nam quæ de ſe-
queſtrationis permiſſu dicta ſunt, obtinent,
quando plures de una poſſeſsione litigant,
nec alter alteri quid concedit: ut omnia ſuprà
dicta iura oſtendunt: hic autem non ſumus
in illis terminis, cùm d. agentes ab A. non in-
ficientur d. poſſeſſores eſſe cohęredes ſibi feu-
dales, & pro ſuis portionibus hæreditarijs re-
ctè & bono ac legitimo titulo poſsidere: ſed
tantùm unà cum illis pro rata ad ſucceſsionẽ
feudalem admitti uelint. Quanquam igitur
maximè petere ſequeſtrationem hoc caſu lice
ret, non tamen ulterius, quàm pro rata ſucceſ-
ſionis, quam actores petunt, impetrari poſ-
29 ſet. Is † enim qui petit hæreditatem, inquit l.
C. uel partem hæreditatis, ius non ex eo mentẽ
quod poſſeſſor occupauit, ſed ex ſuo iure: &
ideo ſi ex aſſe hæres eſt, totam hæreditatem
uendi-

uendicabit, licet poſſeſſor rem unam poſsi-
deat: ſi uerò ex parte tantùm, (ùt in noſtro
caſu) partem tãtùm petet, licet poſſeſſor to-
tam hæreditatem poſsideat, l. 1. §. 1. ff. ſi pars
hæred. petat. Ex quo intelligitur, ut maximè
hic ad ſequeſtrationẽ iri poſſet, tñ nullius,
uel certè modicæ utilitatis ſequeſtrationem
eam hic futuram eſſe, nec facilè, neq; cõmo-
dè pro parte decerni poſſe. Sed illam non eſ
ſe hic admittendam, cùm ex ſuperioribus,
30 tum uel ex illo maximè liquet, quòd † ſe-
queſtratio aut propter dilapidationem tan
tùm concedatur, glo. & Dd. l. unic. C. de pro-
hib. ſequeſtrat. (de qua hic nulla eſt quęſtio,
nullus timor) aut propter poſſeſsionem, quã
is qui petit, parem cum eo qui poſsidet, ha-
bere ſe intendit & demonſtrat, Bald. & Dd.
in l. final. C. edict. diui Adrian. tollend. Pa-
normit. & alij cap. 1. & 2. de ſequeſtrat. poſſeſ.
Bald. numero 2. & 3. & latè Curt. l. unic. C. de
prohib. ſequeſtrat. dixi conſilio 97. infrà. At
in præſenti ſpecie agentes ab A. tale ius poſ-
ſeſsionia cum poſſeſſoribus à B. æquale nõ
habent. Vt enim maximè ſint cohæredes, &
ſimul in feudo conſucceſſores, eo poſito &
conceſſo, (de quo tamen adhuc quæritur,
quodq; à poſſeſſoribus negatur, neq; dum
cauſa adhuc pendente liquet:) non tamen
propterea adepti ſunt poſſeſsionem, qualẽ
reliqui agnati apprehenſione & occupatio-
31 ne naturali ſunt conſecuti. Hæres † enim ius
quidem adipiſcitur à morte defuncti, poſt
aditam hæreditatem, quæ ad tempus mor-
tis retrotrahitur, l. omnia. 154. l. omnia. 182.
de regul. iur. l. ſi ex re. 54. §. final. de ſtipul. ſer.
32 uor. poſſeſsionem † uerò aut eius commo-
dum nullo modo, quoad naturaliter eam
apprehendat, ut de eo text. apert. in l. Põpo-
nius. § quæſitum. ſ. cùm hæredes. & ibi Bar-
tol. l. qui uniuerſas. §. per colonum. de acqui
ren. poſſeſſ. l. ſi homo. de uſucapion. l. 2. §. ap-
paret. de crimin. expil. hæred. l. 1. §. 1. ff. ſi quis
teſtament. lib. l. ſi ſorori. ubi Bald. Iaſon &
Dd. Cod. de iur. deliberan. l. final. Cod. de e-
dict. diui Adrian. tollend. tot. titul. ff. & C.
quor. bonorum, latiſsimè Chaſſan. in con-
ſuet. Burgund. titul. de ſucceſſor. §. in prin-
cip. Tiraquel. in tractat. le mort ſaiſit le uif,
in 3. declarat. præfat. numero 2. 3. cum mul-
33 tis ſequentibus. Et † quamuis quidam, ut ſu
prà diximus, in feudalibus putauerint poſ-
ſeſsionem continuari in heredes, ut Bald. in
l. cùm antiquioribus. numero 11. C. de iur.
deliberand. Iaſon in l. quoties. numero tri-
geſimo ſecundo. Codice de rei uendicatio-
ne, & conſilio octuageſimoſeptimo conſul-
tus libro primo, Iacob. Belg. Laudenſis, Al-
uar. in capitulo primo de feud. cogend. ta-
men illi loquuntur, quemadmodum & glo.
in dicta l. cùm miles. 30. ad uerbum, qua-
ſi coniunctum. ex quibus cauſis maiores:
tantùm de hæredibus ſuis, hoc eſt, de de-
ſcendentibus, qui cum uiuente parte poſ-
ſident, & in quos ius patris propter fictio-
nem identitatis, l. finali. Codice de impu-
beribus ſubſtitut. eo faciliùs continuatur,
l. in ſuis. ubi Doctores de liberis & poſthu-
mis, ut & Schurffius declarat conſilio uige-
ſimoſeptimo, licet. numero octauo, cent. 1.
Atqui de deſcendentibus defuncti hic non
agitur, ſed de collateralibus, in quibus præ-
dicta ratio ceſſat, & ideo eadem theorica ceſ
ſare debet, l. adigere. § quamuis. ff. de iure
patron. Deinde nec probatur ea opinio per
gloſſ. quam allegant Dd. in capit. 1. de feud.
cognit. & in ſumma contraria ſententia eſt
uerior & communior, quæ etiam in praxi
ſeruatur, Mynſing. obſeruation. 38. centur.
3. quòd † ſcilicet ne quidem in feudalibus 34
poſſeſsio in hæredem etiam ſuum continue
tur & tranſeat ipſo iure, ſed tantùm per na-
turalem apprehenſionem & occupationem
acquiratur: ut tradit Iacob. in tractat. feud.
Bald. reprehendens ad uerb. ita quòd ipſi
inueſtiti habeant, &c. numero 13. per gloſſ.
uel potiùs per doctrinam Bartol. qui idem
dicit eſſe in ſuo hærede, in d. l. cùm miles. ex
quibus cauſ. maior. & d. l. cùm hæredes. de
acquiren. poſſeſſ. & Iaſon ſibi contrarius, in
l. ſi ſorori. numer 2. Cod. de iur. deliberand.
ubi dicit Bald. aliter ſenſiſſe, & rectiùs in ca-
pit. 1. an mut. uel imperfect. Maſuc. titulo de
feud. §. item ſucceſſor. cum §. ſequen. & quos
cummulat Tiraquell. in retract. le mort ſai-
ſit, in quarta declaratione præfanonis, nu-
mero tertio & quarto, & cum ſequentibus
aut ſingularum rerum, per legem primam
§. ueteres. ubi gloſ. uerb. per unum. l. prædia.
& l. 3. in princip. ubi gloſſ. uerb. quælibet. de
acquiren. poſſeſſ. latè Tiraquell. de retract.
proxim. §. 36. gloſſ. 3. numer. 2. 3. aut ſaltem
principalis, cuius adeptioni poſſeſsio acceſ
ſionum & rerum particularium eò pertinen
tium inſit, Bartol. Iaſon & communiter Dd.
in l. 3. in princip. de acquiren. poſſeſſ. Inno-
cent. & Canoniſt. in cap. in literis. de reſtit.
ſpoliat. Bald. l. cùm in cunctis. de elect. Sali-
cet. l. licet. C. de acquirend. poſſeſſ. Tiraquel.
in retract. proxim. d. §. 36. gloſſ. 3. numer. 4.
in fin. Ex quibus iam omnibus deciden-
dum eſt, d. agentes ab H. qui nunquam poſ-
ſeſsionem bonorum feudalium, quæ petere
inſtituunt, ſunt adepti, ius poſſeſsionis nul
lum, & proinde nec ius æquale cum poſsi-
dentibus hac in parte habere, ideoq; nec ex
præfata Dd. theorica ſequeſtrationem pete-
35 re poſſe. Quare † conſultius eſſet, ea omiſſa
poſtulare in libello petitionis cautionem
de bonis pendente lite non minuendis: ſi-
cut ea cautio in petitione hæreditatis peti &
decerni ſolet, l. diuus. 5. ubi gloſſ. Bartol. &
Dd. l. quòd ſi in diem. 18. ff. de petit. hæred.
36 item † deſcriptionem & inuentarium bo-
norum ac fructuum, qui ex rebus illis feu-

dalibus percepti ſunt, & percipi poſſunt, cō-
37 putum & declaranonem: id † quod peti poſ
ſe, etiam cùm prohibita eſt ſequeſtratio, tra-
latitium eſt, Bart. in princip. Bald. numer. 6.
& cōmuniter Dd in l. unic. C. de prohib. ſe-
queſtra. per l. 1. §. penult. de uent. in poſſeſſ.
mitten. idem Bart. in l. defenſionis facultas.
C. de iur. fiſc. lib. 10. Iaſon. in l. ſi fideiuſſor. §.
final. num. 28. ff. qui ſatiſd. cogant. cum ibi
per eū allegatis: quanquam non uideo, quæ
magna ſit huius petitionis futuræ utilitas, ſi
alioqui dicti poſſeſſores nō ſint ſuſpecti, ne-
que alia aliqua iuſta petitionis cauſa ſubſit.
38 nam † cùm mota hæreditatis controuerſia
etiam abſq; hoc poſsit alienari, d. l. diuus. 5.
ubi gl. Bart. & Dd. de petit. hæredit. tot. tit. C.
de litigioſis: cumq; in hæreditatis petitionē
fructus etiam ueniant, l. item ueniunt. eod.
tit. l. 2. cum ibi not. per Caſtr. & alios, C. eo.
tit. & omnia à defuncto relicta cogantur poſ
ſeſſores conuenti mediante ſolenni inuen-
tatio, uel in eius defectum corporali iura-
mento manifeſtare, iuxta l. fin. §. licentia. ubi
gloſſ. ad uerb. ſacro illius. Codice de iur. de-
lib. l. 2. C. quan & quibus quart. pars, ubi
gl. ad uerb. iurata. lib. 10. liquet hic per ſo-
lam hæreditatis petitionem ſatis & ſuffici-
enter agentibus eſſe conſultum, niſi nmor
dilapidationis, fuga aut alia iuſta cauſa,
quæ moram litis non ferat, ſubeſſe oſtenda-
tur, l. unic. ubi gloſſ. & Doctores, Codice de
prohibitio. ſequeſtrationis. Eiuſmodi uerò
cùm nulla hîc omnino ſubſit, perſpicuum
ſanè ſit, ceſſante cauſa ceſſare etiam neceſ-
ſariò effectum oportere, l. cùm ceſſante. de
app. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſſa ceſſare
effect &c. cum ſimilib.

III. Deſcendendo ad tertiam quæſtionem,
ubi ſcilicet, & coram quo iudice hæc actio
ſit inſtituenda: dicendum eſt, cùm hæc quę-
ſtio ad utilitatem domini feudi non perti-
neat, ſed solùm inter agnatos uaſallos eiuſ-
dem domini ſuper feudo cuiuſque ſucceſsio
ne (quis ſcilicet in illa ſit potior & proximi-
or?) uertatur, dubitandum non eſſe, quin
37 † coram domino feudi hæc quæſtio agitan
da & actio in eius feudali curia ſit inſtituen-
da, capitulo primo §. ult. ubi gloſſ. ad uerb.
duos & Doctores Bald. num. 1. Aluar. nume
ro primo, Iſer. nume. 71. 72. de prohib. feud.
alien. per Fed. per capit. 1. de content. feud.
cap. ex tranſmiſſa. extrà de for. comp. cap. cæ
terùm extrà. de iudic. gloſſ. fin. in capit. pri-
mo an apud iud. uel cur. Aluar. in c. 1. apud
quem uel quos. & in c. 1. de cont. in epiſcop.
Curt. in tract feud. part. 7. num. 23 & Zaſius
40 parte 11. numero 6. 7. Dominus † enim ha-
bet ordinariam iuriſdictinem à lege datam,
reſpectu cauſæ concernentis feudum: ut di-
cit Panormitan. in cap. uerum numero 5. &
17. de for. comp. & in d. c. cęterùm. nu. 1. & ib.
Felin. nu. 1. 2. & eſt originalis ſententia Inno-
cent. in cap. uerum. numer. 2. & 3. de for. com
petent. Oldrad. conſilio 17. thema. numero
41 2. non † ſolùm in petitorio iudicio, ſed & in
poſſeſſorio: maximè quando poſſeſſorium
proprietati adminiculatur, Felin. in d. capit.
cæterùm. numero 14. per doctrinam Bald.
in cap. 1. §. inter pares. de lege Corrad. Quod
potiſsimùm in cauſa præſente uerum eſt:
in qua agitur de ſucceſsione feudali, quę
42 † non ſecundum ius commune, ſed ex lege
& conſuetudine feudorum, uide Molin.
Curt. & alios in princip. de feud. capit. 1. de
feud. cognit. eſt determinanda: quod genus
omnimodo corā domino feudi definiri de-
bet. Felin. in d. capitul. cæterùm. numero 7.
& 8. de iudic. Quanquam etiam abſque hoc
ſi eſſet tamen hæc cauſa coram iſto feudi do
mino eſſet agitanda: quoniam is eſt hac in
ſpecie, etiam iure communi iudex compe-
43 tens: utpote † ordinarius, & princeps ter-
ritorij, in quo hæc feuda litigioſa ſunt ſita,
Felin. in d. cap. cæterùm. num. 8. ex doctrina
Innocent. & Panormitan. ibidem, de iudic.
Eſt enim certi iuris, quando res petitur pe-
titione hæreditatis, tunc dominum loci, u-
bi res ſita eſt, iure communi iudicem eſſe
competentem & ordinarium, l. 1. C. ubi de
hæredit. agi oport. ubi Bald. Caſtrenſ. Salic.
& Doctores. Nam petitio hæreditatis quam
uis perſonales habeat præſtationes, tamen
re ipſa eſt actio realis, & inter reales connu-
meratur, l. ſed etſi lege 25. §. petitio. de pet. hæ
redit. l. hæreditas ubi not. C. eod. tit. gloſſ. &
Doctores præcipuè Caſtrenſ. & Iaſ. in rubr.
Codice de inofficic. teſtament. & petit. hære-
44 dit. & † per conſequens, ubi res ſita eſt, co-
ram loci illius domino atque iudice hæc a-
ctio ordinariè debet intentari, l. 1. 2. & tot. ti-
tul. Codice ubi in rem actio, præſertim cùm
ibi quoque domicilium habeant hic rei poſ
ſeſſoreſq; conuenti, & in iſtis feudis litigio-
ſis commorentur, l. unic. Codice ubi de hæ-
redit. ag. ubi Salicet. l. ſi ſuſpecta. 29. §. ulim.
de offic. teſtament. Quamobrem utroq; iu-
re, & communi & feudali, hāc cauſam apud
dominum feudi agitandam eſſe, dubitari
non poteſt: & in in materia quidem, potiſsi-
mùm feudali, ut ex ſuperioribus liquet: quā
45 quam † ubicunque uult de cauſa feudali do
minus iudicare, poteſt, gloſſ. in §. ſi. ad uerb.
cognitio. de prohib. feud. alienat. per Feder.
& dixi ſuprà conſilio 4. eoq; principes Ger-
maniæ quidem ſuperioris non ſolent mate-
riam faudalem ab ordinaria, quo ad forū,
habere diſtinctam. Sed quia hic agitur de ſe
paratis feudis diuerſorum deritoriorum ac
dominiorum: ideo quæri meritò poteſt, u-
trùm coram alterutro, an uerò apud utrum
que dominum pro diuerſitate feudorum a-
ctio ſit intentanda? Et uideri prima fronte
poterat, (ut l. C. l. quingenti. de probation.
loquitur) coram uno cauſam hanc agitan-
dam

dam eſſe, aut ſaltem apud commiſſarios ab
46 utroque domino datos: quia † continen-
tia & connexitas cauſæ diuidi non debet,
ſed apud unum eundemq; iudicem tota eſt
terminanda, l. nulli. Codice de iudic. l. 1. & 2.
ff. de quibus rebus ad eund. iudic. eat. Iaſon
in l. ſi duo patroni. numero 3. de iureiuran.
Bald. Alexand. Iaſon in l. ſecunda, Codice
de edend. per l. ſi qui ſeparatim. §. fin. de ap-
pellat. Alexand. conſilio 65. in cauſa nume-
ro 8. uolum. 7. per l. 1. in fine, Codice de aſſer.
tollend. Quod etiam procedit, quando di-
uerſos iudices partes habẽt, uel quoties ad
diuerſas iuriſdictiones res pertinet, Specul.
titul. de action. ſeu petit. §. ſuper. numero 15.
& niul. de comp. iudic. adit. §. 1. numero 35.
per dictam l primo & ſecundo de quibus re
bus ad eundem iudic. eat. pro quo faciunt
text. in l. omnes. Codice arbit. tutel. l. cogni-
tio. §. ſi plures. de lib. cauſ. in cauſis etiam feu
dalibus, Baldus in capitulo primo numero
3. de contr. feud. apud par. termin. Aluar. in
capitulo primo §. finali numero octauo de
prohib. feud. alienat. per Feder. Continen-
47 tia † porrò litis eſt, non modò quando plu-
res habent res & iura communia: ſed & quo-
ties eadem cauſæ eſt eſſentia & qualitas, ut
quod de uno dicitur, de altero quoq; rectè
dici ac iudicari poſsit. Item quando per fi-
nem unius habetur plenior uel ſaltem æ-
qualis informatio in altero, Baldus nume-
ro 2. Salicet. numero 1. Iaſon numero 3. Ca-
ſtren. in fin. Angel. Alexand. & communiter
Doctores in dicta l. nulli. C de iudic. Roma.
conſil. 249. in caſu. num. 4. Marant. in 7. diſ-
putat. incip. illuſtris. numer. 30. Cùm igitur
eiuſmodi ſubſit hic cauſæ connexitas, ut qđ
de altero feudo definietur, de altero quoq;
ſit arbitrandum, de alio iudicatum plenam
informationem præbere queat in alio: uida
ri poterat ex prædictis omnibus, apud eun-
dem iudicem totam hanc cauſam agitandã
atque terminandam eſſe. His tamẽ non ob-
ſtantibus contrarium eſt dicendum, nempe
dominum utrunque de feudis in ſuo domi
nio & curia ſitis, ſigillatim ac ſeparatim ad-
eundum eſſe, & cognoſcere ſua in curia o-
48 portere. Dominus † enim & pares curiæ iu-
riſdictionem exercere debent in loco ſolito
& conſueto ac oportuno, gloſſ. ad uerb. co-
gnitio. Bald. numero 20. Aluar. numero 8.
Iſern. num. 92. Mart. Laud. numero 4 & Do-
ctores in dict. cap. 1. §. fin. de prohib. feud. a-
lienat. per Feder. per l. penul. cum ibi not de
iuſtit. & iur. bonus textus in l. cùm ſententi-
am. 6. C. de ſentent. & in l. ſi, ut proponis. 5.
C. quomod. & quand. iudi. l. præcipimus. in
uerb. in ſacro auditorio terminentur. C. de
appellat. Curt. in tract. feud. parte ultima, nu
mero 16. in 2. quæſt. Quod dicitur itaq;, do-
minum poſſe eligere locum, procedit, quan
do plura loca habet, in quibus de iiſdẽ cau-
ſis ſit ſolitum iudicari: ſecus, ſi tantùm unũ
49 habeat. Debet † enim ordinarius loci ſedem
quoque ordinariam in iudicando retinere,
Baldus in l. 1. numero 4. C. de ſentent. ex bra
uicul. recitand. Innoc. in capit. cùm contin-
gat. in fin. de for. compet. per capit. ſanè. eo.
tit. l. final. Codice de iuriſdict. Ordinarium
50 † autem eſt, ut dominus in ſua curia & terri
torio cognoſcat, l. ultima, C. de iuriſdict. l. fi.
ff. eod. tit. l. ſi quis ex aliena. de iudic. clem. 1.
51 in princip. de for. competent. alioqui † ſi ex-
tra locũ ſui territorij diſceptet, uel cites par-
tes, proceſſus eſt irritus, l. fin. ubi communi-
ter Dd. de iuriſdict. omn. iudic. clem. paſtora
lis. de ſentent. & re iudic. Innoc. in cap. licet.
numer. 1. de foro competenti, Bald. in cap. 1.
nume. 4. ubi de iudice feudali agit. de milit.
uaſall. qui contumax eſt, Socin. in tract. de
citat. action. 18 numero 6. cum ſequentib. Et
52 † ſicut dominus debet pares curiæ ad iudi-
candum aſſumere, qui ſunt in eadem pro-
uincia ubi feudum eſt ſitum, Baldus in dict.
cap. 1. §. fin. numer. 7. & Aluar. ibidem num.
10. ita parem in eadem quoque prouincia
cauſam terminari, ne partes extra ſuam pro
uinciam, id quod eſſet iniquiſsimum, extrã
hãtur, Bald. & Aluar. præalleg. loco per §. 1.
in authen. ut litigant. §. ſuper hoc in authen.
de quæſtor. l. curiales. C. de decurion. lib. 10.
Itaque licet dominus habẽs plures prouin-
cias, poſsit de uno iudicare in alio, Bartol.
l. prima, numero 9. C. de metrop. Beryt. lib.
1. Iaſon in l. fin. numero 9. de iuriſdiction. ta-
men de cauſis priuatorum eodem modo iu
dicare in alia prouincia non debet, neque
ſubditos unius prouinciæ in aliam ad iudi-
cium euocare, Panorm. in cap. nouit. nume-
ro 2. de offic. & poteſt iudic. deleg. gloſſ. ulti-
ma, & Bald. numero 3. in l. 3. ff. de offic. præ-
ſid. Quare uerius eſt, unumquenq; domi-
num ſeparatim de feudis in ſuo dominio &
curia ſitis iudicare oportere, ca. cęterùm. de
iudic. ſicuti ordinarium eſt, ut quiſque do-
minus eius loci, ubi res eſt ſita, in ſuo terri-
torio cognoſcat, tot. titul. C. ubi in rem acti.
Baldus in l. prima, C. ubi de hæred agi opor
53 tet. Nec † obſtat, quod de connexitate cau-
ſæ dictum eſt. Illud enim procederet, ſi do-
mini iſti eiuſdem feudi ſimul domini, Pa-
norm. num. 1. & Dd. in c. uerum. de for. com-
petent. & pro indiuiduo, ac tanquam ſocij
in re communi, aut in eadem prouincia res
ſitæ eſſent: uel ſi dubitaretur, cuius in pro-
uincia ſitæ eſſent: tunc enim ambo ſimul u-
nis eiſdemq; commiſſarijs committere cau-
ſam, & eam ita pariter audire poſſent, Pa-
norm. poſt Hoſtienſ. in cap. ſanè. numero 7.
de form. comp. per c. cùm illorũ. §. ſi uerò. de
ſent. excom. Hic autem omnia plana ſunt, &
certa, conſtatq;, quæ feuda à quoq; domino
recognoſcantur: quorũ prouinciæ & domi-
nia cùm planè ſint diſtincta, & à diuerſis do

minis dependentia, non poteſt ulla hic fing
aut dari cōnexitas cauſæ: quia à quæ diuer-
ſis dominus mouentur, uel diuerſas ſupe-
rioritates reſpiciunt, intelligūtur eſſe diuer
ſi territorij, Bart. in l. 1. num. 5. cum ſeq. C. de
54 metrop. Beryt. lib. 11. & † ſepratorum ſepara
ta eſt ratio, ex quibus nihil rectè infertur, l.
ſi. ff. de calumniator. l. Papinianus exuli. de
minoribus, cùm ſimil. fur. uulg. Quamobrē
etiam iudicatum in uno, nō poſſet præiudi-
cium facere in altero: cùm diuerſo iure in di
uerſis territorijs feuda habeantur: & ſint a-
lia eccleſiaſtica, ab epiſcopo omnibus in-
feudata: alia politica à Principe ſeculari iiſ-
dem conceſſa.

IV. Quod ad quartam quæſtionem attinet,
intra quod nempe tempus hæc actio propo
ni debeat: certi quidem iuris eſt, in annquis
feudi ſucceſſores petere inueſtituram intra
annum & menſem oportere, Bal. Aluar. Bel.
& communiter Doctores in cap. 1. quo tem-
por. mil. etiam non citatos, cùm ipſi domi-
num adire & requirere debeant, dicto cap. 1.
quo tempor. mil. cap. 1. de cap. Cor. Chaſſan.
latè in conſuet. Burg. tit. de feud. § 1. ad uerb.
intra anuum. Schurff. conſi. 66 quanquam.
55 numer. 14. centuria 1. Quod † non modò
procedit, quādo ipſum feudum poſsidetur,
56 ſed & cùm ſpes feudi, puta † ſimultanea in-
ueſtitura, ad uaſallum eſt delata Schurf. cō-
ſil. 16. ſuper. in fine, & conſil. 99. quòd prędi-
ctæ. numer. 6. centuria 1. & conſilio 45. parte
2. Sed ſciendum eſt, hoc obtinere, quando
feudum, uel ſpes feudi certò ad uaſallum eſt
deuoluta, non etiam, quamdiu uaſallus i-
57 gnorat, aut dubitat (dubitans † enim pro
ignorante habetur, l. finali, C. de condict. in-
deb.) aut alioqui in quieta feudalis iuris
58 poſſeſsione impeditur & turbatur: tunc † e-
nim non currit illi tempus petendæ inueſti-
turæ, ut quod ſit utile, non continuum, cap.
§. præterea. 1. ubi gloſſ. ad uerb. negligent. de
prohib. feud. alienat. per Federic. cap. final.
ubi textus expreſsior, de prohib. feud. alie-
nat. per Lothar. gloſ. ad uerb. infantia. & cō-
muniter Doctores in capita. 1. quo tempor.
mil. Zaſ. latè in epitom feud. parte 11. nume-
ro uegeſimoſecundo, per l. ſed etſi §. final. l.
nec non. ff. ex quibus cauſ. maior. & alia per
59 eos allegata: neque † tempora labuntur im-
pedito, cap. quia diuerſitatem. ubi Innocen.
de conceſſ. præbend. & ideo excuſatur, qui
ex iuſta cauſa intra tempus determinatum
petere inueſtituram ceſſat, Decius conſilio
144. numero 62. Chaſſan. in conſuet. Bur-
gund. titul. 1. de feud. § 1. uerb intra annum.
dicto cap. 1. quo tempore miles, ex æquita-
60 te, quæ † inter dominum & uaſallum eſt præ
cipuè ſeruanda, capitulo final. de prohibit.
feudi alienat. per Lotharingum capitulo
primo, uerſiculo ſi quis eum. in quibus cau
ſis feudum amittatur, & hanc rationem ad

hoc quoq; allegat Zaſius dict. epitom. feud.
parte 7. numero 3. Cùm autem hic pro cer-
to nondum conſtet, utrùm ſucceſsio ſimul-
taneæ inueſtituræ pertineat ad d. ab Hagen
tes, an non: adhuc à reliquis contradicitur,
& res in facto probationis (quis uidelicet ex
agnatis ſit proximior) adhuc conſiſtit: ideo
conſentaneum eſt d. ab H. illa tempora non
currere, ut per Bald. Salicet & Doctores in l.
ſolennibus. C. de rei uendic. & per Feudiſtas
in cap. 1. quæ fuit prima cauſ. benefic. amit-
61 ten. Nam † quamdiu uaſallus quam alio cō-
62 tendit de feudo, uel † alius eſt in poſſeſsione,
aut ipſius dubitat, ex quo capite ſuccedere
debeat, tamdiu nō currunt illi tempora præ
dicta, Doctores præallegat. locis per optim.
text. in cap. 1. §. illud. de prohib. feud. alien.
per Loth. ubi diſertè agitur de eo, qui dolo-
ſè ceſſauerit. Dolus autem abeſſe uidetur, ſi
iuſta cauſa impedierit petere ad idem cap. 1.
quo tempor. mil. in l. quamdiu. 6. C. qui ad-
mitt. ad bonor poſſeſſ. & in l. forma. §. ſi cùm
ego. de cenſib. & optimè firmat Bald. conſil.
429. num. 1. & 2. & cōſ. 466. uol. 1. conſ. 361.
num. 1. uolum. 3. & Schurff. conſil. 66. quan-
quam. numer. 18. & 19. centur. 1. cum ibi per
eum allegat. & Henning. Goden. conſil. 13.
de ſucceſſ. feud. incip. quidam. num. 20. ubi
tradit, quamdiu uaſallus non poſsidet feu-
dum, quòd ei nihil imputetur, neque cur-
rat tempus petendæ inueſtituræ, per doctri-
nam Bald. in dicta l. ſolennibus. & alia quæ
allegat: idq; maximè in terminis noſtris di-
cendum, ubi non agitur contra dominum
feudi, ſed aduerſus uaſallum agnatum peti
tione hæreditatis, & ex iure ſucceſsionis: cui
63 † actioni nō niſi ſpacio triginta annorū pre
ſcribitur, l. hæreditatis. Codice de petitio-
ne hæreditatis. l. quarta. Codice in quibus
cauſsis ceſſat longi temporis præſcriptio.
Caſtrenſis in l. undecima. numero tertio.
Codice de petitione hæreditatis. Fachſ. dif-
ferentia undecima, parte prima. quæ præ-
ſcriptio etiā alioqui ordinaria eſt in feuda-
libus, cap. 1. §. ſi qs per 30. annos. ſi de feud.
def. conten. ſit Iaſ. in l. 2. num. 55. C. de iur. em
phyt. Schurff. conſi. 31. quod in præſenti. nu-
mero 3. & 4. centur. 2. quia tamen proculdu
bio in cauſa præſente reliqui agnati poſſeſ-
ſores intra annum & diem inueſtituram à
domino petituri ſunt, iuxta theoricam ſu-
prà traditam: idemq; faciendum eſt ſimul-
taneè inueſtitis, Bald & Dd. c. 1. quo tempo.
mil. iure præſertim Saxonico, conſ. 45. par-
te 2. ultro & abſq; citatione, dict. cap. 1. quo
temp. mil. c. 1. de cap. Cor. Chaſſ. in conſuet.
Burg. de feud. l. 1. uerb. intra annum. Schurf.
conſil. 67. quanquam. numero 14. centur. 1.
ſub pœna amiſsionis, Schurff. conſil. 16. ſu-
per in fin. & conſilio. 99. quod prædictæ. nu-
mero 6. centur. 1. ac ruptionis manus, d. con
ſilio 45. parte 2. ideo tutius eſt, intra idem
tem-

tempus ab actoribus quoque inueſtituram
peti, & hanc actionem proponi, ſucceſsio-
némque uindicari feudalem. Quanquàm ſa-
64 nè & hoc uerum ſit, inueſtituram † reorum
iſtorum ſaluo iure tertij accipiendam eſſe, Ca-
ſtrenſ. conſilio 72. in cauſa appellationis. nu-
mero 2. uolum. 2. Dec. conſilio 468. ſuperiori.
numer. 26. in multis ibi per eum allegatis: ad
idem Henningus God. conſil. 13. incip. quidã.
65 numero 28. ſicut † omnes Principum conceſ-
ſiones cum hac clauſula Saluo iure tertij, ſunt
accipiendæ & interpretandæ, Iaſon poſt alios
in l. beneficia. numer. 20. de conſtit. princ. & in
l. quo minus. numer. 10. de flumin. per tex. in l.
2. §. ſi quis à principe. ne quid in loco public.
66 Schurff. conſilio 26. centur. 1. Imò † præſumi-
tur inueſtitura eſſe fraudulenta, in qua non
diſertè hæc clauſula Saluo iure tertij, eſt ex-
preſſa, Zaſ. conſil. 17. num. 75. lib. 1. per doctri-
nam Felin. in cap. 2. de reſcript.

V. Quantum ad quintam principalem quæ-
ſtionem, quæ ad merita cauſæ pertinet, & in
qua cardo negocij uertitur, an uidelicet dicti
agentes ab H. cum reliquis agnatis ad ſucceſ-
ſionem ſint admittendi: uideri poterat prima
facie, hos actores non admitti, ſed planè à re-
liquis agnatis excludi poſſe: primò ex teno-
67 re inueſtiturarum, quæ † declarant feudum,
& ante omnia ſunt attendendæ: cap. 1. in fin.
de duobus fratribus à cap. inueſt. capit. 1. in fi.
de ſucceſsion. feud. cap. 1. §. denique. quæ fuit
prim. cauſ. Baldus in l. prima, §. ſed etſi quis.
in 3. notabil. Cod. de Latin. libert. tollend. &
in l. quoties 12. numero 3. & 4. Cod. de ſuis &
legitim. & in præl. feud. 4. diuiſ. numero 46.
47. ubi dicit, ad tenorem inueſtituræ ſemper
eſſe recurrendum, quòd uim contractus oſtẽ-
dat, per iura ibi allegata: à quibus probat, ſer-
monem inueſtituræ, & uim uerborum, & ſen-
ſum contrahentium eſſe inſpiciendum: & idẽ
Baldus in capit. 1. §. 1. numero 3. de feud. Mar-
chio. etiam in capit. 1. §. denique. quæ fuit pri-
ma cauſ. benefic. & conſil. 207. numero 2. uo-
lumine 2. Decius latè conſilio 193. pro ſenat.
numero 1. & Iaſon in prælud. feud. 4. deciſ. nu
mero 98. 99. cum mult. ſequentibus Caſtrenſ.
latè conſilio 176. uidetur. numero 1. uolum.
1. & conſilio 46. uiſo. numero 1. uolumin. 2.
Pariſ. conſilio 1. numero 1. & 2. & conſilio 5.
numero 1. & 2. uiſis. Molin. latè in conſuet. Pa-
68 riſ. in princip. numero 50. uelut † ſubſtantia-
lis forma feudi, Baldus in dicta l. quoties. nu-
mero 3. Henning. God. conſilio 27. de feud.
conceſſ. incipit. ex materia. numero 2. per cap.
1. quibus mod. feud. conſtit. capit. 1. in princip.
de conſuet. rect. feud. capit. ſciendum. ad fin.
de feud. cogn. & cap. 1. quid ſit inueſt. uim con
tractus & ſenſus contrahentium ex uerbis o-
ſtendens, Baldus in princ. feud. 4. diuiſ. nu-
69 mero 46. 47. adeò quidem, ut † tenor inue-
ſtituræ deroget omni feudorum naturæ, cap.
1. ubi Baldus hoc, ut ſingulare, notat, de feud.
non haben. prop. feud. nat. Molinæ. de feudis
in princip. Schurff. conſilio. 23. quod illuſtris.
numero 1. & conſilio 98. uiſis. in princip. cen-
tur. 1. Henning. God. in d. c. 27. num. 2. ex do-
ctrina Bald. in capit. 1. numero 1. 2. 6. de feud.
non haben. prop. nat. & in materia feudali o-
mnia uincat, Schurff. & God. præallegat. loc.
ex doctrina Aluar. qui in effectu ita uidetur
ſentire in capit. 1. numero 2. & 4. de conſuet.
rect. feud. ad idem latè Schurff. conſilio. 98. ui-
ſis numer. 1. 2. 3. centur. ita ut in tota materia
feudali una ſit maxima, Quòd ſemper ad te-
norem inueſtituræ, qui oſtendit uim contra-
ctus, recurratur, capit. 1. in fin. in uerb. propter
tenorem inueſtituræ inſtium. de duobus fra-
tribus à capita. inueſtit. Atqui in omnibus in-
ueſtituris, de quibus nunc quæritur, & quas
modò diximus attendendas eſſe, inueniun-
tur actores ab A. primùm ultimo & nouiſsi-
mo loco poſt cęteros agnatos eſſe ſimultaneè
70 inueſtiti. Eſt autem manifeſti iuris, ex † ordi-
ne ſcripturæ pręſumi mentem diſponentium,
l. quoties. in princip. de uſufruct. l. generaliter.
§. quid ergo. de fideicommiſſ. libert. l. qui ſol-
uendo. 2. de hæredit. inſtit. authen. hoc ampli-
71 us. Codice de fideicommiſſ. & † ex ordine uer-
borum manare ordinem intellectus, inducique
prælationem, l. hæredes mei. §. ſi. ad S.C. Treb.
Angel. & Imol. in d. l. qui ſoluendo. Baldus in
l. 1. Cod. de edict. diu. Adrian. tollend. Euerar.
in loc. leg. loco ab ordine, uerſicul. quin & or-
72 do. Item † quod prius eſt in uoce, præſumi e-
tiam prius eſſe in ſenſu, l. ſi communis ſeruus
ita de ſtipul. ſeru. cap. quoniam abbas, ubi gl.
& Dd. de offi. deleg. Euerar. præallegato loco,
73 uerſicul. ex ordine rerum. & † qui in ſcriptura
primo loco ponitur, eum reliquis pòſt nomi-
natis eſſe digniorem, & præcedere, capit. fun-
damenta. §. proinde. de elect. libro 6. gloſſ. in
clem. unic. uerb. regum. de baptiſmo, latè Eue
rard. pręallegat. loco circ. fin. uerſicul. hinc eſt,
&c. Quare uideri poteſt, & illos agnatos, qui
primo loco inueſtituræ poſiti ſunt, primo
quoque loco ſuccedere, & reliquis ſubſequen-
tibus præferri oportere. Secundò quoniam
excepta una prima & antiquiſsima inueſtitu-
ra (in qua N. ab A. nominatur) in alijs reli-
quis omnibus dicti ab A. non modò poſtre-
mo tantùm loco ad ſimultaneam inueſtitu-
ram, ſed etiam ſub nomine duntaxat colle-
ctiuo uocantur: cùm tamen reliqui omnes a-
gnati priùs nominati, non collectiuè, ſed di-
ſtributiuè & nominatim expreſsis cuiuſque
nominibus uocentur atque inueſtiantur. Cõ-
74 ſtat † autem multum intereſſe, utrùm ſigil-
latim, an uerò tantùm collectiuè uocentur:
nam illi pariter, hi uerò ordine tantùm ſuc-
ceſsiuo intelliguntur amitti, Iaſon poſt Alex.
& Fulg. in l. Gallus. §. quidam rectè num. 26. &
27. de lib. & poſthum. ex doctrina Bar. in l. ſi
cognatis. in fin. de reb. dub. Anch. & Imol. in
cap. iudicante de teſtam. Ang. conſilio 38. qui-
dam

dam. & 39. cùm inſtitutio. Alexand. conſil. 25.
in cauſa. uolum. 4. & conſ. 9. ponderatis. uo-
lum. 5. Tertiò licet in primis inueſtituris d. ab
A. ſimultaneè quoque ſint inueſtiti, tamen in
ſubſequentibus aliter inuenitur, ultimo nem-
pe loco ſucceſsiuè, & ea lege uocati, ut non
niſi reliquis omnibus agnatis deficientibus
75 ſuccedere debeant. Quare † poſteriores eiuſ-
modi ordinationes prioribus meritò dero-
gant, l. fin. de conſtit. princip. l. 1. ad l. Aquil.
l. translatio. 6. l. nihil prohibet. & tot. titul. de
adimend. & transfer. legat. l. pacta nouiſsima.
C. de pact. l. ab emptione. de pact. uelut & aliæ
ſcripturæ atque conceſsiones, Iaſon numero
3. in dicta l. pacta nouiſsima. Felin. & Dd. in c.
cùm contingat. de reſcript. Nam dominus
prior concedens aliquid, non poteſt ligare
manus ſui ſucceſſoris, nec illi præire, quo
minùs immutare conceſsionem poſsit. Eſt e-
76 nim uterque dignitate par. Par † autem in pa
rem non habet imperium, l. 4. de recept. l. ar-
bit. l. eſt receptum. de iuriſdict. Ex quo fit, ut
77 † ſucceſſor non ligetur legibus & conceſsio-
nibus ſui prædeceſſoris, ſed eas innouare &
immutare poſsit, Bald. in l. 2. numero 3. C.
de ll. Bartol. in leg. 2. §. fin. in fin. de opt. legat.
Bald. conſil. 161. proponitur. parte 3. Matth.
de Afflict. in conſtitut. regul. lib. 3. incip. con-
ſtitutionem diuæ memoriæ. in 8. notabili.
Quam ob rem & ſi domini priores dictos ab
H. ſimul inueſtiuerint, tamen cùm poſterio-
res alias inueſtituras fecerint, atq; in ijs d. ab
A. ordine duntaxat ſucceſsiuo uocauerint:
conſentaneum eſt, talibus nouiſsimis pactis
ſtandum eſſe: maximè cùm non contradixe-
rint, neque intra annum ſimultaneam ſibi
inueſtituram prioribus ſimilem renouari, ſi-
cut debebant, d. ab A. petierint. Ex quo ſe-
78 qui uidetur, eos † ius ſuum amiſiſſe, tan-
quam præſcriptum: nec amplius cum reli-
quis unà agnatis oportere, præſertim iure
Saxon. admitti, dict. conſil. 45. parte 2. & per
ea quæ tradit dict. Schurff. conſil. 16. ſuper. cir-
ca. fin. & conſil. 99. quòd prædictæ. numer. 3.
cent. 1. & quamuis initiò fuiſſent capaces, ta-
79 men † ſemel excluſos & intermiſſos non am-
plius eſſe admittendos, ut in ſimili de fœmi-
nis ſemel per mares excluſis diſpoſitum inue-
nitur in cap. 1. §. quin etiam. ubi gloſſ. & Dd.
epiſcop. uel abbat. Alex. conſil. 29. quoniam.
num. 8. & 9. uolum. 1. Socin. conſil. 19. pro de-
ciſione. numer. 5. uol. 1. Henn. God. conſil. 14.
de feud. incip. ad conſultationem. numero 2.
Zaſ. in epito. feudor. de feud. ſucceſ. numer. 4.
& dicemus infrà conſil. 32. incipit. ex feud.
Quintò ſuadet id ratio æqualitatis & æqui-
80 tatis, quæ † in omnibus eſt attendenda, l. ut
liberis. 17. C. de collat. l. maximum uitium.
C. de lib. præter. maximè in feudis, ca. fin. de
probib. feud. alien. per Loth. d. capit. 1. uerſ. ſi
quis enim. in quibus cauſ. feud. amit. Nam
cùm d. ab A. in ſuis bonis feudalibus defun-
ctum ab R. de cuius ſucceſsione quæritur, a-
liosq; eius agnatos à B. nunc reos non inue-
ſtiri ſimultaneè curauerint: meritò & econuer-
ſò idem iuris ſeruatur illis, ut uel ipſi quo-
que ab A. in borum feudis ad ſimultaneam
inueſtituram, aut ſaltem non niſi extremo
loco & nouiſsimè, reliquis nempe deficien-
tibus, ſint admittendi. Quod enim quiſque
iuris in alio æquum eſſe ſtatuit, id in ſe quo-
que ualere patiatur, l. 1. & tot. titul. quod quiſ.
81 iur. & † diſpoſitum in uno correlatiuorum,
in alijs quoque ualere oportet, l. fin. C. de in-
dic. uiduit. tollen. l. fin. de acceptilat. l. 1. C. de
cupreſſ. libro 11. Euerar. in loc. legal. loc. à cor-
82 relat. in princip. cum ibi allegatis. Nam † ubi
unum ſimile remouetur, ibi & aliud remo-
tum eſſe debet, l. oratio. de ſponſ. l. ultim. C. de
83 indic. uid. cùm † ſimilium eadem ſit natura,
& idem de his exiſtat iudicium, cap. inter ex-
teras. de reſcript. Baldus in l. humanitatis. nu-
mero 14. C. de impub. ſubſtit. Crauet. conſil.
92. numero 9. conſil. 47. numero 3. Aemil. cō-
ſil. 1. numero 7. latè Euerard. in loco à ſimili,
colum. 1. uerſicu. ſecundo arg. dum modò ſint
ſimilia in ratione, cap. cùm dilecta. de confir-
mat. util. Panorm. cap. quoniam. §. ſi. num. 53.
ut lit. non conteſt. & reſpectu eius, quo de a-
gitur, l. ult. C. de inoffic. donat. ubi Molinæ.
num. 4. l. ult. C. de collat. cap. conſtitutus. u-
bi Panorm. numer. 3. de appellat. His tamen
omnibus non obſtantibus contrarium eſt in
conſulendo ac iudicando de præſente cauſa
ſa ſtatuendum: dicendumq; iſtos agentes ab
A. unà cum reliquis agnatis poſſeſſoribus
ſimultaneè inueſtitis, ſimul etiam admitten-
dos eſſe, & unà ſuccedere, data tamen gradus
paritate, debere. Inueniuntur enim & ſunt in
omnibus, aut certè plerìſque & antiquiori-
84 bus quidem inueſtituris (quæ † præcipuè
attendendæ ſunt, Bald. in dict. l. quoties, nu-
mero 4. C. de ſuis & legit. & per alia iura ſuprà
allegata.) ſimultaneè per copulam Et, unà
85 cum reliquis inueſtiti. Eſt † autem de natu-
86 ra copulæ, ut par ius tribuat, ſic † ut omnes
per copulam uocati, pariter uocentur & ad-
mittantur, l. reos. §. cùm in tabulis. de duo-
bus reis, l. 1. C. ſi plur. una ſenten. l. unic. §. his
ita Cod. de caduc. tollend. l. ſi duobus. in prin-
cip. de legat. 1. Iaſon poſt alios in l. Gallus. §.
quidam rectè numero 12. cum ſequentib. de
liberis & poſthumis. Sequitur ergo, omnes i-
ſtos ſimultaneè inueſtitos, æqualiter, & pari
iure atque conditione uocatos ac receptos eſ-
ſe, l. hoc iure. de uulgat. & pupillis l. quam-
87 uis. Codice de impuberib. ſubſtit. Sed † & a-
lioqui omnes, qui ex familia ſimultatem ha-
bent, ſimul quoque admittuntur, etiam ca-
ſu, quo eſſet inter eos ordo alioqui ſucceſsio-
nis, ut firmat poſt alios Iaſon in dicta l. Gal-
lus. §. quidam. numero 30. de liber. & poſt-
humis, per l. ſi mulieri cum liberis. de uſu-
fruct. accreſc. l. final. C. de impub. ſubſt. & alia
quæ

quæ allegat. Bald. in l. quoties. numer. 11. C. de
ſuis & legit. Henning. God. in conſil. 22. de ſi-
mult. inueſtit. num. 4. & 5. per l. quoties. §. hæ-
redes. l. interdum. in princ. l. liber homo. §. Ti-
tius. de hæred. inſtit. §. ſi plures. Inſtitut. eod.
tit. l. quamuis. C. de impub. ſubſtit. & alijs iur.
per eum allegat. quod iure Saxon. ſic expreſ-
ſum eſſe, noſtri confirmant, ut maiore declara
tione non ſit opus, God. præalleg. loc. Fachſ.
laté different. 29. Et cùm notum ſit, ita quoti-
die iudicari & practicari, ſcilicet quòd ſimul-
taneè inueſtiti ſimul quoque & pariter, non
conſiderato ordine ſcripturæ, uel gradus (ni
ſit aliud expreſſum) pariter ad ſucceſsionem
uirtute ſimultaneæ duntaxat inueſtituræ ad-
mittantur, ſuperuacaneum fuerit in re aperta
diutius commorari. Quia tamen hic in dictis
inueſtituris expreſſè inſerta hæc clauſula eſt,
Vt ſimultaneè inueſtiti ſuccedere debeant or-
dine ſucceſsiuo, & ſecundum gradus præro-
gatiuam: ideo hic tenor inueſtituræ atten-
dendus eſt, ut qui proximè inter ſimultaneè
inueſtitos ſunt gradu, etiam in iure ſucceſsio-
nis remotioribus excluſis potiores eſſe iudi-
centur: ita ſeruari firmant Fachſ. & Henning.
God. loc. præalleg. Quis autem ſit gradu pro-
ximior in præſente caſu, eſt incertum, & quæ-
ſtio magis facti, quàm iuris, quæ pendet à fu-
tura probatione. Non igitur ius hic, ſed pro-
batio deficit, ut in l. duo ſunt Titij. de teſtam.
tutel. de qua nos, qui de iure tantùm reſpon-
demus, nihil affirmare poſſumus, l. 2. de iur. &
fact. ignor. l. ut reſponſum. 15. C. de tranſact.
Si tamen nemo ex d. agnatis prioritatem gra-
dus liquidaret & demonſtraret, perſpicuum
fieret, omnes ſimul admittēdos: quia omnes
ex æquo ſimultaneè inueniuntur inueſtiti, &
88 par ius ex inueſtitura habent. Ergo † qui gra-
dus prærogatiuam allegare uult, atque ita ſe
alijs potiorem facere, hanc ſuam probet præ-
rogatiuam, uelut intentionis fundamentū, o-
portet, l. 2. l. ab ea parte. 5. l. quingenta. 12. l. in
exceptionibus. 19. de probat. Iaſ. in l. ſi uerò §.
qui pro rei. numero 16. ff. qui ſatiſd. cogan. ſi-
89 cut & aliàs qui † allegat gradum proximita-
tis, probare eum debet, cap. licet ex quadam.
90 ubi Panorm. in fin. de teſtibus & † quidem di-
ſtinctè atque concludenter, Panor. præall. loc.
Anch. conſ. 52. pro clariore. num. 7. Alex. con-
ſil. 182. uiſo. nu. 9. & 10. uol. 7. Tiraq. de retract.
lig. §. 11. glo. 16. num. 1. ad minimum per duos
teſtes, etiam conſanguineos, Pariſ. conſil. 58.
nu. 21. & 22. conſ. 71. nu. 7. uol. 4. dum tamen
cauſa ſcientię ab iiſdem idonea reddatur, cap.
ſeries. ubi Innoc. in princip. de teſt. Bald. in l. 1.
nu. 14. C. de teſtam. Anchor. conſ. 277. ex præ-
dicta. num. 7. Pariſ. cōſ. 115. num. 6. uolum. 4.
Nam conſanguinitas non cadit in ſenſum: i-
91 deo † eam teſtes non aliter probant, niſi red-
dita cauſa ſcientiæ per graduum cōputatio-
nem, Cler. cōſ. 321. in cauſa. nu. 5. & conſ. 524.
num. 2. & conſil. 595. numer. 1. Quo fit, ut per

inſtrumenta, & conſequenter per inueſtitu-
ras conſanguinitas, ſeu proximitas non re-
ctè probetur, Bald. in l. 1. numer. 14. C. de te-
ſtamen. & in rubr. C. de probat. num. 2. Alex.
conſil. 182. uiſo. numero 10. uolum. 7. Anch.
conſil. 277. ex prædicta. num. 7. Pariſ. conſil.
115. num. 5. & 7. eod. uol. per l. non oportet. l.
in nonnullis. C. eod. Innoc. & Doctores, cap. 1.
de fin. niſi fortè ex antiquis inueſtituris præ-
ſumptiuè, arg. gloſſ. Bartol. & Dd. l. 2. §. idem
Labeo de aqua pluuia arcenda, & l. non epi-
ſtolis. C. de probat. argum. eorum quæ tradit
Bald. in rubr. C. de contrah. empt. numer. 18.
19. & l. 1. num. 10. C. de rer. permut. gloſſ. Bart.
& Dd. l. idem. in fin. C. de rei uend. l. Celſus. u-
bi Bartol. numer. 16. de uſuris: cùm ex natu-
ra dependeat, non à contrahentium uolun-
tate, Panorm. numer. 2. Felin. numer. 3. & 4. in
92 d. cap. ſeries. Porrò † qui non concludenter
probat, ſe reliquis gradu proximiorem eſſe,
non implet intentionem ſuam, ut pulchrè A-
lexan. dicto conſil. 182. uiſo. numer. 10. uol. 7.
Decius conſil. 531. num. 4. Tiraquel. de retrac.
lig. §. 1. gloſſ. 16. num. 4. Nam incerta eſt pro-
batio conſanguinitatis, non demōſtrato con-
93 cludenter propiore gradu: & † proinde con-
tra producentem probatio eiuſmodi eſt inter
pretanda, Alexand. & Tiraquell. allegat. tam
loc. per doctrinam communiter traditam in
cap. in præſentia. ubi gloſſ. ad uerb. dubium.
Innoc. Panorm. Imol. de probat. Doctores in
l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. & uerb. ob-
ligat. Bald. in l. quoties. §. ſi quis ita. de hæred.
inſtit. Iaſon in l. 4. numer. 3. & 4. C. unde legit.
& conſil. 36. in cauſa. lib. 3. Alexan. conſil. 181.
in cauſa. in princip. libro 2. & remiſsiuè idem
Tiraquell. præallegat. loco ibidem numero
94 47. Quomodo † autem concludenter proxi-
mitas probari poſsit, alienum nūc fuerit diſ-
putare, & aliunde diſcendum eſt, ut Pariſ.
conſil. 115. numero 6. uolum. 4. Tiraquel. præ-
alleg. loc. num. 7. cum ſequen. & Dd. in l. non
epiſtolis. 13. cum l. ſequen. C. de probat. Cano.
in dict. cap. ſeries. de teſtib. Reuertendo igitur
ad propoſitum: in præſente caſu conceden-
dum eſt, per inueſtituram, arma, nomen,
famam, tractationem, & alia multa ſatis pro-
bari, omnes hic inueſtitos, tam actores, quàm
reos, eſſe unius familiæ agnatos, defuncto
ab R. coniunctos, ſic ut ad ſucceſsionem feu-
di, etiamſi nullum præterea gradum demon-
ſtrent, tam iure ciuili, quàm Saxonico ad-
95 mittantur. Iure ciuili: quia † licet aliàs ſuc-
ceſsionis à latere non modò conſanguinita-
tem probare debet, ſed etiam gradus pro-
ximitatem, ut ſcilicet appareat, an ſucceſsio-
nis capax: quia non omnes conſanguinei in-
diſtinctè ad ſucceſsionem admittuntur, ſed
tantùm ad decimum uſque gradum, ut pul-
chrè declarat præalleg. loc. Tiraquell. num. 4.
per doctrinam glo. in c. præſentia. ad uerb. du
biū, ubi Inno. Panor. Imol. & Canon. de ꝓbat.

&

& ante eum, licet non allegat Alex. d. cōſ. 182.
96 uiſo. num. 9. & 10. uol. 7. tamen † talis proba-
tio in feudali ſucceſſiōe nō requiritur, maxi-
mè in antiquis feudis: cū hic omnes de fami-
lia habeantur pro deſcendentibus primi ac-
quirentis, & ideo in infinitum ſuccedēs, cap. 1.
de nat. ſuc. feud. c. 1. §. pen. de ijs qui feud. dar.
poſſ. Bald. in c. 1. de feud. march. Curt. in tract.
feud. parte 2. partis 3. prin. nu. 1. cum ſeq. Ma-
ran. Fachſ. diff. 29. etiamſi Schurf. malè con-
trarium conſuluerit conſ. 66. cent. 1. iunior So
cin. conſ. 75. num. 9. 52. 71. 72. 73. uol. 1. Ludo.
de Godaz. conſ. feud. 26. num. 28. maximè u-
bi omnes agnati ſimultatem ſuccedendi ex
uirtute & tenore inueſtituræ habent, per ea
quæ tradit Iaſ. poſt alios in d. l. Gallus. §. qui-
dam rectè. nu. 27. 28. 29. cum multis ſeq. Iure
97 † uerò Sax. quia hoc iure agnati ad ſucceſſio-
nem etiam antiquorum feudorū admittun-
tur, non ratione conſanguinitatis, ſed tātùm
uirtute ſimultaneæ inueſtituræ, Hennin. God.
dict. conſil. 22. num. 9. Schurf. dicto conſil. 66.
cent. 1. Fachſ. differ. 29. quam quidem inueſti-
turam omnes iſti agnati habere comperian-
tur, ſequens ſuccedere omnes etiam oportet.
Quanquam igitur ex his patet, in præſente
caſu, prædictos omnes agnatos probationē
generalem & ius idoneum habere, ad pari-
ter in feudis à defuncto agnato relictis ſucce-
dendum tam iure proximitatis, quàm uirtu-
te inueſtituræ: item tam iure ciuili, quàm Sa-
xonico: tamen ſi quis eorum prærogatiuam,
ac ius præ cæteris ſingulare, quod eſt funda-
mentum ſuæ intentionis, ut concludenter &
ſpecialiter probet, eſt omnino neceſſe, l. ab ea.
l. in exceptionibus. de probation. & per iura
paulo antè ad hoc allegata. Quod quidem ſi
hic à quopiā probari poſſet, ab mea quidem
ſententia reliquos, qui nullum gradum defi-
nitè probare poſſent, excluderet, per doctri-
nam Alexan in dict. conſil. 182. uiſo. num. 9. &
98 10. uolum. 7. In † toto enim iure generi per
ſpeciem derogatur, l. in toto. de reg. iur. cum
ſimil. iur. uulgar. & qui probat ſe certo gradu
defuncto coniunctum eſſe, meritò exclude-
re debet eos, qui tantùm conſanguinitatem,
nullum uerò gradum demonſtrarit: poſſunt
enim remotiore gradu eſſe, quàm is, qui cer-
tum gradum oſtendit: ideo nihil certi hoc ca-
ſu adducunt: quia non probat hoc eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe, l. matrem. l. neq. C.
de probat. His ergo hunc ad modum defini-
tis, ſequens eſt, ut ad rationes dubitandi pro-
poſitas reſpondeam: qua ex reſponſione e-
tiam dilucidiùs iura huius cauſæ poterunt di-
iudicari. Non igitur obſtat, quod primo loco
adductum eſt, agnatos ab A. nouiſſimè eſſe
uocatos, ideoq; ſuccedere demum ultimo lo-
co, nullis alijs extantibus oportere. Nam illa
obtinent in dubijs & diuerſis, & in his quæ
99 ſunt leuis præiudicij. In † caſibus uerò claris,
& quæ ſunt magni momenti, ut cùm de iure
ſucceſſionis agitur, non eſt conſiderandum,
quis ex uerborum ordine, primo, uel ſecūdo
loco uocatus ſit, Euerar. in loc. ab ord. uerſic.
ſed quia hæc doctrina. per iura ibi allegat. Do
ctores in l. 2. §. prius. de uulg. & pupil. l. nec e-
nim. 6. de ſolut. c. authoritate. de conceſſ. præ-
ben. in 6. cap. pen. de præben. eod. lib. Non e-
nim poſſunt omnes, qui ſimul ad ſucceſſio-
nem uocantur, uno uerbo exprimi, ſed neceſ-
ſe eſt naturali ratione unum prius, deinde po-
ſterius alterum, atq; ita cōſequenter nomina-
100 ri: qui † ſic nominati, & per copulam cōiun-
cti, ſimultatem habent, & pariter honorati ui-
dentur, ordine uerborū non inſpecto: ideoq;
etiam pariter, & ſine ulla prærogatiua, iuxta
naturā copulæ admittuntur ac ſuccedunt: tex
tus ſunt aperti in l. quoties. §. hæredes. cum l.
ſeq. l. liber. §. Titius. de hæred. inſtit. §. ſi plures.
Inſt. eo. l. iā hoc iure. de uulg. & pupil. l. quam-
uis. C. de impub. ſubſt. l. legata inutiliter. §. fi-
nal. de leg. 1. & quæ ad hoc allegat Iaſon in d. l.
Gallus. §. quidam. nu. 12. 27. 28. 30. Henning.
God. d. conſil. 22. nu. 5. Quare cùm hic non de
re leuidenſi, ſed de magno ſucceſſionis aga-
tur iure: cumq; certa ſit inueſtituræ ſententia,
ut dubitari nō poſsit, quin omnes agnati co-
pulatè ac ſimultaneè ſint inueſtiti, prædicta
theorica nullum hic locum obtinere poteſt.
Secundò nihil impedit, quòd d. ab A. tantùm
collectiuo nomine uocētur. Nam in prima &
antiquiſſima inueſtitura, facta anno 1494.
nominatim perinde atque reliquæ omnes, eſt
inueſtitus nobilis ab A. horum agētium præ-
deceſſor, à quo ortum & genus actores tra-
hunt: quæ prima inueſtitura eſt attendenda,
tanquam radix & fundamentū ſequentium,
Menoch. conſil. 1. num. 124 125. iuxta quam
101 reliquæ ſequentes ſunt intelligendæ, ut † ſci-
licet intelligantur habere eaſdem clauſulas,
qualitates, eundemq; effectū, Bald. in l. 1. nu.
31. C. quando pet. part. & in c. 1. numer. 2. de eo
qui ſibi & hæred. & conſil. 115. præponitur. nu.
4. parte 2. Curt. in 2. parte 2. quæſt. princip.
nu. 43. latè Dec. cōſ. 193. pro tenui. n. 2. & 4. &
conſil. 445. in caſu. num. 23. nec deinceps in
præiudicium agnatorum mutari primæuus
eius ſtatus potuit, Menoch. conſil. 1. num. 125.
102 utpote † cùm uim cōtractus habeat, Menoch.
conſil. 101. num. 28. conſ. 103. num. 53. & ex illa
agnati ius habuerint quæſitū, quod illis citra
ſuum factum poſtmodū auferri non potuit, l.
fin. de pact. l. id quod noſtrum. de reg. iur. ita
in terminis Præpoſ. in c. 1. nu. 2. an agnat. uel
fil. per §. præterea. quib. mod. feud. amit. Alua.
in cap. 1. num. 2. de uaſal. decrep. ætat. optimè
Bald. in l. 1. num. 31. C. quando non pet. par. &
l. fi. nu. 34. 11. C. de ſuis & legit. & conſ. 82. pro-
ponitur. uol. 1. Dec. conſil. 445. nu. 23. uol. 4.
Curt. tract. feud. parte 2. quæſt. princip. 1. num.
43. & 44. Menoch. Quanquam non eſt hic
mutatus ſtatus primæ inueſtituræ, ſed quo-
niam à d. ab A. plures exinde deſcenderunt,
factum

factum eſt, ut nomine collectiuo ſuæ habita-
tionis atque ſeſsionis deinceps ſint inueſtiti:
quæ inueſtituræ poſteriores ex prioribus &
ſecundum harum ſententiam uerbaq; ſunt, ut
dictum eſt, interpretandæ, Bal. in l.1. num.31.
C. quando non peten. part. Curt. in d. parte 2.
quæſt.2. princ. num.43. cum ibi per eum alle-
gat. Deinde multum ſanè refert, utrùm nomi-
natim, an collectiuè ordinetur ſucceſsio: quã-
do cõiunctio perſonarum, & ordo ſucceſsio-
nis inter perſonas collectiuè, aut nominatim
uocatas, reſpectu ipſius teſtatoris deprehen-
ditur: ſecus uerò eſt, quoties ut agnatis uel fa-
103 miliæ relinquitur. tunc † enim nihil intereſt,
ſed collectiuo nomine uocati, pariter cum re-
liquis ſpecialiter nominatis admittuntur: at-
tenta ſcilicet potiùs ſententia diſponentis,
quàm uerborũ ſubtilitate, l. Lucius. §. Lucius
Titius. ff. de leg. 2. Bar. nu.6. Alexan. & Fulgoſ.
Iaſ. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. num.28. per
l. interdum. de hæred. inſtit. l. ſi mulieri cum li-
beris. de uſufruc. accreſc. cum alijs per eum ibi
allegat. An uerò collectiuè uocati cum nomi-
natim uocatis ad æquales portiones admit-
tantur, non eſt nunc huius quæſtionis, & pau
lo pôſt expedietur. Id nobis iam ſatis eſto, q
licet d. ab A. collectiuè in poſterioribus inue-
ſtituris ſint admiſſi, tamen nihil illud impe-
diat, quo minus cum reliquis unà & pariter
ſuccedere debeant. Non officit tertiò, quod di
citur in ſubſequentibus inueſtituris, nempe à
dominis B. & C. annis 1551. & 55. factis d. ab
A. ordine non collectiuo, ſed tantùm ſucceſsi-
uo uocatos eſſe: ſcilicet ut deficientibus demũ
cæteris agnatis, in inueſtitura nominatis, ſuc-
cedant. Nam in antiquioribus inueſtituris,
ut anno 43. factia, ſimul omnea uocati ſunt,
& ſimultaneè ab antiquo eſſent inueſtiti: in
quo numero cùm ſint etiam d. ab A. non po-
tuerunt ſubſequentes domini in eorum præ-
iudicium mutare ordinem ſuccedendi, & eos
ordine ſucceſsiuo uocare, quos priores inue-
ſtituræ æqualiter admiſerunt. Quippe pri-
mæuus, ut dictum eſt, feudi ſtatus non eſt im-
mutandus, Menocb. conſil.103. num.56. nec
ius agnatis acquiſitum, poteſt à domino au-
ferri, Mynſing. obſer.99. num.2. Schurff. con-
ſil.31. num.1. centur.2. cum alijs ſuprà alleg. &
104 † poſteriores literæ, quæ priorem inueſtitu-
ram mutant, præſumuntur obreptitiæ, nec
ſunt attendendæ, ut latè firmat Bald. conſil.
215. proponitur, quòd inueſtituræ. num.4.
parte 2. per l. diui fratres. de iure pat. & alia
quæ allegat Curt in tract. feud. parte 2. quæſt.
2. prin. num.43. Aluar. in c.1. num.2. de uaſal.
decrep. ætat. per illum text. & c.1. §.1. de ſucceſſ.
feud. Nam inueſtitura ſubreptitia nihil pro-
deſt, Menocb. conſil.103. num.61. Quare ius
ex primis inueſtituris, agnatis quæſitum, illis
ſine ſuo facto per alios agnatos, aut per do-
minum feudi interuerti & auferri non potuit,
105 prout ſuprà eſt deductũ: nec † poſſunt agna-
ti, imò ne pater quidem, in præiudicium libe-
rorum aut aliquorum de familia pacta & tra-
ctatus facere, per quos à iure ſucceſsionis ex-
cludantur, ut eſt communis theorica Bald.
Aluar. Iſer. & aliorũ in c.1. an agna. uel fil. Bal.
in c.1. num.7. de alien. feud. pat. & in c.1. num.
4. & 5. de uaſal. qui contra conſtit. Loth. per
tex. in c.1. de alie. feud. pater. And. de Iſer. nu.1.
Aluar. num.1. & 2. & communiter Dd. in c.1. in
prin. de ſucceſſ. feud. Iacob. in tract. feud uerb.
& cum pacto de nõ alienãdo. n.12. & 31.34. &
ad uerb. & cum pacto, quòd de ipſo. nu.2. & 3.
Curt. latè in tract. feud. parte 2. quæſt.2. princ.
num.42. & parte 4. num.131.146. & 125. per c.
1. §. hoc quoq;. de ſucceſſ. feud. Zaſ. in epit. feu.
106 parte 9. num.25. & 40. Nec † uerò etiam do-
minus per nouam inueſtiturã ius ſucceſsio-
nis ex ſimultanea inueſtitura agnatis quæſi-
tum, auferre potuit, & illos diſpungere, aut or
dine tantùm ſucceſsiuo poſt alios contra ue-
terum formam & ius inde quæſitum uocare,
c.1. de alien. feud. pater. c.1. §. hoc quoque. ubi
Dd. Bald. & alij, præcipuè Matth. de Afflic. nu.
56. de ſucceſſ. feud. Schurff. conſil.30. indebit.
num.2. cent.1. cõſil.5. quod prædicta. num.4.
cent.8. conſil.31. caſus. nu.6. cent.2. Nam agna
ti fortius ius in feudo habent, quàm ipſe do-
minus, §. fin. qual. olim feud. pot. alien. Vnde
107 † non poteſt dominus quibuſdam in fami-
lia facere gratiam cum damno reliquorũ, qui
non conſentiunt, c.1. §. hoc quoq;. ubi Aluar.
num.2. & 3. de ſucceſſ. feud. latè Curt. in tract.
feud. parte 4. nu.146. qui de eo text. dicit eſſe
clarum. in c.1. de alie. feu. pat. ad idem Præpoſ.
in c.1. nu.2. an agna. uel fil. Bal. in l. fi. nu.11. C.
de ſuis & legit. Dec. conſil.445. in caſu. nu.23.
uol.4. Henn. God. in conſil.16. contingentia.
nu.27. qui non conſentiunt, Mynſing. obſer.
83. cent.4. nec permiſſum eſt domino abſque
conſenſu uaſallorũ naturam feudi & antiquę
inueſtituræ mutare, ut pulchrè firmat Caſtr.
conſ.311. circa. nu.2. uol.1. per l. nõ abſtulit. C.
de nouat. l. Stichum. §. fi. ff. eod. l. fi. ubi Bart. in
princ. ff. quæ in fraud. credit. Ac quãuis in hoc
hic aut ille agnatus, de cuius fortè commodo
agitur, cõſentiat, atq; ita familiæ ius repudiet,
108 tamen † eius conſenſus & renunciatio non
incommodat alijs, Caſt. conſil.290. uiſa. nu.1.
109 uol.2. Neq; † enim poteſt forma antiquæ in-
ueſtituræ in præiudiciũ tertij, hoc eſt, eius qui
non conſentit, ſimul inueſtiti, per nouas inue
ſtituras immutari. Bal. d. cõſ.215. proponitur.
nu.4. uol.2. & idem Bald. in l.1. nu.31. C. quan.
nõ peten. part. per l. impuberi filio. de admin.
tutor. & in c.1. nu.2. de eo qui ſibi & hæred. Ca-
ſtrenſ. conſil.142. uidetur. nu.3. uol.2. & conſi.
176. uidetur. nu.3. parte 1. Albert. Brun. in con
ſuet. feud. conſil.1. circa. nu.83. ſed † ſtandum
110 eſt ueteri inueſtituræ, donec de uoluntate o-
mnium qui ius in ea habẽt, immutetur, Brun.
præal. loc. per c.1. §. peu. quib. mod. feud. amit.
Bal. in l. fi. C. de ſuis & legit. latè Dec. conſ.193.

T pro

111 pro tenui.nu.4. Mynſin.obſ.94. Itaq; † inue-
ſtitura facta de nouo, aliter quàm ſolito mo-
re, non nocet poſteris, aut alijs ſucceſſoribus,
ut agnatis, qui ius ſuccedendi habẽt, in quo-
rum præiudicium mutari nõ potuit, Dec. cõſ.
193.pro tenui.nu.4.& cõſ.185.in cauſa.nu.15.
& d. conſ.445. latè Tiraq. de retract.lig.§.32.
nu.39.cũ multis ibi per eum allegatis: ad quẽ
112 breuitatis cauſa remitto, quos † ius feudale
diſertè in omni alteratione feudi, quæ illis
præiudicare debeat, uult conſentire, c.1.§.præ-
terea.quib.mod.feud.amit.c.1.§.hoc quoque.
ubi Bald.& Dd.de alie.feud.patet.c.1.qui ſuc-
ceſſ.tenean.c.1.§.ſi quis fecerit. quo temp. mil.
c.2.de feud.dat.in uic.leg.commiſſ.de quo la-
tè Dec d.conſ.193.nu.2.& 4.& cõſ.185.in cau-
ſa.nu.15. Nam quod omnes tangit, ab omni-
bus probari debet, l. ult. C. de auth. præſtan.
113 Quocirca † ſemper inueſtitura antiqua atten-
ditur, niſi in poſteriore dictũ ſit, de cõmuni cõ
ſenſu aliter cõſtitutũ eſſe, Dec.conſ.390.nu.5.
& conſ.445.nu.33. Quanquã ne hoc quidẽ ſuf-
fecerit, niſi cõſenſus ille, tanquã extrinſeca ſolen
nitas probet ex ſubſcriptione, l.ſicut.8.§.non
uidetur.10.quib.mod.pig.ſigillatione, l.2.C.
de reb.alie.nõ alienan. uel aliunde, l.quæcun-
que.§.fin.de pub.l.ſciendũ.de uerb.oblig. Pro
114 eodem facit, quod † quãdo ex cõtractu, uel occa-
ſione cõtractus (diximus aũt, inueſtiturã con-
tractũ eſſe, Menoch.conſ.101.nu.28.conſ.103.
nu.53.) per diſpoſitionẽ legalẽ eſt ius quæſitũ
alicui tertio, re, uel ſpe, nõ poteſt ab illo cõtra-
ctu recedi in eius nõ cõſentientis præiudiciũ,
l.apud Iulianum.ubi id notãt Bal. Ang. Imol.
Caſt.ff.de leg.1.gl.in l.certi conditio.§.ſi num-
mos. ad uerb. uelut tuos. ſi cert. pet. l. ult. de
pac. Cornæ. Iaſ.conſ.213.in præmiſſa. nu.4.5.
lib.2. Tiraq.latè in retract.prox §.1.glo.18.nu.
56.& latiſsimè de retract.conuen.§.1. gl.7.nu.
20.ubi pluribus firmat, ius uaſallo etiã ſpe cõ
petens, nõ poſſe inuito abſq; ſuo conſenſu au-
ferri. Quãuis aũt quidã ex d.ab A. fuiſſent, ut
allegatur, in tali inueſtituræ alteratione atque
immutatione pręſentes, neq; contradixiſſent,
eo poſito, nõ cõceſſo, tamẽ reliquis abſentib.
& ignorantibus non potuiſſent ius ſuũ immi
nuere aut alterare, l. ſæpe. de re iud. l.cohære-
115 dibus.17.C.fam.herciſc. cùm † res inter alios
acta alijs nihil habeat obeſſe aut prodeſſe, l.
2. C.res int.alios: nec debeat uni per alterum
iniqua cõditio inferri, l.non debet.75. de reg.
116 iur. nec † id quod noſtrũ eſt, ſine noſtro facto
auferri nobis poſsit, l. id quod noſtrũ. de reg.
iur.l.fi. de pac.iur. Imò ne ipſis quidem præ-
ſentibus nocuiſſe taciturnitatẽ, poſſet inferri
quia ſciuerunt ſcilicet ius ſuũ ubiq; durare, gl.
& Dd. in d.c.1.§.præterea.uerb.regreſsũ. quib.
mod.feud.amit.Mynſin.obſ.38.cent.2.qui di-
cit, præſentiam eſſe fictum cõſenſum, nec ſuffi-
cere in ſtatutis: & latiſsimè Tiraq.aſſerens hãc
partem eſſe ueriorem, niſi agnatus præſens ul
tra præſentiam aliquo facto de conſenſu ſuo
teſtatus ſit, uel fecerit quid, quod conſenſum
arguat, in retract.prox.§.1. gl 9.num.148.153.
154.156.157.præſertim cùm ultra conſenſum
ad nullũ alium actum, quo cõſenſus declare-
tur, proceſſerint, Tiraq.in retract.prox. §.1. gl.
9.nu.148.152. & in legibus cõnub. in fi.uerb.
117 expreſ.gl.5.nu.23. & † in dubio, quando mu-
tatur antiqua forma inueſtituræ, præſumatur
præſentium error, cùm faciãt, quod facere nõ
tenentur, nec præſumanẽ iactare ſuum, l. cùm
de indebito.in fin.de probat. niſi euidentiſsi-
mè de certa ſcientia cõſtet: ita in terminis Bal.
d.conſil.215. proponitur. nu.1.part.2. Dec. d.
118 conſ.193.nu.4. Nam † ius liquidũ remittere,
eſt quædam donatio, l.ſi quis delegauerit.ubi
Bar.de nouat.l.pactũ curatoris. ubi Dd. C.de
pac.& in l.præſes.C.de tranſact.Bar.in l.Mode
ſtinus.nu.1.de donat. uide ſuprà conſi.6. cum
119 ſimil. Potius † autem quàm inducatur dona-
tio, præſumitur qualibet iniuſta cauſa, uelut
fatuitas, ſtultitia, uel error interueniſſe, Bal. in
l.generaliter.nu.5.C.de nõ nu.pec. Iaſ. in l.La-
beo.num.4.ff.de pact.cum ibi alleg. Quod ta-
men nõ pono nũc pro conſtanti: quia ſcio ab
alijs tradi, dominũ, uel agnatũ præſentem in-
ueſtituræ uel alienationi, quam impedire po-
terat, uideri conſentire, c.1. §. præterea. quibus
mod.feud.amit.l.Caius.de pignor.ac.l.qui pa
titur.mand.Dd.l.ſæpe. de re iudic. niſi erret, ut
pluribus confirmat Tiraq.in retract.prox.§.1.
120 gl 9.nu.114.115.& 116. qui † error non præſu-
mitur, niſi probetur, ut nec qualibet cauſa fa-
tua, uel iniuſta, Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff.
de fur. latè Tiraq. in tract. de pœn. cauſa 43.
nu.9. cum multis ibi per eum allegat. ideoq;
ubi nulla alia cauſa apparet, præſumatur po-
tiùs cauſa donationis in remiſsione & conſen
ſu, quàm fatuitas, uel error, Iaſ.& Dd. l.3.4.de
pac. Verùm de hoc diſputare nõ inſiſto, uelut
impertinenti, quando hîc in abſentia horum
agentiũ agnatorũ, & quidẽ ignorantia, talem
mutationẽ factã eſſe planiſsimè appareat: &
præſumatur etiam, donec eorũ cõſenſus pro-
betur, l.quicunq;.§.fi.de Publicia. l.ſciendum.
121 ubi Dd. de uerb. oblig. qui † quanquã etiam
ſciuiſſent, ex ſola ſcientia uideri nõ poſſent aſ-
ſenſiſſe, dum modò non fuiſſent præſentes, Ia-
cob.de S.Georg.in tract.feud.uerb. & cum pa-
cto de non alienãdo.nu.20. per doctrinã Bar.
in l.denunciaſſe.§.1. de adulter. niſi acceſsiſſet
longi temporis patientia. Alber. Brun. conſ.
feud.14.altiſ. nu.344. & Tiraq. in ll. connub.
in fi.ad uerb.expreſ. glo.5. num.39. Nec uerò
etiam obſtat, quòd ſucceſſor non teneatur le-
gibus ſui prædeceſſoris, quin mutare poſsit,
gloſſ.ult.& Dd.l.digna uox.4.C.de legib.Bal.
l.2.nu.3.eod.tit.& conſ.161.proponitur. num.
2.uol.3. Bart.l.2.§.fi. de opt. leg. Nam hoc ue-
rum in concernentibus dignitatem, & quæ
ſunt iuris merè poſitiui, nõ etiam in iure gen-
tium contractuum & inueſtiturarũ: quoniam
hæc à prædeceſſoribus facta & conuenta, ſuc-
ceſſores

122 ceſſores, qui † pro una perſona habētur, Alexan. conſ. feud. 121. nu. 12. ligant, & ab ijs ſunt
123 ſeruanda, maximè † quādo alijs ius eſt quæſitum, Bal. & Dd. in l. digna uox. & l. ſi. C. de legib. latè Iacob. in tract. feud. in princ. ad uerb. ſed an princeps. nu. 1. cum ibi allegat. Quoniā tali caſu nō tam de iure prædeceſſoris agitur, quē res amplius nō tangit, quàm de iure ter-
124 tij, cui † ne princeps quidem ius ſuū auferre, uel poteſt, uel debet, Iaſ. poſt gl. & Dd. in l. ult. nu. 2. & 3. C. ſi cont. ius uel uul. publ. Bart. in l. 2. C. de fund. pat. lib. 10. Caſt. conſil. 156. uiſo. conſil. 281. primū. lib. 1. Aegid. Boſsius in trac. de principe, nu. 21. Brun. conſil. feud. 16. circa. nu. 4. 5. 6. & conſ. 2. ſolum. nu. 1. Neuiza. conſ.
125 feu. 12. nu. 30. Nec uerò etiam, quòd † pacta nouiſsima ſunt attendenda, l. pacta nouiſsima. C. de pact. Nam hoc uerum, quo ad ipſos paciſcētes, nō uerò, quo ad alios, quibus pactum nō nocet, Bal. cōſ. 331. quidā. nu. 2. parte 5. & alijs locis ſuprà allegatis. Neq; etiam mouet, quòd intra annū & diem peti inueſtitura ſimultanea debeat, Schurff. conſ. 16. ſuper. in fi. & cōſ. 99. q; prædictę. nu. 6. cent. 1. conſt. pro. 45. parte 2. & q; ſemel excluſus amplius non admittatur, c. 1. §. quin etiā. ubi gl. & Dd. epiſc. uel abbat. cùm hoc de excluſis iure, nō de excluſis facto ſolùm ſit accipiēdum, ut Dd. ibidē declarant. Deinde procedit tantùm in fœminis, Socin. conſil. 19. pro deciſione. nu. 5. uol. 1. Alex. conſ. 29. quoniā. nu. 8. & 9. uol. 1. Henn. God. conſ. feud. 14. ad conſultationē. n. 2. Zaſ. in epit. de feud. ſucceſſ. nu. 4. & 5. non in maribus, qui ſemper iuxta prærogatiuam gradus, uel ſecundū tenorem ſimultaneæ inueſtituræ admittunt, prout Dd. præallegatis locis oſtendunt, & quod dicitur intra annum peti renouationem oportere, uerū eſt in eo caſu, quādo ius eſt alienatū, uel apertum: tunc enim debet peti renouatio, Schurff. d. conſ. 16. cent. 1 At in caſu noſtro paulo antè dictū eſt, agnatos ſine ſuo facto ius ſimultaneæ inueſtituræ amittere non potuiſſe: nec petere renouationē debuiſſe eius iuris, quod non amiſiſſent Ac præterea ſuprà probatum eſt, tempus petendæ inueſtituræ non currere ignorantibus ius ſuum, aut aliqua iuſta cauſa impeditis, quo minos renouationem petierint: dolus enim malus, & negligentia ſupina punitur hoc modo, non iuſta excuſatio. Dubium autem nō eſt, quin iſti agnati, certiorati de caſu aperti feudi, ſemper penerint inueſtituram. Quare ſi alius illis ignorātibus aliquā nouam inueſtiturā in eorum præiudiciū fieri curauit, certū eſt hoc illis
126 ignorantibus nihil nocere: quia † factū unius non nocet alteri, ne fratri quidē, gl. in §. aliud. uerb. leges. ut cùm de app. cognoſ. cum ibi allegat. illud tamē hîc eſt aduertendū diligēter, & bene in proceſſu ponderādum, quòd d. ab A. tantùm nominatim inueniantur inueſtiti in feudis ab epiſcopo dependentibus, nō aūt in inueſtituris feudorum, quæ à domino temporali & ſæculari mouentur, in quibus duntaxat generaliter ſimultaneē inueſtiti reperiuntur illi, qui antiquitùs ſimul fuerunt inueſtiti. Itaq; opus erit antiquioribus inueſtituris, quibus ipſi quoq; doceātur inueſtiti: alioqui non poſſent in illa curia ex literis inueſtituræ alterius curiæ iuuari. Nā cùm ſint diuer-
127 ſæ & ſeparatæ, non ſequitur, etiamſi † in una curia ſimul inueſtiti de feudis ab illa pendentibus reperiantur, propterea in altera curia, & in feudis illinc mouentibus, inueſtitos eſſe: Bal. in c. 1. in fi. nu. 3. de cōten. in. maſc. & fœm. cùm bona in diuerſis territorijs ſita, ſint diuerſa & ſeparata, Caſtr. conſil. 146. uiſo. in fin. per not. Cyn. in l. cunctos. C. de ſum. trin. porrò ex ſeparatis nihil rectè inferatur, l. Papinianus exuli. de minor. l. ſi. de calum. l. inter. §. ſacram.
128 de uerb. oblig. Quamuis † autem alius uaſallus qui habet nouas inueſtituras, nō cogitur antiquas oſtendere: quia habet præſumptionem pro ſe, quòd inueſtitura non ſit mutata,
129 & † antiquæ ita ſe habeant, ſicut præſentes, Oldr. cōſ. 121. ad primam. nu. 12. cum iuribus ibi alleg. Pyrrh. in cōſuet. Aurelian. § 63. Molin. in cōſuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. nu 7. tamen in noſtro caſu, cùm in nouis inueſtituris huius curiæ nemo nominatim ſit inueſtitus, ſed tātùm in genere illi qui in antiquis inueſtiūtur, atq; ita ſpecialiter nihil conſtare poſsit, niſi exhibi-
130 tis uetuſtis inueſtituris, ad † quas ſe nouæ referunt, Caſt. conſ. 17. nu. 1. lt. 2. ideo omnino neceſſe erit ea exhiberi, per not. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edēdo, c. 1. de fid. inſtr. ut in ſimili cōſuluit Caſtr conſ. 17. in cauſa. nu. 2. uol. 2. utcunq; id Oldr. cōtrouertat cōſ. 121. nu. 12. Vbi aūt antiquæ huiuſmodi inueſtituræ erūt, ꝓductæ, in quibus ipſi etiā in curia temporali inueniātur inueſtiti, tūc ſequēs erit, poſteriores inueſtituras generales, ſecundū clauſulas & qualitates primæ inueſtituræ intelligēdas, Bal. l. 1. nu. 31. C. quan. nō peten. par. & c. 1. nu. 2. de eo qui ſibi & hæred. cū alijs ſuprà ad hoc
131 alleg. quæ † cenſetur reliquas omnes ſequentes in ſuo genere continere, Bal. conſ. 331. quidam. nu. 1. par. 5. Curt. tract. feud. 2. parte prin. q. 2. princ. nu. 43. 44. cum ibi allegat. & cuius ius illis pridem quæſitum, exinde non potuerit auferri, per tota ſuprà allegat. Non obſtat ultimò, quòd de natura correlatiuorū dictū eſt, & quòd ob id, quia d. ab A. reliquos agnatos in ſuis bonis nō ſimul inueſtiuerūt, cōtrà ipſi quoq; inueſtiri nō debuerint, neq; ius ſimul habeant. Nam hac de re fruſtra diſceptatur, poſt ius per ſimultaneam inueſtituram d. ab A. iampridē quæſitum, qui etiā nunq̄ tergiuerſati ſunt, quo minus prædictos reliquos de ſua familia agnatos, ad ius ſimultaneæ inueſtituræ ſecum admitterent, dum modò id à feudi dn̄o reliqui impetraſſent: quod quia impetrare cæteri agnati intra annū, uelut oportuit, neglexerūt, eò ſibi imputēt, non alijs, qui ſibi uigilatūt, & ſe ſimul inueſtiri curārunt. Iu-

ra enim uigilantibus ſcripta ſunt, l. pupillus.
29. in fi. ff quæ in fraud. cred. Deinde hîc nulla
eſt correlationis, aut ſimilitudinis ratio: non
132 † enim ſemper mutuũ & reciprocum eſt iter
ſucceſsionũ: neq; ſequitur, quamuis tibi ſucce
dere debeã, te cõtrà mihi ſuccedere oportere.
exempli gratia: Filius debet ſuccedere patri in
feudis: ergo pater filio: nõ ſequitur, quia libe-
ri & nepotes parẽtibus aſcendentib. ſunt præ-
ferendi, §. 1. cum ſeq. n. 118. de hæred. ab inteſt.
133 & † parentes liberis theſaurizãt, nõ contrà, c.
prædicator. 16. q. 1. Quare nõ probat hoc eſſe,
qđ ab hoc contingit abeſſe, gl. l. matrẽ. l. neq;
C. de probat. Et ſucceſsio cùm ſit titulus lucra
tiuus, l. unic. C. de impon. lucrat. deſcrip. lib.
10. in eo non cõſideratur cõpenſatio mutua, l.
Titius. ubi Iaſ. nu. 9. de lib. & poſthum. §. lon-
gè magis. Inſtit. de legat. l. demonſtratio. §. 1. l.
cùm tale. de cond. & demonſt. l. nec adiecit. cũ
ſeq. ꝓ ſoc. præſertim in feudis, ubi nõ defertur
ex uolũtate diſponentiũ ſucceſsio, c. 1. de ſuc-
ceſſ. feud. ſed uirtute cõſuetudinis, conſangui-
nitatis, uel inueſtituræ, maximè iur. Saxon. ut
134 antê dictum: ut † hic regula, Quod quiſq; iu-
ris, &c. locũ obtinere nõ poſsit: cuius retorſio
ualet in iure iniquo & nouo gratioſè impe-
trato, nõ in eo qđ lex aut cõſuetudo aut anti-
quitas defert, d. l. 1. & 3. ubi Dd. qđ quiſq; iur.
Quare cùm in inueſtituris d. ab A. inueniãtur
inueſtiti & nominati, meritò admitti debent:
etſi cõtrà reliqui in eorũ feudis nõ ſint inueſti-
135 ti. Tenor † enim inſtrumẽti prodeſt nomina-
tis eo prætermiſsis, Bal. in l. ad probationẽ. in
136 prin. Præterea † cõſuetudinẽ feudalem maxi-
mè in feudalibus cauſis attẽdi certũ eſt, c. 1. de
cõt. feu. Molin. & Dd. in prin. de feu. Eſt aũt nõ
nouũ, ſed cõſuetũ, & in paruis ac magnis feu-
dis uſitatũ, ut aliqui ſæpenumerò inueniãtur
ſimultaneè inueſtiti cum aliquibus, qui tamẽ
cũ illis contrà nõ eandẽ habeãt ſimultaneam
inueſtiturã. Quare ſatis liquet, hoc cauillũ ni-
hil obſtare, præſertim cùm per d. ab A. nõ ſtet,
quo minus reliqui agnati in ſuis quoq; feu-
dis ſimultaneã inueſtiturã cõſequantẽ. Nec in
contariũ facit, ꝙ in quibuſdã literis inueſtitu-
ræ defunctus ſit inueſtitus generatim cum o-
mnibus agnatis, cum quibus ultrò citroq; ſi-
multaneam habeat inueſtiturã. ex illo namq;
nõ ſequitẽ, d. ab A. excluſos eſſe, qui in priorib.
inueſtituris ſunt & reperiuntẽ ſimultaneè inue
ſtiti, nec poſtea excludi abſq; ſuo cõſenſu po-
137 tuerũt. Nam † illa generalitas declaratur per
has inueſtituras magis ſpeciales, l. in toto. de
reg. iur. Iaſ. l. placuit. in fi. C. de iudic. Et ſuprà
plurib. probatũ eſt, generales inueſtituras ſe-
quẽtes ex prioribus recipere interpretationẽ,
& intelligi ſecundũ priorũ clauſulas & quali-
tates: ut ſcilicet in iis idẽ eſſe intelligatẽ reperi-
tum, qđ extat in priorib. Bal. in l. fi. C. de ſuis
& legit. & l. 1. C. quãdo nõ peten. par. & cõſ. 331.
quidã. nu. 1. part. 5. Curt. tract. feu. part. 3. prin.
q. 2. prin. nu. 43. 44. cũ ibi alleg. Quanq; etiã
ex inueſtituris mihi tranſmiſsis tale nihil ap-
paret. Nã in illis agnati omnes generatim ſi-
multaneè inueſtiti ſunt, & uocati, his uerbis:
Vnnd andere des geſchlechts, die zuuor mit jhm in ge-
ſamptrechten ſtehn, vnd ſamptlichen von der herſchafft
belehnet ſein, &c. quæ uerba nõ reciprocam, aut
mutuam inueſtiturã habẽtes tantùm uocant,
ſed omnes eiuſdem agnationis ſimultaneè in
iiſdẽ feudis antea inueſtitos: inter quos cùm
ſint d. ab A. nõ poſſunt, nec debent uideri illa
generalitate excluſi, ſed cõtrà magis in illam
iuxta tenorẽ priorũ inueſtiturarũ cõprehenſi.

VI. His ita deductis, ultimò reſtat examinan-
dum, in quotã partẽ d. agẽtes ab A. ſint ad ſuc
ceſsionẽ admittẽdi. Et uidebatẽ prima facie di-
cendum, oẽs ab A. ſimul capere debere dunta
xat tantũ, quantũ alioqui reliqui agnati acci-
piũt ſinguli. Quanq; eñ in quadã antiquiſsi-
ma inueſtitura unus ab A. nominatim eſt in-
ueſtitus: tñ apparet, in ſubſequẽtibus inueſti-
turis ab eo eſſe receſſum, in quibus collectiuo
tantùm nomine oẽs ab A. ultimo loco inue-
ſtiuntur iſtis uerbis: *Vnd alle die von A. zu N.* &c.
138 Cõſtat † aũt, utrũq; uerbũ eſſe collectiuũ, ui-
delicet Oẽs, *Alle*, præſertim in plurali numero
poſitũ, l. ſi plurib. 45. in prin. ubi gl. ad uerb.
ſed oẽs. & Bar. ff. de legat. 2. & idẽ Bar. in l. Mo-
ſchis. 47. in prin. nu. 1. & 2. de iur. fiſc. ꝑ l. 3. de
ſtat. hom. & idẽ Bart. latè in l. hoc articulo. n. 3.
ff. de hæred. inſtit. Cor. cõſ. 237. uiſo. n. 2. uol. 3.
139 & † appellatio familiæ, ſeu certæ cõgregatio-
nis, uel gentis domiciliiq; pluriũ hominũ, *der*
von A. zu N. &c. Nã illa eſt collectiua, qa uno nu
mero, etiã ſingulari, plures colligit & compre-
hẽdit, Bal. in l. fi. in prin. n. 1. C. de impub. ſub-
ſti. ꝑ l. 2. ff. de reb. dub. l. ſi familia. de iuriſdict.
l. ꝓponebatẽ. de iudic. l. mortuo. de fideiuſ. cũ
140 aliis quæ allegat. Certũ aũt eſt, nominũ † col-
lectiuorũ eã eſſe naturã, ut nõ ſingulis totũ tri
buãt, ſicut fit in diſtributiuis, ſed tantùm pro
parte, l. ſi pluribus. in prin. de legat. 2. Bar. Bal.
Ang. in d. l. hoc articulo. & d. l. Moſchis. Cor. d.
cõſ. 237. n. 3. ꝑ l. nõ diſtinguem⁹. §. cùm in plu-
res. de recep. arbit. Vnde qñ plures collectiuẽ
uocãtur, cũ aliis nominatim, uel diſtributiuẽ
poſitis, tũc collectiuè uocati cũ aliis nomina-
tim poſitis, nõ capiũt ſinguli æquales partes,
neq; in capita cũ reliquis ſuccedunt, q uocantẽ
141 nominatim: ſed † oẽs in unum collecti, tantã
unã partẽ ſimul capiũt, quantã reliqui oẽs ſin
guli: ita ſunt text. expreſsi, ubi hoc tradũt etiã
Dd. Bar. Caſt. Imol. Iaſ. & alii ſcribentes in l. in-
terdum. 13. in prin. de hæred. inſtit. l. ſi pater. 9.
de uulg. & pupil. l. ſi qs. 8. de uſufr. accreſ. l. pla-
nè. 34. in prin. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de legat.
1. l. fi. ubi Bal. Sal. Iaſ. Coraſ. & Dd cõmuniter,
C. de impub. ſubſt. l. 2. de dot. prælег. Iaſ. in l. &
ſuũ. 8. §. hodie tñ. nu. 13. de pac. cũ aliis ſimilib.
142 quia † oẽs collectiuè uocati, unam tantùm
ꝑſonam ſimul repræſentãt, tex. in d. l. planè. in
prin. de legat. 1. Quare meritò unam dũtaxat
partẽ ſimul accipiũt, qualẽ reliqui oẽs ſinguli,
ut

ut hãc rationem poſt alios tradit Iaſ.in l.ſi pa-
ter. in prin.de uulg.& pup.& in l.fi. in prin. C.
de impub.ſubſtit. Cùm igitur in ſubſequẽtib.
inueſtituris d.ab A.per duplicẽ collectiuã ſint
inueſtiti & admiſsi,neq; illi inueſtituræ formę
contradixerint, ſed in ea acquieuerint, atque
143 † ita ſuo iuri tacendo & patiẽdo renunciaue-
rint,cùm contradicere potuiſſent, l. Caius. de
pig.act.in c.1.§.præterea. quib.mod. feu.amit.
liquere uidet in tali quota,qualẽ reliq ſinguli
nominatim inueſtiti accipiunt, nõ hos ſucce-
dere, ſed cõtentos eſſe oẽs,etiamſi plures ſint,
oportere una parte ſingulari, qualem ſinguli
reliq ſint accepturi,&c.d.l.interdũ. cũ alijs iu-
ribus ſuprà allegat.Dd.in d.l.Gallus. §.quidã
rectè.de lib.& poſth. uide Auguſ.Hiero.c.Ray
nutius.n.120.de teſtã. Henn. God.conſ.22.de
ſimult. inueſtit. n.5. in uerb.nominib. ꝓprijs,
nõ collectiuis,&c.maximè ſi iſti q nunc ſuper-
ſunt de A. ſunt (ut præſumendũ eſt, & ipſi fa-
tẽtur ex eo,ꝙ ſe in eius iure fundãt,Bar.& Dd.
l.is põt.l.gerit.l.ꝓ hærede. de acquir. hæred. l.
poſthumo.§.fi.ubi Caſt.nu.4.& 5.de inoff.te-
ſtam.) ſucceſſores illius ab A. q in antiquiore
inueſtitura eſt nominatim admiſſus. Nã hoc
caſu planè ueniunt nomine collectiuo, uelut
ſucceſſores illius, & repræſentãt ꝑſonã defun-
cti,in cuius ius ſuccedunt, l.2. C.de pact. inter
empt.ubi & Dd.l.ex qua perſona.l.hæreditas.
de reg.iur.cũ alijs iur.uulg.nec amplius cape-
re poſſunt, ꝙ̃ ipſus accepiſſet: is autẽ tantùm
accepiſſet unã uirilem , cõcurrẽs cum reliquis
agnatis in ſucceſsione feudali,& cõcurſu par-
tes æquales faciẽs,Dd.pręſertim Iaſ.l.re cõiun
ct.de legat.3.l.unic.§.1.C.de caduc.toll. l. pla-
nè.de legat.1. Ergò & eius ſucceſſores unà col
lecti nõ plus illa una parte, quã accepiſſet ille
defunctus, in cuius ius ſucceſſerunt, accipere
poſſunt,aut debẽt: ſicuti uidemus fieri in iure
144 repræſentationis, ubi † ſucceſſores defunctũ
repræſentãtes,nõ ſuccedũt in capita,ſed in ſtir
pes,& ſimul collecti tantùm unam partem ac-
cipiũt,quãta ſcilicet defuncto, cui ſucceſſerũt,
obueniſſet,§.fi. Inſt.de hær. quæ ab inteſt.l.fin.
C.de ſuis & legit.§.ſi uerò neq; in auth.de hęr.
ab inteſtat.cũ ſimil.His tamẽ non obſtãtibus,
contrariũ in noſtris terminis puto ſtatuendũ.
Quãuis aũt hæc eſt admodũ obſcuri argumẽ
ti quæſtio,nec abs re putaĩ ſubtilis & ſpinoſa,
ita ut Iaſ.in l.ſi pater.de uulg.& pupil. & l. fin.
C.de impub.ſubſt.meritò dixerit, Dd. hîc ſibi
nõ ſatisfacere,nec rem probè tenere: tñ in iſto
noſtro caſu,niſi alia interpretatio hactenus fa
cta eſt & ſeruata, (minimè enim ſunt mutãda,
quæ certã interpretationẽ ſemper habuerũt,l.
minimè.l.ſi de intèrpretatione.de legib.) dico
nõ modò non ex inueſtituris patére, d. ab A.
tantùm collectiuè unã duntaxat partem acci-
pere oportere,ſed potiùs inde colligi rectè, at-
que inferri, in partes uiriles unà cum reliquis
nominatim uocatis admittẽdos eſſe.Sunt eñ
oẽs uocati ꝑ copulã Et. pariter in una oratio-
ne ſimultaneè,una forma,unoq; tenore inue-
ſtituræ:ideo pariter & æqualib. portionib. uo-
145 cati debẽt uideri. Nam † qñ plures una ora-
tiõe iunguñ, debẽt intelligi pariformiter eſſe
iũcti,l.Seiæ. §.Caio.ubi Bar.de fund. inſtr.leg.
l.ſi legatari⁹.§.fi.ubi Bart.de leg.3. gl.in l. liber
homo.§.Titius. de hær.inſt.& tũc ualet regula,
146 Quòd † una determinatio reſpiciẽs plura, æ-
qualiter determinet,l.iam hoc iure. in prin.de
uulg.& pupil.ubi Iaſ.n.8.12.13.& l.Lucios.nu.
3.eo.tit.l.miles.§.decẽ.n. 4.de re iud. idẽ Iaſ.in
l.Gallus.§.qdã rectè.n.16.de lib.& poſth. Pro-
inde ita uocati, etiã in ſucceſsionib. æqualiter
admittunĩ, Iaſ.l.ſi pater. n.8.de uulg.& pup. &
nõ eũdo ꝑ mẽdicata ſuffragia , ſunt text⁹ aper
ti & expreſsi hac de re, in l. qdã relegatus. §.fi.
cũ l.ſeq.de reb.dub. quẽ dicit Iaſ.in d.l.ſi pater.
in hac materia eſſe mirabilẽ: & melior in l.Lu.
§.Luci⁹.de leg.2.& tex.in d.l.interdũ.in pri. de
hær.inſt.ubi apertè dicit, qñ collectiuè uocati
pariter uocanĩ , & copulatiuè cũ noiatim uo-
catis,ꝙ tũc in æquales partes ſuccedãt: ad idẽ
Henn.God. in d.cõſ.22 de ſimult.inueſt. n.4.
& 5. Secũdò,qm̃ eadẽ eſt ratio ſucceſsionis in
omnib.iſtis agnatis collateralib. Oẽs em̃ uir-
tute inueſtiturę,& qa ſunt ex una eadẽq; fami
lia , ſecundũ grad⁹ prærogatiuã ad ſucceſsio-
147 nẽ admittunĩ. Eſt † igiĩ par ubiq; ordo & ra-
tio ſucceſsionis , & eadẽ ſimultas inueſtituræ.
Proinde nec iniuſtè quẽlibet eorũ ſequiĩ idẽ
effect⁹,eadẽq; ſucceſsio,ꝑ tex.iunc.gl.ad uerb.
reddi.in l.à Titio.ff.de uerb.oblig.& c.ſcire de-
bet.76.diſt.q inqt: Quorũ æqualis eſt ſancti-
tas,eorũ & feſtiuitas celebretur æqualis: quia
148 † ubi eſt eadẽ ratio & ſimilitudo formalis,ibi
& idẽ ius eſſe debet,glo.ordinaria in c.1. uerb.
Italiæ.de temp.ord. li.6. Io.And. in c.ſi poſtq̃.
de elect.eod.lib.Bal.in l.illud.n.4.C.de ſacroſ.
eccl.& in l.cõuenticula.n.3. C.de epiſ. & cler.&
in l.1. ubi apoſtil. Alex. C. de interdict. & hæc
ſunt uerba formalia Henn.God.in d.conſ.22.
de ſimul.inueſtit.n.5. ꝓ quo faciunt & uulga-
tæ regulæ: Vbi eſt eadẽ ratio,ibi eadẽ iuris di-
ſpoſitio,l.illud.32.ad l. Aquil.l.generali. de fi-
deiuſſ.itẽ,De ſimilibus idẽ eſt iudicium, Bal.l.
humanitatis.n.14. C.de impub.ſubſt. Aemy-
lian.cõſ.4.n.17. Mol.l.ult.n.4.C.de inoff. do-
nat.ꝑ l.ult.C.de collat.Crau.de antiq.temp.in
prin.n.17.& cõſ.187. nu.67.l.à Titio. de uerb.
oblig.c.cùm dilecta.de cõfir.util.c.conſtit.ubi
Panor.nu.3. de app. Tertiò eſt hac de re caſus
expreſſus,& lege definit⁹,in l.Lucius.95. §.Lu
cius Titius.de legat.2. q totã materiã hãc limi
tat,& in cuius interpretatione Dd.multùm ſu
dãt: quorũ ſolutiões & coactas interpretatio-
nes meritò reijcit Iaſon,atq; refutat in d.l.ſi pa
ter.de uulg.& pup.& d.l.fi. C.de impub.ſubſt.
149 Eſt eñ ibi caſus clarus, qñ † uni de familia re-
linquitur nominatim, & alijs noie collectiuo,
oẽs nihilo minus pariter ad æquales portiões
uocari:nõ uerò nominatim tantũ,quantũ re-
liquos oẽs collectiuè uocatos accipere.Cuius
ea eſt ratio,Caſt.in d.l.Luci⁹.§.Lucius.q dicit,
nõ aliã poſſe reddi eius rationẽ, niſi ꝙ par af-

fectus uideatur fuiſſe teſtatoris erga oẽs: q̃ in
omnib. eiuſdẽ familiæ eadẽ ſit ratio & par affe
ctio diſponẽtis, q uult eẽ in familia remanere,
& oẽs de familia honorate: ideo magis atten-
ditur eius uolũtas & ſententia, ac paritas ratio-
nis, q̃ uerborũ cõtextus, atq; idcirco ẽt æqua-
liter & parib. portionib. oẽs & æquali affectio-
ne & præſumpta diſponẽtis ſnia cẽſentur ho-
norati, ut pulchrè & uerè poſt Aret. exponit
Iaſ. q hãc materiã optimè diſcuſsit in d. l. ſi pa-
ter. n. 8. de uulg. & pup. & in d. l. fi. n. 9. in 3. limi
tat. C. de impub. & alijs ſubſtit. uide Clar. de
teſtã. Itaq; cùm alia uolũtatis teſtatoris conie-
ctura hîc haberi poſsit, nõ obtinet illa regula,
quæ colligitꝰ ex ſubtilitate uerborũ collectiuè
aut diſtributiuè poſitorũ, Bar. in l. ſi ſeruꝰ cois.
pen. per totũ, ff. de ſtip. ſeruor. & ſequitꝰ Caſt. in
150 d. l. Lucius. §. Lucius: Quartò certũ eſt, qñ † ex
præcedẽtib. uel ſequentib. cõſtare põt, quibus
partib. ſuccedi diſponens uoluerit, nõ attendi
regulã de collectiuis nominibus, aut diſtribu
tiuis, Iaſ. in d. l. fi. n. 9. in 2. limit. per tex in l. qui
cùm plures ubi Bar. de uulg. & pup ſubſtit. &
eſt textus in d. l. inter. de hær. inſt. ubi collecti-
uè uocati cũ nominatim uocatis, æqualibus
portionib. admittuntur, ꝑpter uerbũ Aequè.
Atqui hic in ipſis inueſtituris expreſſus eſt di-
ſertè modus, qũo agnati ſuccedere debeant,
ſubiecta nimirũ clauſula generali, ut ſecundũ
gradus prærogatiuã, *nach rechter ſipſchafft*, ſucce
151 dãt. Certiſsimũ aũt eſt, qui † ſecundũ gradus
prærogatiuã & ordinẽ uocantꝰ, illos æqualiter
& parib. portionib. in pari gradu admitti, §. cæ
terũ m. cùm §§. ſeqq. Inſt. de legit. agnat. ſucceſ
ſio. auth. in ſucceſsione. uerb. æqualiter. C. de
ſuis & legit. auth. poſt fratres. in uerb. pares in
gradu pariter admittãtur. l. pen. in fi. l. ul. C. de
legit. hær § ſi uerò neq;. in auth. de hær. ab in-
teſt. Cũ igitur expreſſa hic ſit ſententia, & deter-
minatus ſuccedẽdi modus, p adiectionẽ clau-
ſulę de pręrogatiua gradus: claret apertè, qũo
inueſtitura diuiſionẽ fieri uelit: & ꝑinde ſubti
lis illa nominũ collectiuorũ & diſtributiuorũ
diſtinctio hic nõ eſt attẽdẽda: maximè in ma-
152 teria feudali, ubi † nõ ad ſubtilitatẽ iuris, & de
cipulas uerborũ, quib. milites & equites facilè
ꝑpter ignorãtiã eorũ, l. ult. C. de iure delib. l. 1.
C. de iur. & fac. ig. l. pen. ff. eod. quæ ſunt de api
cib. iuris, implicari & decipi poſſent, ſed ad ra-
tionem & æquitatẽ oĩa ſunt reuocanda & exi-
gẽda, c. 1. §. fi. de ꝓhib. feu. alie. per Loth. Zaſ. in
epit feu. par. 7. n. 3. Quintò in hãc ſententiã per-
ducor ex eo, q̃ ab initio hæres certò fuit de-
terminata. nã in antiquiſsima inueſtitura nõ
collectiuè ſunt inueſtiti d. ab A. ſed nomina-
tim & æqualiter cũ cæteris: ut dubitari nõ poſ
ſit, quin tũc tẽporis par fuerit ſucceſsionis ius
inter oẽs. Quare cùm ab initio æquale ius ha
buerint d. ab A. & cũ cæteris pariformiter fint
ſimul uocati, nõ eſt dicẽdũ, per poſteriores in-
ueſtituras, in quib. uerb. paulũ immutata ſunt,
ſententiã & formã diuiſionis eſſe mutatã, aut
ius etiã agnatorũ nõ cõſentiẽtiũ mutari potu-
iſſe, p̃ ea quę ſ. ſunt adducta. Itaq; cũ ex prima
ſubſequentes oẽs inueſtituræ interpretationẽ
153 accipiãt, ꝓut ſuperiùs eſt deductũ: & † quoti-
es de iure feudali incidit quæſtio, ad antiquio
res recognitiões & inueſtituras ſit recurrẽdũ,
& ex illis uolũtas ac ſententia diſponẽtiũ exqui
renda: ut tradit Mol. in cõſue. Pariſ. tit. 1. de ma
ter. feu. in prin. nu. 50. ſequẽs eſt dicere, eã uer-
borũ ſubtilitatẽ nõ eſſe hic põderandã. Sextò
154 facit, qđ † quoties oẽs perſonæ, uel noĩatim,
uel collectiuè uocatæ, ſunt æquales, & habent
ęquale ius in re, de qua agitur, toties nõ attẽta
uerborũ forma, æqualib. & uirilib portionib.
in ſuccedẽdo admittũtur: Bar. in d. l. ſi ſeruus
cois. pen. n. 2. & n. 4. de ſtipul. ſeru. cuiꝰ limita-
tionẽ ꝓbat & ſequitur Iaſ. in d l. ſi pater. n. 6. &
7. de uulg. & pup. & in l fi. circa fi. C. de impub.
ſubſtit. ꝓ quo ſtat deciſio Bar. in d. l. fi. & in l ſi
ſeruus cois pen ff. de ſtip. ſeruor. qui inter alia
quærit, An ſi (ut inter mercatores poni conſue
uit) ita ſcriptũ ſit in obligatione: Ego Titius &
ſocij, &c. dimidia pars Titi quęratur, altera tan
tùm ſocijs collectiuè uocatis: & decidit, q̃ licet
rigor uerborũ id requirere uideatꝰ, tñ æquitas con
tra ſuadeat, & uſus aliter obſeruet: qñquidem
ſociorũ ius cõmune ſit & æquale. Cũ igitur in
præſenti omnium agnatorũ æquale ius ſit, o-
mneſq; ſint eiuſdẽ familiæ, & pariformiter uo
cati ad ſucceſſionẽ feudi, idq; ſecundũ gradus
pręrogatiuã: liquet, ꝓ uirilib. portionib. nõ cõ
ſiderata uerborũ ſubtilitate, eos ſuccedere o-
portere. Septimò cõſtat, ubi ſequeretꝰ abſurdi-
tas, uel incõuenientẽs, uel iuris cois correctio, nõ
attẽdendã eſſe illã nominũ collectiuorũ & di-
ſtributiuorũ ſubtilitatẽ, ſed iuxta æquitatẽ, &
ſecundũ ius cõmune, ad uitandã abſurditatẽ
fieri æquales partes inter eos q collectiuè po-
nũtur, Corn. d. cõſ. 237. uiſo. n. 4. uol. 3. Abſur-
155 da † eñi uitãda ſunt, l. fi. C. de author. præſt. l.
1. §. unde quæritꝰ de publican. l. nã abſurdũ. de
bon. lib. l. fi. C. p quas perſ. l. unic. § ꝓ ſecundo.
C. de caduc. tollẽ. Nec ſumẽdus eſt intellectus,
ex quo ſeq poſsit abſurditas, uel incõuenientẽs,
c. ſi qñ. ubi Fel. Imol & coiter Dd. de reſcrip Io.
And. in c. cui licet. de reg iur. in 6 latè Euer. in
loc. leg. ab abſurdo, ubi infinita allegat: ideóq;
eſt in intellectu, ex quo ſequi poſſet cois iuris
156 correctio, quæ † eſt uitãda, tex in l. 2. ubi Bal.
C. de cond. inſer. In præſente aũt caſu utrunq;
ſequeretꝰ, & incõueniens abſurdiſsimũ, & cor-
rectio iuris cois, ſi d. ab A. tantùm collectiuè
ꝓ una perſona haberentur. Nã caſu quo pro-
ximiores eſſent gradu, tantùm unã portionẽ
acciperẽt reliquis portionib. ad eos deuenien-
tibus, qui gradu eſſent remotiores: qđ dictu
foret abſurdiſsimũ, & cõtra tenorẽ ac diſpoſi-
tionẽ inueſtituræ, qua ſecundũ gradus præro-
gatiuam hic agnati uocantur, & contra com-
munes iuris regulas, quæ priorem gradum in
totã ſucceſsionem remotioribus excluſis uo-
cant, §. 5 Nou 119 in auth. de hær. ab inteſt. &
C. de leg hær. com. de ſucceſſ. & Inſtit. de legit.
agnat. ſucceſ. de ſucc. cog. &c. Deinde caſu, quo
eſſent

eſſēt pares gradu, nō æqualiter ſuccederēt cū
reliquis in pari gradu exiſtēub⁹, ſed tātùm col
lectiuè: & ſic nō in capita, ſed in ſtirpes, contra
cōmunē ſucceſsionis ordinē, d. §. 5. in auth. de
hær. ab inteſt. auth. poſt fratres. 1. & 2. C. de leg.
hær. & regulas iuris communis atq; feudalis,
quib. tradit̃, In eodē gradu exiſtētes pariter &
in capita ſuccedere, §. ſi uerò neq;. in authē. de
hær. ab inteſt. auth. poſt fratres 2. uerſ. fiet diui
ſio in capita, nō in ſtirpes. C. de legit. hær. art. 3. VII.
Land. lib. 1. ubi gl. Mynſ. obſ. 94. cēt. 3. Quare
ex his omnibus in hoc dubio & ſalebroſo arti
culo firmiter eſt cōcludendū, collectiui nomi-
nis appellatione, ijsq; quæ ſuprà in contrariū
adducta ſunt, nihil urgētibus d. ab A. æquali-
ter cū reliquis omnibus ſimultaneè inueſtitis
admittēdos eſſe. Nec em̃ quicq̃ in cōtrariū fa-
cit, quòd uerbū Oēs, & uerbū Familiæ A. ſint
157 collectiua: qñ hoc nō ſemper uerū ſit, neq; † ra
rò uocabulū Oīs, diſtributiuè, non collectiuè
poſitū reperiat̃, nō tātùm in ſingulari nume-
ro, ut in l. Moſchis. in prin. de iur. fiſ. ubi Bart.
ſed etiā in plurali, Corn. d. conſ. 237. uiſo. n. 3.
& 4 uol. 3. Nā potius cōſiderantur in hac ſpi-
noia ſubtilitate iuris ſentētiæ & circumſtātiæ
158 cuiuſq; rei, q̃ uerborū proprietas: & † ubi aliæ
cōiecturæ haberi poſſunt, hæc uerba nō colle-
ctiuè, ſed diſtributiuè accipiuntur, Bart. in l. ſi
ſeru⁹ cōmunis. pen. in pri. ff. de ſtip. ſeruor. Bal.
in l. fi. n. 4. C. de impúb. ſubſt. Iaſ. in d. l. ſi pater.
de uulg. & pupil. Dd. in d. l. fi. C. de impub. ſub
ſtit. & ſanè ſunt aperti text. in l. inter. de hęr. in-
ſtit. & in l. hoc artic. eo. tit. ubi diſertè inquit l.
C in hoc teſtatoris mentē eſſe reſpiciendā: itē
in l Lucius. §. Lucius Titius. de lega. 2. l. quidā
relegatus. § fi. de reb. dub. Ideo Accurſ. in d. l. ſi
plurib. in prin. ad uerb. ſed oēs. de legat. 1. re-
ctè ait, hāc appellationē Oēs, nō ſemper poni
diſtributiuè, ſed quādoq; etiā collectiuè: ſigni
ficans tacitè, pluries diſtributiuè, quàm colle-
ctiuè, in materia præcipuè ſucceſsionū accipi:
idq; uariè ꝓ circūſtantiarū ratione, & ꝓ eo qđ
159 actū eſt. nā † ſemper in omnib. magis inſpici
debet, qđ agit̃, q̃ ſubtilitas uerborū, l. ſed Cel-
ſus. §. ſi fundus. de cōt. emp. l. ꝓmittēdo. de iur.
dot. præſertim in ſucceſsionibus, latè Coraſ. l.
160 cùm uirum. C. de fideic. & † ubi ſentētia aper-
ta eſt, & cōiectura uolūtatis haberi pōt, de uer
bis nō curat̃, l. fi. C. quæ res pig. l. 3. §. cōditio.
de adim. legat. l. in cōditionibus. l. pater Seue-
rinā. § cōditionū uerba. de cōdit. & demonſt.
l. 3. C. de lib. præt. l. cùm uirū. C. de fideicō. cū
ſimil. In præſenti aūt eſſe hanc ſententiā inue-
ſtituræ, & illā fuiſſe mentē diſponentiū, ut oēs
æqualiter ſuccederent, ex ſuperiorb facilè po-
teſt intelligi. Nec dici etiā debet, iſtos actores
ab A. in locū primi ab A. qui in antiquiſsima
inueſtitura nominatim eſt uocatus, nūc ſucce
dere: nō em̃ ueniūt iure ſucceſsionis, ſed uirtu
te ſimultaneæ inueſtituræ: nec ex eo, q; ſucceſ-
ſores ſint d. ab A. ſed ex gradus prærogatiua,
qua defunctū, cuius de ſucceſsione agit̃, cōtin
gūt. Ex quib. omnib. præmiſsis concludendū
eſt, niſi alia iāpridē facta eſt interpretatio, ſciē-
teſq; ius ſuū d. ab A. repudiauerūt, eos nō ob-
ſtātib. illis inueſtiturę uerbis, in partes uiriles,
& æqualiter cū reliquis à B. eſſe admittendos:
niſi tū alterutra pars pręrogatiuā gradus oſtē
dere poſſet: quæ ꝓbatio cū facta ſit, nō debet
hîc plurib. uerbis deduci: pręſertim cū ante ſe-
des indicauerimus ordinatias, unde tota pro
bationis ratio formaq; cōmodū ab induſtrijs
aduocatis ſumi poſsit. Et hæc qdē hactenus.
Poſtea tędio litiū d. partes inter ſe tranſege-
rūt, diuiſerūt, ſubinfeudationes & pacta fece-
rūt: de quorū ualore rurſus quæſitū fuit. Equi-
161 dē † diuidere poſsūt inter ſe agnati eiuſdē fa-
miliæ delatā ſibi feudalē ſucceſsionē, etiā dño
& reliqs remotiorib. nō cōſentiētibus, Bar. l. &
ideo. n. 4. de cōd. furt. Bal. l. ſi familiæ. nu. 6. C.
fam. berciſ. Bal. c. 1. in pri. n. 12. de ꝓh. feu. alie.
p Fed. dicēs id nō habere dubiū, Alu. c. 1. §. itē
ſi fuerint. in 2. notab qb. mod. feu. amitt. p c. 1.
de nat. ſucceſſ. feu. c. 2. de ꝓh. feu. alie. per Lor.
c. 1. § pręterea ducatus. de ꝓh. feu. alie. per Fed.
Cur. in trac. feu par. 4. n. 124. Io. de Ardiz. trac.
feu. cap. utrū feudū diuidi, Iaſ. l. ſtipulationes
nō diuidunt̃. in prin. n. 31. de uerb. obl. & l. ult.
n. 115. C. de iure emphyt. Molin. in cōſuet. Par.
tit. 1. de feu. §. 35. n. 2. Zaſ. in trac. feu. parte 9. n.
40. latè Soc. conſ. 18 uiſis. cōſ. 265. uiſis. conſ.
228. in quæſtione. uol. 2. Caſt. cōſ. 144. dubiū.
parte 1. Henn. God. cōſ. feu. 19. & 20. Chaſſ. in
162 cōſ. Burg. rub. de feu. §. 8. in pri. n. 7. Nec † tan-
tū diuiſio, ſed quælibet etiā alienatio in agna-
tū eſt permiſſa, quē nemo pręcedat, Iſer. c. 1. §. r.
in pri. per quos fiat inueſt. c. 1. de al. feu. pater.
Bal. c. un. in fi. de al. feu. Eſt. n. potius cōſolida-
tio feudi & redintegratio, q̃ alienatio, Bal. Al-
ua. Laud. in § ducatus. de ꝓh. feu. alie. Iaco. de
feu. uerb. marchio. n. 7. Soc. cōſ. 18. uiſis. uol. 4.
163 Cur. trac. feu. parte 4. n. 124. Itaq; † licet feuda
regalia iure feudi alienationē nō recipiant, tñ
ꝺe cōſuetudine diuidunt̃, Dd. d §. præterea du
catus. Alex cōſ. 6. uiſa. uol. 5. cōſ. 18. uiſis. n. 5.
uol 2. Oldr. cōſ. 237. Schurf. cōſ 37. cēt. 2 Hen.
God. cōſ. feu. 20. Soc. conſ. 18. uiſis. n. 4. uol. 1.
cōſ. 165. n. 17. uol. 2. conſ. 113. circa. uol. 1. inſtar
aliorū. Bal l. ſi familiæ. C fam herc facit, ꝓ his
ratio l. 1. §. cæteri. C. de imp lucrat. deſc. lib. 10.
164 ubi dicit̃, cū † perſonæ nō mutant̃, nec rei ſta-
tū cōuenit mutari: quē tex. ad hoc notāt Bar.
Plat. Rebuf. ibi. & ibidē Io. de Pla. n. 3. l. 1. C. nō
lic. hab. metr. li. 11. Iſer. Alu c 1. §. 1. per quos fiat
inueſt. Iaſ. l. q Romæ. §. duo fratres. q. 10. in de
165 uerb. obl. quæ † nec uidet̃ mutare manū per di
uiſionē in familia, uel ſimilē cōtractū, l. uolun-
tas. ubi Iaſ. C. de fideic l ea lege. in fi. C. de con-
dict. ob cauſ. Iacob. in inueſt. uerb. & cū pacto
de nō alien. n. 31. 33. Hipp. ſing. 28. emphyteu-
ta. Bertr. cōſ. 188. uiſo. lib. 1. Molinæ in cōſ. Par.
de feu. §. 1. gl. 6. nu. 5. licet iure Sax. ſimultanea
166 diuiſione rūpat̃, niſi redintegret̃. Quare † licē
de trāſaction. quoq; dicēdū quę uerbo ꝓhibi
tæ alienationis cōtinet̃, l 1. C. ſi aduer. trāſac. l.
nō ſolū. C. de pręd. minor. l. nulli. ubi gl. & Dd.
de trāſac. Alex. cōſ. 129. ponderaus. n. 2. uol. 1.
Iacob. trac. feu. uerb. & cū pacto. nu. 7. Bal. Al-

uat. & Dd. §. ſi uaſallus. ſi de feu. cõtro. fue. c. 1.
de cõtro. inter uaſal. & aliũ. Nã & aliàs uaſal-
lus ita tranſigere põt, dũ ne feudũ alienet, ſed
in familia retineat, d. §. ſi uaſallus. ſi de feud.
cõtr. Zaſ. parte 9. feu. n. 19. c. 1. de cõtr. inter ua-
ſal. & aliũ, ubi Bal. nu. 6. Iacob. in inueſt. uerb.
& cũ pacto. n. 7. 8. Curt. de feu. parte 4. nu. 96.
dicẽs eſſe communẽ, Chaſſ. in cõſ. Burg. tit. de
feud. §. 8. uerb. in alienatione. n. 21. Idẽ de ſub-
167 infeudatione iudicãdum, quam † & aliàs fa-
cere uaſallus poteſt, tribus cõcurrẽtibus: nem
pe ut ſine fraude, ut in parẽ, ut ijſdem pactis
fiat, c. 1. §. 1. qual. olim. feu. pot. alie. Felin. n. 69.
poſt Dd. in c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtit. c. 1. §.
callidis. de ꝓhib. feu. alie. per Fed. Iacob. uerb.
ita & ꝙ ipſi. n. 3. Chaſſ. in conſ. Burg. tit. de feu.
§. 8. uerb. in alienatione. n. 26. 27. Zaſ. de feud.
parte 9. n. 15. c. de feu. alie. Zonb. in eo tract. &
eo. c. de feud. al. n. 175. Iaſ. l. ult. n. 110. C. de iur.
168 emphyt. Mynſ. obſ. 51. cẽt. 1. ſic † ut nõ habeat
dñs ius retract⁹, Spec. de emphyt. n. 155. Imol.
c. potuit. n. 20. de locat. Iaſ. l. ult. n. 111. C. de iu-
169 re emphyt. Pacta † quoq; de ſuccedendo in-
ter ſucceſſores ſunt permiſſa, Bal. n. 20. cũ ſeq.
l. ul. C. de pac. Schurf. cõſ. 20. & 15. cẽt. 1. quia li-
cet de feudis ultimas uoluntates facere, pro
quib. talia pacta habent, l. tale. §. ul. de pact. l. li
cet. l. ul. ubi Iaſ. & Dd. C. de per. ſucceſsiõi iuriq;
feudali cõformes, Dd. d. c. 1. de ſucceſſ. feud. &
familiã poſſe ordinationẽ facere ſibi, etiã quo
ad ſucceſsiones, tradit à Ioan. And. à Spe. de
inſtr. edit. §. compẽdioſè. uerſ. ſed nunquid. in
addit. incip. interpoſuit. Ang. Alex. l. ſi nõ ſpe-
ciali. l. ult. C. de teſtam. Curt. c. ult. q 8. nu. 393.
de cõſuet. Iaſ. l. oẽs. n. 42. de iuſt. & iure, & cõſ.
46. omiſſa. n. 1. 2. lib. 1. Ruin. cõſ. 19. nu. 6. conſ.
170 34. nu. 5. lib. 1. Et † ijſdẽ pactis pecuniã etiam
fieri feudalẽ, dño ſaltem cõſentiẽte, & inueſti-
turã deſuper cõſtituente, c. 1. de not. feu. Alu.
& Præpoſ. c. 1. de feud. cog. Zaſ. parte 12. nu. 31.
receptũ eſt, Ioan. And. ad Spec. tit. de feu. in fi.
Card. Alex. c. 1. in fi. ſi de feu. uaſ. ab aliquo in-
terp. Hen. God. cõſ. feu. 18. nu. 3. Ante uerò in-
ueſtiturã, quæ feudũ cõſtituit, c. 1. de not. feu.
171 c. 1. quib. mod. feu. cõſt. & † abſq; domini con-
ſenſu talia pacta per ſe ualẽt, & niſi ſeruentur,
paciſcentes ac eorũ hæredes ad intereſſe obli-
gant, ex l. 2. C. de pact. int. empt. l. 1. ubi Bal. C.
de conſtit. pec. l. ſtipulatio iſta. l. eũ, qui ita. §. te
& Titium. de uerb. oblig. & ita ferè in terminis
Schurff. cõſ. 100. quod prædicta. cẽt. 1. quæ ob-
ligatio eius quod intereſt, omnibus facti ob-
ligationibus ineſt. l. ſi quis. §. ult. ubi gl. & Dd.
de re iudic. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. ubi
Bar. & Dd. de uerb. oblig. Illud etiã ſolumò cõ-
172 ſtat, pactiones † in familia, etiam alienationes
de feudis factas ratificari per anni & diei ſilen
tium, §. Titius. ubi oẽs Dd. ſi de feo. foe. cont. §.
porrò. qual. olim feud. pot. alie. Bal. c. 1. §. hoc
quoq;. de ſucceſſ. feud. c. 1. de alie. feu. pat. Iaſ.
poſt Roman. l. prætor. §. ult. nu. 13. de oper. no.
nũc. l. petẽs. nu. 10. C. de pact. Iacob. uerb. & cũ
pacto. nu. 17. Zaſ. in epit. parte 9. nu. 29. quod
uim habet refutationis, Curt. ſenior cõſ. 81. in
173 princ. & † quãuis illa præſcriptio interrũpa-
tur cõtradictione, tamẽ niſi lis cõteſtetur, quæ
perpetuat, l. fin. C. de præſcrip. 30. ann. rurſum
incipit currere, glo. l. ſicut. uerb. executorẽ. ubi
Bal. Ang. & l. cùm notiſsimi. ubi gloſ. uerb. ſo-
lã conuentionẽ. C. de præſcrip. 30. annor. Bar.
Caſt. Iaſ. l. ul. de eo per quẽ fac. eri, Bar. & Imol.
l. 2. §. ult. pro empt. Pan. & Canon. c. illud. de
præſcr. Iaſ. n. 110. poſt Ang. §. pœnales. Inſt. de
act. Guid. Pap. deciſ. 416. cùm quæri. Chaſſ.
in cõſ. Burg. de retrac. §. 1. uerb. dedans l'eau.
nu. 3. Tir. de retrac. ꝓx. §. 1. gl. 10. n. 72. Ang. cõſ.
124. fol°. in fi. cõſ. 299. quidã. in 1. dubio, Aret.
conſ. 30. uiſo. ad finẽ, Barbat. cõſ. 9. in fi. lib. 3.

CONSILIVM XLII.

De tranſactione generali uenditionis.

SVMMARIA.

1 ¶ *Exceptio ſolo conſenſu abſq; rei traditione perficitur.*
2 *Scriptura non eſt de ſolennitate emptionis.*
3 *Scriptura non ad ſolennitatem, ſed ad probationem intelligitur adhiberi.*
4 *Emtio ne reſcripto q̃dẽ Principis põt reſcindi:*
5 *Sed tãtũ mutua uolũtate licet ab ea recedere.*
6 *Subſcribẽs uidetur cõtractũ inſtrumẽti approbare.*
7 *Sigillũ oꝑatur approbationẽ ſigillãtis.*
8 *Sigillũ Principis facit inſtrumẽtum publicũ.*
9 *Sigillo Principis æquè creditur, ut ſigillis ciuitatum.*
10 *Epiſtola Principis habet uim legis, et eiꝰ cõtractus inſtrumẽto roboratꝰ inſtar legis ualet.*
11 *Scriptura confeſſio probat cõtra ſcribentem.*
12 *Contractus Principis an uerè traditione dominium transferat, remiſsiuè.*
13 *Confeſſio inſtrumenti non obſtat, ſi non conſtet de naturali ſolutione.*
14 *Confeſſio ſolutionis inſtrumento comprehenſa, plenam facit fidem.*
15 *Optimus probandæ ſolutionis modus eſt, qui fit per confeſsionem inſtrumenti.*
16 *Præſumitur pro inſtrumẽto, quòd ſit uerum & ſolenne, & eſt probata probatio.*
17 *Statuta quæ loquũtur de ſolutione, obtinent etiam in ſolutionis confeſsione.*
18 *Cõfeſſio & numeratio parib. paſſib. ambulãt.*
19 *Cõfeſſio uẽditoris de precio ſoluto plenè ꝓbat.*
20 *Cuiq; ſua nocet confeſſio.*
21 *In confeſsionibus obligatorijs non habet locũ exceptio nõ numeratæ pecuniæ, extra cauſam mutui & dotis.*
22 *In omnibus obligationibus liberatorijs indiſtinctè poteſt opponi confeſſio non numeratæ pecuniæ.*

23 Ex

23 *Exceptio non facta ſolutionis intra triginta dies eſt opponenda.*
24 *Exceptio nõ numerata pecunia, etiam poſt bienium opponi poteſt, ſi illam probare uult excipiens.*
25 *Exceptiones ſuâ naturâ ſunt perpetuæ.*
26 *Quæ annua ſunt ad agẽdum, perpetua exiſtunt ad excipiendum.*
27 *Exceptioni nõ præſcribitur 30. aut 40. annis.*
28 *In liberatorijs non poteſt poſt 30. dies exceptio non numeratæ pecuniæ proponi, etiamſi excipiens probare uelit.*
29 *Sententia Canoniſtarum tantùm ſeruatur in terris Eccleſiæ, non in terris Imperij.*
30 *Princeps non præſumitur falsò confiteri numerationem pecuniæ.*
31 *Exceptio non numeratæ pecuniæ 30. annis præſcribitur.*
32 *Officium iudicis 30. annis præſcribitur.*
33 *Exceptio præſcribitur 30. annis, quando per modum actionis poteſt proponi:*
34 *Vt exceptio non numeratæ pecuniæ.*
35 *Minor & ciuitas an perpetuò exceptionem hanc proponere poßint.*
36 *Tranſactio nõ reſcinditur prætextu inſtrumentorum pòſt repertorum.*
37 *Tranſactio generalis etiam ad incogitata extenditur:*
38 *Nec reſtringitur ad ſpecificata, quãdo ſalua ratione recti ſermonis eò reſtringi nõ põt.*
39 *Quando tranſactio non poßit reſtringi.*
40 *Ei qui ſe non obligauit in inſtrumento, inſtrumentum non nocet.*
41 *Limitata cauſa limitatũ producit effectum.*
42 *Quittatio tantùm tollit cõputata & ſoluta.*
43 *Quittatio eſt ſtricti iuris.*
44 *Tranſactio quando fieri dicatur.*
45 *In generali quittatione etiam obtinẽt, quæ in tranſactione.*
46 *Tranſactio generalißima nõ extenditur ad occultata dolo:*
47 *Nec ad id, quod ortum habet ex facto aduerſarij.*
48 *Nemo ſuũ proprium factũ ignorare poteſt.*
49 *Occultans debita, uel credita, eſt in dolo.*
50 *Dolus eſt celare aliqd, quod celare nõ debuit.*
51 *Omnes Principum cõuentiones perhibentur eſſe bonæ fidei, & qualibet cauſa à dolo excuſat.*
52 *Dolus ex enormiſsima læſione præſumitur.*
53 *In generali renũciatione nõ ueniunt ea, quæ quis ſpecialiter non eſſet renunciaturus:*
54 *Præſertim, quando ſunt omiſſa maiora expreßis.*
55 *Remißio eſt donatio.*
56 *Nemo ignorans donare intelligitur.*
57 *Donatio non præſumitur.*
58 *In donatione generali non ueniunt bona futura.*
59 *Renunciatio generalis tantùm extenditur ad caſus ſimiles expreßis, nõ ad maiores.*
60 *Copula eandem qualitatẽ tribuit copulatis.*
61 *In odioſis nunquam generalis clauſula comprehendit maiora expreßis.*
62 *Generalis renunciatio non debet extẽdi ad ea, in quibus eſſet enormis captio.*
63 *Ad tranſigendum nõ acceditur animo donandi, ſed ſuum recipiendi.*
64 *Sicut in donatione 500. aureorum requiritur inſinuatio, ita & in remißione:*
65 *Maximè, quando remißio eſt gratuita.*
66 *Inſinuationi non poteſt pacto renunciari.*
67 *Principis cognitio omnẽ ſolennitatẽ ſuperat.*
68 *Principis donatio habet uim legis.*
69 *Ab inſinuationis ſolennitate excipiuntur donationes, quas Princeps facit, uel quæ Principi fiunt.*
70 *Quod uerũ eſt in non recognoſcẽte ſuperiorem: ſecus in recognoſcẽte, quẽ adire poßit.*
71 *Inſtrumentum eſt probata probatio.*
72 *Remedium l. 2. C. de reſcin. uend. obtinet in tranſactionibus & liberationibus, maximè quando enormis ſubeſt læſio.*
73 *In generali renunciatione nunquam intelligitur renunciatum remedium, d. l. 2. & exceptio doli.*
74 *Hæreditatis petitio 30. annis præſcribitur.*
75 *Præſcriptio cõtra defunctum inchoata currit contra hæredes, & continuatur.*
76 *Præſcriptio durãte pupillari ætate dormit.*
77 *De omni præſcriptione detrahitur pupillaris ætas.*
78 *Præſcriptio etiam ſtatuaria, nõ currit contra impuberes.*
79 *Præſcriptio legalis longi temporis non incipit currere cõtra minorẽ, etiam puberem.*
80 *Præſcriptio incepta contra defunctum, contra minorem continuatur:*
81 *Maximè ſtatutaria, quæ ſuccedit præſcriptioni 30. annorum.*
82 *Minor contra præſcriptionem poteſt reſtitui intra annos reſtitutionis.*
83 *Maiores contra præſcriptionem reſtituuntur ex capite ignorantiæ intra quadriennium à tempore ſcientiæ computandum.*
84 *Hæredes ſuccedunt in ſcientiam defuncti.*
85 *Reſtitutio datur ob læſionẽ, quæ ex dolo aduerſarij interuenit, etiam maioribus.*
86 *Nomina inter hæredes ipſo iure diuidũtur.*
87 *Reſtitutiones ſunt ſtricti iuris, nec alijs proſunt, quàm ijs, qui reſtituuntur.*
88 *Impedito agere regulariter currit præſcriptio.*

89 Tem-

89 Tempore hoſtilitatis dormit præſcriptio:
90 Etiam in terris Imperij & foro ciuili.
91 Per hoſtilitatem non interrumpitur præſcriptio, ſed tantùm dormit.
92 Niſi ius in loco nihilo minus reddatur:
93 Quo tamen caſu datur ei, qui non egit, reſtitutio.
94 Non dormit præſcriptio, niſi omnis diligentia ad agendum ſit adhibita.
95 Non ſufficit probari impedimentũ, niſi probetur obſtitiſſe.
96 Impedimentum non excuſat, ſi potuit adiri ſuperior, qui remoueret.
97 Tempore hoſtilitatis prohibitus, de eo proteſtari debet.
98 Proteſtatio magis utilis eſt, q̃ neceſſaria.
99 Ex emptione non agitur ad repetitionem precij.
100 Venditor pracisè tradere non cogitur, ſed liberatur præſtando intereſſe.
101 Poteſt alternatiuè agi, ut aut res tradatur, aut præſtetur totale intereſſe.
102 Per modum replicationis poteſt peti reſtitutio contra exceptionem præſcriptionis.
103 Remedium l. 2. C. de reſcin. uend. poteſt per modum exceptionis proponi.
104 Remedium leg. 2. non poteſt cumulari cum reſtitutione, niſi alternatiuè.
105 Remedium l. 2. annis 30. præſcribitur.
106 Petitioni hæreditatis liberorum non 30. ſed 90. demum annis præſcribitur.
107 Aliàs uerò petitioni, & alijs actionibus hæreditarijs 30. annis præſcribitur, quando breuius ſpacium non eſt præfixum.
108 Actiones teſtamentariæ & ſucceſſionum, quæ breuiore ſpatio finiantur.

PRINCEPS quidam circiter annum Domini 1530. uendidit nobili uaſallo, ſuo conſiliario, caſtrum quoddam, precio 15000. aureorum, quos ſibi ſolutos eſſe ſcriptura cõfeſſus eſt. Anre traditionem caſtri moritur empror, cuius cum fratre hærede contractus ignaro, qui tantummodo ſalariũ defuncto debitum, & minuta quædam mutua petebat, tranſigit uenditor nomine ſalarij, mutui ac aliorum debitorum, quibus defuncto remanſerat obligatus, & certa data ſumma plenam liberationem cõſequitur ab hærede, qui pòſt inter ſchedas reperto uenditionis illius inſtrumento, Principem conuenire intendit, ſed inter præparatoria moritur, plurimis liberis relictis, quibus agentibus, Principis ſucceſſor exceptiones non impleti ab emprore contractus, non numeratæ pecuniæ, tranſactionis ac præſcriptionis obijcit. Ex propoſita facti contingentia hæc dubia iuris oriuntur, & in conſilium mittuntur decidenda. Primùm, an prætenſæ contractus emptionis pro perfecto & conſummato debear haberi. Secundò, an ſufficienter probata ſit precij numeratio, ita ut exceptionem non numeratæ pecuniæ obijcere uendiror non poſſit. Tertiò, an tranſactio & quittatio pòſt ſubſecuta, qua hæres emptoris rerum ignarus omniũ, uenditorem liberauit, miſſumq́; fecit, ſit ualida, & ui ſuæ generalitatis petitionem precij omnem excludat. Quartò, & caſu quo non excludat, an uenditoris ſucceſſor præſcriptione 30. annorũ ſe contra eiuſmodi petitionem tueri poſſit. Quintò, etſi nec ſic quidem hæc petitio excludatur, quid dicti emptoris hæredes petere, & quod remedium, quámue actionem intentare debeant & poſſint.

1 QVod ad primã quæſtionẽ attinet, non
intricãdo rẽ planã & apertã, dicẽdum
eſt breuiter, dictũ emptionis cõtractũ
planè fuiſſe perfectũ & abſolutũ. Simul enim
atq; de precio & merce conuentũ eſt, & cõſen-
ſum, ipſo cõſenſu perfectus cõtractus emptio-
1 nis dicit̃, etiã † ante quàm res tradat̃, uel pre-
ciũ præſtet̃, l. 2. C. de cõtrab. emp. l. nõ eſt. 6. C.
de reſcind. uend. l. 3. ff. eo. tit. l. in uenditionib.
ſ. de cõtrah. empt. l. conſenſu. de act. cũ ſimili-
2 bus. Nec † reqritur ulla ſcriptura ad emptiõ-
nis perfectionem, l. cùm inſtrumẽtis. 10. C. de
3 fid. inſtrum. Imò † etſi adhibita ſit, tamẽ tan-
tùm ꝓbationis facilioris gratia in dubio ad-
iecta uidet̃, non etiã, ut ſit pars ſolẽnitatis, niſi
id diſertè fuerit actũ, Bar. nu. 5. cũ addit. Bald.
nu. 3. Cyn. nu. 5. Oldr. nu. 3. & cõmuniter Dd.
in l. contractus. 14. C. de fid. inſtr. Spec. tit. de
emp. & uend. §. 1. nu. 19. Bald. in l. ſi. & auth. ſed
nouo. n. 11. C. ſi cert. petat. Ang. & Fab. in prin.
Inſt. de emp. & uend. per l. contrabitur. 4. ff. de
pign. l. cùm res. C. de probat. l. non idcirco. 12.
ubi gl. ad uerbũ, omiſſum. C. de cõtrah. emp.
l. nõ idcirco. C. de fid. inſtr. l. quoties. C. de rei
uendi. Soc. conſ. 163. reuerende. nu. 3. uol. 2. gl.
uerb. in ſcriptis. l. teſtiũ. C. de teſtib. In dubio
namq; nõ præſumitur cõtrahi in ſcriptis, Bal.
l. cũm res. nu. 2. C. de probat. niſi partes dicãt,
habeamus notariũ, ut cõficiat ſcripturã con-
tractus, Bal. in d. l. cõtractus. in fi. Maran. par-
te 4. iudic. diſt. 9. nu. 88. cũ multis. Quare nec
pœnitẽntia etiam incontinenti ſubſecuta, li-
cet cõtractum cõſenſu ita perfectum retracta-
4 re, l. nõ idcirco. 12. C. de contrah. emp. ne † re-
ſcripto quidem Principis, l. 3. C. de reſc. uend.
l. inciuile. C. de reſcin. uendit. leg. ſicut. Cod. de
act.

act. etiamſi res adhuc ſit integra: puta necdũ
precium ſolutũ ſit, uel res tradita: nam ne ſic
quidem poteſt reſcindi cõtractus emptionis,
3 niſi † mutuo pacto & conſenſu, l. 3. de reſcin.
uend. l. 1. & 2. C. quando lic. ab empt. diſc. l. ea
conditione. 14. C. de reſc. uendit. Sicut enim
initio liberum eſt contrahere, uel non contra-
here, ita à contractu ſemel perfecto, præſertim
nominato, ut eſt emptio & uẽditio, alterutro
inuito recedi non poteſt, l. ſicut. C. de act. l. in
commodato. 17. §. ſicut. ff. cõmodati: idq́; ma-
gis hoc caſu dicendũ eſt, ubi emptio in mun-
dum ſcripturæ redacta eſt, & ſubſcriptione ac
6 ſigillo dicti principis conſignata. Nam † ſub-
ſcribendo prorſus in eam uenditionem con-
ſenſit ac approbauit dictum inſtrumentum, l.
ſicut. §. non uidetur. uerſ. ſed ſi ſubſcripſerit.
quib. mod. pig. uel hypot. ſol. §. 1. uerb. ſubſcri
pta. Inſt. de empt. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſo-
gonus. ubi Iaſ. in 1. notab. de uerb. obligat. l.
cõtractus. 16. in uerb. ſubſcriptione partium
confirmata. C. de fide inſtr. l. fin. §. ſubſcriptio-
nem. C. de iure delib. Bart. nu. 2. Iaſ num. 2. 3.
& 4. & cõmuniter Dd. in l. emptor. §. Lucius.
ff. de pact. & in l. Caius. ff. de pig. act. apponen-
doq́; ſuum principale ſigillum, publicum id
inſtrumentum effeciſſe, publicaq́; fide atq; au
thoritate muniuiſſe cẽſetur, Dec. nu. 15 Felin.
nu. 8. in c. poſt ceſsionem. de prob. Nam ſicuti
nihil intereſt, utrùm qs ſcribat ſua manu in-
ſtrumẽtum, an ſubſcribat, l. Caius. de pig. act.
d. l. ſicut. §. non uidẽtur. quib. mod. pig. ita pa-
ria ſunt ſubſcribere, uel ſigillare, Roman. cõſ.
7 303. hæc ſcriptura. nu. 1. & 2. Et † ſigillum non
modò operatur approbationẽ & ratificatio-
nem ſigillantis, gl. in l. 2. uerb. cõquiſita. C. de
reb. alien. non alien. Bal. in c. 1. num. 6. & 7. de
pace Conſtan. Roman. d. cõſ. 303. hæc ſcriptu-
8 ra. nu. 2. ſed † etiam inducat uim, & fidem pu-
blicæ ſcripturæ, Bal. Salic. & communiter Dd.
in l. ſi qua. C. de epiſ. aud. & in c. poſt ceſsionẽ.
de probat. Innoc. in c. 1. extrà de fid. inſtr. per
illum tex. Lanfr. in c. quoniã. ad uerb. inſtru-
mentorum. nu. 2. de probat. Sigilla enim pu-
blica hodie probãt ſine ſubſcriptione partis,
Zaſ. conſ. 1. orta. num. 2. uol. 1. & ex ſolo ſigillo
fit plena probatio, Bar. l. quæ dotis. in fin. ubi
Alex. ſol. mat. Dec. c. tertio loco. in princ. de
probat. & ibi Felin. Dec. c. 2. in fin. de fid. inſtr.
Imò ſigillũ plus operatur, quàm ſubſcriptio,
Purpurat. l. admonendi. nu. 177. & Caſtrenſ.
ſcilicet contra ſigillantem, non tertium, Cra-
uet. de antiq. parte 1. §. quæritur. num. 44. Ac
9 † ſigillo Principis plenè creditur, Dec. c. poſt
ceſsionem. nu. 15. de probat. Menoch. conſ. 1.
nu. 333. peræquè atq; ſigillis publicis ciuita-
tum, Bal. in rubr. C. de fid. inſt. in fin. Schurff.
conſ. 7. licet. nu. 6. & conſ. 39. in præſenti. nu. 1.
& 2. cent. 1. per c. cùm dilectus. de fid. inſtr. &
alia iura per eum allegata: & plus, quàm teſti-
monio notarij, uel publico inſtrumento, Cra-
10 uet. de antiq. §. 2. nu. 27. & † de generali con-
ſuetudine creditur literis à Principe ſigillatis,
Felin. c. poſt ceſsionem. num. 8. de probat. Iaſ.
l. pacta nouiſsima. num. 16. C. de pac. & eius
contractus inſtrumento roboratus, inſtar le-
gis ualet, tex. eſt in l. pen. C. de donat. inter uir.
& ux. l. 1. uerb. per epiſtolã. ubi hoc not. Caſt.
ff. de conſtit. princip. Iaſ. in l. ciuitas. nu. 7. ff. ſi
cert. pet. Ac præſumitur tale ſigillum uolũtate
principis, quẽ nemo facilè cogere poteſt, in-
uitum ad hoc appenſum eſſe, l. fin. quod met.
cauſa: ita ut integrè uelut inſtrumentum pu-
blicum probet, ut firmat Molin. in conſ. Par.
tit. §. 5. n. 14. 15. per plura quæ allegat. Ex qui-
bus omnibus cõcluditur, dictum contractum
integrè perfectum eſſe, plenèq́; per dictum in-
ſtrumentum demonſtrari, maximè etiam ac-
cedente nunc noua uenditoris confeſsione,
qui per literas illũ contractum fuiſſe factum,
& inſtrumentum à ſe ſubſcriptum atq; ſigilla-
11 tum, fatetur: quæ † confeſsio literarum meri-
tò loco probationis cõtra ſcribentem haberi
debet, l. Publia. 26. §. fin. ff. depoſiti, cum ſimi-
libus. Etſi autem dictus dominus excipit, con
tractum non omnimodo à parte mortui em-
ptoris fuiſſe impletum: tamen contrarium ex
inſtrumento apparet, ſcilicet à parte dicti em-
ptoris integrè precium 1500. fuiſſe ſolutum,
ut hæc allegatio magis contra ipſum, quàm
pro ipſo faciat: id quod ex ſubſequẽtis quæ-
ſtionis reſolutione planiùs & apertiùs pate-
bit: ad quam tranſgrediemur omiſſa illa diſ-
12 putatione, tanquã non neceſſaria, an † con-
tractus Principis ſine traditione dominium
transferat? qua de re Bald. in prælud. feu. nu.
28. Iaſ. in l. quoties. nu. 5. & 10. C. de rei uend.
& in l. ciuitas. nu. 6. & 7. ſi cert. pet. Iacobus in
trac. feud. ad uerb. princeps quæſt. 1. Chaſſ. in
conſ. 6. nu. 9. rub. 11. de cenſibus, §. 3. uerb. & ſi
aduenient. numer. 11. item an habeat uim le-
gis? de quo Iacobin. præall. loco, & eſt text. in
l. pen. ubi Dd. C. de don. inter uir. & uxor. cùm
illud cõſtet & certum ſit, Principes ex promiſ-
ſis ſuis, & ad contractus ſeruandos, ſiue cum
priuato, ſiue cum uniuerſitate aliqua contra-
xerint ex iure naturali & gentiũ, inſtar priua-
torum obligari, Bald. Caſtr. & cõmuniter Dd.
in l. digna uox. C. de legib. Cano. c. quæ in ec-
cleſiarum. de conſtit. bonus tex. in l. pen. C. de
don. inter uir. & uxor. Schurff. conſ. 99. quod
prædictæ. n. 9. & 12. cẽt. 1. id quod in præſentia-
rũ ac terminis noſtris ſufficere meritò debet.

II. Quod igitur ad ſecundã quæſtionem atti-
net, etſi prima facie dici poſſe uidetur, non
13 † obſtare cõfeſsionem in inſtrumẽto factam,
ſi non aliter de naturali ac uera & reali nume-
ratione pecuniæ doceatur, l. cùm res. uerb. pre
cium iurant. C. de probat. & per ea, quæ tradit
Spec. in tit. de empt. & uend. §. 1. nu. 17. Imola
in c. ſi cautio. nu. 1. & 2. de fid. inſtr. Bart. Sal.
Ang. Caſt. & cõmuniter Dd. in l. per diuerſas.
per illũ text. ibi, tantummodo ſolutarũ pecu-
niarum. & in uerb. datis pecunijs. & l. ab Ana-

ſtaſio.

ſtaſio. in uerb. pecunijs acceptis. C. mandati,
tamen in cõtrarium eſt ueritas. Conſtat enim
14 & indubitati iuris eſt, confeſsionem † ſoluti
ꝑtecij etiam indefiniti, & qualitatis non ex-
preſſæ inſtrumento comprehenſam, plenam
facere fidem, Mynſing. obſer. 74. cent. 4. ma-
ximè aduerſus uenditorem, l. 2. §. fin. ubi Bal.
C. de quad. præſcr. l. final. C. de apocb. lib. 10.
Ferra. for. lib. in cauſa uenditionis. ad uerb.
ceſsit. nu. 7. qui in inſtrumento ſibi de precio
plenè & integrè eſſe ſatisfactum confeſſus eſt,
l. pecuniæ. 14. Cod. de ſolut. l. generaliter. ubi
Caſt. num. 9. C. de non num. pec. l. Publia. §. fi.
depoſ. l. ſi acceptilatio. 19. ubi glo. ult. ff. de ac-
ceptilat. Salic. in l. ſi ex precio. nu. 6. C. de non
num. pec. per l. lecta. in prin. ſi cert. pet. & l. ſi
ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerb. oblig.
15 Iaſ. in l. 2. §. fin. num. 20. ſi cert. pet. Imò † opti-
mus eſt probandæ ſolutionis modus, qui fit
per inſtrumentum, l. in contractibus. §. ſuper.
C. de nõ num. pec. d. l. pecuniæ. l. fin. §. Titius.
de cond. ind. l. 1. & l. fin. C. de apochis, lib. 10. l.
16 Lucius. 47. §. tutelæ. de adm. tut. Nã † inſtru-
mentum eſt probatio probata, & nõ proban-
da, ueritasq́ꝫ, ut noſtri loquuntur, apparens,
Bald. in l. quoties. num. 6. C. de iudic. in l. 2. in
princ. C. quan. fiſ. uel priuat. Hipp. in l. ſi quis.
num. 140. de quæſt. Iaſ. in l. Imperator. de ſtat.
hom. Dec. conſ. 118. uiſo. in princ. Socin. conſ.
12. quoniam. in fin. uol. 1. & duplex præſum-
ptio ex inſtrumento oritur, altera ſolennita-
tis, altera ueritatis, ſcilicet omnia in illo con-
tenta ſolenniter & uerè acta & confecta eſſe,
Bal. in c. 1. §. ſi inſtrumẽtum. de not. feud. & in
l. 1. C. de teſtam. Hipp. in l. ſi quis. nu. 139. de
quæſt. Socin. conſ. 213. cùm præſente. num. 7.
uol. 2. Slechan. Bertran. conſ. 192. multa. num.
14. lib. 2. Alciat. tract. præſump. reg. 3. præſum.
13. text. in l. optim. C. de con. ſtipul. l. ſciẽdum.
30. l. Titia. 134. §. 1. de uerb. obl. in §. fin. Inſt. de
fideiuſſ. l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. & fac. ign.
leg. cùm paribus. C. de probat. gloſſ. in l. quæ-
cunqꝫ. 15. §. fin. uerb. tutore. de Public. in rem
act. Cùm igitur cõfeſsio ſoluti precij in inſtru-
mento publico hic extet, amplius nihil eſt
quærendum: imò ipſa pro numeratione reali
eſt habenda, l. generaliter. C. de non numer.
pecun. Bald. in l. ſi ex controuerſia. numer. 7.
& 8. eod. tit. & in l. ultim. C. de edict. diui Adr.
toll. Felin. in c. ſi cautio. num. 52. de fid. inſtr.
Hipp. in rub. de probat. num. 67. & conſ. 94.
17 nu. 30. Vnde † ſtatuta quæ loquuntur de ſo-
lutione, obtinent etiam in ſolutionis confeſ-
ſione, Bald. l. ſi nõ ſortem. §. indebitũ, de cond.
ind. Neqꝫ etiam opus eſt probatione actualis
& realis ſolutionis, ubi extat confeſsio, Bald.
18 d. §. indebitum. quia † per confeſsionem na-
turalis probatur numeratio, Bal. l. pecuniæ.
19 14. nu. 2. C. de ſolut. Verba † autem receptæ
ſolutionis à parte in inſtrumẽto prolata, ſunt
mera confeſsio, Bal. l. ſi ex cautione. nu. 7. C.
de non num. pec. Nec obſtant, quæ ſuprà in
contrariũ ſunt allegata: loquuntur enim Dd.
in d. l. per diuerſas. & d. l. ab Anaſtaſio. in ter-
minis lõgè alijs, uidelicet quando ſubeſt præ-
ſumptio fraudis in contractu prohibito, &
quando de præiudicio tertij tractatur. Cæte-
20 rùm † quin ipſi confitenti ſua noceat confeſ-
ſio ſolutionis, nemo dubitat, nec quiſquam
contradicit, ut declarat Bart. in d. l. per diuer-
ſas. num. 12. Et hoc uerum, inquit, quantum
ad eum, contra quem editur: ſed quantum ad
ipſum confitentem, nõceret iſta cõfeſsio, Dd.
& Ferrar. in form. lib. in cauſ. uẽd. ad uerb. ceſ-
ſit & mandauit. num. 7. Tiraquel. in retrac. lig.
§. 1. gl. 16. num. 78. Non obſtat etiam allegata
Speculatoris doctrina in d. tit. de emp. & uẽd.
quæ loquitur non in confeſsione partis, (ea
enim eſt prægnantior, Bald. in l. ſi ex cautio-
ne. num. 7. C. de non num. pec.) ſed quam in
inſtrumento notarius conſcribit. Quæ quidẽ
ut ad excludendam exceptionem non nume-
ratæ pecuniæ ſufficiat, neceſſe eſt ipſo autho-
re ut mentionem realis inferat numerationis:
id quod nihil huc facere facilè intelligi po-
teſt. Quare his omiſsis illud potiùs, quod eſt
huius loci, dilucidandum eſt, an dicta nõ nu-
meratæ pecuniæ exceptio hîc obijci, & locum
habere poſsit? Et uideri poterat obijci poſſe
21 ex eo, quòd † licet in confeſsionibus obliga-
torijs non habeat locum exceptio non nume-
ratæ pecuniæ extra cauſam mutui & dotis, l.
generaliter. 12. C. de non num. pec. Bart. in l.
contractibus. in princ. numer. 1. C. eod. tit. Ca-
ſtrenſ. in l. ſi non ſinguli. in fin. C. ſi cert. pet.
Imola in d. c. ſi cautio. num. 2. de fid. inſtr. ta-
men quando quis ſe fatetur in inſtrumento
pecuniam recepiſſe ad debitorẽ liberandum,
22 indiſtinctè † in omnibus eiuſmodi obliga-
tionibus liberatorijs & ſecuritatibus ex qua-
cunqꝫ cauſa uenientibus, creditor exceptione
nõ factæ ueræ ſolutionis uti poteſt, d. l. in con-
tractibus. §. ſuper cæteris. ubi hoc tenet Bart.
dicens, hîc non haberi diſtinctionem contra-
ctuum, C. de non num. pec. & declarat latiùs
Bal. in d. l. pecuniæ. num. 3. C. de ſolut. Caſt. in
d. l. in contractibus. §. ſed quoniam. numer. 3.
& ante eum Cyn. ibidem numer. 5. & 6. Qua-
ꝓpter & in hac liberatione in ſcriptis ex cau-
ſa emptionis facta, locũ habere exceptio non
numeratæ pecuniæ debet, Specul. præal. loco.
23 Etſi † autem hæc exceptio non factæ ſolutio-
nis intra 30. dies opponenda eſt, l. in contra-
ctibus. §. ſuper cæteris. C. de non numer. pec.
tamen hoc iuxta naturam exceptionis non
numeratæ pecuniæ accipiendũ uidetur. Nam
24 † illa etſi intra biennium à tempore cautio-
nis factæ proponenda eſt, quando excipiens
uult aduerſarium numerationem probare: ta-
men ubi ipſe negatiuam non factæ numera-
tionis oſtendere intendit, tunc perpetuò pro-
poni poteſt: quia lapſus biennij non inducit
præſumptionem iuris & de iure, ſed tantùm
præſumptionem iuris, quæ admittit proba-
tionem

tionem iu contrarium:ita Cyn. nu.7. & Bald.
in l.ſi ex cautione.num.13.& 14.C. de uon nu-
mer. pec. Et ita ſe habet communis ſententia
gloſſ. ad uerb. probare. & Dd.in d.l. ſi ex cau-
tioue.3.ubi latiſsimè Salic.uu.19.20.21.& Ca-
ſtrenſ.in l. aſſeuerario.per illum text.nu.1.& in
l.in contractibus.in princ.nu.1. & 8.C. de non
nu. pec. Eodem igitur modo & exceptio non
factę ſolutiouis,ſi eam ptobare uelit excipiẽs,
meritò etiam poſt 30. dies, imò perpetuò eſt
admittenda,d.l.aſſeueratio.C.de non numer.
25 pec.cùm † excepriones omnes ſua narura ſiut
26 perpetuæ,l.purè.in fin.de doli except.& † quę
annua ſunt ad agendum, perpetua maneant
ad excipiendum,c.ſi autem.ubi Panorm.& Fe
lyn.de reſcript.l.licet.5.ubi gl.in fi.l.ſi pactũ.6.
27 C.de excep. adeò † ut ne 30. quidem,aut 40.
annis exceptiones præſcribãtur,ſed perpetuò
& ſemper etiã ad mille aunos oppoui poſsint,
gl.in l.3.uerb.perſecutione.C.de præſcript.30.
aunor.& in l.ſi pactum.C.de except. Panor. &
Felyn.in c.ſi autem. de reſcript. Franc. Balb.in
tract. præſcript. 4.parte 4.par.priuc.quæſt.37.
idq; maximè procedit de æquitate Canonica,
ex qua exceptio iſta non numeratæ pecuniæ
ſemper poteſt proponi, etiam uſque ad mille
annos,ur aiunt Dd. quia nullo tempore quis
cum aliena iactura debet locupletari, Dyn.in
c.locupletari,in fi.de reg.iur.in 6.Bald.in d.l.ſi
ex caurione.num.13. Fabian. in d.l.in contra-
ctibus.nu.8.Panor.Imol.& Canon. in c.fin.de
ſolut.& in c.ſi cautio. ubi latiſſ. Fel. nu.60.61.
62.cum multis ſequen.de fide inſtr.Iaſ. in l.ci-
uitas.num.7.& 8.ff.ſi cert.pet. Quare uideba-
tur hauc exceptionem etiam uunc quamuis
poſt 30.aunos à tempore emauatæ confeſsio-
nis elapſos, propoui à d.uenditore poſſe. His
tamen nõ obſtantibus in præſenti caſu cõtra-
rium eſt dicendum,cùm tex.apertiſsimè dicat
in l.in contractibus.§.ſuper.in fi.C. de non nu
28 mer.pec.exceptiouem † non numeratæ pecu-
niæ,neq; factæ ſolutionis intra 30.dies eſſe fa-
ciendam, nec poſt illos elapſos licere credito-
ri dicere non eſſe ſibi pecunias numeratas. Si
igitur boc ne dicere quidem & allegare licet,
multò certè minus licet probare.Et ita omnes
Dd. cõcludunt, facientes diſcrimen exceptio-
nis uon numeratæ pecunię in obligatorijs at-
que in liberatorijs, ut in illis obligatorijs, ſcili
cet ad bienniũ, proponi poſsit, ita ut creditor
probare teneatur. Poſt bienniũ uerò ab ipſo
excipiente debeat demonſtrari: in bis uerò li-
beratorijs ſcilicet, intra 30. dies omnino pro-
ponenda,& à creditore edocenda ſit, nec poſt
illos elapſos opponi, probari'ue fauore libe-
rationis poſsit, Bald. in d.l. in contractibus.§.
ſuper cæteris. iu princ. Caſtren.in ead.l.in con
tractibus.iu prin.nu.2.8.& 9. & Salic. ibidem
29 ad §.ſuper cæteris. num.15. Nec † Canoniſtæ,
quo ad banc exceptionẽ,aliter ſentiũt, quam-
uis etiamſi alia eſſet eorum ſententia, tamẽ ea
non in foro ciuili,ſed tantùm in terris eccleſiæ
ualeret,d.c.ſi cautio.ubi Felin. præalleg.loco,
& iu d.c.ſi.Iaſ.in d.l. qui pecuniam. numer.7.
& 8.Cùm igitur bic agatur de confeſsioue ſo-
lutionis precij ex emptione debiti, atq; ita de
liberatione, & inſtrumentum ſit hac iu parte
liberatorium:dicendum eſt hãc exceptionem
nõ eſſe admittẽdam,præſertim in Principe iu-
ra fiſci habente: qui, cùm non egeat ſubdito-
rum pecunia,& ipſe ſit locuples, eamq; facilè
30 poſsit à ſubdito exigere, nõ † præſumitur ſpe
futuræ numerationis, ſed potiùs propter ue-
ram ſolutionem, hãc confeſsionem cecidiſſe,
d.l.in cõtractibus.§.ſed quoniam.in uerb.pu-
blicarum functionum. ubi boc tradunt Cyn.
Bart.Bald.Salic. Caſtrenſ. C.de nou num.pe-
cun.l.2.ubi Salic.num. 1.& 2. C.de quad.præ-
ſcrip.l.fin.C.de apoch.pub.lib.10. Deinde etſi
competeret hæc exceptio poſt 30. dies, eo po-
ſito, uon conceſſo, tamen terminata eſſet per
lapſum 30.annorum,intra quem d.dominus
de non facta ſolutione nihil querelarum pro-
poſuit. Quo ſpacio non tantùm actio omnis,
31 ſed † etiam officij iudicis imploratio præſcri-
bitur,glo.in l.ſicut.ad uerb. perſecutione.quã
ſequuutur ibi Dd. C. de præſcript. 30. annor.
Bart.in l.prætor.§.fi. nu.1.de operis noui nun.
Caſtrenſ.num.12.& alij in l.2. C. de reſc.uend.
latè Franc.Balb.in tract.præſcript. 4.parte 4.
part.principalis quæſt.30. quod latiſsimè fir-
mat Tiraq.in retract.lig.§.35.gloſ.4.num.40,
32 ad quẽ breuitatis cauſa remitto, omniſq; † ex-
ceptio,quæ nõ modò proponi in modũ exce-
33 ptionis,ſed † etiam per formam actionis, uel
querelæ implorato iudicis officio poteſt,præ-
ſcribitur,Cyn.Bald.Salic.& communitur Dd.
in l.licet.5.cum l.ſeq.C.de except.per text.in l.
quæſitum.§.fin.de pecul.& idem Bal.latiùs in
l.ſicut.num.12.& 13.C. de præſcrip. 30.annor.
34 Eiuſmodi † eſt autem exceptio nõ numeratę
pecuniæ,quæ in modũ actionis & querelę ſeu
per implorationẽ officij iudicis proponi po-
teſt,l.3. ubi per modum cõdictionis proponi-
tur,C.de poſtulan. Cyn.Bal.Sal & cõmuniter
Dd.in d.l.ſi ex cautione.C.de non nu.pec.Fel.
in d.c.ſi cautio. Et ideo etiã præſcriptioni 30.
annorum ſubiacet,Bal.in d.l.ſicut. numer.12.
Franciſc.Bal.in tract.præſcrip. 4. parte 4.par-
tis priuc.quæſt.37.numer.3. Quare licet exce-
ptionibus, quæ ueræ exceptioues ſunt, nec ali
ter quàm excipiendo & intẽtata actione pro-
poni poſſunt, nullo aliàs tempore præſcriba-
tur: nam cùm nulla poſsit bic dari negligen-
tia ante actiouem iutentatã, nulla quoq; dari
poteſt præſcriptio, tamen in terminis noſtris
liquet hãc exceptionem,quæ potiùs actio eſt,
quàm exceptio, toi annorũ decurſu finitam
eſſe.Et ut bęc baberent diſputationem iure cõ
35 muni,ſicut † quidã aiunt minores & ciuitates
ac conſequenter fiſcum & Priucipes qui iura
fiſci habent,perpetuò bas exceptiones oppo-
nere poſſe,Iaſ.in l.ciuitas.ſi cert.peta.Euerard.
in loc.à ciuitate ad eccleſiam: tamen dubium

non eſſet, quin iure Saxonico, quod his locis
ſeruatur, omnis talis querela per lapſum 31.
annorum eſſet ſopita: cùm conſtet, hoc iure
omnia iura, etiam aliàs legitimis tempori-
bus non præſcriptibilia, tanto tempore fini-
ri & præſcribi, quia ius Saxonicum duas tan-
tùm ſpecies præſcriptionis nouit, alteram an-
nalem in rebus mobilibus, alteram 31. anno-
rum in rebus immobilibus & iuribus cõmu-
nibus incorporalibus indiſtinctè præſcriben-
dis, ut eſt notoriũ, Landr. lib. 1. art. 29. author
diff. 11. Et hæc ad dilucidationẽ ſecundæ quæ-
ſtionis ſufficiant.

Poſtquam igitur planum eſt factum, exce-
ptione non numeratæ pecuniæ d. uenditorem
hîc ſe tueri non poſſe, conſequenter progre-
III. diendo ad tertiam quæſtionem, an idem gene
ralitatem tranſactionis obijcere, eiusq; obie-
ctu petitionem hanc omnem repellere atq; eli
dere queat, exequamur. Et uidebatur primo
36 intuitu id ei ſolutum eſſe, cùm † quòd tranſa-
ctio prætextu ſpecierum uel inſtrumentorum
pòſt repertorum reſcindi nequeat, l. ſub præ-
textu. 1. & 2. C. de tranſac. cap. 1. extrà eod. c. in-
ter monaſterium. cum ſeq de re iud. tum quia
ſuper petitione generali hîc interpoſita inue-
nitur. Petita enim ſunt omnia, ex qualibuſcun
que cauſis debita, quibus d. dominus uendi-
tor defuncto emptori obligabatur. Et hanc ge
neralem petitionem tranſactio etiam genera-
lis eſt ſubſecuta, ita quidem, ut omnes & qua-
leſcunq; actiones, etiam futuras, complecta-
tur & comprehendat in uerbis: *Dargegen ſollen
alle contract, verſchreybung, beſtallung, brieff, ſigell,
vertrag, &c. herauß gegeben werden, auch darneben
vns von aller fürderung, vnd anſprach, was er deren
von genanten ſeinen bruder zu vns gehabt, oder noch ha
ben mochte, ledig zelen, vnd quittieren, &c.* Certi au-
37 tem iuris eſt, tranſactionem † generalem, præ-
ſertim ſuper generali actione factã, ad omnia,
quæ ſua generalitate continet, etiã incogitata,
extendi: ſufficit enim de his in genere potuiſ-
ſe cogitari, & imputet ſibi, qui ſub tali genera-
litate tranſegit: nec enim illius fatuitas, uel in-
cogitantia, alteri ius ſuum quæſitum auferre
uel minuere debet, gloſſ. Bart. Bald. Salic. Iaſ. &
omnium Dd. in l. ſub prætextu ſpecierum. l. ſi
de certa. l. age. C. de tranſac. & in l. emptor. 47.
§. Lucius. de pact. in l. qui cum tutoribus. de
tranſact. in l. qui Romæ. §. fin. de uerb. obligat.
Pariſ. conſil. 20. numer. 24. 35. 77. 82. 83. uol. 1.
38 Neq; † uerò reſtringitur talis generalis tranſ-
actio ad ſpecificata, quando ſalua ratione re-
cti ſermonis ad ea arctari nequit, ſed uniuer-
ſaliter omnia complectitur, l. pluribus. de ac-
cepi. Bart. in l. Aurelius. §. Caius. de lib. legat. &
in d. l. Lucius. §. emptor. in d. l. ſi de certa. ubi o-
mnes Dd. lanſſimè Alexan. in conſil. 11. uiſo.
numer. 9. & 15. uolum. 2. Pariſ. d. conſil. 20. nu.
39 78. Non † autem poteſt tranſactio ſalua ra-
tione recti ſermonis ad ſpecificata in tranſa-
ctione debita, reſtringi, quando facta eſt gene
raliter abſq; expreſſione alicuius cauſæ: nam
tunc generaliter intelligi debet, & ad omnia
referri, Bart. in l. Aurelius. §. Caio. numer. 11. de
lib. leg. potiſſimùm quando habet clauſulam
generalem nihil petendi, uel ex hac, uel ex a-
lia cauſa præſente, uel futura, uelut iſta tranſ-
actio habet, ut poſt Bartol. Bald. Caſtr. latè Iaſ.
in d. l. ſi de certa. num. 5. & 6. & in d. l. emptor.
§. Lucius. numer. 8 & 9. Alexan. in d. conſil. 11.
uiſo. per totum. His tamen non obſtantibus
quibus moti ſunt alij domini conſulentes, pu
to ex firmioribus iuris fundamentis contra-
rium eſſe ſtatuendum, ac iudicandum, gene-
ralitatem d. tranſactionis nihil hæredibus hic
obſtare, nec ea d. dominum uenditorem con-
tra petitionem illorum tueri ſe commodùm
poſſe. Moueor principiò illo, quòd hic non ui
deatur ulla tranſactio facta, ſed tantùm qui-
dam computus certorum debitorum, quibus
d. dominus defuncto emptori fuit obnoxius:
& quidam duntaxat tractatus ac conuentio
inita eiuſmodi, ut illis debitis exolutis, gene-
ralis fieret quittatio, quam tamen factam eſſe,
ſubſecutamq; nõ apparet. Copia enim ad me
tranſmiſſa, non habet formam illam tranſa-
ctionis, aut quittationis, aut etiam initæ alicu-
ius obligationis: quippe cùm nec ſubſcripta
ſit à partibus, nec ſigillata, & tantùm cõtineat
ſimplicem confeſſionem d. domini, nullam
uerò præſentiam, uel obligationem, uel ſub-
ſcriptionem d. emptoris, uel eius fratris, qui
40 quittare debuit. Quare † ei qui ſe in illo inſtru
mento non obligauit, illud nocere non po-
teſt, l. ad probationem. ubi Bald. numer. 1. & 2.
C. de probat. Etſi autem poſtea recipiendo ſo-
lutionem & quittando uidetur d. frater & ſuc-
ceſſor emptoris dictam conuentionem ratifi-
caſſe, l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empt. &
uend. l. mater. ubi gloſſ. & Dd. C. de rei uend.
tamen quia illæ quittationes non ſunt gene-
rales, ſed tantùm reſtrictæ ad ſolutiões factas,
41 ideo ulteriùs obeſſe nõ poſſunt. Limitata † e-
nim cauſa limitatum producit effectũ, l. cùm
Aquiliana. de tranſact. l. ſi de certa. C. eod. tit.
l. in agris. de acquir. rer. domin. l. quæſitum. §.
fin. de legatis, tertio, l. Aurelius. §. Caius. l. Lu-
cius. 13. de lib. leg. Et ita in terminis decidunt
ibi Dd. & Alexand. conſil. 46. uiſis. numero 7.
cum ſeq. uol. 1. Socinus latè conſil. 159. in præ-
ſenti. numer. 12. uolum. 2. & conſil. 73. circa pri
mum. num. 3. uol. 1. Schurff. conſilio 65. quod
in præſentiarum. numer. 10. & 11. cent. 1. & pro-
inde ſolutio generalis referenda ad ea eſt, de
quibus agitur, & non ad alia, Pariſ. conſil. 20.
42 nu. 77. 78. lib. 1. & † quittatio ſubſecuta tan-
tùm computata in rationibus & ſoluta tollit,
adq; illa reſtringitur, non uerò ad alia omiſ-
43 ſa, præſertim † cùm ſtricti ſit iuris, extenditur,
Iaſ. in l. unica, numer. 6. C. de err. calc. Socin. d.
conſil. 73. & dict. conſil. 159. Pariſ. d. conſil. 20.
num. 77. & 78. Nec obſtat, quod de generali
44 tranſactione ſuprà eſt obiectum: nam † tranſ-
actio

actio tum demum dicitur fieri, quãdo aliquid
datur eo nomine, ut à lite diſcedatur, cætero-
qui tranſactio non procedit, l. tranſactio. C. de
tranſact. Iaſ. & Dd. in l. 1. ff. eo. tit. & in l. 2. C. eo.
Atqui hîc nihil apparet iſto nomine datũ, ſed
tantùm ſubducta eſt ratio eorum, quæ uendi-
tor defuncto debuit, & iuxta illam ſubductio-
nem apparuit, quòd adhuc 6000. flor. debe-
ſet, quæ promiſſa ſunt ſolui, non ut à lite rece-
deretur, ſed quia ex computo debebãtur. Etſi
igitur generalis renunciatio ſubiecta eſt, tamẽ
non eſt dicendum, eſſe hanc tranſactionem,
ſed tantùm ſimplicem & generalem quitta-
tionem, quæ in alijs nocere non debeat, iuri-
bus ſuprà allegatis: ſed & tranſactio non tra-
hitur ad incogitata, etiamſi pactum liberato-
rium aliquãdo fauore liberationis latiùs ex-
tendatur, Alex. conſ. 11. lib. 2. probat, & Dd. l. ſi
de certa. C. de tranſact. Secundò, ut maximè
concedatur conuentionem ſuper omnibus fa
ctam, & quittationem generaliter ſubſecutã,
45 atq; † ita res generali tranſactione finitas eſſe:
propterea quòd quæ de generali tranſactio-
ne ſuprà dicta ſunt, Dd. etiam in generali quit
tanone & calculatione obtinere uolũt, in d. l.
emptor. §. Lucius. de pact. Iaſ. poſt alios in d. l.
ſi de certa. num. 4. C. de tranſact. tamen adhuc
uerius eſt in præſenti caſu, tali generalitate
hanc petitionẽ nõ excludi. Illud enim perſpi-
cuum eſt, quando dolo alterutrius tranſigen-
tis occultantur certa debita, nec ponuntur in
46 calculatione, quòd † ad illa occultata nunq̃
ne generaliſsima quidẽ tranſactio extẽdatur:
quia qui ita renũciat & trãſigit, nõ tam tranſi-
git, q̃ decipitur, text. in l. qui cum tutoribus. §.
1. ff. de tranſact. & eſt text. in l. tres fratres. ff. de
pac. Bar. in d. l. ſub prætextu. nu. 5. Quare nun
quam tranſactio extenditur ad ſpecies dolo
occultatas, Iaſ. poſt alios in d. l. ſub prætextu.
29. n. 2. & 3. quia ex dolo nõ debet qs lucrari,
Bal. nu. 4. & 5. & eſt tex. rotundus in d. l. qui cũ
tutoribus. & d. l. tres fratres. eoq; actus ſequen
tes nunquã ualidant cõtractũ dolo factũ, Par.
conſ. 49. nu. 6. uol. 1. Pro quo addo & illam ra
47 tionẽ, quòd † nunquã generalis renunciatio
extendatur ad illud, quod ortum habet ex fa-
cto aduerſarij, l. qui officij. §. fin. de contrahen.
empt. l. 1. §. quia autem. ubi Bar. ff. quorum bo
norum, Decius conſil. 27. pro uirili. num. 3. In
dolo autem ſaltẽ præſumpto eſt debitor, qui
ſciẽs ſe ex aliquo cõtractu debere, id tamen ad
creditores ignorantes, uel horũ hæredes, cum
quibus paciſcitur, diſsimulat & occultat. Ne-
48 mo † enim ſuum ipſius cõtractum & factum
ignorare poteſt, præſertim paulo antè factũ,
l. quanquam. ad S. C. Velle. l. peregrè. 44. ubi
Dd. de acquiren. poſſ. Dynus in c. ignorantia.
49 13. num. 4. & 5. de reg. iur. in 6. Et † qui hoc in
tranſigendo abſcondit, cùm id faciat ſui lucri
& decipiendi aduerſarij cauſa, non poteſt non
in dolo hærere, l. ſi quis affer. l. 1. & toto tit. ff. de
dol. mal. l. a. 3. C. eod. l. ult. C. de litigioſ. ut po-
nunt Dd. exemplum in tutore, qui cum pupil
lo ſuo iam adulto tranſigens aliquas res oc-
cultat, Caſtr. numer. 2. Iaſ. num. 1. & 3. in d. l. ſub
prætextu. uel in tranſigendo diſsimulat & re-
cõdit, quantum reuera debeatur, d. l. qui cum
tutoribus. §. qui per fallaciam. de tranſact. Eſt
enim mera fraus, in detrimentum alterius ce-
lare ea quæ debentur, nec quantitatem hære-
ditatis, neq; debita omnia atq; credita cogni-
ta indicare: ut is, cui hæreditas debetur, dum
putat in ea modicum eſſe, etiam modico acce
pto quittationem faciat, & reliquo ſuo iuri re-
nunciet, text. in l. ſi quis affirmauerit. l. ſeruus.
§. fi. l. ſi legatarius. l. fi. ff. de dolo mal. Vnde re-
ctè decidũt Caſtrenſ. & Iaſ. in l. ſiquidem, C. de
tranſact. quando debitor facit computum, &
occultatis quibuſdam, ſeu diſsimulatis, dicit
ſe non amplius debere, eum de reſiduo non li
berari, etiam caſu, quo eum creditor genera-
liter quittauerit. Ac ſimile exemplũ ponit Iaſ.
in auth. ſacramenta. nu. 42. C. ſi aduerſ. uend.
in patruo, qui modica dote nepti data, & uiri-
bus hæreditatis paternæ occultatis inducit
eam, ut patris ſucceſsioni renũciet: & addit ra-
tionẽ, quòd is patruus dolum cõmiſerit, (no-
ta quòd id ſit dolũ facere) quia fecit eam ſcien
ter renunciare. Itaq; quomodo quãue fide ex
parte uenditoris celatus ſit hic contractus per
miniſtros d. dñi ad hoc deputatos, & hoc de-
bitum in cõputatione occultatum, ſatis appa
ret. Nam eo ipſo, quòd quis ſcit debitum, &
non indicat, ſed occultat, ut alter tãto faciliùs
tranſigat, nõ poteſt nõ eſſe in mala fide & frau
50 de. Dolus † enim eſt celare & occultare, quod
quis celare non debuit, c. de cætero. ubi Can.
de re iudic. Anch. conſil. 317. Soc. conſil. 159.
in præſenti. uol. 2. & hanc doloſam diſsimula-
tionem uocat Bald. in l. 2. num. 2. C. de reſcin.
uend. per l. ea quæ. §. fin. l. quod ſæpe. §. fin. de
contrahen. ẽmpt. pro quo text. in l. ea quæ. 43.
§. fi. de contrahen. ubi dicit Flor. dolũ non tan
tùm in eo eſſe qui fallẽdi cauſa obſcurè loqui-
tur, ſed qui inſidioſè obſcurè diſsimulat. Non
enim celare debet, qui cum alio contrahit, id
quod intereſt ſcire cõtrahentis, & quo cogni-
to non ita contracturus eſſet, l. ea quæ. in fi. de
contrahen. empt. l. 1. §. fi. de act. emp. Hoc enim
51 cõtra bonã fidem eſt, d. l. 1. §. 1. quæ † in omni-
bus Principũ cõtractibus uerſari maximè de-
bet, cùm hi indiſtinctè bonæ fidei ea propter
eſſe cenſeantur, Iaſ. in l. ciuitas. nu. 8. Inſt. de act.
ſi cert. pet. ex doctrina Bal. in §. ſi qua uerò de
pace Conſt. Ac etiãſi hîc nõ ſubeſſet alius do-
lus, probariue poſsit ex præcedẽtibus dolus:
52 tamen † cũ hic ſubeſſet enormiſsima læſio, ut
poſtea oſtẽdemus, ex ea ipſa dolus ſufficiẽter
præſumeretur, l. oẽs. §. Lucius. quæ in frau. cred.
l. creditor. §. Lucius. mãdati, Iaſ. poſt alios in l.
ſi quis cùm aliter. num. 5. de uerb. oblig. Alex.
conſil. 47. num. 5. uol. 1. & conſil. 53. n. 5. uol. 3.
Corn. conſ. 146. circa. lib. 1. Decius conſ. 479.
in controuerſia. nu. 11. Schurff. conſ. 17. in pri-

ma.nu.4.cent.1.& in ſumma ſaltem reſtitui ex
clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa, poſſent, qui-
bus uel q̃d ius machinationis aduerſarij ita
eſſet obliteratũ, Tiraq in retract.lig.§.35.gl.4.
nu.29. Mol.in conſ. Par.tit.1.§.13. gl.12. nu.6.
per l.cum ꝓponas. C.de nau.fœnore, & alia al
leg. Reuertendo igit̃ ad caſum noſtrũ, & ſuprà
dicta huc applicãdo, cũ fratri hæredi d.emto-
ris nihil à parte d. dñi ſit indicatũ de illo con-
tractu, quẽ cũ defuncto d.domin⁹ fecerat, nec
ea de re quippiam ſit in d.trãſactione actum,
expreſſum, uel cõuentum: rectè cõcluditur id
omne, q̃d in tranſigẽdo à miniſtris & actorib.
d.dñi uenditoris occultatũ eſt, in tranſactionẽ
quamlibet generalẽ nõ uenire, per tota ſ̃.alle-
gata, præſertim cùm hic enormis læſio longẽ
ultra dimidiã extiſtat, ut poſtea demonſtrabi-
tur. Tertiò illo moueor, ꝙ renunciatio quan-
tumcunq; generalis ſolũ ad caſus qui ſimiles
ſunt expreſsis in trãſactione: uel minores por
rigatur, non etiam ad maiores, & præſertim ex
quibus ingens damnũ obueniret, & cui cõper
53 to uerisimiliter nõ eſſet renunciatũ. Vt † enĩ in
generalẽ obligationẽ nõ ueniũt ea, quæ quis
in ſpecie nõ fuiſſet obligaturus, l.obligatione.
ff.de pignorib. ita econtrariò, nec eiuſmodi in
generalẽ quoq; remiſsionẽ includuntur, Bar.
in l.ſed etſi quis.§.quæſitũ.nu 1.ff.ſi quis caut.
54 præſertim † ea quæ expreſsis ſunt longẽ ma-
55 iora. Nam † remiſsio certi iuris, eſt donatio, l.
ſi quis delegauerit. ubi Bart. de nouat.l.pactũ
curatoris. ubi Dd. C. de pact.l.ſi quis obliga-
56 tione.de reg.iuris, l.4.C.de nouat. Nemo † au
tem ignorãs donare uidetur, l.nec ignorãs.C.
57 de donat. nec † donatio præſumẽda eſt, l.cùm
de indebito.de probat.Iaſ.poſt alios in l.3.nu.
4.& 5.ff.de pact. Bal.in l.generali.in prin.C.de
nõ num.pec. præſertim magnæ quantitatis, &
longẽ maioris, quàm reliqua omnia, quæ in
inſtrumento renonciationis ſunt expreſſa. Vt
58 † enim in generali donatione nõ ueniunt bo-
na futura, quia eſſet magnũ damnũ donãtis,
ut ait gl.in ſi ad uerb.pertinentium.C.quę res
pig.oblig. & latiùs tradũt Dd.in l.fi.C.de pact.
in l.ſtipulatio.41.ubi Iaſ.n.16. de uerb. oblig.
ita nec illa generali donatione uel renuncia-
tione concluduntur, quæ magno damno affi
cerent donantem, & quæ uerisimiliter ſciens
ac certioratos non donaſſet. Et nõ eundo per
59 mendicata ſuffragia, ꝙ † renunciatio quamli
bet generalis, tantùm extendatur ad caſus ſi-
miles expreſsis, uel minores, nõ etiã ad maio-
res, eſt cõmunis opinio omniũ ſcribentiũ in l.
ſed etſi quis.§.quęſitum.ff.ſi quis caution.ubi
Bar.no.2.recitans opinionẽ Guil.de Cug.ait,
quòd clauſula generalis ualet, quoad ſimilia,
uel minora caſibus expreſsis, nõ quo ad ma-
iora, per l.fi.§.cui dulcia.de uin. trit. & oleo le-
gat. & dicit ſibi illã limitationẽ placere, per c.
ſedes de reſcript.c.ſi. nõ poteſt. de procurat.c.
qui ad agendũ. de procur.in 6. ſequitur ibidẽ
d.l.ſed etſi. Bal.nu.4. in prima quæſtione, ad-

dens rationem: Etenim genus iunctũ ſpeciei
per copulatiuã cõiunctionem, intelligitur de
60 his, quæ ſunt eiuſdẽ qualitatis: quia † copula
debet eandem qualitatem tribuere copulatis,
Bal.d.n.4.d.l.ſed etſi quis.§.quæſitũ. ad idem
ibidem Iaſ.no.15.cum alijs per eum allegatis,
Can.in c.1. poſt gl.ex. cõmodati, ubi Pan.nu.
61 18. & † in odioſis, ut eſt renũciatio, Guid.Pap.
deciſ.231.fuit.nu.12.deciſ.251.in fine, Dec.con
ſil.252.nu.7.& 352. conſ.379. nu.3. & paſsim,
Iaſ.c.poſtquã.no.10.C. de pact. generalis clau
ſula nunquam comprehendit maiora expreſ-
ſis, Panorm. præalleg. loco, & in terminis Dec.
62 conſil.27.pro uirili.nu.4.& 5.& 8. Vnde † nec
generalis liberatio extendit̃ ad ea, in quib.eſ-
ſet enormis captio, & unde reſultaret enormis
læſio, ſeu inæqualitas, Alex.conſ.46.uiſis.nu.
7.uol.1.per l.cũ Aquiliana. de tranſact.l.obli-
gatione.de pig. quia hoc eſſet contra mentẽ li
berantis, quia nõ præſumit̃ in magno uoluiſ-
ſe damnificare ſeipſum, l.cùm de indebito.de
63 probat.cum ſimil. præſertim † cùm ad tranſa-
ctiones & quittationes nõ animo donãdi, ſed
ſuum recipiendi accedat, l.trãſactio.C.de trãſ-
act.l.1.ubi Dd.ff eod. Nunc ad propoſitum in
præſenti caſu computus & quittatio tantùm
eſt facta ſuper ſumma 6000.flor. & ea accepta
generaliter d.dominum quittare, omniq; peti
tioni renunciare, d.emtoris frater & ſucceſſor
promiſit. Atqui caſtrum illud cum appertinẽ-
tijs emptum, de quo nũc quæritur, & q̃d poſt-
ea apparuit ex empto debitum quoq; fuiſſe,
nõ modò longẽ pluris ualet iſta pecunia, pro
pter quam tranſactũ eſt, ſed duplo, imò triplo
ferè amplius, utpote cum ſecunda fortuna ac
ſatis uili precio reſpectu bonitatis ſuæ à dicto
defuncto pro precio 15000. flor. fuerit emptũ.
Quare dicere pro ſumma 6000.fl. quæ ex alia
cauſa, ꝗ tranſactionis, putà mutui & ſalarij no
mine alioqui debebatur, renunciatũ eſſe huic
quoq; debito 15000.fl. tã grãdi atq; impenſo,
aut prædio tãtundem, uel plus ualẽti, eſſet ab-
ſurdiſsimũ: cùm certũ ſit neq; in ſpecie, neq; in
genere de tam enormi quãtitate eſſe cogitatũ,
nec donare renonciãdo d.ſucceſſorẽ uoluiſſe,
ſed ſuũ potiùs accipere & d.dñm hoc nomine
quittare. Iuri enĩ quod quis ignorat ſibi cõpe-
tere, uel dubitat, nemo intelligit̃ renunciare, l.
mater.ubi Dd.ff.de inoff.teſt. Iaſ.in authen.ſa-
cramẽta.54.C.ſi aduer. uẽdit.l. mater. de inoff.
teſta.l.fi.§.ſin autẽ neſcias. ubi Bar. Bal. & Dd.
C.de furt.l.nec ignorãs.C.de donat. Imò etiã ſi
donare uoluiſſet, quod tñ nequaquã eſt præ-
ſumendũ, non eſt uerisimile tñ, quòd tã ingen
tẽ ſummã donare uel remittere in animo ha-
buerit: præſertim qñ etiã donari uel remitti ta
lis impenſa ſumma abſq; inſinuatione nõ po-
tuerit: cũ hæc remiſsio lõgẽ quingẽtos aureos
excedat, ideoq; in caſu donationis inſinua-
tione haberet opus. Sicut talis renũciatio uel
remiſsio nihil aliud eſt, quàm donatio, l.con-
tra.§.ſi filius.ff.de pact. l. ſi mulier, de condict.
ob

ob cauſ. l. ſicut. §. an paciſci. quib. mod. pign.
uel hyp. ſol. & ſimil. quæ cumulat Tiraquel. in
repet. l. ſi unquam. ad uerb. donatione largi-
64 tus. quæſt. 8. numer. 143. adeò † ut quemad-
modum in donatione, ita in remiſſione iuris
liquidi ultra 500. floren. inſinuatio requira-
tur, gl. in l. 1. §. 1. ad uerb. inutilem. ubi Bald. ff.
quib. mod. pig. per l. in ædib. §. 1. ff. de don. &
in l. ſi quis obligatiõe. ubi Dec. de reg. iur. Bar.
Caſt. & alij in l. Modeſtinus. ff. de donat. Bal. in
l. cõtra. §. ſi filiusfamil. in 4. not. de pact. & quæ
latiſſimè cumulat Tiraq. præalleg. loc. n. 144.
idq; maximè procedit in remiſſione gratuita,
quę non eſt remuneratoria, neq; ob compen-
ſatoriã aliquã cauſam facta, ut Dd. præalleg.
loco latiùs expunũt. Hic autem talis remiſſio
planè eſſet gratuita ob nullam cauſam facta.
Nec enim quippiã d. renuncians à d. Principe
accepit, quare talem renunciationem faceret.
Nam cõuenti 6000. fl. dati ſunt, nõ ut renun-
ciaret, neq; nomine renũciatiõis, ſed quia in-
ueniebant ex alijs cauſis eſſe debiti: unde hic
planè gratuita eſſet renũciatio de 15000. fl. &
p cõſequens, etiãſi aliqua ex parte nõ eſſet gra
65 tuita, quod tñ non eſt: tamen † pro ea parte,
qua inueniẽ gratuita, ſemp indigeret inſinua-
tione, abſq; qua nullo modo ſubſiſteret, Bald.
conſ. 375. certũ eſt. lib. 3. Caſt. conſ. 385. ſiue di-
camus. lib. 1. & optimè Tiraq. præall. loc. mihi
nu. 153. ſcilicet ultra quingentos, l. pen. in fi. C.
de donat. Quæ cũ ita ſe habeant, uel ex hoc ca
pite facilè liquet, in illam generalẽ renuncia-
tionem non poſſe hos 15000. fl. uel caſtrũ pro
eo precio emptũ, includi: talis enim interpre-
tatio eſſet cõtra legem, quæ inſinuationem re-
quirit, per ea quæ tradũt Bar. Iaſ. & cõmuniter
Dd in d. l. ſed etſi quis. §. quæſitũ. ſi quis caut.
66 adeò quidẽ, ut † illi nulla cõuentione, ne ſpe-
ciali quidem renũciari poſsit, Bar. in l. Mode-
ſtinus. num. 9. ff. de donat. & in l. ſancimus. §. ſi
quis autẽ. nu. 2. C. eo. tit. Bal. in l. data. nu. 3. C.
de donat. Old. conſ. 173. quidã habens unicũ.
Bal. conſil. 451. nobiliſſ. lib. 1. Tiraq. in rep. l. ſi
unquã. in princ. mihi nu. 138. C. de reuoc. don.
Cùm igit ne in ſpecie quidẽ huic diſpoſitioni
renunciari potuiſſet, multo minus dicendum
eſt, de eo in generali illa renunciatione actum
eſſe, c. in generali. de reg. iur. Bar. l. ſed etſi. gl. §.
quæſitũ. n. 1. ſi quis caut. l. qui peculij. 46. arg.
à cõtrario, de pecul. l. obligatione. de pignor.
Nec uerò admittenda hîc eſt illa ratio, quòd
cum Principe contractum, & illi renũciatio ac
quittatio facta ſit, eoq; nõ ſit opus inſinuatio-
67 ne, cùm † ipſius Principis interuentus & co-
gnitio omnem ſolẽnitatem ſuperet, l. omnem.
68 C. de teſtam. & † contractus eius (etiã dona-
tiones) habeant uim legis, l. donationes. C. de
69 donat. inter uir. & uxor. eoq; † & à ſolennitate
inſinuationis non modò exceptæ ſint dona-
tiones, quas princeps priuato, ſed etiam con-
trà quas priuatus, uel ſubditus Principi facit,
l. ſancimus. 34. uerſic. exceptis. ubi gl. ad uerb.

proprium. & authent. item. C. de donat. Nam
70 † illud ius ſpeciale tãtùm procedit in ſummo
Principe non recognoſcẽte ſuperiorem, ut ſci-
licet ſimul ſit pars contrahens, & inſinuatio-
nis iudex, quia non habet eminentiorẽ, quem
ſuper inſinuatione requirat: ſecus uerò eſt in
eo domino, qui ſuperiorem habet, quem adi-
re poſsit, ut firmat Bal. quem reliqui ſequun-
tur, in d. l. ſancimus. in prin. num. 5. & 6. C. de
donat. & Dd. in l. precibus. C. de impub. ſub.
Roman. in l. 1. C. unde legitimi, Bart. in l. ſi con
ſul. de adopt. Imola in c. cùm contingat. in fin.
de iureiuran. Ioan. Andr. in add. ad Specul. de
inſtr. edit. §. porrò. in ult. addit. Oldrad. conſil.
230. Hic autem d. dominum uenditorem ha-
bere ſuperiorem, nempe Cæſ. Maieſt. & Came-
ram Imperij, dubium non eſt: & denique, ut ſ.
dictum eſt, hic non facta eſt propriè donatio,
nec renunciantem donare ſummam tam im-
penſiſsimam uoluiſſe eſt præſumendum, d. l.
cùm de indebito. Cum enim hic appareat alia
d. quittationis cauſa, non eſt præſumenda do
natio, ubi alia haberi poteſt, etiam fatua &
ſtulta, nedum iuſta, Bal. l. generaliter. 13. num.
5. C. de non num. pec. per l. Cãpanus. de oper.
libert. Iaſ. num. 4. 5. ff. de pact. l. ſi cùm aurum.
ubi Bart. de ſolut. latè Tiraquel. in l. ſi unquã.
uerb. donatione largitus. num. 128. 169. C. de
reuoc. donat. & in retract. prox. §. 36. gl. 2. nu-
mer. 49. & de retract. conuen. in fin. num. 105.
Poſtremò moueor & illo, quòd ſi hæc conuen
tio ſeu renunciatio extenderetur ad hoc de-
bitum 15000. fl. iam inueniretur læſio ultra di
midiam iuſti precij partem. Tantum enim in
conuentione accepit dicti emptoris ſucceſſor
6000. fl. p quibus ſi uideri deberet renũciaſſe
15000. aur. ſummæ, uel rei, quæ pro illa ſum-
ma empta eſt, iam inueniretur multũ læſus ul-
tra dimidiam iuſti precij, ſeu certi iuris, quod
conſequi etiam conſiderato dubio litis euen-
tu potuiſſet. Nam ius hoc & debitum certum
fuit, & inſtrumento ſigillato facilè probari po
71 tuiſſet, cùm † inſtrumentum ſit probata pro-
batio, & non probanda, ut ait Bald. in l. quo-
ties. numero 6. de iudicijs, & in l. 2. C. quando
fiſc. uel priu. Iaſ. in l. Imperator. de ſtat. homin.
latiſſimè Tiraquel. in retract. prox. §. 2. gloſſ.
1. num. 21. cum multis ſequent. maximè ſigil-
lo Principis publicò conſignatum, prout an-
tè dictum eſt, ut de uictoria & exitu litis dubi-
tari nulla ratione probabili hîc potuiſſet. Eſt
72 † autem non modò receptũ uſu in omnibus
curijs ſcabinalibus, ut oſtendit conſt. prouin.
ſed etiam cõmuni opinione comprobatum,
ut in computationibus, liberationibus, tranſ-
actionibus habeat locum remedium l. 2. C. de
reſcin. uend. quando in his ſcilicet læſio ultra
dimidiam ſubeſſe demonſtratur, ut eſt com-
munis concluſio Bartol. Caſtrenſ. Ang. Imol.
& aliorum, l. ſi quis cùm aliter. ff. de uerbor.
obligat. & in dicta l. 2. C. de reſcind. uend. ubi
gloſſ. Bart. Caſtrenſ. & alij: Imol. in cap. Quin-

tuallis. de iureiurando, Panorm. & Canoni-
ſtæ in cap. penul. de empt. & uendit. Et licet Ia-
ſon in d. l. ſi quis cùm aliter. num. 13. inaduer-
tenter dicat communem opinionem aliam &
diuerſam eſſe: tamen in contrarium eſt ueri-
tas, ut pluribus deducit & probat Dec. conſil.
6. uiſo. numer. 4. & conſil. 597. numer. 10. Cor
næus conſil. 77. in primo libro 4. & nouiſſi-
mè Schurff. conſil. 17. in prima num. 8. centur.
1. & conſil. 50. ueritas. num. 16. cent. 3. ubi dicit
hanc opinionem uſu approbari & obtinere,
dato, etiamſi quòd trāſactio ſuper contractu
ſtricti iuris ſit facta: idq; maximè ꝓcedit, quan
do non eſt modica quædam læſio ſupra dimi-
diam, ſed magna & enormis, ut in præſenti ca
ſu: ut declarāt Dec. in l. cùm te tranſegiſſe. C. de
tranſact. & conſil. 479. in controuerſia nu. 11.
& conſil. 349. conſuluit, nu. 7. Cor. conſil. 146.
circa. in fi. lib. 1. & conſ. 27. lib. 4. Molin. in ad-
dit. ad conſil. Alex. conſil. 42. lib. 1. Iam & illud
73 palàm eſt, quòd † in generali renunciatione
omnium remediorū & quarumcunq; petitio-
num nunquam intelligatur renunciatum re-
medio d. l. 2. C. de reſcind. uend. & exceptioni
doli, quæ ob nimiam læſionem datur, ut uo-
lunt Bald. & Caſtr. in d. l. 2. Bart. in d. l. ſi quis
cùm aliter. in fin. ubi Iaſ. etiam latè numer. 21.
22. & ſequent. de uerb. obligat. Imol. in c. pen.
de empt. & uendit. Bal. conſil. 441. uiſis. lib. 1.
Alexan. conſil. 1. ponderatis. lib. 6. Socin. conſ.
48. uiſo. lib. 4. quod ita tenere omnes atteſta-
tur nouiſſimè Tiraq. in repet. l. ſi unquam. in
princip. mihi numer. 1. 2. 3. C. de reuocan. do-
nat. quia in generali renūciatione nunquam
cenſetur de tam enormi læſione cogitatū, nec
in genere, neq; in ſpecie, Salic. in d. l. 2. in fin. &
cōmuniter ibi Doctores. Quare etiam ex hoc
capite ſequitur, per remediū d. l. 2. quod tam
excipiendo, quàm agēdo proponi poteſt, ex-
ceptionē generalitatis, quæ ex prædicta tranſ-
actione ſumitur, elidi hîc poſſe. Ex quibus om
nibus concludo, dictos hæredes ratione gene
ralitatis, quæ in iſta tractatione extat, ab hac
petitione non excludi.

IV. Quod ad quartum quæſitū attinet, appa-
ret omnino præſcriptione d. hæredes ab agen
do repelli poſſe, cū à tēpore mortis d. empto-
ris, ex quo cœpit petitio hæreditatis currere, i-
tem à tēpore dictæ trāſactionis, elapſi ſint an-
74 ni plus ꝙ 31. Vnde † nō modò iure ciuili, qđ
30. annis actiones terminat, ab omni petitio-
ne uidentur excluſi, l. ſicut. eū ſeqq. C. de præ-
ſcrip. 30. annor. per text. qui in terminis de pe
titione hæreditatis loquitur, in l. hæreditatis.
cum ibi notatis, C. de pet. hæred. l. 4. ubi Caſt.
C. in quibus cauſ. long. temp. pręſcrip. & idem
Caſtr. conſil. 120. notandum. num. 1. uolum. 2.
ſed etiam iure Saxonico, quod omnes actio-
nes, querelas, omniaq; iuta 30. annis anno
& die præſcribit, ut eſt notorium Landtrecht
libro primo, artic. 29. ubi gloſ. Et quamuis in-
ter hæredes renunciantis fortè fuerunt aliqui
minores, uel etiam pupilli & impuberes: ta-
75 men † cùm cōtra defunctum illorum patrem
præſcriptio ſit inchoata, uidetur & contra hæ-
redes, quamuis impuberes, proceſſiſſe & eſſe
continuata, l. 1. C. ſi aduerſ. uſucap. l. etiam. ubi
gloſſ. & Bartol. de minor. Franciſc. Balb. in tra-
ctat. præſcrip. 1. parte 6. partis principalis, nu-
mer. 33. In quo tamen conſideranda eſt limi-
tatio ac diſtinctio, quæ hîc d. hæredibus pro-
76 deſſe poſſe uidetur. Nam † præſcriptio, ma-
ximè 30. annorū, quæ eſt odioſior, Dd. l. cùm
notiſſimi. in princip. C. de præſcrip. 30. annor.
l. moræ. C. de rei uendicat. quamuis ſit contra
defunctum inchoata, tamen non currit con-
tra hæredes impuberes, ſed dormit ac ceſſat
durante pupillari ætate, l. ſicut. ubi gloſſ. ad
uerb. ſeruanda. Bald. & Dd. C. de præſcrip. 30.
77 annor. quæ † de omni præſcriptione ſubtra-
hitur de medio, ut ait Bald. in l. cùm notiſſi-
mi. in princip. numer. 1. C. de præſcript. 30. an-
nor. & hæc eſt communis concluſio gloſſ. Bar-
tol. & aliorum in l. 1. C. ſi aduerſ. uſucap. in l. fi-
nal. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. & in l. e-
tiam. ff. de minorib. & eam dicit communem
Franciſc. Balb. in tractat. præſcript. 1. parte 6.
partis princip. numero 34. cum ſequentib. &
firmat Schurff. conſil. 28. quod ſuper. numero
10. & conſil. 65. quod in præſentiarum. nu. 2.
centur. 1. Quæ ſententia uſqueadeò obtinet,
78 ut † etiam præſcriptio ſtatutaria (ueluti eſt hîc
iuris Saxonici) non currat pupillis, ſed, quo
ad hos, dormiat, Bald. poſt gloſſ. in c. 1. §. por-
rò. numero 3. qualiter olim feud. pot. alien.
Franc. Balb. prædllegat. loco, num. 34. Guid.
Pap. deciſ. 31. ſecundum. num. 2. dicens ita con
ciliandas eſſe Dd. opiniones, quæ uidenť con-
trariæ, latè Tiraquell. in tractat. præſcript. §. 1.
79 gloſſ. 9. per totum. Poſt † pupillarem autem
ætatem etſi præſcriptio longi temporis legalis
contra minorem puberem non incipiat, l. fin.
C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. ta-
men præſcriptio 30. annorum, de qua hîc agi-
mus, cōtra adultum inchoatur & currit, etiam
80 † alia quæuis præſcriptio, licet nō incipiat in
minore, tamen contra defunctum inchoata,
contra minorem continuatur, d. l. ſicut. C. de
præſcript. 30. annor. Bald. num. 1. & 2. & com-
muniter Dd. in l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. re-
ſtit. Bart. in d. l. etiam. de minor. Salicet. in l. 1.
C. ſi aduerſ. uſucap. Et ita diſtinguit Franciſc.
Balb. prælllegato loco, numero 35. Canoni-
ſtæ in cap. conſtitutus. per illum text. de in in-
tegr. reſtitut. & Schurff. in conſil. ſuprà allega-
81 tis. Vnde † & ſtatutaria præſcriptio eādem ra-
tione contra illum currit: maximè quæ ſucce-
dit in locū præſcriptionis triginta annorum.
Nam hæc etiam iure communi contra mino-
rem procedit. Multo ergo magis iure ſtatuta-
rio, ut ſurrogatum ſapiat naturā eius cui ſur-
rogatur, dict. cap. conſtitutus. de in integr. re-
ſtitut. Bald. in d. cap. 1. §. porrò. nume. 3. quali-
ter feud. alien. & in c. 1. quo temp. mil. Alexan.
conſil.

conſil.65.quoniam. circa finem, & conſil.118.
quoniam.lib.6.Tiraq. in d.tract. de præſcript.
82 §.1.gl.9.Guid.Pap.d.deciſ.31. Quanquã † mi-
nor cõtra eiuſmodi præſcriptionem queat in
integrum reſtitui, Baldus in d.l.ſicut.& d.l.fin.
Franc.Balb.in d.tract. præſcript. Schurff.in d.
conſ.28.& 65.centur.1. ſcilicet intra annos re-
ſtitutionis, qui ſunt completa adulta ætate de
iure communi quadriennium, l.fi.C.de temp.
in integ. reſt. quod latè examinat Tiraq.in re-
tract.lig.§.35.gl.2.per tot. Secundò & illud ſci
83 endum eſt, etiam † adultis & maioribus con-
tra præſcriptionem ex capite ignorantiæ ad
quadriennium à tempore primæ ſciẽtiæ com-
putandum, dari reſtitutionẽ ex generali clau-
ſula, Si qua mihi iuſta cauſa, &c.nõ modò cõ-
tra præſcriptionẽ longi temporis, gl.in l.ſi par
tem.§. ſi per fundum. & in l. ſi ſic. in uerb. una
ſeruitus.ubi Caſtr. ff.quem.ſeruit.amittantur,
& in l.2.gl.ult.ubi idem Cyn.Bart.Bald. Salic.
& Iaſ. qui dicit ita ſeruari, C. de iure emphyt.
ſed etiã aduerſus præſcriptionem longiſsimi
temporis triginta annorum, gl.in l.ſicut.uerb.
militiæ.C.de præſcrip.30.annor. Panor.& Fel.
in c.uigilanti.de præſcrip.Imol. in repet.c.fin.
circa fi.eod.tit.Rom.conſ.123.primùm. & con
ſil.149.concluſionem. & conſil.166. uiſo. latè
Alex.conſ.7.uideretur.lib.1.& conſ.54.in cau
ſa.eod.lib.& conſ.116.perſpectis. lib.5. ubi di-
cit hanc eſſe cõmunem, Schurff.conſ.33.quod
in terminis.num.14.centur.3.latiſsimè Tiraq.
in retract. prox.§.35.gl.4.nu.36. Cùm autem
in propoſito agatur de præſcriptione longiſ-
ſimi temporis, uidelicet 30. annorum, (nec e-
nim minor currit contra petitionem hæredi-
tatis, uel actiones perſonales, d.l. hæreditatẽ.
4.lib.1.Caſtr.C.in quib. cauſ. ceſſ. long.temp.
præſcrip. d.l.3.C.de præſcrip.30.ann.d.l.hære-
ditatis. C. de petit. hæred.) facilè ex prædictis
intelligi poteſt, de hac præſcriptione demen-
dos eſſe annos pupillares, quib. præſcriptio-
nem dormire ſuprà dictum eſt, ita ut his dem-
ptis fortaiſſe præſcriptio contra aliquos non
inuenietur completa: cõtra minores uerò etſi
cucurrit, tamen ex ſuperioribus liquet, poſſe
eos intra tempora reſtitutionis in integrum
petere reſtitutionẽ: id quod & in adultis igno
rantibus dicendũ uidetur ex ſuperiore theo-
rica, niſi unum hic illis obſtaret, id quod bene
eſt ponderandum, & in quo ferè cardo rei uer
titur & cõſiſtit, quòd ſcilicet defunctus eorum
pater, qui renunciationem fecit, uideatur hu-
ius rei ſcientiam habuiſſe, cùm hoc nomine
adhuc ſuperſtes querelam inſtituerit, & ſępius
ad d.dominum uenditorem hac de cauſa ſcri
pſerit. Itaq; à tempore ſcientiæ eius cœpit rur-
ſum currere quadrienniũ reſtitutionis, iuxta
l.ult.C.de temp.in integ. reſtit.c.1. de in integ.
reſt.lib.6.gl.Bald.& Dd.in l.ſicut.ad uerb. exe
cutorem.C.de præſcrip.30.annor.Bart. Caſtr.
Alexan.Iaſ.in l.fin. ff. de eo per quem fac. erit,
Iaſ.in l.qui temp.numer.1.de iureiur. Tiraq.in
retract.lig.§.35.gloſſ.4.num.54. quæ præſcri-
ptio ſit contra defunctũ inchoata, contra hæ-
redes etiam (pupillari ætate excepta) eſt con-
tinuata, ut ſuprà dictum eſt & probatum. Nec
prodeſt hac in parte hæredibus ſua ignoran-
84 tia, cùm † ſuccedant in uitium & ſcientiã de-
functi, §.diutina.Inſtit. de uſucap. l.1.in fin. C.
de uſucap.transforman. l. cùm hæres.11. cum
ſimil.de diuerſ. & tẽp. præſcrip. & præſcriptio
contra defunctum rurſum à tempore ſcientiæ
incepta, per illorum ignorantiam non inter-
rumpatur. Quare hæc ſcientia ſi cognita obie
ctaq; erit à parte aduerſa, meo iudicio peten-
tibus in integrũ reſtitutionem ex cauſa igno-
85 rantiæ multum obſtabit, niſi † fortè inde iu-
uari poſsint, quòd dolus aduerſarij hãc lęſio-
nem occultantis huic ignorantiæ cauſam de-
derit, ut illis magis ſubueniendum ſit ex clau-
ſula generali Si qua mihi iuſta cauſa uidetur, ne
doloſus ex ſuo dolo lucretur, per ea quæ tradit
Tiraq.in retract.lig.§.35.gloſ.4.nu.29.& Mo-
lin.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.13.gl.12.num. 6.per
text.in l.cùm proponas.C. de naut. fœnore, l.
qui officij.§.ult.ff.de cõtrah.empt. l.1.§.ſi reus.
l.ult.§. ſed etſi ſtipulator. de eo per quem fac.
erit, Spec.de citat.§.1.uerſ. item excipitur. Sed
hoc fundamentum infirmum eſt, & nimis ge-
nerale, magisq; in arbitrio iudicis poſitum, quàm
in iure: & præſertim hoc caſu mea opinione
obtinere nequit, cùm horũ hæredum ignorã-
tia nõ cauſetur à facto & dolo aduerſarij, qui-
bus in terminis ea theorica eſt accipienda, qp
pe cùm defunctus rem omnem reſciuerit, in
cuius ſcientiã ipſi ſucceſsiſſe iudicãtur, ut iam
eſt oſtenſum. Sed & conſtitutio prouincialis
noua, parte 2. ex hoc capite ignorantiæ præ-
ſcriptiones reſcindi non patitur. Quare hoc ſi
culneo fundamento prætermiſſo, hæredibus
hîc in primis eſt uidendum, an nunq; impleta
ſit cõtra aliquos præſcriptio ratiõe pupillaris
ætatis, in qua illa dormit: deinde an non ra-
tione adultæ ætatis aliqui petere reſtitutionẽ
in integrum adhuc poſsint, utpote intra an-
nos reſtitutionis conſtituti: nam ut ex capite
ignorantiæ reſtituantur, non eſt ſperandum.
Deinde & illud addo, hîc unius reſtitutionem
non profuturam alteri, quoniam agitur tan-
tùm de petitione debiti perſonalis. Conſtat
86 † autem nomina & eiuſmodi petitiones ipſo
iure inter hæredes diuidi, ita ut unus ex alte-
rius iure iuuari nequeat, l. ea quæ in nomini-
bus.6.cum ibi not.C.fam.herciſc.l.2.C.de hæ-
red. act. præſertim in reſtitutionibus in inte-
87 grum, quæ † ſunt ſtricti iuris, Spec.de reſtit.§.
1.nu.20.& perſonales, Spec.de reſtit.§.1.nũ.5.
nec alijs proſunt, quàm ijs qui reſtituuntur, tot.
tit.C.de fideiuſſor.minor.l. unica, ubi glo.fin.
& Dd.C.ſi in com.ead. cauſa. Illud igitur ma-
gis prodeſſe poteſt, liberos hanc partem hære
ditatis paternæ petitione hæreditaria petere
inſtituentibus, quod communiter traditur, ijs
ſuccurri ex trib. capitibus, Vnde liberi, Vnde

V 4 legitimi,

legitimi, & Vnde cognati, quorũ ſingula tan-
tum 30. annis præſcribantur, ut ijs præſcripto
primo rapitur, unde liberi, ſuccurrãt ex ſecun
do ſi agãt, & hoc præſcripto rurſum ex tertio,
atq; ita non niſi 90. annis, qui necdum hîc ela
pſi ſunt, in totum contra eos præſcribatur, gl.
& Dd. l. 1. qui admitti, & l. licet. C. de iure delib.
& hanc eſſe communem teſtatur Franc. Balb.
in tract. præſcript. parte 4. par. 4. princ. quæſt.
19. nu. 5. per l. 1. §. ſed uidendum. 5. de ſucceſſ.
edict. Quanquam autem aduerſarius hæredi-
tatem defuncti emptoris non poſsideat, poſ-
ſidet tamẽ rem, hoc eſt, caſtrũ pro precio uen-
ditum & debitum. Conſtat autem pro re uel
minima, quæ intenditur hæreditaria, dari hãc
petitionem, l. licet minimam. de pet. hæred. e-
tiam aduerſus debitorem, l. nec ullam. §. fin. l.
ſed utrum. 19. cum leg. ſeq. ff. de pet. hæred. ne-
que poſſe ratione talium rerũ, quæ ſunt pars
hæreditatis, aliam obijci exceptionẽ præſcri-
ptionis, quàm tẽporis illius, quod petitionẽ
excludat, l. 4. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp.
præſcr. ubi Caſt. Nec ſanè uideo, quæ commo
dior hic actio, minusq; præſcriptionibus ob-
noxia proponi queat. Quia uerò ad hoc præ-
ſcriptionis ius amoliendum illud quoq; ob-
tenditẽ, multa interim hoſtilia incidiſſe, nec d.
Principem bellis in ſuo territorio implicatum
conueniri commodè potuiſſe, atq; ideo præ-
ſcriptionem interea dormijſſe, ideo pro hu-
ius quartæ quæſtionis complemento, an &
quid bonæ defenſionis ad infringendam hãc
præſcriptionem hinc aſſumi poſsit, eſt ultimo
88 loco diſpiciendum. Ac † ſanè quamuis aliàs
impedito agere regulariter currit præſcriptio
ipſo iure, & tantùm in integrum reſtitutio ex
generali clauſula Si qua mihi iuſta cauſa, &c.
datur, l. ſenatuſconſulto. 16. ubi Bart. Bal. Alb.
de Roſa. & communiter Dd. de off præſid. l. 2. l.
ait prætor. 23. l. ſed etſi per prætorem. 26. ff. ex
quibus cau. maior. Panor. in c. ex tranſmiſſa.
89 numer. 13. de præſcript. tamen † ſpeciale eſt in
tempore hoſtilitatis & mortalitatis, ut præſcri
ptio (uelut tẽpore impuberis ætatis) dormiat,
ideoq; anni, ſiue unus, ſiue plures, quibus ho-
ſtilitas durauit, de præſcriptione demantur, c.
ex trãſmiſſa. ubi Innoc. Panor. Felyn. illud tra-
dant de præſcript. Nam cùm hæc ſpecialitas à
regula ſuperiore expreſsis canonis uerbis ſit
excepta, idcirco, uelut manifeſtæ legis diſpoſi
tioni, hac in parte ſtatur, Panor. in d. c. ex trãſ-
miſſa. num. 13. & ius ſpeciale derogat genera-
li, Iaſ. l. placet. in fin. C. de iudic. uelut exceptio
regulæ, l. omnis. l. in toto. de reg. iur. Et quam-
uis Canon tantùm loquatur de eccleſia, tamẽ
90 dicitur idẽ † obtinere in laicis, & in terris Im-
perij, ut ſcilicet tempore hoſtilitatis præſcri-
ptio etiam hîc dormiat, ut cõmuniter conclu-
dunt Panor. in d. c. ex tranſmiſſa. num. 4. poſt
Innoc. ibidem Bart. in l. naturaliter. num. 22.
de uſucap. allegans ad hoc l. final. C. de fund.
limitroph. lib. 11. & dicit de hoc hodie eſſe ca-

ſum expreſſum in extrauag. conſtit. Fed. de pa
ce tenend. §. poſſeſsiones. in uſib. feud. idem
tenet Bald. in l. cùm notiſsimi. 7. §. imò. nu. 6.
& 7. C. de præſcrip. 30. annor. Panor. conſ. 94.
inhærendum. quæſt. 4. uol. 2. Anchor. conſil.
443. primò eliciamus. num. 12. Guid. Pap. de-
ciſ. 416. cùm quæritur. numer. 12. 13. cum alijs
per eum allegatis, quæ breuitatis cauſa omit-
to: ut & illa, quæ in eandem ſententiam cumu
lat latè Franc. Balb. in tract. præſcrip. in 2. par-
te 6. part. princ. num. 3. & Euerard. in loc. lega-
lib. loc. à tempore ad tempus, circa finem. Dor
mit † autem tantummodo, non etiam inter- 91
rumpitur: eoq; dẽpto hoſtilitatis intermedio,
antecedens tempus cum ſubſequente coniun
gitur, atq; ita uſucapio completur, Pano. poſt
Innoc. in d. c. ex tranſmiſſa. num. 4. Bart. in d.
l. naturaliter. numer. 22. & optimè Bald. in d. l.
cùm notiſsimi. §. imò. num. 7. C. de præſcript.
30. annor. latè Franciſ. Balb. præallegato loco.
Sed & ad curſum præſcriptionis impedien-
dum non qualibet ſufficit hoſtilitas, quando
oportet tantam eſſe, ut † ius non reddatur in 92
loco, ubi eſt agendum: cæteroqui præſcriptio
propter hoſtilitatẽ non impeditur: ſed † tan- 93
tùm contra eam ob iuſtum metum datur re-
ſtitutio, Bart. in d. l. naturaliter. nu. 22. Innoc.
num. 1. Panor. nu. 7. in d. c. ex tranſmiſſa. Bald.
in d. l. cùm notiſsimi. §. imò. nu. 6. Guid. Pap.
deciſ. 416. num. 13. Franc. Balb. præall. loc. nu.
14. Panorm. d. conſilio 94. in 4. q. & conſilio
46. in quæſtione. circa fin. uol. 2. Deinde † & 94
illud requiritur, ut quamuis is, contra quem
præſcribitur, omnem mouerit lapidem, om-
nemq; diligentiam adhibuerit, & ſe ad agen-
dum præparauerit, per illud tamen impedi-
mentum hoſtilitatis immediatè ſit impedi-
tus, idq; omnino eſt probandum. Nec † enim 95
ſatis eſt impedimentum probari, ſicut proba-
ri debet, l. ſancimus. ubi Caſt. n. 12. C. de iudic.
l. 2. §. ſi non propter. 3. uerb. probandum erit.
& paſsim, ſi quis caut. Landirecht lib. 1. art. 38.
ſed illud quoq; tali caſu monſtrandum eſt, o-
mnem nauatam eſſe operam, quæ requiri po-
tuiſſet ad impedimentum amouendum: ut,
uerbi gratia, non ſufficit oſtendere, tempeſta-
tem fuiſſe in mari, uel flumine, niſi doceatur e-
tiam litigatorem acceſsiſſe ad flumen, ſeu ma-
re, & omnem in tranſeundo diligentiam feciſ-
ſe, neq; tamẽ tranſire potuiſſe: ita in ſimilibus
Bart. Ang. Iaſ. & cõmuniter Dd. in l. 2. §. quod
diximus. ff. ſi quis caut. & in l. de pupillo. §. ſi
quia ipſi. ff. de oper. no. nun. Spec. de appellat.
§. nunc breuiter. uerſ. item allinit. Felyn. in d. c.
ex tranſmiſſa. num. 1. & 2. Innoc. nu. 1. Panor.
nu. 5. & 6. ibid. per gloſſ. in c. cupientes §. quid
ſi. ad uerb propoſita. de elec. lib. 6. pro quo eſt
text. ſingularis in l. qui commeatus. 14. ff. de
re milit. & in l. ſed & ſi. 26. §. ſi feriæ. ff. ex qui-
bus cau. maior. Vnde † ſi impeditus potuerit 96
adire ſuperiorem, & ab eo impetrare impedi-
menti remotionem, hoc caſu impedimenti

præ

prætextu non excuſatur, Rom. conſ. 352. quæ-
ritur. num. 10. per l. de quibus. ff. de condit. &
demonſt. cum alijs quæ allegat: niſi planè no-
torium eſſet ac publicè conſtaret, quòd om-
nis diligentia fuiſſet ſuſcepta, ut pulchrè de-
clarat Felyn. in d. c. ex tranſmiſſa. num. 2. cum
ibi per eum allegatis. Atque ideo tam neceſſa-
riam eſſe hac in parte diligẽtiæ & præparatio-
nis demonſtrationem, non pauci uoluerunt,
97 ut exiſtiment omnino opus eſſe, ut † is qui ab
hoſtilitate aut alio impedimento agere pro-
hibitus fuit, proteſtetur de ſua diligentia, &
hanc proteſtationem publicis ſcriptis conſi-
gnari curet, Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis nu-
mer. 20. 21. de oper. no. nunc. adeò ut ſine ea
proteſtatione non ſufficiat diligentiam eſſe
adhibitam, gloſſ. Panorm. num. 2 & 5. Bald.
num. 6. Imol. num. 4. Ant. de S. Gem. num. 6.
in c. fin. de appell. Bald. & Dd. in l. 2. C. de his
qui per met. iud. & in l. apertiſſimi. num. 3. C.
de iudic. Lanfran. in cap. quoniam. uerb. in-
terlocutiones. numer. 71. de probat. Alexand.
conſil. 16. ponderatis. num. 11. & 12 uol. 3. Soc.
conſil. 45. uiſa. num. 1. uol. 1. Dec. conſil. 356. in
cauſa. numero 4. Quanquam autem alij con-
trà, & quidem communiùs ac uerius ſentiũt,
98 proteſtationem † tali in ſpecie magis utilem
eſſe, quàm neceſſariam, nec ob eam omiſſam
ius partis perire oportere, dum modò aliter
de diligentia eius conſtare poſſit, Iaſ. numer.
28. & Dd. l. de pupillo. §. ſi quis ip ipraetori. de
oper. no. nunc. Dec. l. in omnibus. 39 num. 12.
de reg. iur. tamen fatẽtur proteſtationem non
eſſe negligendam, & utiliſſimum eſſe ad pro-
bandam diligentiam, ut interponatur: ita In-
nocen. num. 1. Panorm. num. 5. Felyn. numer.
2. in d. c. ex tranſmiſſa. Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi
quis. nu. 28. & 29. de oper. no. nunc. & in l. pro-
perandum §. ſin autem utraq;. ubi etiam Bal.
& Alexan. C. de iudic. & addit ibi Iaſ. num. 4.
bonum uerbum, ſcilicet hanc eſſe opinionem
communem, & idem Iaſ. poſt Alexan. in l. 2 §.
quod diximus. nu. 4. & 7. ff. ſi quis caut. Dec.
in l. omnibus 39. num. 12. de reg. iur. & in cap.
fin. de appell. Caſtr. conſil. 135. in cauſa. num.
2. uol. 2. latè Hier. Cag. dicens hanc eſſe com-
munem, in d. l. in omnibus. num. 10. cum mul-
tis ibi allegat. Ex quibus facilè intelligi po-
teſt, quid ex hac hoſtilitatis allegatione ſit ad-
iumenti ad præſcriptionem euertendam hîc
ſperandum. Nam in primis docendum erit,
tanto tempore, totq; annis eam durasse, ut il-
lo tempore dempto, non completa ſit uſuca-
pio. Secundò demonſtrandum, tantam fuiſſe
hoſtilitatem, ut ille Princeps non potuerit cõ-
ueniri, nec ius reddiderit, neq; ſecum agi paſ-
ſus ſit. Id quod ego prouideo ad probandum
fore difficile, maximè cũ obijci poſſit, cur ad
ſuperiorẽ, uidelicet Cæſar. Maieſt. querela non
ſit delata, qui inuocat, ius adminiſtrari, & im-
pedimẽtum remoueri proculdubio mandaſ-
ſet. Tertiò & quidem præcipuè uereor, ut dili-
gentia & præparatio agendi probari queat: &
certè non puto huius rei proteſtationẽ ullam
ad manum haberi; in quo tamen articulo to-
tius huius quæſtionis cardo atq; momentum
uertitur, ut ex ſuprà dictis facilè poteſt intelli-
gi. Quare ut finem faciã, exiſtimo, infirmum
hoc argumentum hoſtilitatis fore, donec de
alijs documẽtis atq; probationibus aliter mi-
hi cõſtiterit: quas tamen conijcio debiles, uel
potiùs nullas præſtò eſſe.

V. Quod ad ultimam quæſtionem attinet, cla-
rum eſt, non poſſe d. hæredes repetitionem da-
ti precij 15000. flor. inſtituere ullam: datum
99 † eſt enim ex contractu emptionis ualido &
perfecto: qui cùm ſit bonæ fidei, l. 1. l. 3. de con-
trah. emp. l. 3. C. de reſcin. uend. & nominatus,
l. iuriſgentium. in prin. & §. 1. 2. de pact. l. 3 §. 6.
& paſſim, de cont. empt. non poteſt ex eo agi
ad reſcindendum contractum, uel ad repeti-
tionem precij dati, text. in terminis in l. 2. in fi.
C. quando lic. ab empt. recedere, l. 2. C. de act.
emp. l. ea cõditione. C. de reſcin. uend. cum ſi-
milibus: ſed ad id agendum eſt, ut res uendita
tradatur, d. l. 2. cum alijs ſuprà allegatis. Quia
100 † uerò præciſè tradere uenditor non cogitur,
ſed liberatur præſtando totale intereſſe, in quod
precium etiam uenit, l. 1. in princip. ubi gloſſ.
& Dd. l. ex empto. §. fin. de act. empt. l. ſi tradi-
101 tio. C. eod. titul. ideo † poteſt alternatiuè agi;
ut aut res uendità tradatur, aut niſi tradatur,
aut niſi traditio fiat, præſtetur totale intereſſe,
gloſſ. in d. l. 1. in princ. de act. empt. quam pra-
cticam libellandi maximè probat Bart. in d. l.
1. num. 9. & in l. ſtipulationes nõ diuiduntur.
num. 35. de uerbor. oblig. ubi poſt alios etiam
Iaſ. num. 36. Specul. de empt. & uend. §. prius.
numer. 1. & 2. Iaſ. in §. actionum. num. 157. In-
102 ſtit. de actio. Contra † hanc autem actionem
ſi d. uenditor excipere uolet de tranſactione,
uel præſcriptione, replicari poterit de dolo, &
103 de læſione ultra dimidiam. Item † proponi
per modum replicationis remedium l. 2. C. de
reſcr. uend. in quo (niſi obſtaret præſcriptio)
maximè fiderem, quia omnibus agẽtibus ge-
neraliter competit, nec excluſum eſt per gene-
ralitatem tranſactionis, ut ſuprà eſt expoſitũ;
& eſt remedium ordinariũ, &c. Sed & peti re-
ſtitutio in integrum in ſubſidium replicando
poterit. Nam hæc remedia nõ modò agendo,
ſed etiam excipiendo & replicando rectè pro-
ponuntur, ut l. Papinianus. 8. §. ſi filius. uerſic.
in modum contradictionis. de inoffic. teſtam.
iuxta regulam, Cui damus actionem, multò
magis ei exceptionem competere dicendum
eſt, l. 1. uerſic. nam cui damus. de ſuperf. cum ſi-
mil. Spec. tit. de offic. omn. iudic. §. incidenter.
n. 2 per l. unicam, C. ſi aduerſ. uſucap. l. etiã. ff.
de minorib. l. qui proprio. l. itẽ quærit. de pro-
cur. & idẽ Spec. in tit. de in integ. reſt. §. 1. nu. 39.
& de lib. concep. §. nunc dicendum. nu 7 per
c. fin. ubi Can. de offic. iudic. gloſſ. mag. in d.
l. 2. & ibi Caſtr. num. 13. Iaſ. in l. ſi quis cùm ali-

teſti

ter. num. 11. & 12. & 22. de uerb. obligat. Quæ
omnia cùm ſint plani iuris, non inſiſto hic ul-
teriùs. Illud tamen ultimò addo, hæc duo re-
media non poſſe ſimul coniunctiuè proponi,
cùm aliud ſit ordinariũ, uidelicet remedium
dict. l. 2. aliud extraordinarium, uidelicet in
integrum reſtitutio, quæ tandiu non habet lo
cum, quo ad competit ordinarium, l. in cauſæ.
104 2. de minor. Vnde † hæc remedia tantùm al-
ternariuè cumulari debent, iuxta practicam
cap. conſtitutus. extrà de in integr. reſtit. Illud
quoq; hic iterum epilogi loco repeto, quod
ſuprà dixi de reſtitutione aduerſus præſcri-
ptionem impetranda, ut maximè neceſſaria.
Non enim hic præſcriptio ſolùm obſtabit a-
ctioni perſonali ex emptio, aut petitioni hære-
105 ditatis, ſed † etiam remedio dict. l. 2. C. de re-
ſcind. uendit. nam & illud 30. annis (qui hîc
iampridem à tempore factæ tranſactionis, in
qua læſio illa contigit, elapſi uidentur) aut iu
re Saxonico 31. annis, præſcribi conſtat: uelut
omni actioni perſonali & officio iudicis 30.
annis, iure communi, & 30. annis, anno & die
iure Saxonico præſcribitur. Eaq; eſt commu-
nis opinio: quamuis non deſint, qui minore
etiam tempore, uidelicet quadriennio, uelint
illud remedium dict. l. 2. præſcribi, Bart. num.
2. Bald. num. 4. Salic. num. 4. & 5. Caſtr. num.
12. in dicta l. 2. C. de reſcind. uendit. Et hoc eſt,
quod dicunt Dd. id genus remedij eſſe perpe-
tuum, ſcilicet quemadmodum ſunt reliquæ
perſonales actiones perpetuæ, hoc eſt, uiuen-
tes uſq; ad 30. annos, in princ. Inſt. de perpet.
& temp. act. Neq; enim poteſt dici hoc reme-
dium eſſe perpetuum, uelut ſunt meræ exce-
ptiones, cùm nõ modò excipiendo, ſed etiam
agendo proponi queat. Vnde, prout ſuprà di
ctum eſt, ad exemplũ reliquarum actionum
perſonalium 30. annis finitur. Quare obiecta
hîc præſcriptione (exceptis his, contra quos
præſcriptio ob pupillares annos dormiuit)
iterum erit neceſſariò deueniendum ad bene-
ficium reſtitutionis, quod ex capite minoris
ætatis facilè poſſe impetrari dixi: ex capite ue-
rò hoſtilitatis aut ignorantiæ difficilimè, cùm
hoſtilitas hîc tanta nõ fuerit, quæ præſcriptio-
nem impedire debuerit, & ſcientiam defun-
ctus habuerit, ab eoq; ſcientiæ tempore qua-
driennium iampridem ſit effluxum: & ex hoc
etiam capite ignorantiæ reſtitutionem conſti-
tutiones prouinciales denegant, conſtitut. 9.
parte 2. Itaq; pro meo tenui iudicio non poſ-
ſum author eſſe intentandæ litis ijs, qui ex nul
lo alio capite, quàm ignorantiæ, uel hoſtilita-
tis reſtitutionem in integrum contra præſcri-
ptionem hîc petere poſſunt. Aduerſus quos
uerò ob pupillares annos, quib. præſcriptio
dormiuit, nondum ea præſcriptio completa
eſt: item qui ex cauſa ætatis minoris intra qua
driennium, l. ult. C. de temp. in integ. reſt. reſti
tutionem rectè petunt, eos pro ſua duntaxat
portione hæreditaria, non etiam pro parte a-
liorum (prout ſuprà dictum eſt) arbitror præ-
dicta remedia cum certa uictoriæ ſpe rectè in-
106 tentaturos: idemq; † iudicandum erit, ſi reli-
qui quibus in alijs obſtare poteſt præſcriptio,
excluſi à primo capite, unde liberi, res hæredi-
tatis paternæ omiſſis alijs actionibus præſcri
ptis, ut dixi, ſola petitione hæreditatis, res hæ-
reditarias, ſecũdum l. licet minimã l. nec ul-
lam. l. ſed utrùm. de petit. hæred. nimirum ex
alijs capitibus necdum præſcriptis, unde le-
gitimi, & unde cognati, perſequantur, per gl.
& Dd. l. 1. C. qui admit. l. licet. C. de iure delib.
Franc. Balb. in tract. præſcript. parte 4. partis
4. princ. quæſt. 19. num. 5. per l. 1. §. ſed uiden-
dum. 5. de ſucceſſ. edict. late Iaſ. in l. quamdiu.
3. nu. 6. 7. 8. 9. in multis ſeq. de acq. hæred. ubi
pluribus oſtendit, difficulter liberis, quo ad
ſucceſsionem parentum amittendam, præſcri
107 bi: etiamſi aliàs uerum ſit, hanc † quoque pe-
titionem tolli 30. annis, l. 4. C. in quibus cauſ.
long. temp. præſcrip. l. hæreditatis. C. de petit.
hæred. Franc. Balb. tract. præſcript. 4. parte 4.
partis principal. quæſt. 16. ut alias actiones, l.
3. 4. C. de præſcript. 30. ann. etiam teſtamenta-
rias, l. licet. C. de iur. delib. l. 1 §. ad hoc. ubi Dd.
C. de annal. except. Franc. Balb. prælleg. loc.
108 quæſt. 13. 17. 19. & paſſim: niſi † ſi quæ breuio-
ribus ſpatijs ſint circũcluſæ, ut inter teſtamen-
tarias inofficioſi querela quinquennio, &c. l. ſi
quis. 34. in fin. l. omnimodo. C. de inoff. teſta-
men. l. 5. & 6. ubi Caſtr. Ang. & Dd. ff. eod. tit.
utpote reſciſſoria, l. Papinianus. 8. §. ult. l. qui
repudiantis. 17. uerb. reſciſſo teſtamento. l. Ti-
tia. 13. ff. de inoffic. teſtam. l. cum debitorib. 13.
ubi Dd. C. eod. tit. & odioſa, l. ſi pars. de inoff.
teſt. ex ratione l. in honorarijs. uerſic. ſed cùm
reſciſſa. ff. de action. petitio bonorum poſſeſ-
ſionis prætoria, anno, uel centum diebus, &c.
l. 2. l. 4. ubi Iaſ. & Dd. C. qui admi. l. 5. uerb. in-
tra tempora præſtituta. C. de cond. indeb.

CONSILIVM XLIII.

De appellatione ab incarceratione.

SVMMARIA.

1 ¶ *Appellans ab incarceratione non debet relaxari.*
2 *Sed is cuſtodia iudicis A quo, retinetur.*
3 *Proceſſus remittitur ad iudicẽ A quo; et n. 9.*
4 *Carceratio eſt de proceſſu: & nu. 8.*
5 *Iudex ſubditum ſuum ab alio iniuſtè detentum, nõ propria authoritate, ſed uia iuris repetere debet.*

6 Ab

6 Ab incarceratione etiam poſt 10. dies poteſt appellari.
7 Incarceratus ad mandatum iudicis A quo, eſt remittendus.
8 Incarceratio eſt pars proceſſus.
9 Acta litis iudici Ad quem, ſunt tranſmittenda.
10 Inhibitione facta, iudex Ad quem, totã cauſam principalem ad ſe reuocare poteſt, & ligantur manus inferiori A quo.
11 Quando inferior non defert appellationi, poteſt in ea ſuperior procedere.
12 Iudex Ad quem, poteſt ante cauſam cognitam incarceratum relaxare.
13 Superior poteſt cogere inferiorem, ut ſibi remittat acta & incarceratum.
14 Executio iniuſta poſt appellationem ſtatim debet reuocari.
15 Carceratus ob cauſam non capitalem, debet ſub fideiuſſoribus relaxari.
16 Relaxatio poteſt in ſecunda inſtantia fieri.
17 Poteſt ſuperior contra inferiores per uim ſuã iuriſdictionem tueri & exequi.
18 Etiam priuati poſſunt iudici non deferenti appellationi, in criminalibus reſiſtere.
19 In terris Imperij, nõ Canoniſtarum, ſed Legiſtarum opinio eſt ſeruanda.
20 Iudex inferior retinere incarceratũ poteſt, donec ſcilicet ſuperior aliter ſtatuerit, uel iuſſerit.
21 Iudex inferior contumax cogitur remittere incarceratum proprijs expenſis.
22 Iudex Ad quem, poteſt ſententiam exequi.
23 Iuris executio non habet iniuriam.
24 Maioris iuriſdictio facit ceſſare iuriſdictionem minoris.
25 Etſi facti narratio omiſſa ſit, reſcripta tamẽ non ſunt nulla.
26 Reſcripta ſubreptitia non ſunt ipſo iure nulla, ſed ope exceptionis reſcinduntur,
27 Qua non oppoſita, dant & adimunt iuriſdictionem.
28 Iure ciuili reſcripta ſurreptitia ſunt ipſo iure nulla.
29 Litera qua dicantur ſurreptitia.
30 Certioratus non dicitur, qui de omnibus circumſtantijs non plenè edocetur.
31 Niſi in narratione expoſita ſit appellatio, reſcriptum eſt nullum.
32 Reſcripta impetrata tacita, lite pendente, ſunt nulla.
33 Deficiente clauſula, Si preces ueritate nitantur, deficit reſcriptum.
34 Reſcriptum nullum non habet impedire iuriſdictionem iudicis Ad quem.
35 Reſcripta ſurreptitia ſunt ipſo iure nulla.
36 Maximè ſi ſimul ſint ſubreptitia, & obreptitia.
37 Reſcripta Principis nõ impediunt ius tertij, niſi ex certa ſcientia conceſſa.
38 Multo minus iuriſdictionem ordinarij, quo ad iuſtitiam, non denegat.
39 Reſcripta intelliguntur ſecundum ius commune, & ut ſaluum ſit ius tertij.
40 Reſcripta lite pendente impetrata, non ualent.
41 Reſcripta ſurreptitia non dant, nec adimũt iuriſdictionem.
42 In terris Imperij & foro ciuili communis Legiſtarum opinio ſequenda.
43 Poſſeſſio ſua nemini, ne reſcripto quidẽ Principis, eſt auferenda.
44 Citatio ad locum non ſolennem facta, reddit proceſſum nullum.
45 Locus ſolennis in prima & ſecunda inſtantia eſt ſeruandus.
46 Debet ordinarius ſedem ordinariam retinere.
47 Non debet idem eſſe locus prima & ſecunda inſtantiæ.
48 Dominus non poteſt ſe intromittere in loco inferioris, nec in eo ſuam iuriſdictionem exercere.
49 Archiepiſcopus non poteſt ius dicere hominibus epiſcopi.
50 Archiepiſcopi, duces, epiſcopi, defenſores ciuitatum & minores comparantur: & numer. 58.
51 Subditi uaſalli non ſunt ſubditi ſuperioris.
52 Superior non poteſt ſubditos ſui uaſalli collectare.
53 Nec iuriſdictionem in eos exercere.
54 Nec ius in territorio uaſalli dicere.
55 Præſides prouinciarum & duces non ſunt alligati ad certum locum iuriſdictionis: dicunt, ubi uolunt.
56 Verbalis citatio ad domum fieri poteſt, non realis.
57 Iudex Ad quem, poteſt in loco iudicis A quo, de appellatione cognoſcere.
58 Attenditur diſpoſitio canonica, ubi ius ciuile non habetur expreſſum.
59 Quis locus iuriſdictioni maximè idoneus.
60 Iudex A quo, in dubio deferre debet appellationi, niſi conſtet eam non tenere.
61 Semper eſt ſuperiori parendum, niſi conſtet, quòd contra ius procedat: & nu. 134.
62 Quando dubium ſit, an contra ius non procedat iudex.
63 Pœna iudicis non deferentis appellationi.

64 Etiam

64 *Etiam ab interlocutoria.*
65 *Ab incarceratione ſemper appellari poteſt, quia damnum irrecuperabile.*
66 *Præſumptio iuris contra eum, qui non facit, quod facere debet.*
67 *Cauſa iniuſta quæ excuſat, nunquam præſumitur, niſi probetur.*
68 *Nec excuſat à contemptu iudicis: & numero 131.*
69 *Neque à pœnis lata culpa: & num. 131.*
70 *Appellatio eſt pars iuriſdictionis, & ſignũ ſuperioritatis. & nu. 132.*
71 *Dominus terræ habet intentionem fundatã, quòd ſit ordinarius ſuperior, etiam qui in ſua terra habitant.*
72 *An pœna non delatæ appellationis hodie vſurpetur.*
73 *Doctori illuſtri an ſuper conſuetudine ſit credendum.*
74 *Quamuis doctor alleget conſuetudinem, ea tamen eſt probanda.*
75 *Incarcerationis cauſa eſt criminalis, quia nõ niſi in criminali decerni poteſt.*
76 *Carcer eſt mala manſio, & morti æquiparatur, & eſt ſpecies torturæ.*
77 *Carcer eſt iuriſdictionis, non ſummi imperij: & criminali comparatur.*
78 *Carceratus & is dicitur, qui in certum locum, uel ciuitatem ſub fideiuſſoribus datus eſt.*
79 *Quando iniuriarum criminaliter intelligatur agi.*
80 *Pœna iniuriarũ arbitraria ad mortem extendi poteſt.*
81 *Pœna actionis criminalis maior, aut certè par debet eſſe ciuili.*
82 *Pœna non delatæ actionis in criminali non minor eſſe debet, quàm ciuilis.*
83 *Iure Saxon. qui non defert, iudex poteſt deponi, & iure communi in iuriſdictione turbari.*
84 *Vaſallus deferens dominũ, uel accuſans, feudo priuatur.*
85 *Ex quibus cauſis etiam filius exhæredari, ex iiſdem uaſallus priuari poteſt.*
86 *Vaſallus domino ius interuertens poteſt priuari.*
87 *Item quando denegat debitum ſeruitium.*
88 *Item quando mandata & literas domini cõtemnit.*
89 *Vaſallus denegans facere domino iuſtitiam, priuatur.*
90 *Item ſi citatus ſtare iuri detrectet.*
91 *Item ſi monitus à domino, ſubditis iuſtitiam non faciat.*
92 *Domini utiles priuantur iure ſuo, quando eo abutuntur.*
93 *Vaſalli utilibus dominis comparantur.*
94 *Qui prohibetur, uel turbatur in iure, aut poſſeſſione, habet iniuriarum actionem, etiam magiſtratus.*
95 *Superior cui inferior non paret, poteſt propriam iniuriam uindicare & mulctare.*
96 *Non modò iure actionis, ſed propria authoritate ex officio.*
97 *Non modò reſiſtentes, ſed etiam turbantes, uel de quibus eſt timor, à domino mulctari poſſunt.*
98 *Non modò uerus contumax, ſed alius quilibet mulctari poteſt, etiamſi altera pars non ſit damnificata.*
99 *De iniurijs ſibi factis magiſtratus cognoſcere iudicialiter nequit, ſed ſuperior: &c.*
100 *Si non habet ſuperiorem, debet delegare.*
101 *Magiſtratus de mulcta ſuper ſua iniuria cognoſcere poteſt.*
102 *Iudex habet iuriſdictionẽ, quo ad imponendam mulctam, etiamſi ſit incompetens.*
103 *Mulcta ſecundum qualitatem perſonarum & rerum imponenda.*
104 *Mulcta quanta illuſtribus imponatur, & nõ illuſtribus.*
105 *Nemo duabus pœnis puniendus.*
106 *Vna actio tollit aliam, quando eſt unus titulus criminis.*
107 *Vnum dicitur crimen, quando plura facta ſunt reſpectu unius tituli & finis.*
108 *Per impoſitionem mulctæ an tollatur pœna ordinaria.*
109 *In pœnis ſufficit minimam pœnam ſolui, & illius ſolutio tollit maiorem.*
110 *Quando non plus eſt in mulcta, quàm pœna ordinaria, uidetur iudex non mulctã, ſed pœnam ordinariam exequi.*
111 *Vaſallus honorare dominum tenetur, quam eum ſibi eſt poſſibile.*
112 *Non ex qualibet cauſa priuatur uaſallus.*
113 *Ob dolum tantùm uaſallus priuatur.*
114 *Omnis iniuria eſt atrox, quæ infertur domino.*
115 *Non tamen ex qualibet uaſallus feudo priuatur.*
116 *Sed tantùm atrociſſ. nõ reſpectu perſonæ, ſed facti.*
117 *De conſtitutione, ne quidem ex cauſis iure expreſſis, poteſt ſemper feudum reuocari, ſed tantùm ex quinq.*
118 *Cauſæ priuationis ſunt arbitrariæ.*
119 *An ex qualibet cauſa exhæredationis, uel reuocãda donationis poſſit uaſallus priuari.*

120 In

120 *In feudali materia, praſertim pœnali, non procedit argumentum à contrario ſenſu.*
121 *In eo quod expreſſum eſt, ſtatur iuri ciuili.*
122 *Expreſſum non dicitur, quod à contrario ſenſu colligitur.*
123 *Vaſallus ne ob latam quidẽ culpam amittit feudum.*
124 *Cauſa priuationis non praſumitur, ſed à domino eſt probanda.*
125 *Vaſallum qualibet cauſa, etiã iniuſta, à priuatione excuſat.*
126 *Vaſallus iuris, uel iniuria ſua dominũ accuſare poteſt.*
127 *Iniuriam ſuam perſequi, eſt ſpecies defenſionis.*
128 *Vaſallus niſi detrectet domino ius, propter quod feudum conceſſum, non priuatur.*
129 *Quæ concurrere debeant, ut uaſallus priuetur.*
130 *Pœna delicto commenſurari debet.*
131 *Cauſa iniuſta quando excuſet à pœnis doli uel culpæ.*
132 *Ratione uniuerſalis iuriſdictionis praſumptiuè ad ſuperiorem appellari poteſt, & in dubio tenetur appellationi et iudex À quo, deferre: & num. 134.*
133 *Qui putat ex aliorum relatu ſe ius habere, iuſtitia feciſſe intelligitur, & à pœnis liberatur.*
135 *Etſi iudex non ſit uerè competens ratione iuriſdictionis, poteſt tamen eſſe ratione mulcta imponenda.*
136 *Appellationi euidenter friuola iudex deferre non tenetur.*
137 *Ratione iniuria marito facta, an liceat fœminæ agere.*
138 *Appellatio coram iudice À quo, eſt facienda: alibi enim non tenet,*
139 *Niſi propter metum alibi fiat: quo caſu de eo eſt proteſtandum.*
140 *Cauſa exprimẽda in omni appellatione ab interlocutoria.*
141 *Mulier actum unum pro marito facere poteſt, ne inſtantia intereat.*
142 *Mulier pro marito, praſertim incarcerato, agere, excipere poteſt.*
143 *Mulieri licet ſuam iniuriam perſequi, aut procurare in rem ſuam.*
144 *Ex cauſa poteſt alibi, quàm coram iudice À quo, appellari.*
145 *Iuſta cauſa metus non modò in ſe, ſed in cognatis ad ſeptimum gradum eſſe poteſt.*
146 *Qui unum de agnatione tangit, omnes tangit.*
147 *Metus iuſtus unde probetur: & nu. 149.*
148 *Minæ marito facta, uidentur & uxori facta.*
149 *Minæ & incarceratio iuſtum incutiunt metum.*
150 *Metus ſemel inductus ſemper praſumitur durare.*
151 *Odium & malitia ſemper continuari intelliguntur.*
152 *Terribilis uultus iudicis iuſtũ metũ facit.*
153 *Minæ ſunt iuſta cauſa metus, quando fiunt à potente.*
154 *Metus, qui in conſtantem mulierem cadit, qualis: & num. 158.*
155 *Mulierum natura fragilis.*
156 *Metus in muliere non tantus requiritur, quantus in uiro.*
157 *Metus debet conſiderari ſecundũ perſonam metuentis.*
158 *Sola cõminatio eſt iuſtus metus muliebris.*
159 *Proteſtatio fit tantùm ad conſeruandum ius partis.*
160 *Quando ob metum appellatur, nõ eſt opus proteſtatione de neceſſitate.*
161 *Ab incarceratione ſemper poteſt appellari.*
e62 *In dubio facienda interpretatio, ut appellatio teneat.*
163 *Proteſtatio ſurrogatur appellationi.*
164 *Proteſtatio eſt neceſſaria, quando non ſurrogatur al us actus.*
165 *Dicitur iuſtà habere cauſam litigandi, qui habet pro ſe opinionem illuſtriũ doctorũ, & à pœna excuſatur.*
166 *Procurator in criminalibus recipitur ad allegandas abſentia cauſas, non ad merita cauſa deducenda.*
167 *An pro incarcerato procurator recipiatur.*
168 *Satiſdatio non recipitur in criminalibus.*
169 *Teſtes & rei non per notarium, ſed à iudice ſunt in criminalibus examinandi.*
170 *Propter quod unumquodq; tale, illud magis tale.*
171 *Procurator in criminalibus admittitur, nõ ut dominus litis, ſed ut defenſor.*
172 *Nemo ſe ad pœnam, torturã, carceres, pro alio poteſt obligare.*
173 *Carcer quomodo cuſtodia, quomodo pœna.*
174 *Carceratus quatenus ꝓ praſente habeatur.*
175 *Reus, etiam per procuratorem litigans, in momẽtis criminalium eſt corãm ſiſtẽdus.*
176 *Vbi procurator non admittitur, recipitur defenſor.*
177 *Defenſio nec diabolo deneganda.*
178 *À grauamine denegata defenſionis appellari poteſt.*
179 *Iudex pro defenſione rei debet laborare.*

IN hac appellationis ab incarceratione factæ cauſa, quinq; potiſsimùm quæruntnr. Primò, an dominus ſuperior, ad quem eſt prouocatum, poſſit & potuerit de facto captiuum appellantẽ eximere manibus, & cuſtodiæ magiſtratus inferioris, à quo appellatum eſt. Secundò, an ſuperiori, ad qnem prouocatum eſt, permiſſum ſit, diplomate Cæſ. Maieſt. non obſtante, appellationem proſequi, & terminũ iuſtificationis exequi. Tertiò, an potuerit talis iuſtificatio fieri in curia inferioris, à quo eſt prouocatum. Quartò, an iudex inferior, qui appellationi non detulit, puniri à ſuperiore, & qua pœna poſſit. Poſtremò, num procurator pro hoc incarcerato admitti poſſit & debeat.

1. DE prima quæſtione uidetur ſtatuendũ,
dominio ſuperiori non fuiſſe ſolutum
captiuum appellãtem à carceribus inferioris
uaſalli & magiſtratus relaxare: nam
2 † appellans ab incarceratione, nõ eſt propterea
relaxandus, ſed in cuſtodia detinendus,
donec iniuſtitia incarcerationis fuerit approbata,
l. ab executione. ubi Bart. nu. 3. hoc not.
quem ſequitur ibid. Ang. C. quorũ appel. non
recip. & not. in c. dilectus. 55. ex. de appel. per
illũ text. quia ibi quamuis appellano ab incarceratione
eſſet facta, tamẽ nihilominus captiuus
in uinculis fuit retentus, ut habẽt uerba
tex. quũ presbiter ſ̃. dictus adhuc in uinculo
2 tenebatur, &c. & † in cuſtodia inferioris,
in & ex qua fuit appellatum, detinendus, per
d. c. dilectus. l. eos. §. ſuper ijs. uerb. retentis in
cuſtodia reis. C. de appel. Cùm enim text. dicat
retineri in cuſtodia reos, & non remitti ad
iudicem Ad quem, ſequitur, à iudice A`quo,
retineri: ita Bal. in auth. ſi quis. numer. 2. C. de
epiſc. aud. Nam & ad illum præcipuẽ pertinet
executio, & eò remitiẽdus eſt reus, ſi in appellatione
ſuccubuerit, Bal. in d. auth. ſi quis. n. 2.
Zab. in cle. 1. in prin. n. 55. q. 6. de ex. præl. per
c. ſi iudex. in fin. de ſen. excom. lib. 6. eoq; hoc
iudicio pendente nihil eſt mutandum, Innoc.
in c. ut famæ. num. 1. de ſent. excom. per tot. tit.
C. utrùm pend. app. c. ſignificaſti. de appel &
geſta per iudicem A`quo, interea tenent, Zabar.
in cle. 1. in prin. n. 55. q. 6. de exceſ. prælat.
3 c. omnino ſolum. de appel. lib. 6. Eſt † autem
probabiliùs diſputatur, an cùm à definitiua
appellatum eſt, captiuus ad iudicẽ Ad quem,
non ſit remittendus, cùm tota iuriſdictio ad
eum deuoluta, proceſſus ſit remittendus, c. 1.
de app. lib. 6. l. 2. ubi Dd. C. de edend. carcera-
4 tio † autem de proceſſu eſſe perhibeatur, per
cle. 1. de hæret. tamen ferè extra dubiũ eſt, poſt
interpoſitam ab interlocutoria, uel præiudiciali
incarcerationis grauamine prouocationem,
nihilominus captiuum à iudice A`quo,
donec articulus appellationis fuerit diſcuſſus,
poſſe retineri, Zab. præal. loc. Guid. Pap.
deciſ. 43. cum materia. nu. 39. ita dicit de facto
& conſuetudine ſeruari, deciſ. 253. ſi quis incarceratus.
in fin. & deciſ. 237. iudex. in fin. &
deciſ. Tholoſ. 100. ſi poſitiones. ubi Aufre. in
addit. per multa quæ allegat. Ac ſanè ſi ſuperior
hîc aliud decernat, iam hoc ipſo ſtatim
ſuper meritis & iuſtificatione appellationis,
quæ de incarceratiõe eſt inſtituta, cognoſcet:
cùm tamen ſuper meritis & materialibus appellationis
non ſit pronunciandum, niſi demum
appellatione iuſtificata, atq; cauſa cognita,
citatiſq; partibus. Pro eodem facit ualidè
ratio, quam tradit Anch. in cle. frequens.
in 6. notab. de exceſſ. præl. Quæritur, inquit,
Iudex carcerauit aliquẽ, qui dicitur deliquiſſe:
is appellauit ab eius interlocutoria: hoc
grauamine, utrùm pendẽte appellatione debeat
cuſtodiri per iudicem A`quo? an uerò
cuſtodiri debeat à iudice Ad quẽ, & ad illum
remitti? Ego, ait, parum dubito, cùm appellatur
à grauamine, uel ſententia interlocutoria,
quin interim dũ iuſtitia uel iniuſtitia appellationis
diſcutitur, cuſtodiri debeat per
iudicẽ A`quo: quia geſta per ipſum ante talẽ
appellationẽ interpoſitam, non poteſt iudex
Ad quem, ad ſuam iuriſdictionem reuocare:
ergo nec ſimiliter cuſtodiam carcerati, c. non
ſolùm. de app. lib 6. c. ut debitus. de app. Ac-
5 cedit & illa ratio, quia † licet ſuperior poſsit
ſubditum iniuſtẽ detentum repetere, tamen
hoc debet facere, nõ facto proprio, uia executionis,
nec ſibi ita ius dicere, ſed coram iudicẽ
competẽti uia iuris ordinaria id petere & conſequi
eum oportet, d. c. dilectis. ubi hoc expreſſim
not. Imol. num. 20. ex de app. His tamen
non obſtantibus contrarium de iure uerius
eſt, ſcilicet quòd dictus domin⁹ ſuperior Ad
quem, pro circumſtãtia huius facti, proq; ſua
authoritate atq; ſuperioritate captiuum appellantem
cuſtodiæ eximere, & data cautione
6 liberare potuerit. Nam † illud extra dubium
eſt, ab incarceratione unumquenq; appellare
poſſe, non modò intra decem dies, ſed ſemper
& quamdiu incarceratio durat, quia ſemper
præſens eſt, & inſtat tale grauamẽ, Bal. in
l. a. num. 6. C. de epiſc. aud & in l. 1. num. 5. C.
ſent. reſ. non poſſe, per doctrinam Spec. in tit.
de app. §. reſtat. nu. 4. & 5. & eſt de mẽte Bart.
in l. 2. num. 12. & 14. de app. recip. & ita dicit,
quòd uiderit obſeruari Guido Pap. dec. 236.
Rom. latè ſingul. 496. accuſatus ſed quid ſi.
7 in fin. Quod † autẽ ita appellans ita nõ poſsit
detineri, niſi ad petitionem iudicis Ad quem,
& quòd illo mandãte ac inhibente, ſit uel relaxandus,
uel remittendus ad iudicẽ Ad quẽ,
nec detineri ulteriùs poſsit à iudice, A`quo,
eſt cõmunis ſentẽtia ſcribentium, Bart. Bald.
Sal. in l. eos. §. ſuper his. C. de appellat. & Baldus
in l. ſecunda, numero uigeſimo ſexto, C.
de epiſc. audient. ad idem Baldus in l. furti. §.

primo,

primo, numero ſexto, in fin. ff. de his qui no-
tantur infamia, Anton. de ſ. Georg. in cap. ſu-
per eo. numero undecimo, extrà de appella-
8 tionib. Et † ratio eſt, quia carceratio eſt pars
proceſſus, ut ſuprà dictum eſt, Angel. in tract.
malef. uerb. præſente Caio. numero decimo-
ſexto, Angel. & Zab. cle. 1. de exceſsib. prælat.
Felin. in c. quoniam cõtra. num. 8. de probat.
per clem. 1. de hæret. & alia quæ alleg. Boſſ. re-
miſsiuè in pract. tit. de carcer. nu. 83. clemen. 1.
9 poſt princ. de hæret. Vt † igitur reliqua acta
proceſſus debẽt ad iudicem Ad quem, tranſ-
mitti, l. 2. C. de eden. cum ſimil. ita & perſona
incarcerati, maximè quando cauſa crimina-
lis diſceptanda, propter quam incarceratio
facta eſt, in qua procurator nõ tam facilè ad-
mittitur, l. 1. an per al. cauſ. appel. & certè com-
modiùs reus p ſe agere poteſt, quàm per pro-
curatorem: & cui in ſumma meliùs eſt coràm
eſſe apud iudicem Ad quem, & in illius cuſto-
dia teneri, quàm ex carcere iudicis A` quo,
per tanta locorum interualla reſpondere. De-
10 inde † quando appellatur ab interlocutoria,
ſeu à præcepto totius cauſæ, nõ modò huius
incidentis, ſed etiam principalis cognitio &
executio defertur ad ſuperiorem, & planè li-
gantur manus inferioris iudicis, ita ut nulla
in parte ad eum cauſa ſpectare amplius poſ-
ſit: præſertim quando iudex Ad quem, eſt or-
dinarius, & appellationem recepit ut iuſtam,
& inhibitionem fecit, cognito probabilẽ eſſe
cauſam appellationis, ſicuti facere poteſt, etiã
antè quàm de ueritate cauſæ conſtet, Ant. de
ſ. Georg. poſt alios in c. dilecti filij. 13. de ap-
pel. & ad ſe negocium totũ reuocat, ut etiam
de principali cognoſcat: id quod fieri poteſt,
& in præſenti cauſa factũ eſt, cap. ut noſtrum.
56. ubi gl. fin. de app. Tunc enim ligantur ma-
nus iudici A quo, ut nihil amplius in cauſa
agere, ſtatuere poſsit, & tota cauſa principalis
deuoluitur ad iudicẽ ſuperiorem, ut eſt com-
munis concluſio, quam latè perſequitur An-
ton. de ſ. Georg. in cap. ſuper his. num. 2. c. per
tuas. 58. c. ut debitus. 59. nu. 28. per gloſſ. fin.
ibi de appell. Vnde & Schurff. conſil. 60. præ-
ſens. num. 9. centur. 1. dicit, hunc præcipuum
effectum eſſe appellationis ab interlocutoria
ſeu grauamine inſtitutæ, quòd tota cauſæ co-
gnitio deuoluatur ad ſuperiorem, per cap. ſi à
iudice. de appel. in 6. Quare cùm tota cauſæ
cognitio hîc ad dominum ordinarium ſupe-
riorem, ad quem prouocatum eſt, peruene-
rit, iſq; inhibitionem fecerit, & iuxta iuris diſ-
poſitionem recepta appellatione reum carce-
ratum ad ſe trãſmitti, & coram ſe cauſam agi
poſtulauerit, apparet iudicem A quo, inde-
bitè feciſſe, quòd nec appellationi detulerit,
neq; reum ad præceptum ſuperioris cuſtodiæ
11 iudicis Ad quem, tranſmiſerit licuitq; † ſupe-
riori, propterea quòd inferior non detulerit
appellationi, in ea procedere, l. chirographis.
§. fin. de admin. tut. Card. Zab. in cle. 1. nu. 6.
12 de dol. & contumac. Nam † ſicut iudex Ad
quem, poteſt appellantem ſtatim, etiam ante
cauſam cognitã, abſoluere à ſentẽtia excom-
municationis ſub cautione de ſtando iuri, c.
qua fronte. ubi Canon. de appel. ita nihil cau-
ſæ eſt, qua de non poſsit etiam relaxare ab in-
carceratione, præſertim notoriè & euidenter
iniuſta. Eſt enim iniuſtiſsimum, pro uerbali
iniuria (quæ tamen hîc dicta negatur) incar-
cerare aliquẽ: præſertim eum qui offerat, pro-
ut hîc eſt factum, talem cautionem & ſatiſda-
tionem, quæ pro iudicio ſiſti & iudicato ſol-
uendo plenè ſuffectura erat, per ea quæ tra-
duntur in l. 1. de cuſt. reor. ubi Bar. & Dd. Boſſ.
13 de car. fideiuſſ. Et † cùm iudex appellationis
poſsit cogere iudicem A quo, ut ſibi remittat
acta primæ inſtantiæ, l. 2. ubi Bar. C. de edend.
per l. 2. ut lit. pend. certè eadem ratione coge-
re poteſt, ut remittat aut relaxet illi perſonam
appellantis, argumento à rebus ad perſonas
ſumpto, l. qui furere. de ſta. hom. ita in termi-
nis, nempe quòd appellans iniuſtè incarcera-
tus, ſeu detentus, poſsit incontinenti relaxa-
ri, tenet Ant. de ſ. Georg. in cap ad noſtram.
num. 3. extrà de appel. per not. Bald. ad Spec.
de appel. & quæ tradit idem Bald. in l. ab exe-
cutione. num. 6 quorum appel. non recip. ex
doctrina Bald. definientis, quòd quãdo exe-
14 cutio † facta, apparet iniuſtà, ſtatim poſt in-
terpoſitam appellationem debeat reuocari,
Bald. l. ab executione. per l. 3. §. ſi cauſa. de bo-
nor. poſſ. & l. minor. de euict. Cùm itaq; ad in-
ſtantiam, & præceptum iudicis Ad quem, no-
luerit curia inferior A qua, incarceratum re-
laxare, neq; eum appellantem, quamuis ido-
nea cautione oblata, tranſmittere ad ſuperio-
rem, liquet, quòd hoc potuerit ſuperior face-
re: quia, ut dictum eſt, quando inferior nõ de-
fert appellationi, poteſt nihilomin' ſuperior
procedere in cauſa, & facere omnia, quæ infe-
rior facere potuiſſet: quia loco eius ſuccedit, l.
penult. ff. iud. ſolui, Iaſon in l. imperium. nu-
mero uigeſimo nono, de iuriſd. om. iud. Guſ.
Pap. deciſ. 237. iudex. in pri. & deciſ. 426. cum
materia. numero ſexto, per l. inter. in princ. ff.
de uſur. cap. Raynutius. in fi. de teſtam. Spec.
tit. de expenſ. §. nunc uidendũ. uerſ. not. quòd
15 expenſæ. deciſ. Rot. 5. de tranſac. poſſ. Sed † &
quòd incarceratus ob cauſam nõ capitalem,
& ex qua non uenit imponenda pœna corpo-
ris afflictiua, regulariter ſit ſub fideiuſsione
relaxandus, eſt communis doctrina in l. 1. ff &
C. de cuſtod. reor. & in terminis. quòd in tali
caſu, data cautione, iudex appellationis de-
beat reum appellantem relaxare; teſtatur de-
ciſum eſſe D. Franc. Mart. Gratiop. deciſ. non-
genteſima decimaſeptima, quæritur. num. 2.
per doctrinam Ang. d. leg. eos. §. ſuper his. C.
de appellat. Vt igitur inferior potuiſſet, ac ob
lata ſufficienti cautione debuiſſet (cùm cau-
ſa non ſit hîc capitalis) appellantem relaxa-
re: ita multò magis potuit idem, atq; adeò de-

X 2 buit

buit etiam facere ſuperior, ad quem nũc pro-
16 ceſſus & cognitio deuoluta eſt. Nam † talis re-
laxatio non modò in prima inſtãtia fieri po-
teſt, ſed etiam in cauſa appellationis, Boſſ. in
pract. cri. tit. de carcer. fideiuſſ. nu. 1. in qua co-
gnitione & iuriſdictione ſua quoniã d. iudex
Ad quẽ, ab inferiore ſuo uaſallo, & iudice A
quo, impeditus fuit, qui nec deferre appella-
tioni, nec reum appellantem relaxare uoluit,
ideo licuit domino ſuperiori eum cogere ad
parendum, & per uim iuriſdictionẽ ſuam de-
fendere, & relaxationem, uelut executionem,
manu militari exequi ac perficere, l. qui reſti-
tuere. de rei uend. l. pen. ne ius fiat ei, &c. Po-
17 teſt † enim iudex inferiores iuriſdictionem
ſuam impedientes de facto uiolare, & per uim
ſuam iuriſdictionem tueri ac exequi, l. quem-
admodum. 29. §. magiſtratus. ubi Bald. ad l.
Aquil. Bal. in auth. omnino. C. ne ux. pro mar.
Hipp. laid in prac. crim. §. aggredior. nu. 78. &
in l. lege. in princ. & no. 78. ad l. Corn. de ſicar.
Iaſ. in l. quo minus. num. 100. de flum. Chaſſ.
in conſuet. Burg. tit. de inſtit. §. 7. num. 12. cum
18 ibi alleg. Et † cùm iniuſtè iudici non deferen-
ti appellationi, & nihilominus exequi uolẽti,
etiam ab inferioribus de facto reſiſti poſsit,
præſertim in criminalibus, tex. in l. quoniam
iudices. 21. ubi gl. ad uerb. reſtiterit. C. de ap-
pel. Bald. in l. addictos. num. 1. & 2. C. de epiſc.
aud. multò poteſt magis ſuperior ei reſiſtere,
& de facto eius executionẽ impedire. Ex qui-
bus omnibus liquet, hanc executionem, ſeu
relaxationem carceris, utpote notoriè iniu-
ſtam, iuſtè & licitè à iudice Ad quem, ut ordi-
nario, factam eſſe. Nec obſtat, quod ſuperiùs
obiectum eſt, Canoniſtas dicere incarceratũ
appellantem in carceribus iudicis A quo, de-
tinendum eſſe. Nam primùm etſi hoc Cano-
niſtæ ſimpliciter uellẽt, tamen reſpõderi poſ-
ſet, quia ſumus in terris Imperij, non in foro
19 Eccleſiaſtico, quòd † non Canoniſtarum, ſed
Legiſtarum ſentẽtia nobis eſſet hîc attenden-
da, Caſtr. in auth. at qui ſemel. num. 10. C. de
probat. per not. in c. fi. de arb. lib. 6. & in l. pri-
uilegia. C. de ſacr. eccleſ. & in cap. 1. ubi Dd. de
oper. nou. nunc. Sed non hoc uelle Canoni-
ſtas, imò loqui eos in ijs terminis, donec ſcili-
cet iudex Ad quem, nõ præcipit, ut tranſmit-
tatur reus, patet ex traditis p Ant. de ſ. Georg.
in d. c. ſuper nu. 11. de appel. in uerb. debet re-
tinere incarceratũ, quouſq; iuſſerit iudex Ad
20 quem. Itaq; † ſi iudex Ad quẽ, iuſſerit remitti,
uel relaxari, parendũ eſt iubenti, & illam Ca-
noniſtarum theoricã tali caſu ceſſare palàm
eſt: quo modo etiam diſtinguit Bald. in d. l. 2.
nu. 6. C. de epiſc. aud. Veritas, inquit, eſt, quòd
non tenetur dimittere, donec ſibi mandetur
per iudicem Ad quem, & in l. minimè. num. 2.
C. de appell. inquit, quòd iudex A quo, deti-
net in carcere, donec ſit tempus mittendi ad
iudicem Ad quem: & addit poſtremò, quòd
in hoc ſit obediendum iudici appellationis,
tanquam ſuperiori. Sic Bar. in d. l. eos. §. ſuper
his. Intellige, inquit, quòd detinetur in carce-
re ad petitionem iudicis, ad quem eſt appel-
latum: ideoq; Salic. etiam tex. illum ſupplet
in uerb. retentis. addẽs, & ad ſuperiorẽ tranſ-
miſsis. ſic & Innoc. in c. ut famæ. nu. 3. de ſent.
excom. Tamen poſſet detineri in carcere, in-
quit, quouſq; præſentetur ſuperior, &c. Vnde
& Guid. Pap. deciſ. 237. incip. iudex. in fin. do-
cet hoc dictum, uidelicet quòd reus in carce-
re detineatur per iudicem A quo, procedere:
niſi iudex cauſæ appellationis ex cauſa ipſum
mouente, mandaret ſibi remitti per iudicem
A quo: & Io. Aufre. in addit. ad deciſ. Tho-
loſ. deciſ. 273. item fuit. in fi. dicit ſe obtinuiſſe,
& ſic iudicatum fuiſſe in parlamento: quòd
21 † iudex inferior, qui recuſauerat primò mit-
tere incarceratum ad iudicem Ad quem, coa-
ctus fuerit poſtea mittere ſuis proprijs expen-
ſis, per doctrinam Bald. in l. generalem. § his
de præſentibus. in fin. C. de reb cred ubi Bal.
dicit, Incarceratum remitti ſuis expenſis, ſcili-
cet ad Principẽ, ad quem appellauit: idemq;
tenet Bouer. in ſing. 3. incip. carcer & tormen-
ta. inter alia allegãs exemplum apoſtoli Pau-
li, qui ex uinculis prouocans ad Cæſarem, ad
eum fuit remiſſus: & idẽ obtinere, etiamſi non
à principali cauſa, ſed tantùm ab ipſa incar-
ceratione appelletur, tenet Thom. Gram. de-
ciſ. Neap. 14. in cauſa. num. 8. & latè Franciſ.
Mar. deciſ. Grat. 917. quæritur. per totum. ubi
decidit, remanere in carcere iudicis A quo,
appellantem oportere, per doctrinam Bar in
l. eos. C. de appel. donec ſcilicet illi iudici ali-
ter mandetur, & niſi fuerit aliter ordinatũ per
iudicem Ad quem: hæc enim ſunt eius uerba,
qui & hoc ſingulariter addit, Quòd quando
iudex A quo, & iudex Ad quem, ſunt eiuſdẽ
territorij, ut in noſtro caſu, tunc appellans de-
beat detineri in cuſtodia iudicis Ad quẽ, per
iura ibi allegata, quæ fuit originalis opinio
Angel. & Auguſt. in tract. malef. ad uerb. præ-
ſente d. Caio. nu. 16 Ex quibus omnibus ap-
paret, hanc rem totam, etiã ipſos Canoniſtas
arbitrio ſuperioris relinquere, cuius appella-
tioni ut inferior deferre, ita & inhibitione &
mandato de tranſmittẽdis tam litigatoribus,
quàm actis parére debet, per ea quæ ſuprà di-
cta ſunt ex l. 2. ubi Bar. Bald. & Dd. C. de eden.
Non obſtat ſecundò, quod dictũ eſt iudicem
ſuperiorem non poſſe ſibi ipſi ius dicere, & de
facto ſubditum alterius carceri, uel poteſtati
eximere, ſed uia ordinaria debere ius ſuũ per-
ſequi: non enim in eiuſmodi terminis hîc ſu-
mus, quia hic iudex Ad quem, non ius ſibi di-
cit, ſed parti grauatæ, & propter grauamen ad
ordinarium ſuperiorem appellãti: nec ſuum
ſubditum alterius iuriſdictioni eximit, ſed ui
ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, quam uirtute ſu-
perioritatis & interpoſitæ appellatiõis in cau-
ſa habet: procedit uia iuris in appellatione,
& relaxat à cuſtodia incarceratum ſub cau-
tione,

tione, ſicut quilibet ordinarius relaxandi, ue-
lut & incarcerandi poteſtatem habet: quare
non magis debet uideri uim facere, quàm ſi
ſententiam appellationis exequeretur, ſicuti
22 † & exequi poteſt, l. præcipimus. §. officijs. ubi
Bart. l. eos. in princ. ubi gl. & Bart. nu. 12. C. de
appellat. Nemini enim uim aut iniuriam fa-
cit, qui ſuo iure utitur, l. factum. 197. §. 1. ubi
23 Cag. de reg. iur. Et † iuris executio non habet
iniuriam, l. iniuriarum. 13. §. 1. l. quod Reipub.
cum l. ſeq. de iniur. Et hæc quidem ad diluci-
dationem primæ quæſtionis dicta ſufficiant.
II Quod ad ſecundã quæſtionem attinet, an
nõ obſtante Cæſ. Maieſt. diplomate ſuperior
ꝓcedere potuerit? uidetur primo intuitu di-
cendum, quòd non. Nam quemadmodum
ipſe ſuperior per inhibitionem & præceptum
potuit ligare manus inferioris iudicis, prout
ſ. eſt deductum: ita uidetur Cæſ. Maieſt. utpo-
te iudicem supremũ, per mandatũ ſuum po-
tuiſſe ligare manus iudicis Ad quem, & præ-
dictam cauſæ cognitionẽ ui ſummæ poteſta-
tis inhibere. Etenim ſacrilegij inſtar eſt, non
obedire mandatis Principũ, l. ſacrilegij. 5. C.
de diuerſ. reſcrip. & cùm Imperator poſsit au-
ferre officiũ, ſeu iuriſdictionẽ inferiori ratio-
ne ſupremæ poteſtatis, Bal. in l. reſcripta. n. 13.
C. de precib. Imp. off. multò magis poteſt eã
24 impedire, iuxta regulã, quòd † maioris iuriſ-
dictio faciat ceſſare iuriſdictionem minoris,
Bart. in l. fin. num. 2. de off. proconſ. & leg. Nec
25 † poteſt dici, quòd hæ literæ ſint obreptitiæ,
per quas diploma illud impetratum eſt: pro-
pterea quòd cauſa appellationis in narratio-
ne ſupplicationis ſit omiſſa: nam etiamſi hæc
omittatur, nõ tamẽ propterea reſcripta ſuper
eiuſmodi narratione impetrata, ſunt nulla,
Innoc. in c. ex literis. nu. 1. de off. & pot. iud. de-
leg. Dd. c. ex parte. de for. comp. Quanquã nõ
eſſe omiſſam apparet, ſed tantùm hoc addi-
tum, nõ ſolere ex talibus cauſis ad dictũ ſupe-
26 riorem appellari: & † ut maximè eſsẽt hæ ſur-
reptitiæ literæ, tamen certũ eſt, reſcripta ad li-
tes, quamuis ſubreptitia uel obreptitia, non
eſſe omnino nulla, ſed reſcindi ope exceptio-
nis, cauſa demũ cognita, ut eſt cõmunis opi-
nio Canon. c. cæterùm. ubi Panor. nu. 6. dicit
hanc eſſe communem, de reſcrip. per c. ad au-
dientiam. 2. eod. tit. c. ut debitus. de appellat.
idq; ſequuntur domini de Rota tit. de off. de-
27 leg. deciſ. 13. ſi cauſa. n. 2. in deciſ. no. adeò † ut
niſi reſcindãtur oppoſita exceptione eiuſmo-
di reſcripta, dent & adimãt iuriſdictionẽ, Pan.
in d. c. cæterùm. nu. 6. deciſ. Rot. 60. ſi in cauſa.
rub. de appel. in deciſ. no. latè Bellamer. deciſ.
Rot. 84 executorialia. per totũ, Cor. conſ. 236.
licet. n. 11. uol. 1. Rom. conſ. 330. circa primum,
nu. 3. & eſt originalis ſentẽtia Bar. in l. 2. n. 1. 2.
3. 4. C. ſi contra ius, uel util. pub. Idq; maximè
procedit, quando reſcriptum nõ pertinet ad
deciſionem litis ſtatim faciendam, ſed ſolùm
ad præparatoria, & ad proceſſum ordinan-
dum, ut elegãter diſtinguit Bal. in l. 1. in fin. C.
de colluſ. detegen. ſequitur Iaſ. in l. 2. n. 22. C. ſi
cõtra ius, uel util. pub. Rom. d. conſ. 330. circa.
nu. 4. Et quòd reſcripta, præſertim præſenta-
ta, ſuſpendãt proceſſum cauſæ incboatum &
iuriſdictionẽ, tenent Bald. in l. 1. in princ. C. ut
lit. pend. & in l. mandatũ. ubi Cyn. & Salic. C.
mand. Innoc. in c. audita. de reſt. ſpol. Fel. in c.
cæterùm. nu. 11. de reſcrip. per multa iura ibi
per eũ allegata. Etſi autẽ hæ rationes tam ſpe-
cioſæ ſunt atq; prægnãtes, ut iudiciũ minimè
hebes in hãc partem inclinare poſsint: tamen
quæ contradici, & quid pro facto ſuperioris,
qui non obſtãte tali diplomate, in appellatio
nis proceſſu, & iuſtificatione proceſsit, pur-
gando & tuendo allegari poſsit, ex ſolidis iu-
28 ris fundamẽtis conabor afferre. Et † in primis
cõſtat, iure ſaltẽ ciuili, ſi nõ Canonico, omnes
literas Principũ ſurreptitias atq; obreptitias,
eſſe ipſo iure nullas, nec ullũ habere effectũ, l.
etſi legib. C. ſi cont. ius uel util. pub. in uerb.
mendax precator careat penitùs impetratis.
l. 1. C. de colluſ. detegen. l. ſi quis obrepſerit. ad
l. Cor. de falſ. c. cæterùm. c. ſuper literis. & paſ-
ſim, tot. tit. ex. de reſcrip. l. ſed ſi hac. §. præco-
num. ubi glo. ad uerb. per obreptionẽ. & Dd.
de in ius uocan. Corn. conſ. 45. in hac. nu. 7.
uol. 2. quia cum iuſtitia cõgruere debẽt, & ue-
ritate, & eatenus ſunt accipiendæ ac interpre-
29 tandæ, Mynſing. obſ. 8. cent. 4. Dicũtur † au-
tẽ literæ ſubreptitiæ, in quibus omittitur ali-
quod ſubſtantiale, quod ſi princeps ſciuiſſet,
nõ fuiſſet cõceſſurus: ut cùm omittitur aliqd
de proceſſu, d. c. cæterùm. de reſcrip. ubi Pan.
nu. 3. & Dd. in d. c. ſuper literis. ubi Innoc. Pa-
nor. latè Fel. nu. 8. & cõmuniter Dd. & in c. in-
ter monaſteriũ. de re iudic. Quæ qdẽ omnia
non ſunt in genere & indefinitè exprimenda,
ſed ſpecificè & ſpeciatim atq; diſtinctè, &, ut
loquitur Fel. expreſsim: alioqui adhuc reſcri-
ptũ dicitur nullũ, c. cùm dilect. ubi Pan. in 2.
not. c. poſtulaſti. de reſcr. Fel. in c. cæterùm. nu.
2. eo. tit. per doctrinã Inn. in c. ex literis. de off.
deleg. c. ex literis. de dol. & cont. Corn. cõſ. 45.
in hac cõſultatione. n. 14. uol. 2. & cõſ. 227. ui-
30 detur. nu. 9. eo. uol. Nec † enĩ dicitẽ fieri certior,
cui nõ oẽs rei circũſtantiæ atq; cauſæ dilucidè
exponunĩ, Tiraq. de retrac. prox. §. 36. gl. 2. nu.
30. per clem. cauſam. ubi Imol. de elec. c. cõcer-
tationi. ubi gl. uerb. ſciuerit. de app. in 6. cum
31 alijs quæ allegat. Ac † nominatim ꝙ proceſ-
ſus inchoatus, & appellatio, præſertim ab in-
terlocutoria, cũ omnibus ſuis cauſis ſit narra
tioni inſerẽda, & alioquin reſcriptũ reddatur
obreptitiũ & nullũ, oſtendit tex. in c. ex parte.
de foro. cõp. & tenẽt ipſe Innoc. & Dd. plerīq;
in c. ex parte. 2. in gl. uerbi, appellatione. de re
ſcrip. & c. dilecti. de maior. & obed. Fel. in d. c.
cæterùm. n. 2. & 4. de reſcr. ꝑ c. inter. de re iud.
Ro. d. conſ. 330. circa prin. nu. 2. ubi dicit, Inn.
opinionẽ in d. c. ex literis. de reſcr. quæ ſ. poſi
ta eſt, cõmuniter reprobari, & hîc teneri, ꝙ ap

X 3 pellatio

pellatio cũ omnibus cauſis ſit in narratione
exprimẽda, & idem tenet Anch. in c. concerta-
tione. de app. lib. 6. & ita deciſum eſt in deciſ.
Rot. 499. per tex. ubi uidetur eſſe caſus, in d. c.
ex parte 2. de reſcrip. Corn. cõſ. 136. nu. 4. uol.
32 4. Sicut † & alia reſcripta, per quæ quis impe-
trauit ſuſpenſionẽ litis, uel alios iudices, non
facta mẽtione eiuſdẽ litis & omnium circum-
ſtantiarum, ſunt ipſo iure nulla: quod probãt
aperti (ut Dd. authoritates intermittam) text.
in c. cæterùm. 3. de reſcrip. & c. ſuper literis. eo.
tit. c. 1. & c. fi. ut lit. pend. & ſingulariter Bauer.
in ſuis ſingul. ad uerb. reſcriptũ. nu. 6. per not.
33 Hen. Boich. in d. c. ſuper literis. Illud † quoq;
certi iuris eſt, quando reſcriptũ habet ſolennẽ
clauſulam Si preces ueritate nitãtur, ſicuti ha-
bere debet & ſolet, l. ult. C. de diuerſ. reſcr. ubi
Dd. tũc deficiente cõditione deficere reſcripti
obligationem, ſicuti regulare eſt in omnibus
obligationibus cõditionalibus, Bart. in l. 2. n.
2. C. ſi contra ius uel util. pub. p c. cùm ad præ-
ſens. ff. ſi cert. pet. In præſente autẽ cauſa iudex
A quo, appellationis inſtitutæ mẽnonẽ qui-
dẽ fecit in literis ad Camerã Spirenſem datis,
ſed ita tamẽ, ut inficiaretur ius prouocãdi ad
d. ſuperiorẽ hoc caſu cõpetere: & in ſupplice
libello ad Cæſ. Maieſt. miſſo, ſuper quo d. man
datũ inhibitionis eſt impetratũ, quodq; ſolũ
hîc attẽdi debet, nullũ apparet, nec in genere,
neq; in ſpecie uel iuris ac ſuperioritatis, quæ
iudici Ad quẽ, iſto caſu cõpetit, uel appellatio
nis à captiuo inſtitutæ mẽtionem factam eſſe.
Cùm igitũ ex utroq; capite reſcriptũ hoc nullũ
ſit, & quia ius appellationis d. ſuperiori debi-
tum, & hactenus pacificẽ uſurpatũ, itẽ appel-
latio obtentu huius iuris à captiuo inſtituta,
unà cũ mandatis & inhibitionibus inſecutis,
ne uerbo quidẽ ſunt in impetratione attacta,
& quoniam cõditio adiectæ in reſcripto clau-
ſulæ Si preces ueritate nitantur, deficit, his de
cauſis apparet reſcriptũ omnino per ſ. dicta
nullũ eſſe, & inualidũ, & p conſequẽs, cùm qđ
nullũ eſt, nullũ poſsit pârere effectũ, l. non du
bium. 5. ubi Dd. C. de legib. l. nõ putauit. l. nõ
quæuis. ubi Bar. de bon. poſ. cõt. tab. l. 4. §. con
demnatũ. de re iud. Soc. conſ. 115. uidebatũ. nu.
34 15. uol. 4. per † hoc non fuiſſe ligatas manus
iudici Ad quẽ, quin procedere in cauſa potue
rit: maximè cùm negocium ante reſcripti miſ-
ſionẽ fuerit inchoatũ, & ad ipſum deuolutũ,
per inhibitionẽ & citationẽ factã: text. de hoc
eſt expreſsiſsim⁹ in c. cæterùm. 3. in uerb. prio-
res iudices ad deciſionẽ cauſæ poſſunt ꝓcede-
re. de reſcr. ubi gl. ad uerb. cæterùm. ait ſuffice-
re ad hoc, ut negociũ uideri debeat cœptũ, ſi
ſola citatio interuenerit, p not. in c. ut debitus.
de appel. de quo etiã eſt tex. in c. gratũ. de off.
deleg. Fel. in d. c. cæterùm. n. 2. in 1. limitat. atq;
ita iuriſdictio præuenta & inchoata, c. ult. ubi
Pan. de for. comp. cle. 2. ut lit. pen. Dd. l. 4. 5. de
iuriſd. ut ubi cœptũ, ibi finiri iudiciũ debeat,
l. ubi cœptũ. de iudic. nõ obſtãte reſcripto im-
petrato, lite iã pendente, cõtra tit. C. ut lit. pen.
Quare nihil obſtat, quod dicitũ reſcripto Prin-
cipis obtemperandũ eſſe. Hoc eñ intelligen-
dũ eſt de ualidis mãdatis, & iuri cõformibus,
nõ de ſurreptitijs, aut iuri cõtrarijs, Mynſ. obſ.
8. cent. 4. leg. 2. 7. C. de prec. Imp. off. l. 2. l. ult. &
paſsim, C. ſi cõtra ius, uel util publ. quæq; ius
tertio quæſitũ auferũt: hæc eñ ipſo iure nõ ua
lẽt, l. 2. l. 3. l. pen. C. de precib. Imp. off. l. pen. C.
ſi contra ius, uel util. pub. Quod etiã dicitũ, re-
35 ſcripta † quãuis ſubreptitia, nõ eſſe ipſo iure
nulla, & proinde impediri iuriſdictionẽ, in eo
primùm eſt cõmunis Legiſtarũ opinio cõtra
Bart. in l. 2. C. ſi cõtra ius uel util. publ. Deinde
ut maximè cõfusè & uariè hac in re Dd. utri-
uſq; iuris ꝓcedãt & loquãtur, tñ hoc inter oẽs
36 cõuenit, quãdo † literæ Principis nõ tantùm
ſubreptitiè, id eſt tacita ueritate, ſed etiã ob-
reptitiè, hoc eſt allegata falſitate, per obſcuri-
tatẽ ac inuolucra uerborũ, decepto Principe,
obtinẽtur, tũc ipſo iure nullas eſſe, nec quip-
piam operari: ita Fel. in d. c. ad audientiã. 2. n.
18. in 1. fallent. Aegid. Bell. in deciſ. Rot. deciſ.
84. executorialia. uerſ. itẽ ſecus eſt. p doctrinã
Inno. in c. cùm dilect⁹. de reſcrip. Deinde præ-
dicta Dd. theorica, & omnia iura, quæ allegãt,
loquũtur de iudicib⁹ delegatis ab eodẽ Prin-
cipe, ut ſcilicet ſecũdæ literæ, quãuis ſurrepti-
tiæ, impediãt iuriſdictionẽ prioris, & iuriſdi-
ctionẽ dent ſecũdo iudici delegato, donec op
ponatur. Talia eñ reſcripta nõ ſunt cõtra ius,
ſed prȩter ius, nec cuiquã ius ſuũ auferũt, cùm
ille reuocare & mutare iudicẽ poſsit, q dedit,
l. cùm prȩtor. de iudic. cũ ſimil. Secus uerò eſt,
quãdo aliquis dominus habet & poſsidet or-
dinariã iuriſdictionẽ ui ſui dominij & territo-
rij, quam ad iuriſdictionẽ impediẽdam literæ
37 ſummi Principis impetrãtur. Tales † eñ quo-
niam auferũt ius tertio ſuum, & turbãt poſſeſ-
ſionem, quã dominus ſuperior habet, ideò ſi
ſint ſurreptitiæ, neq; nitãtur ueritate, nihil ua-
lent: cùm, quia derogãt iuri cõmuni, auferẽtes
ius tertiõ nõ audito, c. nõnulli. de reſcr. l. a. C. ſi
contra ius, uel util publ. cũ ſimil. ſ. allegatis:
tum etiã, quia reſcripta Principũ non tollunt,
nec impediunt ius tertij, niſi ex certa ſcientia
ſint conceſſa, l. 2. §. moritur. ne quid in lo. pub.
Iaſ. & Dd. l. beneficia. de conſt. princ. l. quo mi-
nus. de flum. ita limitat alibi ſ. dictã regulam
Fel. in d. c. ad audientiã. 2. nu. 20. in fallen. 6. &
eleganter Bellam. tit. de reſcr. deciſ. 46. incip.
exceptio. per totũ. qui notanter dicit, Cõmiſ-
ſionem lite apud dominum pendẽte factam,
nihil ualere: cùm, quia uerisimile nõ eſt, quòd
Princeps cauſam pendẽtem coram uno iudi-
ce, ab eo uelit auocare, niſi id ex certa ſcientia
faciat: quod facere nõ uidetur, niſi de proceſ-
ſu expreſſam faciat mentionẽ, c. coram. de of-
fic. deleg. c. inter monaſteriũ. de re iudic. tum,
38 quia † tales cauſæ apud huiuſmodi dominos
temporales debẽt tractari, dum modò ipſi in
exhibẽdo iuſtitiam non probentur negligen-
tes,

tes,c.cæterũm.de iudic.c.ex tranſmiſſo.c.licet.
c.ex tenore.de ſor.compet. Vnde fortè cõmiſ-
ſio,inquit, non ualet ipſo iure, niſi fuerit facta
de certa ſcienria:quia contra ius eſſet,& proce
deret de plenitudine poteſtatis: quod non eſt
uerisſimile Principẽ uoluiſſe cõcedere cancel-
lario ſuo, arg eorũ,quæ not. Innoc. in c.inno-
tuit.in fi.de elect.tradens,quòd reſcripta,præ-
ſertim ſubreptitia, iuriſdictioni ordinariæ nõ
derogẽt,& Guid.Pap. deciſ. 320. in hac curia.
q dicit, Reſcripta Principis,quibus parlamen
ti ſeu ordinarij iudicis iuriſdictio atq; execu-
tio impeditur, nõ ſolere attendi, quin ijs non
obſtantibus fiat executio:quæ uera eſſe, & ra-
39 tioni cõſentanea dubium nõ eſt. Neq; † enim
reſcripta intelliguntur derogare iuri cõmuni,
uel auferre ius tertio,Corn.dict. conſ.236.nu.
5.uol.1.& conſil.220.nu.21. uol.2. & 342. nu.
28.uol.1.& conſ.90.nu.8.uol.4.& conſil.245.
nu.3. uol.1. ſed ſecundum ius commune acci-
pienda ſunt, conſil.17.uiſo proceſſu. num.28.
uol.2. & ita ne tertio ius ſuum auferant, d.l.2.
§.meritò.ne quid in loc.pub. l.ult. C.ſi contra
ius,ubi Dd.& in d.l.beneficia.d.l.quamuis.Et
licet hæc iure Canonico eſſent dubia,quod ta
men non eſt:(nam ne hoc quidem iure intelli
gitur Princeps ius ſuum cuiquam uelle auſer-
re,aut impedire,c.1.c.fin.ut lit.penden.cũ alijs
ſ.allegatis) tamen iure ciuili notiſsimum eſt,
40 reſcripta † pendente lite, præſertim ſubrepti-
tiè imperrata, non ualere,maximè ſi ſint con-
tra ius commune, ita ut alteri non citato, nec
audito ius ſuum auferãt, t.t. C.ut lite penden.
l.2. C.de precibus Imp.offeren l.& ſi. C ſi con-
41 tra ius, uel util.pub. Et † reſcripta eiuſmodi
ſubreptitia,potiſsimùm quæ habent clauſulã
Si preces ueritate nitantur, eſſe ipſo iure nul-
la,nec dare iuriſdictionem,uel adimere,eſt cõ-
munis concluſio in d. l. 2. C.ſi contra ius, uel
42 util. Quare † ut maximè hic foret opinionũ
diſcrepantia,tamen in terris Imperij & ſoro ci
uili cõmunis Legiſtarum opinio eſſet ſequen-
da,ut in hac materia dicit Cyn.quem ſequitur
Iaſon nu.22.in dict.l.2.C.ſi contra ius uel util.
publ. ex communi theorica in c. r. 2. de oper.
noui nunc. Bar.l.priuilegia.nu.2. C.de ſacroſ.
eccleſ. Iaſon in rubr. ſol. matr. num.33. Caſtr.
auth.qui ſemel.num.10.C.de probat.c.ult.de
arbit. in 6. Cùm igitur hic ſimus in terris Im-
perij, & in caſu præſente reſcriptum impedi-
ens iuriſdictionem ordinariam iudicis Ad
quem, habeat clauſulam Si preces ueritate ni
tantur,& in illis precibus maniſeſtum ſit, litis
pendentiam, & iura ſuperioritatis atq; appel-
lationis,quod ſuperior Ad quem,in hac cau-
ſa habet,prætermiſſa & celata eſſe:ideoq; pre-
ces haſce, quibus impetratum hoc diploma
fuit, ueritate non eſſe ſubnixas, colligitur
hinc, deficiente hac cõditione, deficere ipſum
reſcriptum, & eſſe ipſo iure nullum,iuxta do-
ctrinam Bart. in d. l. 2. numer. 2. & per conſe-
quens,non impedire iuriſdictionem ſuperio-
ris, præſertim lite nunc inchoata,inhibitioni-
busq; & citationibus factis: nec abſque certa
ſcientia uoluiſſe Cæſar. Maieſt. per dictum re-
ſcriptum poſſeſsionem ſuperioritatis, & iua
cognoſcendi de appellationibus, quod do-
minus ſuperior hic habet, tanquam ius tertij
interturbare: maximè cùm nec dici, nec pro-
bari queat, iuſtitiã, aut ius à iudice Ad quem,
hac in cauſa cuiquam negatum, aut contra
iuris ordinem proceſſum eſſe. Quamuis au-
tem dictum reſcriptum habeat annexam clau
ſulam iuſtificatoriam, ut ſi putet iudex Ad
quem, ſe eo grauari, de quo Baldus in rub. C.
com.uel epiſt.num.3.etc.tamen hæc ipſa clau-
ſula ius poſſeſsionis d. domino ſuperiori in
ordinaria iuriſdictione auſert, & eum ad quẽ
hactenus, ut ſuperiorem, ita prouocatum eſt,
ex poſſeſſore pacifico actorem conſtituit: id
quod uoluiſſe Cæſar. Maieſt. facere non eſt
præſumendum, l.meminerint. Cod.unde ui,
Menoch.in remed.recup.8.num.52. cum ſeq.
cùm talis eſſe præſumatur, qualis eſſe debet,
Menoch.conſi.1.num.381.& 155.qui nolit ali-
quem mandatum ſuo iure ſpoliare,uel in illo
lædere,ut alij proſit. Menoch conſil.75. num.
65. conſilio 103. num.68. etiam in fauore piæ
cauſæ, Menoch.conſil.36. num.55. nec niſi ex
certa ſcientia facere potuiſſet, ut ſuperiùs eſt
demonſtratum: & dixi fuſiùs conſilio 1. quia
43 † ne reſcripto quidẽ Principis poſſeſsio cui-
quam ſua poteſt auferri, d.l.meminerint. ubi
Dd. C.unde ui,c.licet epiſcopus. de præbend.
in 6. & alioqui ob ſurreptionem & tacitam ue
ritatem ac proceſſum diſsimulatum, ſicut o-
ſtendimus, ipſo iure reſcriptum iſtud eſt nul-
lum. Ideo concludo, non obſtante tali reſcri-
pto,dominum iudicem Ad quem, ut ordina-
rium ſuperiorem, procedere in appellatione,
& iuſtificationem eiuſdem admittere,ac de ea
cognoſcere potuiſſe.
III. Tertiò iam quæritur, an ſuperior Ad quẽ,
potuerit partes citare, & appellationem hanc
pſequi in ipſa ciuitate & curia iudicis A quo?
& an hic non habeat & habuerit iuſtam recu-
ſandi huius proceſſus cauſam, cùm ad debi-
tum locũ citatio non ſit facta,neq; iuriſdictio-
nis exercitium rectè inſtitutum? Et prima fa-
cie uideri poterat, quòd ex eo iuſtam d.iudex
A quo, habuerit recuſandi cauſam, quodq;
d.ſuperior Ad quem, non potuerit in loco &
curia iudicis A quo, appellationis cognitio-
44 nem exercere. Nam † primùm illud conſtat,
quando quis citatur ad non debitum iudicij
locum, uel quoties exercetur non ſolenni &
ſolito loco, toties iudiciũ ipſo iure reddi nul-
lum, nec partem ad comparendum obligari,
l.ſi cùm dies.26.§.penult. de recep.arb. l.ſi lo-
cus.59.de iudic. clem.paſtoralis. de ſenten.&
re iud. ſed debitus & ſolennis locus, in quo
de appellationibus iudex Ad quem, hic co-
gnoſcit,eſt ſua curia,l.præcipimus. trigeſima-
ſecunda, & paſsim tot. tit. Cod. de appellat.

Ergo extra illam citare partes non potuit, nec
45 debuit: quia † ſicut in ea cauſa primæ inſtan-
tiæ locus ſolennis, & more maiorũ inſtitutus,
debet ſeruari, l. pen. ubi Bart. Bal. Caſtr. & Dd.
de iuſtit. & iur. ita & in cauſis ſecundæ inſtan-
tiæ: l. præcipimus. 32. in uerb. in ſacro audito-
rio terminantur. C. de appellat. Et quòd ipſi
quoq; præſides prouinciarum (quibus nunc
ſucceſſerunt duces plærìq; omnes, Iaſ. l. ſtipu-
lationum. 5. in prin. nu. 10. poſt Bar. & Dd. ibi
de uerb. oblig. per gloſ. c. 1. uerb. obſeruatur. ſi
int. dom. & uaſ. lis oriat.) cogantur locum iu-
diciorum, uel antiquitùs inſtitutum, uel à ſe
datum obſeruare, nec poſsint aliò partes euo-
care, ſunt tex. aperti: de loco publico ſolenni,
tex. in l. cùm ſententiã. 6. C. de ſent. & interloc.
om. iud. de loco à præſide dato, in l. ſi, ut ꝓpo-
nis. 5. C. quomodo & quãdo iud. Cùm igitur
hic iudex Ad quẽ, & à maioribus acceperit, &
ipſe locũ appellationum in ſua propria curia
hactenus elegerit & ſeruarit, uidet aliò citare
46 partes, & cognoſcere nõ debuiſſe. Debet † e-
nim ordinari⁹ loci ſedem quoq; ordinariã iu-
riſdictionis in cognoſcẽdo retinere, ut ait Bal.
in l. 1. nu. 4. C. de ſent. ex breuic. recit. Deinde
ut maximè potuiſſet d. ſuperior locum muta-
re, tamen nõ debuit eum locum in Curia iudi-
cis A quo, conſtituere, idq; ex duplici funda-
mento. Nam primò cùm decretum incarcera-
tionis ibi factum ſit, & negociũ primæ inſtan-
tiæ (largo modo loquendo) ibi actum, non ui-
detur ſecunda inſtantia appellationis ibi po-
47 tuiſſe, uel debuiſſe tractari, cùm † abſurdiſsi-
mum ſit eandẽ eſſe & primæ & ſecundę inſtan-
tiæ ſedem, l. 1. ubi Bart. circa fi. ff. quis & à quo
appel. Secundò quoniã ille locus iuſtificatio-
nis eſt proprium iudicis inferioris A quo, do-
micilium: quod quia cuiq; tutiſsimũ eſſe de-
bet refugiũ, ideo ad illud citari ipſe dominus
loci, & eò intrare d. ſuperior Ad quẽ, aut eius
cõſiliarij non debuerũt, l. plerìq;. 18. de in ius
48 uocan. maximè † q; ibidẽ d. inferior A quo,
immediatã habet iuriſdictionẽ: unde in eum
locũ ſe intromittere, & ibi iuriſdictionẽ inuito
domino inferiore ſuperior exercere non de-
buit, c. duo. 9. c. paſtoralis. 11. de off. ord. in 6.
Quanq; enim dominus ſuperior habet iuriſ-
dictionem in tota prouincia, tamen nõ poteſt
illam exercere in territorio, uel loco ſui uaſal-
li, uel baronis ſubditi, ſicut nec archiepiſco-
pus in diœceſi ſui epiſcopi, Panor. nu. 8. & Dd.
in d. c. paſtoralis. per illum tex. de off. ordinar.
& eſt tex. in c. 1. de off. ordinar. in 6. ubi Gom.
not. num. 2. quòd archiepiſcopus non poteſt
ingredi diœceſim ſuorum ſuffraganeorũ, ad
finem, ut aliquid ibi exerceat, quod cõcernat
poteſtatem iudicialem: & poſtea addit num.
4. & iſtud inducit Hoſtien. cõtra Principes &
præſides prouinciarũ, qui quaſi in quolibet
caſtro ſubiecto ſint domini, ita ſubitò ponũt
officiales, licet ibi nõ habeãt iuriſdictionem,
niſi in certis caſibus: cõtra tales facit expreſſè
auth. de defenſ. ciuit. §. non habent licentiam.
cum ſeq. & §. iubemus. de collat. Et iſti meritò
debent prohiberi, quia ſunt oneroſi, & quaſi
per alluuionem latenter ad ſe omnem iuriſdi-
ctionem trahunt, nec percipitur alluuio, quia
latens eſt incremẽtum, §. præterea. Inſt. de rer.
diuiſ. nec potentioribus pares eſſe poſſumus,
l. 2. de alie. iud. mutan. cauſ. fac. Nã unuſquiſq;
debet eſſe contentus ſuis finibus & terminis,
nec alterum etiam in ſui territorij iuriſdictio-
ne impędire, cle. 1. in fi. ubi Zabar. uerſic. pen.
de exceſ. prælat. Facit & pro hoc ratio duplex:
49 nam † primò ſicut archiepiſcopus non po-
teſt iuriſdictionem exercere, & præceptum fa-
cere in hominibus ſubiectis epiſcopo, d. c. pa-
ſtoralis. de off. ordin. ita nec domini terrarum
præcipere, & iuriſdictionem exercere in homi-
nibus ſuorum comitũ uel baronum poſſunt.
50 Enimuerò † archiepiſcopus æquiparat prin-
cipi, Gemin. num. 4. & 5. c. 1. de offic. ordin. in
6. Iaſ. l. ſtipulationũ. 5. in prin. nu. 10. de uerb.
oblig. ſaltem præſidi prouinciæ, Philip. Fran.
& alij c. 1. de offic. ordin. lib. 6. poſt Gemin. ibi.
num. 4. & 6. Iaſ. præalleg. loc. epiſcopus defen-
ſoribus & alijs inferioribus magiſtratibus, ut
uult Gemin. in d. c. 1. in fin. de offic. ordin. in 6.
Cag. in l. conſilij. §. ſocij. num. 8. de reg. iur. uel
ſaltem ducibus, Bart. Alex. l. 5. de uerb. oblig.
Maran. Spec. par. 4. diſt. 5. nu. 13. Quare quod
in archiepiſcopo & epiſcopo obtinet, idem iu-
ris in prouinciarũ dominis, eorumq; inferio-
ribus & ſubalternis magiſtratibus debet obti-
51 nere. Altera † ratio eſt, quòd ſubditi uaſallorũ
nõ ſunt ſubditi domini ſuperioris, ut in illos
exercere actus iuriſdictionis ſuperior poſsit,
iuxta reg. Homo hominis mei non eſt meus
homo, gl. in l. Modeſtinus. de uerb. ſignific. &
in l. de acceſsionibus. de diuer. & temp. præſcr.
Bart. in l. ſi quis à liberis. §. pen. de lib. agnoſc.
Feudiſtæ in c. 1. §. illud. de prohibit. feud. alie-
nat. per Fed. Bal. in l. 1. C. cõmu. de legat. Fel. in
c. quæ in eccleſiarum. de conſt. Dec. & Cag. in
52 l. conſilij. 47. §. ſocij. de reg. iur. Vnde † nec col-
lectare poteſt ſubditos ſui uaſalli, Iacob. tract.
de homag. nu. 36. Chaſſ. in conſuet. Burg. rub.
1. de iuſtic. §. 4. in fin. num. 1. 2. 3. Guid. Pap. de-
ciſ. 555. incip. de hoc anno. per tot. nec ijs ali-
quid præcipere, aut onera imponere, Iacob. in
tract. feud. ad uerb. ita etiam quòd ipſi. nu. 6.
per doctrinã And. de Iſer. in §. fi. de contro. in-
53 ueſtit. & † quod propriùs huc ſpectat, nec iu-
riſdictionẽ in cognoſcendis cauſis in hos exer-
cere debet, Bal. in c. cæterùm. in prin. de iudic.
Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum. Cag. in d. l. con-
ſilij. §. ſocij. num. 3. & 4. Imol. in d. c. paſtoralis.
54 in fin. de offic. ordin. Cùm † igitur dominus
prouinciæ non poſsit hominibus ſui ſubditi
baronis, uel uaſalli ius dicere, prout ex iam di-
ctis liquet: ſequitur, nec in loco d. uaſalli iudi-
cium exercere eum oportere, arguendo à per-
ſonis ad res & loca: quod argumentum eſt in
iure ualidum: ut oſtendit Euerard. in loc. le-
galibus

galibus,loc.à perſona ad resitē ſn loco à per-
iona ad locũ: quod nominatim uoluit Bal. in
l.teſtamē.14.nu.2.& 3. C.de teſtam.aiens, Ne-
minem debere officium ſibi commiſſum exce
dere, & de officio alterius tangere: & quando
diuiſæ ſint iuriſdictiones, unum non poſſe co
gnoſcere in porta alterius: quod etiam eſt de
mente Bar.in l.qui iuriſdictioni.nu.7.de iuriſ-
dict.om.iud. His tamen omnibus,quamlibet
ſpecioſa ſint, non obſtantibus, credo contra-
rium de iure uerius eſſe,ſcilicet domino ſupe-
riori & iudici Ad quem,ſolutũ hîc fuiſſe iſtam
cauſam cognoſcere, & tractare in ciuitate inſe
55 rioris iudicis A quo. Nam † inprimis licet iu-
dices delegati & ordinarij inferiores nequeãt
mutare locum iudicij ordinarium, tamē præ-
ſides & Principes prouinciarum, qui multas
& uarias habent ciuitates, poſſunt eligere tri-
bunal & locum iudicij ubicunq; uelint,etiam
in Camera ſua, ut ſunt uerba formalia Bal. in
l. ſi, ut proponis. la 2.nu.1. C.quom.& quan-
do iudex,gl.fi.in l.cùm ſententiam.6.C.de ſen
ten. & interlocut. om. iud. quæ in terminis in
iudice appellationis loquitur: quòd ſcilicet
poſsit ſententiam dare in aliquo loco, ubi ue-
lit, dum modò boneſto & publico: ad idem
Bal.in l.teſtamen.enim.3.C.de teſtam.& eſt cõ
munis Feudiſtarum concluſio poſt Bal. num.
20.in c.1.§.præterea ducatus.fi.de prohib.feu.
alien. per Feder. & textus de eo expreſſus in c.
cùm epiſcopus.7.de off.ordin. lib.6.qui tam-
etſi loquatur in epiſcopo,tamen obtinet in o-
mnibus prouinciarum præſidibus ac Princi-
pibus,ut uult Bald.in d.l.ſi,ut proponis. nu.1.
in uerb. ad inſtar epiſcopi. gloſſ. ad uerb. epi-
ſcopus.quam ſequuntur Gemin.Philip.Fran.
& communiter ſcribentes in d. c. cùm epiſco-
pus. quod latè confirmat Hoſtien. in titul. de
feud. num. 13. in fin. loquens in domino feu-
di: ac addit eum iudicem non eſſe ad certum
prouinciæ angulum reſtringendum,ſed in o-
mni loco ſuæ iuriſdictionis poſſe ius dicere.
Neq; huic obſtat allegata l.cùm ſentētiam. C.
de ſent.loquitur enim, quando præſes non in
publico, ſed in ſecreto ius dicit. Nõ etiam ad-
uerſatur d.l ſi,ut proponis. C.quom.& quan.
iud. agit enim de illo caſu, quando per obre-
ptionē ſententia eſt à præſide alio loco, quàm
qui erat initiò aſsignatus,impetrata,ut uerba
tex. habent, quæ ſic rectè Bal. & communiter
Dd. interpretantur. Quod autem obiectum
eſt,neminem de domo ſua citari, & per conſe-
quens,nec ibi ius à ſuperiore dici oportere, in
primis reſpondetur d.l.plerics. de reali & per-
ſonali citatione loqui, ſcilicet quòd nemo ex-
tra domũ ſuam ſit per uim abripiendus: nam
56 † uerbalem citationem ad domum fieri poſ-
ſe notiſsimum eſt,ut ſubſequens ibi l.ſatis.19.
ff.de in ius uocan.oſtendit, & eſt text.in l.ſcire
debemus §.qui autē. de excuſ.tutor. l.aut qui
aliter. §.etſi fortè. ff quod ui, aut clam, l.1.§ per-
mittitur. de liber. agnoſ. cũ multis ſimilibus,
quæ ad infinitum ferè allegat & cumulat Ti-
raquel. in tractat. retract. lig. §. 6. ad uerb. ad
ſuum domicilium. gl.2. num.12. cum multis
ſequent. Deinde hic non ius dixit, aut dicere
uoluit ſuperior in domicilio d. inferioris, quod
in arce ſua habet,ſed actum cognitionis exer-
cuit in Curia ciuitatis, & domo publica, ubi
nõ domiciliũ habet d.inferior, ſed iudicia pu-
blica exercētur: ut hic eadem eſſe primæ & ſe-
cundæ inſtantiæ Curia dici non debeat: quæ
ſanè non prohibentur eſſe & exerceri in una
ciuitate,dum modò diuerſis iuriſdictionibus
& Curijs diſtinguãtur,ut eſt notiſsimũ. Quã-
uis autē fatear,regulariter,prout ſuprà oſten-
ſum eſt,Principem prouinciæ nõ poſſe ius di-
cere, nec hominibus Baronum ſubditorum,
nec in locis eorum: quia non debent ſe intro-
mittere in alienã iuriſdictionem, ſicut nec ar-
chiepiſcopus ius dicere in diœceſi ſubiecti epi
ſcopi: tamen hoc fallit in caſibus à lege exce-
ptis,ſicuti eſt caſus appellationis. Per appella
tionem enim cauſa ad ſuperiorē deuoluitur,
ita ut ille cõſequatur iuriſdictionem, & fiat iu
dex competens. Quare ſicuti appellantibus,
quãuis immediatè inferiori Baroni ſubditis
ratione appellationis Princeps ius dicere po
teſt,quamuis aliàs in prima inſtãtia non poſ-
57 ſet:ita † etiam in loco,unde appellatum eſt, li
cet inferiori alicui ſubiecto, idē ius dicere po-
teſt, tex eſt apertus in c.1. uerſic.quia in cauſis
per appellationem deuolutis.ubi gl.& Dd.de
off.ord.lib.6.& in c.ut litigantes 5 eod tit.ubi
expreſsè dicitur, quòd archiepiſcopus cau-
ſam per appellationē ad ſe ex diœceſi epiſco-
pi deuolutã, poſsit utrobiuis cognoſcere, ac
iudicandam committere, uel in ſua ciuitate;
ubi reſidet ac ius dicit, uel in illa ipſa epiſcopi
ſubditi ciuitate,ex qua eſt appellatũ: ad idem
gl.in c.paſtoralis. 11. ad uerb. exceptis.uerſic.
idem dicam,ſi cauſa deferatur per appellatio-
nem.ex̄.de offic. & poteſt.iudic. deleg. bonus
tex.in c.1.de off.leg. & in c.duo.9 de off.& po-
teſt. iudic. deleg. quem text. in reliquis etiam
præſidibus ac dominis prouinciarum proce-
dere confirmat Philip.Fran.in d c 1 de off.or-
din.in 6.ubi ex doctrina Hoſtien.dicit notan-
dum contra præſides prouinciarum,qui ante
quàm cauſa deuoluatur ad ipſos per appella
tionem, ſe intromittent in iuriſdictionē infe-
rioris:& in c.cùm epiſcopus eo.nu.in prin.ubi
ait,eum textum nõ modò obtinere in epiſco-
pis,ſed etiã in omnibus ordinariã iuriſdictio-
nem in aliquo territorio habentibus: & in d.
c ut litigantes.eo. nu.in fin.dicit, quòd in cau-
ſis, quæ ad ſuperiorem per appellationem ex
diœceſi inferioris deuoluuntur,poſsit cogno
ſcere,uel in ſua ciuitate,uel in alia,unde appel
latio deuoluta eſt,& apertiùs Gemin. in d.c.1.
nu.4.& 6. dicit illos tex.in Principibus & præ
ſidibus prouinciarum obtinere,& illos archi-
epiſcopis comparari: & idem Gemin. in d.c.li
tigantes. nu.5, & 6, iubet notari, quòd locus.
quam-

quãuis inferioris iudicis proprius, nihilo mi-
nùs proprius & ſuus dicat̃ ſuperioris ratione
iuriſdictionis per appellationẽ deuolutæ. Et
nota, inquit, caſum, in quo archiepiſcop⁹ po-
teſt locare ſedẽ, & de cauſa cognoſcere in diœ-
ceſi ſuorum ſuffraganeorum: quod aliàs ſcili-
cet non poteſt, niſi cùm per uiam appellatio-
nis cauſa ad ipſum eſt deuoluta, ut habet ibi
tex. ad quem etiam, uelut ad ordinariã huius
quæſtionis ſedem, quãdo de loco cognoſcen-
dæ appellationis quæritur, remittit Ioan. de
Imol. in c. paſtoralis. 11. nu. 5. & 6. ex̃. de offic. &
58 poteſt. iudic. deleg. Cùm † igitur hæc res non
inueniatur iure ciuili apertè deciſa, & per Ca-
nones expreſsim atq; in terminis definita ſit
in d. c. 1. & c. ut litigantes. & alijs iurib. ſ. addu-
ctis, concludo, hac in parte etiam in foro ciuili
ius Canonicum eſſe attendendũ, per c. 1. & 2.
de oper. noui nunc. l. priuilegia. C. de ſacroſ. ec
cleſ. id quod ineuitabiliter ſtringere & conclu
dere dicit Iaſ. in l. præſcriptione. num. 23. C. ſi
contra ius, uel util. pub. cum alijs ibi per eum
alleg. Quare iudico nõ obſtantib. præmiſsis
hoc factum d. ſuperioris iudicis Ad quem, re-
ctè poſſe defendi, & ipſum potuiſſe citare par-
tes, & cognitionẽ facere in illa curia inferioris
iudicis A quo, idq; ratione appellatiõis, quæ
ab illa Curia & domo publica, in qua captiu⁹
detinebat̃, ad d. ſuperiorem fuit & eſt inſtitu-
ta & deuoluta: maximè cùm ibi tanquã in re
& teſtibus præſentibus de tota cauſa faciliùs
59 ac pleniùs potuerit cognoſci. Ille † eñ locus
maximè idone⁹ eſt, ubi & inſtructio ſufficiẽs,
& nota teſtimonia & uериſsima poſſunt docu
mẽta præſtari, l. 2. C. ubi de ratioc. agi oportet.

IV. Quod ad quartam & ultimã quæſtionem
attinet, an & quõ inferior iudex A quo, & qui
appellationi inſtitutæ ad ſuperiorem domi-
num feudi, & prouinciæ ordinariũ non detu-
lit, & inhibitiones eiuſdem non admiſit, inſu-
per illi ius appellandi negauit, & interuertere
conatus eſt, puniri debeat ac poſsit: uideba-
tur prima facie dicendum, pœnam hîc deberi
ac exigi, & cum inferiore iſto uarijs ex cauſis
agi poſſe, ſcilicet uel ad pœnã, ꝙ appellationi
nõ detulit, uel reuocatoria ad feudi priuatio-
nem, uel actione iniuriarũ, uel ex officio mul-
60 ctam indicendo. Nã † in primis quod ad pœ-
nam non delatæ appellationis attinet, iudex,
à quo appellatũ eſt, ſemper appellationi de-
ferre debet in honorẽ iudicis Ad quem, l. quo
niam. 21. C. de appellat. nõ modò, quãdo con-
ſtat appellationi locum eſſe, ſed etiã quoties
eſt dubium, Spec. de app. §. nunc dicamus. gl.
c. ut debitus. uerb. rationali. ubi Dec. de app.
Bart. l. 1. nil nouan. Ang. & Dd. l. quoniam. per
illius tex. C. de appellat. & quia regulariter eſt
permiſſa, gloſſ. Bal. Ang. l. qui reſtituen. de rei
uend. gl. §. audiens. uerb. perimendus. in auth.
de indic. Bald. l. 1. num. 3. C. ſi de mo. poſſ. Soc.
conſil. 39. in prin. lib. 4. Iaſ. conſi. 187. nu. 3. lib.
2. Alex. conſil. 113. in prin. lib. 5. Soc. conſi. 195.
lib. 5. nec aliter non deferre poteſt, quàm cùm
notorium eſt, & euidens appellationem non
tenere, c. ut debitus. 5. ubi Ant. de But. de app.
c. dilectus filius. 26. de reſcrip. ubi Innocen. &
idem in c. paſtoralis. nu. 4. de off. deleg. Spec.
tit. de appel. §. nunc dicamus. nu. 2. uerſ. in du-
bio deferat. Alex. conſil. 80. nu. 7. uol. 7. Rom.
conſil. 50. ut declarationem. nu. 2. Dec. conſil.
28. nu. 8. conſil. 524. nu 11. conſi. 356. in cauſa.
nu. 1. latè Chilian. in prac. c. 114. nu. 1. & 2 cum
ibi alleg. & hanc cõmunem dicit Franc. Turz.
comm. opin. 31. incip. appellatio. Cuius ratio-
nem tradit Faber in l. quoniam. 21. C. de ap
61 pel. n. 21. Nam, inquit, aut † certum eſt, quòd
ſuperior procedit ſecundum ius: & tunc ſem-
per ei parendum eſt: aut contra ius, & paren-
dum nõ eſt: aut dubium eſt, & tunc eſt paren-
dum, l. deuotum. 5. C. de metat. lib. 12. cap. 1. in
prin. hic ſi. lex, & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic.
62 Semper † autem eſt dubium, quando ſupe-
rior habet iuriſdictionem, ſicut in præſenti ca
ſu habet: ut ibi uult Fab. per not. Innoc. in c. ſi
quãdo. de off. delegat. Quòd ſi uerò iudex ad
hunc modum appellationi non deferat, con-
63 ſtat eum certis pœnis puniri poſſe. Nam † iu-
re Canonico iudex, qui in criminalibus ap-
pellationi non defert, deponitur ab officio: in
ciuilibus uerò punitur arbitrariè, ut eſt com-
munis concluſio gl. Panor. & aliorum in c. de
priore. ubi latè Ant. de ſ. Georg. nu. 4. 5. ex̃. de
appell. per c. de cauſis. de off. deleg. & c. decre-
to. 2. q. 6. Zab. cle. 1. nu. 48. & nu. 54. de exceſſ.
prælat. Spec. de appel. § nũc dicamus. in prin.
Cum quo iure pontificio conſonare uidetur
etiam ius Saxon. quo in his terris utimur, ut
gloſſ. in art. 12. Landtrecht lib. 2. *Wie ob der Ri-
chter das nit thet.*, &c. & art. 13. in fi. eo. li. Vueich-
bild ar. 14. in fi. Iure uerò ciuili in capitalibus
cauſis nõ deferens tenetur lege Iulia de ui pu-
blica, l. lege Iulia. de ui pub: Paris de Put. in
tract. ſyndicat. ad uerb. appellatio. num. 14. in
reliquis criminalibus arbitrariè, l. à proconſu
libus. ubi Fab. nu. 20. C. eo. Panor. & Dd. in d.
c. de priore. & fit periurus, Marant. in Specul.
aur. iudic. c. de appel. num 199. in ciuilibus ue
rò 30. libris auri punitur, l. quoniam. 21. ubi
omnes Dd. C. de appel. Spec. in d. §. nunc dica
mus. in prin. Maran. præal. loc. Canon. in d. c.
de priore. & ita nouiſsimè Chil. d. c. 114. nu. 5.
& 6. eodem modo diſtinguit his uerbis: *Aber
im weltlichen rechten iſt die ſtraffe, wo der Richter die
appellation in burgerlichen ſachen nicht zulaßt, die er
im rechten zuzulaſſen ſchuldig geweſen, der iſt inn die
kammer deß Reichs, oder den Furſten dreyßig pfund gel
des vorfallen:* addit ſingulas libras auri contine
re & efficere aureos 70. per l. quoties. C. de ſu-
ſcept. lib. 10. & gl. uerb. aureos. ad l. fi. de in ius
64 uocan. & Landtr. lib. 3. art. 45. Nec † audiet̃,
ſi quis dicere in contrarium uelit, his pœnis
non eſſe locũ, quando appellatur ab interlo-
cutoria: quaſi hæc iura pœnalia loquentia de
appellatione à definitiua, cui nõ ſit delatum,
non

non debeant extendi extra caſum, de quo lo-
quuntur, ut in terminis declarat Philip. Fran.
in d.c.de priore. Maran.c. de app.n.199. Nam
in contrarium eſt communis opinio, ſcilicet
quòd iudex non deferens appellationi ab in-
terlocutoria, quæ iuſtam cauſam habeat inſer
tam, peræquè puniatur, atq; ſi non detuliſſet
appellationi à definitiua: ita ſe habet commu
nis opinio, reprobata ſentẽtia Philippi Fran.
in c.de priore. ubi latè Ant.de ſ. Georg. nu. 4.
& 5. de appellat. eandemq; copioſè defendit
Rom.conſ.501.ut declarationem. nu. 2. per d.
c.de priore. & tex.in c.cordi. in prin. de appel.
lib.6. & Marant. prælleg.loc. de appellat.nu.
199. Id q́d maximè in præſenti caſu obtinere
debet, ubi appellatum eſt ab incarceratione,
65 cuius † cùm damnum ſit irrecuperabile, ſem-
per ab eo appellari poteſt, Bald.in l.2.nu.7.C.
de epiſc.aud. & Spec. de appel. §. reſtat. nu. 4.
5.6.Guid.Pap.deciſ.237.iudex.& deciſ.75.ſed
circa. Franc.Mar.deciſ.916. num.4. Mynſing.
obſer. Cam. cent.4. obſer.43. & potiſsimùm
in his prouincijs, in quibus uſitatum eſt per-
æquè ab interlocutoria appellari, atq; à defi-
nitiua, Chil.in pract.cap.105.ex iure Canoni-
co, c.1.c. cùm Rom. 3.de appel. clem.1.eo. Non
obſtat, etiãſi quis arguat, quòd quælibet cau-
ſa, etiam iniuſta, quæ inferiorem ad non defe-
rendum appellationi commouet, poteſt excu
ſare à dolo, & per conſequens à mulcta & pœ-
na doli, gl.fi.& Dd.l.1.in fin. ſi quis ius dicen.l.
66 igitur. de lib. cauſ. Nam † primò cùm hic infe
rior non detulerit appellationi, ſicuti debuit,
& ut facere conſueuit, cumq; mandato ſupe-
rioris non paruerit, habet præſumptionem iu
ris cõtra ſe, ſicut omnis: qui facit aliquid con-
tra ius, c.qui cõtra. de reg.iur. in 6. ſeu qui dat
operam rei illicitæ, l.1. C. de ſicar. l.ſi non con-
uicij.C.de iniur. Vnde qui non obtemperat iu
dici, uel ſuperiori præcipienti, præſumitur id
ex contumacia & dolo malo facere, Caſtr.in l.
ſancimus.num.12.C.de iudic.per l.fin. §.illud.
C.de temp.appel. gloſſ fin.in cap.1. de dol. &
67 contum.lib.6. Quare † talis cauſa excuſatio-
nis non præſumitur, niſi probetur, Tiraq. tra-
ctat. de pœn. conſil.43. num 9. cum ibi alleg.
Caſtr. & Dd.prælleg.loc. Iaſ.in l.2.§.quod di-
ximus. in princ. ſi quis cautio. & in §. ſed iſtæ.
num.44.& 93. Inſtit. de actio. Bald. in l.1.nu.
3. C.de dilatio. etiam cùm extat, tum excuſat
tantùm à pœnis doli, non latæ culpæ, & negli
gentiæ, uel pœnis etiam legalibus, Iaſ. l. iuſtè
poſsidet. num. 30. de acquir. poſſ. Goden. in
conſil. de ſequeſtrat. cum ibi allegat. Deinde
68 † quælibet cauſa bene excuſat à dolo, quan-
do eſt colorata, ſcilicet ſi ſit abſq; contemptu
iudicis, ut ſingulariter declarat Iaſ.in d.l.unic.
§.fin. num.24. ſi quis ius dicen. non obtemp.
69 Nam † à contemptu iudicis tanquã uera con
tumacia, certè iniuſta & colorata cauſa nõ ex-
cuſat, Bar.Imol.& Dd.in l.ex conſenſu. §.fi. de
app.& in l.ea quæ, C.quomod. & quand.iud.

Iaſ.præal.loc.nu.27.& 28. & excuſat tantùm à
pœnis doli, non etiam latæ culpæ, aut ijs quæ
debentur commiſsis cõtra rationem natura-
lem ac reuerentiam ſuperiori debitam, l.2.ubi
Bal. Alc.& alij, C.de in ius uocan. Menoc.cõſ.
31.grauis.nu.32. Cùm igitur hîc literas inhibi
torias & monitoriales ſuperioris complures
d.inferior cõtempſerit, reiecerit, ijsq; non de-
tulerit, non poterit ſe hac ratione à cõtemptu
iudicis & pœna huic præſtituta, præſertim à
pœna non delatæ appellationis, quæ ex lata
culpa debetur, excuſare. Quamuis autem è di
uerſo allegetur ius appellandi non compete-
re d.ſuperiori, & ideo iuſtam cauſam recuſan-
di adfuiſſe: tamẽ hoc excuſare hîc inferiorem
non uidetur poſſe: quod oſtenſum eſt ſuprà,
in dubio iudicẽ deferre oportere appellatio-
ni: rametſi hoc ius nõ dubium hic eſt, ſed po-
tiùs clarũ & notorium, quòd à d. inferiore ad
hunc ſuperiorem, tanquam dominum, ordi-
nariè ſit appellandum: partim, quia eſt domi-
nus feudi, & domin' ſuperior, ratione ſui ter-
ritorij, in quo curia huius inferioris immedia
tè ſita eſt, & cui ſubiecta eſt: qui dominus cùm
ſuperiorẽ iuriſdictionem habeat notoriã, per
cõſequens quoq; ius reſertus atq; appellatio-
nis habere præſumitur, per ea quæ ſuprà ſunt
70 adducta. Nam † appellatio eſt pars & ſignũ
ſuperioritatis, ut dicit Fran Maran. deciſ.366.
quæritur. nu.24. per l.1. §.ſi quis. de appellat.
ſeu, ut loquitur Iaſon, ius iuriſdictionis, per-
tinens ſcilicet ad illum, qui iuriſdictionem in
prouincia habet: Iaſ.in l.imperium.nu.29. de
71 iuriſdict.omn.iudic. Et † dominus loci habet
intentionem ſuam fundatam, quòd ſit domi-
nus, & ordinarius ſuperior omnium, qui ſuo
territorio circumſcribũtur, c.2. de reſt. ſpol.in
6.Socin.conſil.86.in cauſa nu.6. uol.2. Vnde
dicit Euerardus in loc.leg.loc.à tot.ad partes,
quòd domini terrarum fundant intẽtionem
ſuã de iure reſpectu iuriſdictionis quo ad res
ſitas intra limites ſuæ terræ, per c.cùm epiſco-
pus 7.de off.ord. in 6. Panor.in c.ſi diligenti.
de præſumpt.& c.per uenerabilem. qui fil. ſint
legit. partim etiam, quoniã in poſſeſsione con
tinua & immemoriali huius iuris eſt d. domi-
nus ſuperior, utpote cũ his ꝓximis etiã annis
à d. inferiore ad hũc ſuperiorem ſæpius fuerit
appellatum. Pro poſſeſsione aũt præſumitur,
donec contrariũ probetur, l.2. C.de probat.§.
cõmodum. Inſtit.de interdict.cum ſimil. Non
igitũ poſſeſsionẽ ſuperioris interturbare d. in-
ferior, utpote uaſallus, debuit, donec iuris uia
ſe ab hac ſubiectiõe liberaſſet: præſertim cùm
in dubio appellationi ſit deferẽdum, ut ſupe-
72 riùs eſt demonſtratũ. Non † obſtabit etiã ter-
tiò, ſi quis obijciat, q́d Chil. c.114. n.5.& 6.di-
cit, in practica pœnã nõ delatæ appellationis
73 hodie nõ exigi, in † quo ipſi tanq; doctori il-
luſtri & pragmatico meritò uidebatur creden
dum, Bar.& Dd.in l.de quibus. de legib. cum
ſimil. Iaſ.in l.1. num.62.C.de iure emphyteut.

Nam

74 Nam primò reſpõdetur, illud † dictũ, Docto-
ri illuſtri alleganti cõſuetudinem credi opor-
tere, uerum nõ eſſe,& communiter reprobari,
adeò ut ea allegatione non obſtante, is qui al
legat, præſertim contra ius aliquã irroboraſſe
conſuetudinẽ, probare eam debeat, ut latè fir
mat Dec. conſ. 402. in cauſa. nu. 15. per doctri-
nam Alex. in l. poſt dotem. col. antep. ff. ſolut.
matr. Aretin. conſil. 232. in cauſa. Corn. conſil.
83. circa lib. 4. Fran. de Curt. conſil. 78. domi-
na. in fi. & ſubdit idem Decius hanc cõmunẽ
eſſe modernorum opinionẽ in d. l. de quibus.
de legib. quã latè firmat nouiſsimè Mol. in cõ
ſue. Pariſ. tit. de cenſib. §. 56. gl. 1. nu. 10. Deinde
nõ loquitur Chilianus indefinitè, ſed tantùm
de pœna pecuniaria in ciuili cauſa: in pœna
autẽ arbitraria cauſæ criminalis nihil mutat.
Hic aũt non de cauſa ciuili pecuniaria, ſed de
cauſa criminali agitur. Primùm, quia appella
tio eſt inſtituta ab incarceratione. Incarcera-
75 tionis † aũt cauſa per ſe eſt criminalis, l. 1. ubi
Bar. & Dd. de cuſt. reor. quo loco ſub titulis pu
blicorum iudiciorum collocatur, ſicut & in C.
Menoch. conſ. 94. nu. 27. Dd. communiter in
l. 3. de iuriſd. om. iud. quia nõ niſi in criminali
decernitur, uel decerni poteſt, aut debet, ut eſt
communis theorica in l. 1. de cuſtod. reo. Fel.
& Canon. in c. quod ad conſultationem. de re
iud. Soc. in tract. de citat. in 20. art. prin. quæſt.
24. Boſſ. in pract. crim. tit. de carcer. nu. 85. Car
76 cer † enim eſt mala manſio, l. ſi hominum. 7.
in prin. ubi gl. uerb. extenſum. ff. depoſ. & mor
ti æquiparatur, ut idem Boſſ. dicit in cap. de
car. nu. 1. per doctrinã Bal. in c. 1. §. deniq. quæ
fuit prim. cauſa benef. amitt. ac eſt ſpecies tor-
turæ, ut uult Bal. in l. 2. nu. 6. C. de epiſ. audien.
77 Ergo † etiamſi incarceratio ſit iuriſdictionis,
non ſummi imperij, maximè quando decer-
nitur non ad pœnam, ſecundum diſtinct. Ia-
cob. in inueſt. uerb. cum mor. num. 1. ſed ad cu
ſtodiam, Bal. in l. imperium. num. 8. de iuriſd.
om. iudic. tamen hic quæſtio magis eſt crimi-
nalis, quàm ciuilis, aut ſaltem ſequela & acceſ
ſio cauſæ criminalis, in qua idem ius ſeruari
debet, quod in principali, c. acceſſorium. de
reg. iur. in 6. l. hi qui acceſsionis. de fideiuſſ. l.
cùm principalis. de reg. iur. cum ſimil. Carce-
78 ratus † autem, ut illud ampliandi gratia ad-
dam, etiã is dicitur, qui in certum locum ſub
cuſtodibus, uel fideiuſſoribus detruſus eſt, ut
exire non poſsit: talis enim locus carceri com
paratur, etiamſi eſſet tota ciuitas, ut firmat i-
dem Boſſ. cap. de carcer. fideiuſſ. numer. 3. per
doctrinam Bal. in l. nec non. §. 1. ex quib. cauſ.
maior. Angel. in l. qui in carcere. ff. quod met.
cauſa. Secundò, quoniam cauſa principalis
79 hic eſt criminalis. Nam † etſi tantùm de iniu-
ria agitur, tamen conſtat iniuriarum poſſe cri
minaliter & ciuiliter agi, l. fin. cum ibi not. de
iniur. & tunc uideri criminaliter agi, quando
non agitur ad pœnam certam parti applican
dam, ſed pœnam arbitrariam, uel corporis af

flictiuam, uel fiſco applicandam, ut eſt cõmu-
nis concluſio Bart. & Dd. in l. fi. de priuat. del.
& in l. locatio. §. quod illicitè. de publican. &
ex. in rub. de iudic. & in c. tuæ. de procurat. &
nominatim de iniuriarum actione in l. iniu-
riarum æſtimatio. & l. fin. ff. de iniur. Maran. in
Spec. aureo part. 4. diſt. 1. nu. 5. & 6. Chilian. in
80 pract cap. 58. num. 1. & 2. quæ † pœna arbitra-
ria pro ratione iniuriarum etiam ad mortem
extẽdi poteſt, §. in ſumma. ubi gl. ad uerb. ex-
traordinaria. Inſt. de iniur. quam Dd. commu
niter ibi ſequuntur, & Bart. in l. fin. ubi pupil.
educ. deb. Bal. in c. 1. §. iniuria. de pac. iur. firm.
& hanc cõmunem eſſe dicit Maran. in diſput.
ſuis quæſt. 3. per tot. & in Spec. aur. part. quar-
ta, diſt. 1. n. 53. per l. ſacrilegij. 6. ad l. Iul. pecul.
Panor. & Fel. in c. ex literis. de conſtit. In præ-
ſenti autem cauſa cùm dictus inferior & incar
cerauerit initiò appellantẽ, & pòſt edicto pro-
feſſus ſit, ſe in corpus & bona eius uelle agere
ac ſæuire, eumq; capitaliter accuſare & puni-
re: facilè intelligi poteſt eum criminale iudici-
um intentare, & de cauſa criminali, uel potiùs
capitali quæſtionem hic eſſe. Quoniam igitur
hic de cauſa criminali, ut iam dictum eſt, agi-
tur, uel ſaltem de ea, quæ ſpeciem cauſæ crimi-
nalis habet, aut cumminimùm de præpara-
toria quæſtione cauſæ criminalis, ideo putan-
dum uidetur, d. inferiorẽ, qui in tali cauſa cri-
minali appellationem non admiſit, teneri ad
pœnam arbitrariam, eamq; per iudicem ſupe
riorem exigi poſſe, ſicuti in reliquis criminali-
bus, d. l. à proconſ. cum alijs ſ. allegatis, ut ad
quem iniuria contemptus pertinet, ad eundẽ
& ultio, pœnaq; referatur: ideoq; Chiliani
præallegatam deſuetudinẽ hic locum habere
nõ poſſe. Nam certè neq; eſt, neq; eſſe poteſt,
aut debet talis uſpiam conſuetudo, per not. c.
ult. de conſue. ubi Curt. & diſt. 4. diſt. 8. 9. paſ-
ſim, quæ iudicem pœna liberet, qui in crimi-
nalibus, ubi executio reuocari non poteſt, l. 2.
ubi Bar. n. 14. de appel. reor. l. ante ſentẽtiam.
ubi Bald. Sal. & Dd. C. quor. appel. non recip.
Bal. l. 2. C. de epiſc. aud. & unde damnum irre-
parabile ſequitur, Bar. d. l. 2. & Dd. præall. loc.
Guido Pap. deciſ. 75. Spec. de comp. inter. §. 1.
in fi. & remiſsiuè Mynſing obſ. 43 cent. 4. ap-
pellationem uſitatam nõ admittit, ne per hoc
aut delicta futura remaneant impunita, con-
tra l. ſi unus. 28. § illud. cum ſeq. de pact. aut cõ
trà condemnatis iniuriáue oppreſsis irrepa-
rabilis iniuria inferatur, contra d. l. autorit. C.
quor. app. l. non tantùm. 6. de app. nec impro
ba cõſuetudo excuſationem ullã apud Deum
aut homines habet, Menoc. de iudic. arbi. lib.
2. caſu ult. num. 10. & conſil. 37. num. 110. licet
conſil. 1. num. 257. contrà diſputet. Porrò hæc
81 † pœna nõ minor eſſe poteſt, quàm eſt in cau-
ſis ciuilibus: imò quo cauſa criminalis maior
eſt, quàm ciuilis, l. pen. & ult. C. de ord. iud. eo
maior hic eſt contemptus, & conſequenter au
82 ctior quoque eſſe pœna debet. Quare † ſi ar-
bitraria

bitraria iſta pœna taxaretur ad rationem ci-
uilis, nempe ad 30. libras auri, quæ extat in
d. l. quoniam. 21. C. de appell. non eſſet nimia
futura, cùm id, quod ex ciuili debetur, mul-
to magis ex criminali debeatur in eodem ad-
miſſi genere, l. 1. ubi Doctores, C. quand. ci-
uil. act. præiudic. crimin. l. 1. §. 1. ff. ui bon. rap.
l. prætor. §. ſi dicatur. de iniur. l. locatio. §. quod
illicitè. de publ. l. ultim. de furt. l. ultim. de in-
83 iur. Et † ut maximè hæc res haberet diſputa-
tionem iure ciuili, non tamen iure Saxon. ui-
detur expeditum, quòd dominus ſuperior,
propterea quòd appellationi nõ ſit delatum
ab inferiore, poſsit eundem punire arbitra-
riè, putà depoſitione ab officio, uel impedien
do ac turbando eius iuriſdictionem, gloſſ. in
art. 12. Landtrecht lib. 2. art. 13. eod. lib. in fin.
Vueichb. art. 14. in fin. Chaſſan. in conſ. Bur-
gun. rubr. 1. de iuſt. §. 5. quod etiam ſatis con-
gruit cum iure communi, quo is, qui turbat
iuriſdictionem ſuperioris, neque illi defert, po
teſt à ſuperiore turbari & impediri in exerci-
tio ſuæ inferioris iuriſdictionis, donec ſupe-
riori ſatisfaciat, ut pluribus confirmat Chaſ-
ſan. in d. tit. de iuſtic. §. 5. Secundò uideri po-
terat, etiam ſufficientes in præſenti facto cau-
ſas ſubeſſe, quamobrem hic inferior feudo
ſuo & utili dominio tanquam contumax &
inobediens uaſallus ſit priuandus: primùm,
quia falſò detulit ſuum dominũ feudi apud
Cæſar. Maieſt. tanquam iniuſtum & uiolen-
tum ſuorum iurium inuaſorem atque occu-
patorem. Secundò, quòd interuertit domino
ius ſuperioritatis, ſi non quidem feudale, at-
tamen eminentiæ & appellationis: dum non
recognoſcere uult ipſum pro domino prouin
ciali: nec ius appellatiõis debitum defert, ſed
prohibere illud & interuertere intendit. Ter-
tiò, quia denegauit domino & ſuis etiam ſub-
ditis facere iuſtitiam, appellatione, ac omni-
bus inhibitionibus & citationibus contem-
84 ptis atque repudiatis. Eſt † autem notiſsimi
iuris, quòd uaſallus deferens & accuſans do-
minum ſuum, præſertim falſò, priuetur feu-
do, cap. 1. §. itẽ ſi delator. ubi omnes Dd. quæ
fuit prim. cauſ. benefic. amit. Iacob. de Ardiz.
in part. 2. tract. feud. in cap. utrùm ſi delator,
&c. Euer. in loc. legal. loc. à lib. ad uaſal. in 10.
85 ampliat. Nam † ex quibus cauſis filius po-
teſt exhæredari, ex iiſdem uaſallus poteſt feu-
do priuari, cap. 1. §. prædictis modis. quæ fuit
prim. cauſ. benefic. Curt. in tract. feud. part. 4.
num. 77. Zaſ. in epit. part. 10. num. 23. Sed fi-
lius poteſt exhæredari, qui patrem defert uel
accuſat, §. cauſas. in authen. ut cùm de appel-
lat. cognoſc. Ergo ex eadem cauſa uaſallum
feudo priuari poſſe, ſequens eſt, ut latiùs de-
ducit & confirmat Curt. in tractat. feud. part.
4. num. 62. Zaſ. in epit. feud. part. 10. numer.
86 40. in 6. Deinde † & illud peruulgatum ac
manifeſtum eſt, quòd uaſallus uolens domi-
no ius ſuum interuertere, feudo priuetur, cap.

1. §. fin. de leg. Corrad. c. 1. §. uaſallus. & §. ſi ua-
ſallus. ſi de feud. defunct. latè Iaſon in l. 2. nu.
86. C. de iur. emphyteut. Idemq́; obtinet, quan
87 do † negat domino ius competere, & illud
inficiatur, d. §. uaſallus. ſi de feud. defun. Curt.
in d. tractat. feud. in 4. part. numer. 41. Iacob.
in tractat. feud. uerb. dictiq́; uaſalli. numer. 16.
& 34. uel quando denegat præſtare debitum
ſeruitium, cap. 1. §. ſed nec alia. quæ fuer. prim.
cauſ. benefic. amitt. Pet. Pariſ. conſil. 1. numero
15. uolum. 1. deciſ. Neapol. 265. numer. 16. ubi
addit, crimen rebellionis non modò conſi-
ſtendo contrahi, ſed etiam non obediendo,
Socin. conſilio 4. numero 13. lib. 3. & conſilio
12. præmittendum. numer. 2. uolum. 4. Curt.
d. parte 4. numer. 60. aut quotieſcunq́; domi-
no magnam infamiam, iniuriam, detrimen-
tum affert, cap. 1. §. porrò. & §. præterea. quæ
fuit. prim. cauſ. benef. amitt. ubi Dd. Curt. in d.
tractat. part. 4. num. 35. & 59. Zaſ. part. 10. nu-
mer. 39. ſatis probatur in l. ſi. C. de reuoc. don.
in §. cauſas. in auth. ut cùm de appel. cognoſc.
88 Menoch. conſil. 202. numer. 7. Item † quan-
do mandata & literas domini contemnit &
deſpicit, Iacob. de Ardiz. in tractat. feud. part.
2. cap. utrùm uaſallus amit. feud. ſi dela. dom.
Nam cùm ex his cauſis & donationes reuo-
centur, & exhæredationes liberorum admit-
tantur: liquet, ex iiſdem uaſallum feudo pri-
uari poſſe, per reg. d. capit. 1. §. prædictis. quæ
89 fuit prim. cauſ. benef. amitt. Poſtremò † & il-
lud clarum eſt, uaſallum denegantem facere
iuſtitiam domino, conſimiliter feudo priuari
poſſe, cap. 1. uerſicul. item ſi domino. quæ fuit
prim. cauſ. benefic. amitt. idq́; ſiue agatur de
cauſa feudali, ut ibi tenet Andr. de Iſer. num.
22. quem ſequitur, quamuis dubitanter, Cur.
parte 4. numero 60. in tractat. de feud. ſiue
ipſe uaſallus requiſitus deneget domino fa-
cere iuſtitiam, capite imperialem. §. inſuper. de
90 prohib. feud. alien. per Feder. ſiue † à domi-
no citatus iuri corã illo ſtare detrectet, ut de-
clarant Aluar. Iſer. & communiter ſcribentes
in d. uerſicul. item ſi domino. Curt. d. parte 4.
numer. 60. Zaſ. part. 10. numer. 44. Iacob. de
Ardiz. in tractat. feud. 2. part. cap. ſi dominus
91 fecerit citari uaſallum, &c. Sed † & cùm ſub-
ditis denegat iuſtitiam, aut eos malè tractat
uaſallus, &, quãuis requiſitus à domino ſub
comminatione, tamen neglecto domini præ-
cepto in iniuſtitia perſeuerat, feudo priuãdus
eſt, Bald. & Aluar. in cap. 1. §. publici latrones.
numero 2. de pac. tenen. Bald. in authen. ſta-
tuimus. numero 2. C. de epiſcop. & cler. Iaſon
poſt Caſtrenſ. numer. 5. in authen. qui rem hu-
iuſmodi. C. de ſacroſan. eccle. Iacob. in tractat.
feud. uerbor. marchio. uerſic. quæritur etiam.
numer. 1. & 2. per doctrinam Cyn. Bald. Alber.
Caſtrenſ. & communiter ſcribentium in d. au-
then. ſtatuimus. Curt. in tractat. feud. parte 6.
quæſt. 1. Socin. conſil. 272. non proſequendo.
num. 9. uol. 2. latè Boer. deciſ. 304. uidetur. nu.

7.cum multis ibi per eum alleg. quemadmo-
92 dum † & reliqui domini utiles & poſſeſſores
priuantur iure ſuo, quotieſcunque eo malè
abutuntur, l. ſi cùm dotem. §. ſi uerò. Iaſon &
Dd.ff ſolut.matrim.l.imperator. ad S. C. Tre-
bel.authen.qui res iam dictas. C. de ſacroſan.
eccleſ.cap. fin. de accuſat. Crauer. conſil.300.
93 num.1.cum ſequen. quibus † utilibus domi-
nis ac poſſeſſoribus cùm ſemper aliàs, tum e-
tiam in hac priuationis cauſa uaſalli, utpote
& ipſi utiles domini, iure comparantur & ad-
æquantur, ut eodem iure cenſeri debeant, Bar
tol.in l. diuortio. §. ſi fundum. in fin. ff. ſolut.
matrim. Gemin. in cap. ad apoſtolicæ. §. ſed
licet. num.12.per illum text. de reiudic. libro
6.Cùm igitur hîc tot cauſæ priuationis feudi
concurrant, quæ ſingulæ per ſe erant ad pri-
uationem ſuffecturæ, concludi poſſe uideba-
tur, d.inferiorem in feloniam incidiſſe, & feu-
do ſuo ex prædictis cauſis priuandum eſſe.
Tertiò uidebatur dominum ſaltem iniuria-
94 rum agere cū hoc inferiore poſſe. Nam † qui
ſuo iure ſuáue poſſeſsione prohibetur uti, in-
iuriarum actionem habet contra omnes qui
prohibent uſum, uel turbant, l. iniuriarum.
13.§ fin. de iniur. l. qui pendentem. 26. §. fin.
de act.empt. gloſſ in l. ſi duo. uerb. placuit. ff.
uti poſsidet. & eadem actio magiſtratui quo-
que competit, qui in uſu & exercitio ſuæ iuriſ-
dictionis ac ſuperioritatis turbatur, uel pro-
hibetur, Innoc.in cap.dilectus filius. numer.2.
de appellat. Paris de Put.in tractat. ſyndic. ad
uerb. familia. cap.3. numer.11. & 12. Chaſſan.
in conſuet.Burgun. tit. de iuſtices, §. 7. numer.
40. Alexand.conſil.35.uiſo. numer.9. uolum.
95 2.Quartò † uidetur à ſuperiore inferiorem,
qui iuriſdictionem illius turbauit, & ei præci-
pienti non paruit, nec appellationi detulit,
propria authoritate mulctari poſſe, Bart. in l.
item apud. §. idem ait. de iniur. & in l. unic.
per illum text.ubi Caſtrenſ.num. 6. & omnes
Dd. ſi quis ius dicent. non obtemp. & per tot
tit. C. de mod. mulct. Bald. in l. quemadmo-
dum.§.magiſtratus. num.3.ad l. Aquiliam, Ia-
ſon in l. 1. §. quod prætor.nu.12. ne quis eum;
96 qui in ius uocat.eſt: idq; † non modò propo
ſita actione, ſed, quod commodius eſt, ex no-
bili ſuo officio abſque ſtrepitu actionis & iu-
dicij, ut uult Bartol. qui dicit ita communiter
teneri, & in d.l.1.in princ.num.9.ſi quis ius di-
97 cen.non obtemp.& in l.2.numer.16. Nec † e-
nim modò contumaces mulctari poſſunt, ſed
etiam turbantes iuriſdictionem, uel reſiſten-
tes: uel de quibus timetur, ne præcepto & mo-
nitioni iudicis ſint pariturì, Caſtrenſ. poſt Bar
tol.in d.l unic.numer.6. Imol.in l. filiusfamil.
§ diui. numer.3. de legat.1. Hoſtienſ. d. tit. de
mulctar. num.2. uerſic. & pro quibus. Nam
98 † quamuis ex d.l. unic. ſi quis ius dicen. ne-
queat mulctari, niſi uerè contumax, tamē ob-
tinuit, ut inquit Hoſtienſ.prælleg.loc.de mul
ctar.num.2. in omni contemptu pro arbitrio

iudicis mulctas exigi poſſe, & eſt de mēte Bar-
tol.in d.l.unic.§.is uidetur. ſi quis ius dic. ubi
num.1. decidit, quamlibet inobedientiam &
contemptum poſſe à magiſtratu mulctari, &
rurſum num.6.ait, etiam non ſubiectos & ex-
traneos impedientes iuriſdictionem, puniri
poſſe: cuius ſententiam ſequitur & probat A-
lexander ibid. numer.6. qui multa ad hoc al-
legat: ad idem Roffred.in ſum.tit.ſi quis ius di
cens.num.2.& 5.ubi dicit, poteſtates de facto
mulctas imponere nolentibus eorum parère
præceptis, idq; ſiue initio litis, ſiue in medio,
ſiue in fine non parituri & Boſſ. in pract. cri-
min.tit. de mulct.numer.8. & 17.ait, Mulctam
eſſe unum ex remedijs, ut inobedientes pa-
reant, & Alexan. conſil.35. uiſo. numer.5.6.7.
uol.2.decidit, reſiſtentem, uel impedientem iu
riſdictionem, præſertim iudicis ordinarij ar-
bitrariè & impoſita mulcta puniri poſſe, ue-
lut eximentem, ut ſic prouideat iudex, ne ſua
iuriſdictio impediatur: ad idem Oldrad. con-
ſil.15.circa.num.2.& 3.idq; procedit, ſiue alte-
ra pars ob inobedientiam eiuſmodi damnifi-
cata fuerit, ſiue non fuerit. Nam licet ad inſtan
tiam partis iudex non poſsit aliter mulctare,
quàm ſi pars altera propter alterius contuma
ciam fuerit damnificata, Caſtrenſ.& Alexand.
num.6.7.& 8. in l.1.§ 1. ſi quis ius dicen. non
optemp. tamen pro contemptu ſuæ iuriſdi-
ctionis poſſunt ex ſuo nobili officio magiſtra
tus, præſertim maiores, ut prouinciarum præ-
ſides & domini, contumacem, uel inobedien-
tem mulctare & punire, etiamſi pars altera da
mnificata non ſit: putà, ſi non obſtante con-
tumacia in iudicio proceſſum fuerit, & alteri
parti obedienti ius adminiſtratum: ut rectè
diſtinguit Alexan. in d.l.1.§.1. in fin: per illum
text & l.certa. C. quand. prò. non eſt neceſſ. l.
illicitas.§.fin.ff.de off. præſid.l.2. ſi quis in ius
uocat. Id quod indubitabile uidetur iure Sa-
xon.quo ſuperior ob non admiſſam, præſer-
tim in criminalibus, appellationem, poteſt in-
feriorem arbitrariè punire & mulctare: prout
ſuprà eſt expoſitum ex gloſſ. Landtrecht lib.
2.art.12.& 13. Vueichbild art.14.in fin. Quare
uidetur etiam ex nobili officio per modum
mulctandi ſuperior contra hunc inferiorem
procedere poſſe: quo modo cōmodiùs quo-
que procedetur, quàm ſi pœnam exigat per
ordinarium proceſſum & uiam intentatæ ac-
99 cuſationis. Sic † enim neque de foro com-
petenti, nec de proceſſu erit diu deliberandū:
ſicut omnino neceſſe eſſet fieri actione aliqua
propoſita: quia de hac ſuperior cognoſcere
nō poſſet, cùm de iniurijs ſibi factis magiſtra-
tus, etiā Princeps, ſibi ius dicere nequeat, Bar-
tol.in l. lex Cornelia. numer.1. ff. de iniur. l. qui
iuriſdictioni.ubi Dd. de iuriſdict.om. iud. tot.
tit. C. ut nemo in ſua cauſa, Socin. in fallen.
100 145. regul. Sed † aut agere deberet cum ſu-
periore, Bart.num.2. Iaſon num.3. & commu-
niter Dd.in d.l.qui iuriſdictioni.cap.dilectus.
ubi

ubi Innocen. Panorm. cõmuniter Canon. de pœn. aut ſi eſſet ipſe non recognoſcens ſuperiorem, uel priuilegiatus: alioquin etiam hîc committere & delegare eam litem non ſuſpectis arbitris, uel iudicibus deberet, l. eſt receptum. ubi Bart. num. 1. Alexan. num. 4. Iaſ. nu. 5. Zaſ. & communiter ibi tradunt Dd. ff. de iuriſdict. l. fin. C. de iudic. Innocen. in c. ex parte. el 1. num. 2. & 3. de uerb. ſignific. latè Chaſſan. in conſuet. Burgun. de iuſt. §. 4. ad uerb. ſut les

101 hommes. num. 63. & 64. At † ubi magiſtratus procedit ex nobili officio imponẽdo mulctam, ipſe iudicare, & in hac cauſa, uelut ad publicam iuriſdictionem magis, quàm ad ſe pertinente iudicare, ac mulctam ab inferiore exigere & decernere poteſt, Bartol. in d. l. 1. numer. 9. & 13. ibidem in §. fin. num. 6. ſi quis ius dicen. text. in l. ex quacunq;. in uerb. à compe-

102 tente iudice. ſi quis in ius uocat. Vnde † Bald. in d. l. unic. numer. 3. ſi quis ius dicen. non obtemp. dicit, quòd ſicut quilibet iudex poteſt alia remedia contra non parentes decernere, ita & mulctare, & Caſtr. num. 5. & 9. d. l. unic. ac Iaſon num. 15. ibidem d. l. unic. dicunt, iudicem contra citantem ſemper habere iuriſdictionem, quo ad imponendam mulctam, licet non etiam habeat, quo ad cauſam principalem, quantumuis reſpectu cauſæ principalis non eſſet competens: puta quòd eſſet ius propria: uidetur enim nihilo minùs competens reſpectu pœnæ, quæ infligitur inobedienti, Bald. in l. in criminali. num. 7. C. de iuriſdic. omn. iud. Et quòd iudices ipſi mulctare poſſint ex nobili ſuo officio, ex ſuprà deductis facilè intelligi poteſt, quæ hîc repeti non eſt neceſſe. Nec obſtat, ſi dicatur, neminẽ in ſua cauſa iudicare poſſe. Dupliciter enim reſpondet Bald. in d. l. 2. num. 5. ſi quis in ius uocat. primò, quòd iſta cauſa non eſt ipſius iudicis, ſed iuriſdictionis atq; officij, & non perſonæ. Secundò, quia hæc quæſtio tantùm eſt emergẽs, & pertinet ad tutandam iuriſdictionem, non ad priuatam ipſius perſonæ iniuriam. Ex his igitur ita deductis ſatis uidetur, prætermiſſa pœnali actione poſſe ſuperiorem mulctã decernere, citato ad hoc inferiore, ut ueniat auditurus decerni mulctam, & defenſiones, ſeu oppoſitiones, ſi quas habere ſe putet, contra mulctam oppoſiturus. Nam talis defenſio nemini eſt auferenda: imò omnino permittenda: ita uolunt Bart. nu. 16. Bald. num. 3. Caſtr. num. 4. in l. 2. ſi quis in ius uocat. non ier. Bar. num. 13. quem ſequitur Alexan. num. 20. cum addit. in d. l. unic. in princip. ſi quis ius dicent. & idem Bar. in l. deſertorem. §. ſi ad diem. nu. 1. de re milit. per not. Innocent. in c. conſuluit. de offic. deleg. Boſſ. in d. tit. de mulct. num. 8. qui

103 dicit ita obſeruari. Quanta † autem hîc mulcta imponi debeat, non poteſt certò definiri: nam ſecundum qualitatem contemptæ iuriſdictionis, & conditionem perſonarum hoc eſt definiẽdum, ut ait Roffred. in d. tit. ſi quis ius dicent. nu. 2. Et eſſe hoc arbitrarium, nec l. eos. C. de mod. mulct. hodie obtinere teſtantur Hoſtienſ. tit. de mulct. num. 2. Alexan. d. conſil. 35. uiſo. nu. 5. cũ ſeq. uol. 2. & Boſſ. in d. tit. de mulctis, numer. 9. dicens d. l. eos. de conſuetudine non obſeruari. Quanquam hîc non opus eſt

104 de correctione d. l. eos. diſputare. Conſtat † enim eam nõ loqui de perſonis illuſtribus, ſed inferioribus. Nam illuſtres perſonas & magiſtratus in confeſſo eſt uſque ad 50. libras auri mulctã indicere poſſe, l. illuſtres. 4. C. de mod. mulct. Hoſtien. in d. tit. de mulct. num. 2. Quare cùm hic iudex Ad quem, ſit perſona illuſtris, non dubium eſt, ad eam uſque ſummam mulctandi ius illi eſſe, etiamſi d. l. eos. adhuc in uiridi eſſet obſeruantia. Sed quoniam illuſtribus tam immenſa mulcta non conceditur, niſi in grauiſsimis delictis, d. l. illuſtres. ideo hîc non tam de poteſtate mulctantis, quàm de qualitate delicti, proptèr quod mulcta indicitur, cogitandum eſt, C. de mod. mulc. Etſi autem plura hîc delicta uidentur concurrere: tamen reuera in unum omnia redeunt, uidelicet in inobedientiam illam, qua inferior nõ detulit appellationi, & ita à iuriſdictione ſuperioris ſe eximere uoluit. ex hoc enim reliqua de non tranſmiſſo captiuo reo, de non aperta

105 curia, &c. conſequuntur. Quia † uerò ob unum delictum nemo eſt pluribus pœnis puniendus, l. at ſi clerici. in fin. de iudic. nec unã eum ordinaria pœna poteſt mulcta exigi, ſed alterutra iudex contentus eſſe debet, Roffred. in d. tit. ſi quis ius dicent. numer. 10. per l. licet. neut. caup. ſtabul. Alexan. in d. conſi. 35, num. 7. uol. 2. Boer. deciſ. 304. num. 7. per gloſſ. in l. item quæritur. §. Iulianus. ff. loca. cum alijs per eum alleg. ideo ſi pœna non admiſſæ appellationis, de qua ſuperiùs, exigatur, non eſt putandum alia uel actione iniuriarum, uel mulctæ impoſitione d. inferiorem puniri poſſe: omnes enim iſtæ actiones ſpectant ad uindictã, & pœnam perſequuntur, quamobrem unius electione reliquæ conſumuntur, l. 3. §. fi. l. licet. §. poſſumus. ff. naut. caup. ſtabul. l. plura. in

106 princip. de act. & oblig. Nam † etſi unum remedium, unaq; pœna non tollit remedium aliud, aliámue actionem, uel pœnam, quoties ex diuerſis delictis, uel factis oriuntur, l. nunquam plura. de priuat. delict. tamen aliud eſt, quando eſt unus titulus criminis, ita ut ex una cauſa omnes actiones originem habeant, ut latiùs exponit Bartol. in l. 1. §. unde quæritur. num. 3. per ibi allegata, ff. de publican. gl. in §. final. ad uerb. conſumit. Inſtitut. ſi quadr. paup. feciſſe dicatur, Dec. in l. nunquam. num. 2. & 3. de regul. iur. Hîc autem unus eſt titulus criminis, uidelicet inobedientia non delatæ appellationis: cuius etſi uariæ uideantur eſſe formæ, tamen una cauſa eſt, & per cõſequens, unum crimen ſubeſt, ideoq; una tantùm pœna uenit exigenda. Nam enĩ in delictis à primordio tituli formatur euentus, & quæ ſe ac-

 ceſſoriè

ceſſoriè referunt ad aliquem titulum delicti
107 præcedentem, ex † his non oritur nouum cri-
men, neque nouus titulus à continuatione,
ſeu iteratione, ſed unum cenſetur crimen con
tinuatum, quando ſcilicet facta fiunt reſpectu
eiuſdem unius tituli atque finis, ut pulchrè
exponit Anchor. conſil 4 ſtatuto. num. 3. 5. &
6. & latè Socin. diſputans atque ita cõcludens
conſil. 62. in præſenti. num. 9. uol. 1. per doctri
nam Bart. in l. nunquam plura. de priuat. de-
lic. & in l. illud. §. fin. ad l. Aquil & in l. inficians
& infans. de furt. & Bal. in l. quicunq. C. de ſer.
108 fugit. Quanquam † autem non deſint, qui
teneant per impoſitionem mulctæ extraordi-
nariam, non tolli pœnam lege ſtatutam ordi-
nariam, Bald. in l. nullum. 12. num. 4. C. de te-
ſtib per gloſſ. fin. ibid. & l. 2. C. de ſport. idem
Bar. in l. ancillæ. num. 21. C. de furt. in l. ubi. nu.
2. C. de fal. tamen hoc ipſum ſatis dubium eſt:
109 quoniam † in pœnis ſufficit etiam minimam
pœnam exolui, & minima tollit maiorem de-
bitam, l. quod ſenatus. 21. ff. de iniur. Vnde
Cyn. in prædictis locis eam theoricam repro-
bat, & nõ audet ſe in illa firmare, Alexan. con-
ſil. 35. uiſo. num. 7. uol. 2. Et quamuis uera eſ-
ſet, tamen ipſe Bald. ita eam interpretatur, ut
procedat, quando minor pœna, ſeu mulcta
eſt impoſita extra ordinem, quàm delicto de-
beatur: aliàs, ſi par eſſet, & pœnæ reſponderet,
hoc caſu illam theoricam non obtinere fate-
tur. Deinde in d. l. ubi. in fin. C. de falſ. expreſ-
ſiùs oſtendit eam theoricam procedere, quan-
do mulcta exigitur à iudice in contemptum
eius, pœna uerò legalis nomine publici crimi
nis, cuius pœna non iudici applicetur, ſed in-
fligatur in corpus rei, aut applicetur fiſco: &
ita gloſſ. loquitur in d. l. nullum. Secus uerò
fuerit, ſi utraque pœna ab eodem iudice & re-
ſpectu contemptus ipſius, ſeu inobedientiæ
exigeretur, ut eſt de mẽte Bal. in d. l. ubi. Qua-
re cùm in terminis illis hîc non ſimus, ſed ra-
tione unius contemptus ab eodem iudice Ad
quem. omnes pœnæ ſint exigendæ: nõ ſubeſt
ſatis fundamenti, ut dici debeat, & pœnam le
galem non delatæ appellationis, & pœnã in-
iuriarum, uel mulctam extraordinariam ſi-
110 mul hîc exigi poſſe. Ac † uidetur omnibus
perſpectis, conſultiſsimum eſſe, ſi mulcta ordi
naria ſola imponatur iuxta taxationem d. l.
quoniam. C. de appellat. Quo facto, non po-
teſt uideri mulctam iuſto grauiorẽ impoſuiſ-
ſe ſuperior: cùm non exceſſurus ſit quantita-
tem á lege, canone, uel ſtatuto decretam, ita
ut non tam extra ordinem mulctare, quàm e-
xequi pœnam legibus præſtitutam hoc caſu
poſsit uideri, Panor. in c. propoſuit. n. 8. de ap-
pellat. Quanquam etiam ſolutum ei fuerit iu-
riſdictionem inferioris turbare, & exercitium
eius ſuſpendere, donec ſe iuri ſiſtat, & appella
tioni deferat, gl. Landtrecht art. 12. & 13. lib 2.
Vueichbild art. 14. Chaſſan. in conſuet. Burg.
rub. 1. de iuſtic. paſsim, & dixi ſuprà conſil. 33.

Sed hæc omnia procederent, ſi prædictæ pœ-
næ, aut aliqua earum in præſenti caſu locum
haberẽt. Verùm apparet ex omnibus circum-
ſtantijs huius cauſæ proprijs & bene perpen-
ſis, difficulter, uel potius nullo modo aut iu-
re ad aliquam pœnam contra inferiorẽ hunc
hoc caſu perueniri poſſe, idque per rationes
ſubſequentes. Nam principiò quidem aper-
tiſsimum eſt, ex cauſis ſuprà allegatis inferio-
rem feudo priuari ſuo non poſſe. Præſuppo-
111 nendum † enim illud in primis eſt, quòd li-
cet uaſallus exaltare dominum, & honorare,
quantũ ſibi poſsibile ſit, teneatur, c. ſi tibi do-
mino. 63. diſtinct. gl. 1. & Iſer. in c. 1. qual. iur. ua
ſal. dom. deb. fidel. Matth. de Affl. deciſ. Neap.
112 307. num. 8. 9. & 10. tamen † non priuetur ex
qualibet cauſa & iniuria ſtatim feudo, ſed ex
magna demũ & grauiter damnoſa, c. 1. §. præ-
terea ſi uaſallus. ubi Afflic. 2. not. quę ſit prima
cauſ. benef. amit. c. 1. §. porrò. uerb. graues. qui-
bus mod. feud. cùm hæc tota materia pœnalis
ſit & odioſa, exemploq; ſuo cæteris fidelibus
præiudicialis, & quoniam intereſt domini ac
adeò conuaſallorum, plures eſſe uaſallos, &
per plures communia ſeruitia caſusq; neceſsi-
tatis rectiùs tolerari queant, Chaſſan. ideoq;
in delictis quidem commiſsionis, de quo ge-
nere hîc quæritur, neceſſe eſt, ut inſigni iniu-
113 ria, & quidem † malo animo, hoc eſt contu-
meliæ faciendæ gratia, dominum uaſallus af-
ficiat, ad hoc ut feudo priuari poſsit, c. unic. in
qb. cauſ. feud. amit. c. 1. §. porrò. quæ fuit prim.
cauſ. benefic. amitt. cap. 1. ubi Dd. de feud. ſine
culp. non amitt. Rolan. à Valle conſil. 1. nu. 93.
lib. 3. Menoch. conſil. 102. nouum. num. 7. con
114 ſil. 101. numer. 47. cum ſed. Et † quamuis o-
mnis iniuria atrox eſt, quæ infertur patri &
patrono, §. atrox. Inſtit. de iniur. l. 2. C. de bon.
liber. l. edixit. §. atrocem. ff. de iniur. & per con-
ſequens, quæ committitur in dominum feu-
di, quia illi tanta debetur reuerẽtia à uaſallo,
quanta patrono, in quem quæuis iniuria a-
trox eſt ratione perſonæ, §. atrox. Inſtit. de in-
iur. à liberto, gl. in l. 1. §. cùm patronus. de off.
præfect. urb. ut in terminis ita argumentatur
Curt. in tract. feud. d. parte 4. num. 34. Euerar.
in loc. leg. loco à liber. ad uaſal. in 13. ampliat.
115 non † tamen ex qualibet eiuſmodi iniuria
uaſallus feudo priuandus eſt, neq; hoc argu-
mentum à liberto ad uaſallum indiſtinctè hîc
ita procedit, ut & Salic. in l. dolo. num. 3. C. de
liber. cauſ. oſtendit: præſertim in hac quæſtio-
ne, ubi non tantùm de uindicta agitur, ut in
alijs iniurijs, l. 2. §. emancipatus. de collat. bon.
l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ſi quis caut. uerum
etiam de dominio alteri auferẽdo, alteri adij-
ciendo: quod ſine magna cauſa fieri nequit,
Iaſ. & Dd. l. ult. C. ſi cõtra ius, uel util. pub. l. be-
ne. C. de quadrien. præſcrip. ubi Bald. Salic. ne
quidem à Principe, d. l. ult. meminerint. & paſ-
ſim, C. unde ui, Menoch. conſ. 75. nu. 65. Non
igitur ſufficit, ut ait text. qualibet occaſio, per
quam

quam fidelis accepti beneficij uideatur ingra-
tus, ſed ſunt quædam egregiæ ingratitudinis
cauſæ, quibus beneficium amittitur, c. 1. §. de
illa. uerſ. non enim. in quibus cauſ. feud. amit.
116 Cùm † igitur lex inſignes, egregias, atroces
iniurias exigat, d. §. de illa. c. 1. §. porrò. quæ fu-
it prim. cauſ. benef. amitt. dicendũ eſt, ex ſola
perſonæ domini qualitate non quamlibet in-
iuriam uaſalli pro atroci iniuria eſſe cenſen-
dam, ſaltem quod ad priuationem feudi atti-
net: nam alioqui ſuperuacanea eſſet d. textuũ
diſtinctio & diſcrimen, quod inter atroces &
leues iniurias faciunt: & per cõſequens neceſ-
ſariò ſequitur, ex illa demũ iniuria uaſallum
priuari poſſe, quæ non ex ſola perſonarum cir
cumſtantia, ſed rei ipſius & facti qualitate at-
que grauitate pro atroci debet haberi, ut in ef
fectu tradunt Iacob. de Bel. & Aluar. in §. præ-
dictis. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. Curt. in
part. 4. tract. feud. num. 77. & Monta. in tract.
feud. lib. 4. cap. 2. in fin. & eſt de mente Iacob.
de Ardiz. in plur. loc. ſui tract. feud. Præſuppo-
no & illud, quòd quia tota hæc ratio reuocan
di feudi eſt odioſa & periculoſa, maximè in
feudis antiquis & auitis, in quibus uaſallus
nullum beneficium ſpeciale habet à domino,
ſed feudũ poſsidet uirtute antiquæ inueſtitu-
ræ, & ex beneficio primi acquirentis & ſucceſ-
117 ſione ſuorum maiorum. Item † quia toti no-
bilitati iſtiuſmodi exempla reuocatoria ſunt
præiudicialia, & à fidelitate ac amore domini
illos multùm alienantia, eò factum eſt, & in-
troductum moribus, ut etiã ex cauſis iure ex-
preſsis non facilè ſoleat pronunciari ſuper cõ
miſſo & priuatione, & tantùm quinque cauſæ
reuocandi iuſtæ relinquantur, quæ partim in
tex. feudorum recitantur, partim comprehen-
ſæ ſunt in l. fin. C. de reuoc. donat. ita Molin. in
conſuet. Pariſ. tit. de feud. §. 30. num. 3. & num.
135. 136. & 137. & fuit originalis ſententia Pet.
Iacob. in pract. tit. de cauſ. ex quibus uaſal. nu.
1. 2. & 6. ubi num. 2. tantùm quinq; cauſas ido
neas recitat, ex quibus uaſallus feudo priuari
118 poſsit. Quamuis † autem reliqui Dd. plures
cauſas referant, tamen illud addunt, eas oẽs
eſſe arbitrarias, & pẽdère ab arbitrio iudicis,
Bal. in c. 1. in prin. in quib. cauſis feud. amit. &
Iacob. de Beluiſ. in §. prædictis. quæ fuit prim.
cauſ. quem ſequitur Cur. trac. feud. part. 4. nu.
77. & Monta. trac. feud. lib. 4. cap. 2. qui etiam
illud tradunt non rectè colligi ex d. §. prædi-
119 ctis. quòd † ex quacunq; cauſa poteſt dona-
tio reuocari, uel exhæredatio liberorum fieri,
poſsit ex eadem & feudum reuocari, quia id
tex. ille non dicit, neq; dicere intendit, ſed tan
tùm hoc uult, cauſas ibi expreſſas meritò iu-
ſtas ad priuationem & ſufficiẽtes eſſe debere,
cùm etiam ex his fieri poſsit exhæredatio, &
reuocari donatio, & diſſolui matrimonium:
non tamen ex illo econtrariò ſequitur, quòd
quælibet cauſa in his ſufficiens, debeat etiam
ad reuocationem feudi ſufficere. Nam ſi hoc
textus uoluiſſet, non opus fuiſſet certas & ſpe
ciales exprimere, cùm iure communi illæ o-
mnes exhæredationis & reuocandæ donatio-
nis cauſæ ſint nominatim expreſſæ, No. 115. ut
cùm de app. in auth. l. ult. C. de reuocan. don.
& alioqui conſtat, quòd argumentum à con-
trario ſenſu non ſtringat in cauſis modalibus
impulſiuis, uel à uerbis narratiuis legis (ut
hìc) ſumptum: ut declarat Euerar. in loc. legal.
120 loc. à contra. ſenſu. Item † quòd in materie feu
dali, præſertim in correctorijs & odioſis ac pœ
nalibus argumentum à contrario ſumptum,
nõ procedat, ut latè Curt. poſt alios in d. trac.
feud. in 1. part. quæſt. 4. prin. Alex. conſ. 25. at-
121 tentatis. numer. 16. uol. 5. Nam † ubi quid ex-
preſſum non eſt iure feudali, ſtandum eſt iuri
communi, c. 1. ubi Dd. de feud. cognit. Monta.
122 & Dd. in proœm. feud. Non † autem dicitur
expreſſum, quod per ſenſum à contrario colli
gitur, gl. quam ad hoc notat Bald. in l. 2. uerb.
comparandum. C. de cõdit. inſert. & in l. apud
antiquos. ad uerb. coniecturam. C. de furt. Ti-
raq. in ll. connub. gl. uerb. expres. Tertiò & il-
123 lud præmittendum, ex † cauſis iam dictis, eti-
am iuſtiſsimis, non priuari tamen uaſallum,
niſi dolo, uel lata culpa dolo ꝓxima aliquid
in dominum cõmiſerit, §. ult. de prohib. feud.
alie. per Fed. ubi Dd. non uerò, ſi aliquo erro-
re, culpa leui, uel ignorantia, aut alio fine, Iaſ.
in l. ſi. nu. 127. C. de iur. emphyt. Molin. in con-
ſuet. Pariſ. tit. de feud. §. 13. gl. 5. nu. 6. per §. ſi ua
ſallus. ubi Bald. & communiter Dd. ſi de feud.
defunct. & c. unic. ubi idem Bal. nu. 4. de con-
ten. inter dom. & emp. & per §. fin. de prohib.
feud. alien. per Feder. & alia iura, quæ allegant
Iacob. in trac. feud. uerb. dictiq; uaſalli. nu. 34.
124 Zaſ. part. 10. num. 55. qui † quidem dolus, aut
culpa maior in uaſallo regulariter non præ-
ſumitur, l. meritò. ubi Dd. ff. pro ſoc. cum ſimil.
extra cauſam manifeſti delicti, l. ſi non conui-
cij. C. de iniur. l. 1. C. unde ui, ubi Dd. donec à
domino oſtendatur, & indubitatis argumen-
tis probetur, Bal. in c. 1. nu. 11. de feu. ſine culp.
non ami. Iaſ. conſ. 64. circa nu. 2. uerſ. ſecundò
moueor. uol. 3. Molin. in d. cõſuet. Pariſ. tit. de
125 feud. §. 13. gl. 5. num. 6. Ita † ut quælibet cauſa,
etiam iniuſta, excuſet uaſallos à dolo & feudi
priuatione, ut Iaſ. rectè in d. cõſ. 64. per l. igiſ.
de lib. cauſ. & alia iura quæ allegat. Ex quibus
ita præſuppoſitis nunc facilè poteſt intelligi,
d. inferiorẽ in pœnam feloniæ & priuationis
feudi hìc non incidiſſe. Nam quod dicitur, ua
ſallum, qui dominum accuſat, uel defert, feu-
do priuari, intelligendum eſt, quando id do-
lo malo facit, tantùm ad periculum & damnũ
126 domino creandum: ſecus † uerò, ſi id faciat iu
ris ſui tuendi cauſa, uel ut ſuam ſuorumq; in-
iuriam perſequatur, ut poteſt, gl. §. item ſi dela
tor. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. per l. qui
cum maior. uerſ. ignoſcendum. de bon. liber.
127 Hæc † enim magis eſt defenſionis ſpecies,
quàm offenſionis, ut limitant eam theoricam

glo. & omnes Dd. in d. cap. 1. §. item ſi delator.
quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. Curt. d. tract.
feud. part. 4. nu. 62. cum ſeq. Zaſ. in eod. tract.
part. 10. numer. 47. in 3. fallen. Hîc autem ſatis
apparet, ex mandatis Cæſar. Maieſt. non per
uiam accuſationis, aut delationis, ſed in mo-
dum ſimplicis querimoniæ, & id quidem tuē-
di ſui iuris gratia, d. inferiorem querelam ad
Cæſar. Maieſt. & Cameram detuliſſe. Ex quo
fundamento ſubuertuntur reliquæ cauſæ pri-
uationis feudi ſuperiùs adductæ. Nam primò
tantùm procedunt, quando ſcienter & dolo
malo abnegat uaſallus ius domino debitum,
prout ſuprà dictū eſt. Deinde procedunt, cùm
inficiatur ius aliquod feudale, propter quod
feudum eſt conceſſum, uel quando non uult
facere iuſtitiam domino in cauſa feudali, idq́;
128 doloſè aliter uerò ſe res habet, ſi † in alia cau-
ſa ciuili, uel criminali, abneget & detrectet
nam tunc ea propter feudo non priuatur, ut
iura prællegata uolunt, quæ ſic communiter
interpretantur Aluar. & alij contra Andr. de Is-
ſer. per text. in c. 1. §. illud. uerſic. item ſi domi-
no. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. de quo li-
cet Curt. in 4. part. nu. 60. tract. feud. dubitet,
tamen communiter hanc diſtinctionem Dd.
ſequuntur, ut Iacob. in tract. feud. ad uerb. di-
ctiq́; uaſalli promiſerunt. num. 23. Zaſ. d. part.
10. numer. 44. quæ cùm ſit humanior, meritò
eſt ſequēda, l. pen. l. abſentem. de pœnis. Qua-
re cùm hîc non de cauſa feudali, ſed ciuili, aut
criminali, nec de cauſa domini principaliter,
ſed ſubditi ipſius uaſalli agatur, neque adhuc
ſimus in caſu denegatæ iuſtitiæ, quippe cùm
uaſallus hic intendat non eſſe ius in cauſa in-
carcerationis ad dominum appellandi, qui
ſibi potiùs iniuſtitiam & uim fieri, quàm à ſe
iuſtitiam denegari prætendit: colligitur ex o-
mnibus illis adductis cauſis, nullam nec ad
probationem feloniæ, neq́; ad ſententiam re-
uocatoriæ ſufficere hîc poſſe. Sed nec illud
ſimpliciter uerum eſt, quòd uaſallus denegās
iuſtitiam facere ſuo ſubdito, mox ſit feudo pri-
129 uandus. Nam † primùm requiritur, ut ſubdi-
tos uaſallus malè tractet & inſignibus dam-
nis afficiat. Secūdò, ut ter ſit iuridicè ad facien
dam iuſtitiam à domino monitus ac citatus.
Tertiò, ut ſub comminatione pœnæ ablatio-
nis & reuocationis feudi ſit citatus: ut hæc de-
clarat Bal. nu. 3. & communiter Dd. in d. auth.
ſtatuimus. C. de ſacroſ. eccleſ. idem Bald. in c. 1.
uerſ. publici latrones. de pace tenend. Iaſ. poſt
Caſtr. in auth. qui rem. num. 5. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. Boer. deciſ. 304. num. 7. part. 2. Socin. cōſ.
272. non proſequendo. numer. 9. uol. 2. Curt.
trac. feud. part. 6. quæſt. 1. Imò Iacob. in d. trac.
feu. ad uerb. marchio. §. quæritur etiam. num.
e. & 2. uult, ne his quidem concurrentibus cō-
mitti feudum, ſed uaſallum tantùm incurrere
indignationem domini & pœnam duntaxat
tunc eſſe arbitrariam. Præterea tunc demum
pro iuſtitia denegata ad reuocationem feudi
agi poteſt, cùm inferior planè eſt tyrannus,
nec ulli hominum in genere iuſtitiam facit:
nam ſi uni, uel paucis tantùm iuſtitiam dene-
gat, nō eſt illi propterea tota feudi iuriſdictio
auferenda, ſed potiùs illi homines, quibus in-
iuſtitiam facit, ipſius iuriſdictioni eximendi,
& illis iuſtitia à ſuperiore eſt adminiſtranda:
quæ pœna meritò tali caſu ſufficit, ne grauios
130 ſit delicto, contra regulam Pœnas † delictis
commenſurandas eſſe, l. ſancimus. C. de pœn.
l. reſcriptum. de his quibus ut indig. Quare
cùm hîc nec illa omnia, de quibus dixi, cōcur
rant, neq́; iuſtitiā denegare, ſed ius ſuum tue-
ri, & appellantem incarceratum uia iuris ac-
cuſare atq́; perſequi d. uaſallus inferior præ-
tendat, facilè puto non in illa terminia nō eſ-
ſe, ut commiſſum decerni & felonia d. uaſallo
imputari, præſertim in rē & cauſa minimè om
nium ius dominicū & fidelitatem feudi cōcer
131 nente, poſsit. Quod † uerò ad pœnas nō dela-
tæ appellationis & iniuriarum attinet, eæ qui-
dem iure debentur, ut iam demonſtratum eſt,
ratione inobedientiæ, ſed tum demum, quan-
do per dolum, aut latā culpam ea inobedien-
tia commiſſa eſt: non uerò, ſi qua cauſa etiam
iniuſta & colorata ab inobedientia & contu-
macia excuſare poteſt, ut tradunt gloſ. mag. in
fin. quam ſequuntur omnes Dd. in d. l. unic. §.
fi. & Iaſ. nu. 4. ſi quis ius dicen. non obtemp. &
idem Iaſ. in l. ſi quis id, quod. nu. 34. de iuriſd.
omn. iud. ubi præſertim infert per illum text.
mulctas contemptæ iuriſdictionis non com-
mitti, ubi aliqua cauſa afferri colorata poteſt,
Hoſtien. de mulct. num. 2. uerſ. & pro quibus.
in fin. Nam qualibet cauſa, etiam iniuſta & fa-
tua, dum modò utcunque colorata, à dolo &
per conſequens à pœna contumaciæ & inobe
dientiæ excuſat, l. igitur. 12. ff. de liber. cauſ. Me
noch. conſ. 31. num. 8. Licet autem non uſque-
quaq́; talis iniuſta cauſa à pœnis ex lata cul-
pa debitis excuſet, ut Dd. præſertim Iaſ. in d. l.
unic. §. fin. ſi quis ius dicenti non obtemp. nec
quando peccatur contra pręcepta diuina, aut
naturæ, ut eſt uenire contra ſacramentum ua-
ſallagij, Ang. in l. plagij, C. de plagiar. Alexan.
conſil. 103. nu. 14. lib. 1. Capolla conſil. 21. col.
pen. & conſil. 24. num. 3. in crim. Gomez. §. ex
maleficijs. num. 32. Inſt. de actionib. Menoch.
conſil. 31. grauis. nu. 32. tamen hîc multiplices
concurrere cauſæ uidentur, quare non modò
non in dolo, ſed ne in lata quidem culpa infe-
rior fuiſſe uideri debeat. Nā in primis ex man
dato Cameræ Spirenſis imperialis prætexera
hîc inferiorem apparet, ſe non turbandi iuris
alieni, ſed ſui tuendi gratia, quicquid eſt hu-
ius, feciſſe: allegat enim à cauſis, quæ expediū-
tur nobili officio, putà criminalibus, incarce-
rationibus & ſimilibus, nec poſſe, nec ſolere
ab ipſo ad ſuperiorem appellari: atque ita di-
ſtinctionem facit inter cauſas, quæ nobili offi-
cio, & inter eas quæ mercenario officio expe-
diuntur, ab his quidem cōcedens appellatio-
nem,

nem, ab illis nequaquam. Cùm igitur hęc cau
ſa ſit eiuſmodi, quæ ad nobile officium per-
tineat, à quo per incarcerationem eſt inchoa-
ta, intendit ſe iure non detuliſſe appellationi,
132 quia deferre non debuerit. Etſi † uerò domi-
nus ſuperior hic iuris præſumptionem pro ſe
habet, cùm ratione uniuerſalis ſuperioritatis
ac iuriſdictionis, cuius pars eſt appellationis
deuolutio ac cognitio, c. cùm epiſcopus. 7. de
offic. ordin. c. 2. de reſt. ſpoliat. in 6. tum etiam,
quia iudex in una cauſa rectè prouocatur, ad
eundem & in alia appellari præſumptiuè po-
ſeſt, quum & in minoribus & maioribus & ci-
uilibus atque criminalibus regulariter appel
lare liceat, l. & in maioribus. ubi gloſſ. l. linga-
ronibus. C. de appell. l. 3. in fin. C. de pœn. iud.
qui mal. iud. l. non tantùm. de appellat. cum
ſimil. eaq; re mariiò probatio huius diſtinctio-
nis ac diſcriminis, quæ eſt fundamentum ex-
ceptionis d. inferioris, ab ipſo ſit facienda, l. in
executoribus. 14. de probat. Iaſ. in l. ſi uerò. §.
qui pro rei qualitate. numero 15. qui ſatiſd.
cog. tamen id nō obeſt, quo minus allegatio-
nem hanc prætendens inferior & probatio-
nem illius allegati diſcriminis ſuſcipiens, poſ-
ſit à contumacia & inobedientia purgari, &
per conſequens ab omni pœna atque mulcta
liberari, etiāſi fortè per unum tantùm teſtem
probaret, uel ex aliorum relatione fide digna
133 ſic audiuiſſet. Nam † qui probabiliter ſic o-
pinantur & credunt, ex iuſtitia feciſſe intelli-
guntur, & à pœnis liberantur, per ea quæ tra-
dit Iaſon in l. properandum. §. ſiue autem. nu-
mer. 8. & 9. C. de iudic. & in l. 1. de eo per quem
fact. erit, poſt Bald. in l. qui accuſare. numer. 3.
& 4. C. de calum. & in l. 1. numero 8. C. de ad-
134 uoc. diuerſ. Quanquam † autem multùm d.
inferiori hic obſtet, quòd quando dubium
eſt, utrùm iuriſdictio ſit ſuperioris, an non, pa
rendum ſit, ſaltem ad allegandas cauſas, qua-
re parére non oporteat, alioquin inobediens
mulctari poteſt, ut eſt communis concluſio
Bart. Bald. Caſtren. Alexan. Alber. Iaſ. & alio-
rum in dicta l. 2. ſi quis ius dicen. non obtem.
& in l. ſi quis ex aliena. de iudic. (nam in du-
bio ſemper eſt ſuperiori, præſertim in cauſa
appellationis acceptandæ, parendum, Fab. in
l. quoniam. numer. 21. C. de appellat. per l. de-
cretum. C. de metal. lib. 12.) & ſuprà diximus,
135 etiamſi † iudex non ſit uerè competens ra-
tione iuriſdictionis, tamen competentem eſ-
ſe ratione mulctæ imponendæ, quia in dubio
debeat illi obediri, Iaſ. poſt alios in d. l. 2. nu-
mer. 15. ſi quis in ius uoc. non ier. cum alijs ſu-
prà allegatis: tamen hoc facilè diluturus ui-
detur hic inferior, ſi dicat & probet hoc ſuum
ius non eſſe dubium, ſed liquidum & noto-
rium, uel ſe ita credidiſſe & ab alijs audiuiſſe,
& ſic hactenus uſurpatum fuiſſe. Præterea &
illud in excuſationem d. inferioris afferri po-
teſt, quòd ex eo etiam capite huic appellatio-
ni deferre non tenebatur, quia nulliter & fri-
uolè ſit interpoſita. Superiùs enim dictum
eſt, & certiſsimi alioqui iuris eſt, appellatio-
136 ni † euidenter friuolæ, atq; nulli, non defer-
ri, ut eſt communis doctrina in cap. ſugge-
ſtum. 30. ubi text. & in cap. ut debitus. 59. de
appellat. & in l. quoniam. ubi Fab. num. 22. C.
eod. tit. Hanc autem appellationem friuolam
& nulliter imperitè atque non ſeruata iuris
forma fuiſſe interpoſitam, ex duobus funda-
mentis conuinci poſſe uidetur. Nam primò
non ipſe incarceratus, ſed ipſius uxor in in-
ſtrumento appellationis inuenitur prouocaſ-
137 ſe. Eſt † autem aperti iuris, quòd ratione in-
iuriæ (ſicuti eſt incarceratio, Iaſon numero
22. 33. poſt Caſtrenſ. l. quarta, de re iudic. Bal-
dus conſilio 412. libro primo, Boer. deciſ. 215.
Schurff. conſilio 87. & conſilio 98. numero
quarto, centuria tertia: etiam iurè Sax. Landt-
recht libro 2. articul. 34. & in Vueichbildt ſub
titul. *vom abtrag*, Schurff. dict. conſilio 98.) quæ
fit marito, non detur actio uxori eius, cùm u-
xores defendi à uiris, non contrà uiros ab u-
xoribus, æquum ſit, §. patitur. Inſtit. de iniur. l.
2. ff. eod. tit. Nec modò agere prohibetur uxor
nomine iniuriæ mariti, d. l. 2. de iniur. d. §. pa-
titur. l. ſancimus. de procur. l. alienam. C. eod.
ſed etiam, quod plus eſt, non poteſt abſentem
maritum defendere, licet cauſa defenſionis ui
deatur priuilegiata: text. eſt in terminis in l. 4.
C. de procurat. ubi Cyn. Oldr. Bald. Caſtrenſ.
Salicet. Iaſ. notant, quòd uxor ſicuti non ad-
mittitur ad agendum nomine mariti, ita nec
ad defendendum: id quod ſequitur Ioan. de
Arnono ſingul. 51. quarto. ubi dicit, mulierem
non poſſe procuratricem eſſe mariti: quamuis
interdum poſsit procurare pro patre, aut li-
beris, in l. fœminia. 41. in princip. ff. de procur.
& in l. alienam. ubi Iaſ. C. eod. tit. Quare cùm
in prima inſtantia mulier pro marito non ad-
mittatur, uidetur nec in ſecunda inſtantia ad-
mitti oportere. Alterum fundamentum eſt,
138 quòd † appellatio ſit coram iudice A quo, fa-
cienda, nec alibi fieri poſsit: & ſi fiat alibi, non
teneat appellatio, cap. ut debitus. de appellat.
gloſſ. in cap. appellatio. 9. ad uerb. iudici. eod.
tit. in 6. iunct. c. cordi. in fin. eod. titul. ubi dici-
tur, indebitè appellantem pro non appellan-
te haberi: ad idem text. in clem. pri. uerb. co-
ram ipſis, uel maiore parte. de appell. Innoc.
in cap. cùm olim. nume. 10. de dol. & contum.
& ita deciſum fuit in deciſion. Tholoſ. 428. in-
cip. item fuit quæſitum, &c. excepto ſcilicet,
quando uel requiſitus eſt iudex A quo, nec
deferre appellationi uoluit, uel iuſtus metus
interuenit, per quem coram ipſo pars graua-
139 ta appellare uereatur: quo † tamen ipſo caſu
proteſtatio coram iudice Ad quem, uel hone-
ſtis hominibus interponenda eſt: quòd ſcili-
cet appellans libenter prouocaſſet apud iu-
dicem A quo, ſed illum uel ſui copiam non
feciſſe, uel formidoloſiorem eſſe, quàm ut co-
ram ipſo appellari tutò poſsit: quæ omnia ni-

ſi interueniant, & ſolenni proteſtatione fiant
ceſtata, non tenet appellatio, c. fin. de appel-
lat. ubi gloſſa expreſsè dicit, non ſufficere ali-
bi appellari, niſi expreſsim fiat proteſtatio: ſe-
quitur Panorm. ibidem numer. 2. & 5. Baldus
numero 6. qui dicit, non ſufficere iuſtam cau-
ſam, niſi in proteſtationem ſit deducta, Imol.
numero 4. Anton. de S. Georg. numero 5. 6.
cum ſeq. & ſequuntur Legiſtæ communiter,
præſertim Baldus in l. 2. per illum text. C. de
his qui per met. iud. non appell. idem Baldus
in l. apertiſsimi. numero 3. C. de iudic. & eſt
text. in l. cùm quidam. 7. de appell. l. de pupil-
lo. §. ſi quis ipſi prætori. de oper. nou. nunc. u-
bi hoc Bartol. numer. 20. & 21. amplius decla-
rat, Lanfranc. de Oria. in cap. quoniam. uerb.
interlocutiones & appellationes. numero 71.
de probat. ubi expreſsè inter alia requiſita po
uit, proteſtationem de requiſitione, ſeu de
metu, ſiue prouocatum ſit iudicialiter, ſiue ex-
tra iudicium ab interlocutoria, gloſſ. in d. cap.
appellatio. uerb. iudici. de appellat. in 6. & eſt
communis ſententia in d. c. fin. ex. eod. ſiue ab
aliquo tantùm grauamine, (ut hîc) d. deciſ.
Tholoſ. 428. incip. item fuit quæſitum. Ale-
xand. conſil. 16. ponderatis. numero 11. & 12.
uol. 3. Amplius dicit Bart. in d. l. de pupillo. §.
140 ſi quis. numero 20. & 21. quando † appella-
tur hoc modo ab interlocutoria coram iudi-
cis, non modò proteſtationem eſſe facien-
dam, ſed etiam cauſam exprimendam, quòd
ſcilicet propter iuſtum metum coram iudice
A quo, comparère appellans non audeat: &
addit rationem, quoniam in omni appella-
tione, quæ ſit à grauamine, uel interlocuto-
ria, cauſæ ſunt exprimendæ, c. cordi. de appel.
in 6. cum ſimilib. Ex quibus concluditur, niſi
proteſtatus ſit appellans alibi, quàm coram
iudice A quo, eam appellationem non uale-
re, Alexan. conſil. 69. in cauſa. numero 6. uol.
7. Socin. conſil. 45. uiſa appellatione. numer.
2. uol. 1. qui addit rationem: quia, inquit, de
iure neceſſarium eſt appellantem proteſtari,
quòd libenter eò appellaſſet, per iura ibi per
eum allegata: ſequitur Dec. conſil. 356. in cau-
ſa. numero 4 & confirmat Iaſ. in l. properan-
dum. 11. §. ſententiam uterque. numero 4. C.
de iudic. Cùm ergo nec appellatio inſtituta
hic fuerit coram iudice A quo, neq; in inſtru-
mento alibi facta appareat ulla proteſtatio,
quòd uel iudex A quo, fuerit requiſitus, uel
propter metum requiri non potuerit, liquet
hanc appellationem etiam ex hoc capite nul-
lam eſſe, nec iudicem A quo, illi deferre de-
buiſſe, & certè iuſtam cauſam habuiſſe infe-
riorem, cur tali appellationi non deferret. Ad
141 hæc † autem duo fundamenta non inficior
quidem utcunque reſponderi poſſe: & ad pri-
mum quidem, quòd licet mulier pro marito
agere uel defendere non poſsit, & cauſam in-
tegram in ſe ſuſcipere, ac totum proceſſum
ſuſtinere nequeat: tamen non prohibeatur a-

liquem actum, ne intereat inſtantia, uel con-
demnetur abſens maritus, exercere & exequi,
ut allegare cauſas abſentiæ, Bal. in l. alienam.
39. numer. 1. C. de procurat. Iaſon in l. quia ab-
ſente. 4. numer. 2. C. eod. appellare, l. prima, ff.
de appel. recip. gloſſ. Bart. Bald. Salic. Iaſon &
cõmuniter ſcribentes in l. alienam. C. de pro-
curat. ubi Baldus numero 1. Salic. numero 2.
Iaſon numero 5. quia cauſa ſecundæ inſtantiæ
magis eſt præiudicialis, quàm primæ inſtan-
tiæ, cùm ab hac appellari poſsit, ab illa ne-
quaquam: & hæc diutius duret, illa uerò bre-
uibus ſpacijs circumſcribatur, Iaſon poſt Sa-
licet. d. l. alienam. numer. 5. Et quamuis d. text.
in l. 1. de appell. recip. loquatur in matre, quæ
appellat pro filio, tamen eum textum Docto-
res generaliter intelligunt, ut obtineat, ſi fœ-
mina pro uiro, uel alio coniuncto appellare
uelit, Specul. tit. de procurat. §. ratione igitur
ſui & cauſæ. numero 1. uerſic. idem fortè, ſi pro
quolibet cognato. allegans ad hoc textum in
142 c. cùm ſcimus. de reg. Deinde † utut ſit in ciui-
libus, tamen conſtat in criminalibus, quan-
do alicuius, uel captiui, uel abſentis uita in
dubium uocatur, & contra illum proceditur,
uel de iure, uel de facto, quemlibet ſe eius no-
mine intromittere poſſe, ſiue liber, ſiue ſer-
uus, ſiue uir, ſiue mulier, ſiue coniuncta per-
ſona, ſiue extranea, Bartol. numer. 3. & 4. Bal.
Caſtrenſ. & aliorum in l. ſeruum. §. publicè. ff.
de procurat. ſiue uxor etiam pro marito in
criminalibus intercedat, Capic. deciſ. Neapo-
lit. 143. in cauſa. per totum: quæ fuit origina-
lis ſententia Specul. tit. de procurat. §. ratione
igitur. numero 1. per l. 3 ff. de liber. cauſa: qui
textus etſi loquatur de uxore maritum uen-
dicare ex ſeruitute in ſtatum libertatis uolen-
te, tamen ex identitate rationis rectè extendi-
tur ad mulierem, quæ ab incarceratione ui-
rum liberare intèdit. Nam ſicuti ſeruitus mor-
ti comparatur, l. ſeruitutem. de regul. iur. ita
& incarceratio, per quam libertas impedi-
tur, quæ & eſt mala manſio, l. ſi hominem. 7.
depoſ. & morti ſimiles; Bald. in c. 1. §. denique.
quæ fuit pr. cauſ. beneſ. am. Boſſ. in prac. crim.
tit. de carcer. numero 1. ac ſeruituti, l. 2. de lib.
hom. exhib. l. Titio centum. §. ita. de condit. &
demonſtr. Hipp. in pract. §. attingam. numero
19. gloſſ. 4. lib. 2. artic. 34. Et in terminis quòd
pro marito incarcerato mulier poſsit interue-
nire, agere, defendere, atque etiam, uelut do-
mina litis, procuratorem conſtituere, eſt deci-
ſum deciſ. Rot. 16. aliàs 203. de procurat. cu-
ius deciſionis duæ ibidem traduntur ratio-
nes, d. Rot. titul de procur. deciſ. 16. aliàs 203.
incip. uxor. 1. Quia uxor coniuncta perſona
eſt, quæ poteſt ſine mandato agere. 2. Quo-
143 niam † incarceratio iniuſta mariti pertinet ad
iniuriã uxoris, cui maritus ſubtrahit: unde nõ
tam alterius, quàm ſuam iniuriam proſequi uide-
tur. Non autem dubium habet, quin liceat ei
ſuã iniuriã proſequi, l. 1. §. ſecundo loco. de po-
ſtul.

ſtul.l.4.& 5.C.de iis qui accuſ. non poſſ.Bald.
in l.1.C.eod.tit.Dec.in l.2.num.9.de regul.iur.
latè Tiraq.in tract.de pœn.cauſ. 21. num.11. &
procuratricem eſſe alieni negocij in rem ſuā,l.
quia te.C.de procurat.Spec.tit.de procur.§.ra
none igitur ſui & cauſæ.num.1.in fi. fallen.Ad
144 † alterum fundamentum reſponderi poteſt,
quòd licet regulariter coram iudice A quo,ſit
appellandum:tamen ex iuſta cauſa etiam ali-
bi fieri appellatio coram honeſtis hominibus
poſsit,ut eſt text. & communis concluſio in d.
c.ſi. ex̃ de appel.ubi Ioan. de Imol. num.4.in-
fert, quòd ubi cauſa ſubſiſtente appellatur in
abſentia iudicis A quo, quòd tunc ualeat ap-
pellatio.Eſt autem iuſta cauſa metus,quando
appellans ex probabilibus cauſis metuit fu-
rorem & iram iudicis A quo,nō modò, quan-
do aliquo terribili facto ipſum appellantem
terruit,ſed etiam ſi coniuncto ſuo ad ſeptimū
uſq; gradum uis & terror ſit illatus. Naturalis
145 † enim affectio hoc facit,ut inquit Bald.in ter-
minis noſtris,ut qui unum de agnatione tan-
git,omnes tangere uideatur, Bal. in d.c.ſi.nu.
146 9.de appell. Et † par eſt metus in ſe & in ſuis,
Bald.in l.1.nu.2.C.de indic.uid.per l.nec timo
rem.in ſi. de eo quod met.cauſ.quia nemo car
nem ſuam odit, aut negligit, Bald.d l.1.nu.2.
C.de ind.uid. id quod latiùs exponunt Bart.
nu.18.& Iaſ.nu.12. & 13. in d.l. de pupillo.§. ſi
quis. per c. ſciant cuncti. in uerb. conſangui-
neis corū.de elect. lib.6. & alia iura, quæ alle-
gat latè Tiraq.in tract.de pœn.cauſ. 51. nu.71.
147 & 72. Cùm † itaq; d.inferior terribile factum
cōmiſerit in maritū d.appellantis,illū indebi-
tè cōijciendo in carcerē ob uerbalem iniuriā,
non obſtante omni ſatiſdatione & fideiuſsio-
ne ſufficiente oblata, & metus carceris iuſtus
ſit metus,l qui in carcerem.22.in prin.ff.de eo
quod met.cauſ.præſertim quādo iniuſtè facta
eſt incarceratio, Bart.in d.l. de pupillo.§.ſi qs.
nu.17.de oper.no.nun.liquet, mulierē iuſto ti
more metuq; fuiſſe perculſam,quo minus co-
ram tali iudice appellaret, qui tanta uiolentia
contra ſuum maritum proceſsiſſet, & etiā mi-
nas inſuper addidiſſet de augēda cerceris pœ
148 na, ſi aliquid mutire auderet. Vir † enim & mu
lier cenſentur eadē perſona, c.debitum. de bi-
gam. c.admonere.33.quæſt.2.gl. c. ſtudeat.50.
diſt.ita ut carceratio uiro circundata, & minæ
contra uirum effuſæ,in ipſam redundare mu-
lierem intelligantur, c.debitum. de bigam.l.ſi
cùm dotem.23 §.ſi maritus.ff. ſol.matrim.ubi
ait I.C.nihil tam humanum eſſe,quàm fortui-
tis caſibus mulieris maritum,uel uxorem uiri
participē eſſe:quē tex.ad hoc ibidē notat poſt
gl.Bald.Quanquam nihil poſtea contra uxo-
rem incarcerati mariti d.inferior attētauit: ta-
men quia maritum continuò in cuſtodia de-
149 tinuit, & minas addidit,ſuffecerit † ille uterq;
actus iniuſtus,tam incarcerationis,quàm mi-
narum, ut iudex hic A quo, meritò timeri de-
buerit,Bar.in d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi præ-
tori.nu.15.de oper.no.nunc.per l.quid ſit fugi
tiuus.in prin.de ædil.edic. Pariſ. cōſ.1. nu.64.
150 uol.1.Idem † enim metus præſumitur tūc ſub-
ortus,etiā nunc durare,ut ait Bal.in l.2.n.3.C.
de his qui met. iudic. Iaſ. in d.l.de pupillo.§.ſi
quis.nu.8.& 9.Etſi uerò prior hîc incarceratio
non eſt facta ratione appellationis intentatæ:
& ſic ad iſtum finem non fuerit ordinata,ut iu
ſtum metum incutere in proponēda appella-
tione debuerit,per ea quæ poſt Bar. tradit Iaſ.
in d.§.ſi quis.nu.9.tamen cùm indebitè ſemel
incarceraſſet appellātis maritū iudex A quo,
& illum extremè odiſſet, ac extrema quæq; mi
naretur eidem,ut patet ex appellatiōis inſtru-
mento, item ex publico ſcripto, quod d.infe-
rior poſtea ꝓpoſuit : ideo iuſtè mulier timuit
illum ulteriùs per appellationem irritare, ne
fortè minas illas in captiuum effuſas, exeque
retur, uel etiam ſibi ipſi prouocanti uim ali-
151 quam faceret,cùm † in eodem genere malitiæ
præſumatur perſeuerantia, & odioſus in uno
præſumatur odioſus in alijs cōriguis, & odiū
illud ſemper continuari intelligatur, ut dicit
Bal.in d.l.2. num.4 per iura ibi per eum alle-
152 gata. Et † ſolùm terribilis & iratus uultus iu-
dicis iuſtum metum incutiat, Bal.in c.1.§.iniu
ria.de pace iur.firm. Iaſ.in d.l. de pupillis.§. ſi
153 quis.nu 7.multò † certè magis minæ ſunt for
midabiles,præſertim quando fiunt à potente
homine, qui habet imperium, & incarcerare
& minas facilè exequi poteſt,gloſſ. Bart.Bald.
Caſtr.Salic.& communiter Dd. in l.metum.9.
ad uerb.iactationib.C. de ijs quæ ui metus ue
cauſ.Iaſ.in l.Titia.nu.8.de uerb. oblig. Can.in
c.ex literis.de deſponſ. impub. cle. paſtoralis.
de re iudic.Fab.in l.ad inuidiā.nu.5. & 6.C.de
his quæ ui met. cauſ. quæ ſolæ minæ iudicis
ſunt ſufficiens cauſa ad alibi apprllandum,
Fab. prælleg. loc. per doctrinam Archidiac.
in c.concertationi.de appellat. lib. 6.Pro quo
facit & illud, quòd comminatorium præce-
pium ſuperioris, uel iudicis, iuſtum metum
inducit, præſertim quando facilè poteſt & ſo-
let exequi,c.fin.ubi gloſſ.& Dd. ad uerb. metu
regio.qui cler.uel uo.Dec.in l.in omnibus.39.
nu.4.de reg iur.Alex.conſ.151. nu.4. uol.6.&
154 conſ.156.nu.4.& 5.uol.5.Quare † cùm d.infe
rior indebitè maritum huius mulieris incar-
cerauerit,& inſuper illi atroces minas, ſi quid
moueret,denunciarit,etiā ipſæ minæ & incarce
ratio mulieri facta ratione coniunctionis ui-
deri debēt,ac meritò iudicari ipſa metum eſſe
paſſa,qui in conſtantem mulierē cadat, Boer.
155 deciſ.100.nu.2.& 12. Quin † etiā licet hîc non
omnino iuſtus eſſet metus, eo poſito, nō con-
ceſſo, tamen in hac appellāte fœmina qualiſ-
qualis metus ſufficeret,glo.& Dd.c.cùm locū.
de ſponſ. Eſt enim mulierum natura infirma
& fragilis,l.2.§.uerba.ad S.C.Velleian.l.regu-
la. de iur. & fac. ignor. l.1.§. accuſationem. ad
S.C. Turpil.l.1. C. quando mul. l. quiſquis. §.
1. C. ad l. Iul. maieſt. l. imperialis. C. de nupt.
cum

156 cum ſimil. Quamobrem † etiam magis meti-
culoſæ eſſe intelligũtur, nec tãtus in ijs metus
requiritũ, ut dicatur iuſtus, quantus in uiris, &
minor metus mulieres excuſat, glo. in c. cũ lo-
cũ. 14. ad uerb. metus. ex̃ de ſpõſ. Iaſ. in l. inter-
poſitas. nu. 4. C. de tranſact. Dec. in l. in omni-
bus. 39. nu. 3. de reg. iur. Rom. ſing. 229. tu ſcis.
&c. Boer. deciſ. 106. præſuppono. nu. 2. parte 1.
qui infinita penè allegat etiã in terminis no-
ſtris, & quo ad appellandũ, ut tradit Dec. in c.
fin. de appellat. & in l. 2. nu. 80. de reg. iur. Me-
157 tus † enim debet cõſiderari ſecundũ cõditio-
nẽ pſonæ metuẽtis, Dec. in d. l. in omnib. nu. 3.
de regu. iur. per not. Innoc. in c. cũ dilectus. qđ
158 met. cau. Quare † ſufficit talẽ metũ interueni-
re, qui cadat in cõſtantem mulierem, Rom. d.
ſing. 229. Can. in c. ueniens. & c. conſultationi.
de ſponſal. Boer. in d. deciſ. 100. n. 2. cũ multis
p eũ allegatis: adeò ut etiã ſola cõminatio ſit
iuſtus in mulieribus metus, Boer. d. deciſ. 100.
Ex quibus omnib. cõcludendũ eſt, hãc mulie-
rẽ cùm propter incarcerationẽ mariti iniuſtã,
tũ ob minas atroces in eundẽ, ſi id moueret,
effuſas, iuſtũ habuiſſe timorẽ, qui in cõſtantẽ
mulierẽ cadat, quare corã ipſo iudice A quo,
appellare ſit uetita, & alibi potius corã hone-
ſtis hominib. appellare magis tutũ putauerit,
& minus periculoſum, &c. Porrò quod ad ꝓte-
ſtationẽ attinet, etſi ſatius fuiſſet ad oẽs diſpu-
tationes amputãdas eã interponi, tamẽ etiãſi
omiſſa ſit, nõ ideo ſequitur, appellationẽ eſſe
159 nullã. Nã † proteſtatio fit tantũmodo ad cõ-
ſeruandũ ius partis, l. ſi debitor. ff. quib. mod.
160 pig. uel hypoth. ſoluit. Quare † ſola omiſſio
ꝓteſtationis hoc caſu nõ debet tollere ius par-
tis, l. 2. ff. ſi quis cautio. l. ſcire oportet. §. ſuffi-
cit. de excuſ. tut. ut rectè argumentař Iaſ. in d. l.
de pupillo. §. ſi quis. nu. 2. de oper. no nũc. ubi
dicit, ꝓteſtationes potiùs de cõſuetudine fie-
ri, quàm aliqua iuris neceſſitate, per doctrinã
Bar. & Iaſ nu. 7. in l. 2. §. quod diximus. ff ſi qs
cautio. Fel. in c. ex trãſmiſſa. de præſcr. & in ter-
minis noſtris, ꝙ qñ per metũ alibi appellatur,
q̃ corã iudice à quo, non ſit opus proteſtatio-
ne de neceſſitate, ſed tantùm ex utilitate, quia
p eã faciliùs ꝓbatur metus: tenet Bal. Alex. Iaſ.
in l. properãdum. §. ſin aũt utraq;. C. de iudic.
ubi dicit Iaſ. n. 4. hãc opinionẽ eſſe humanio-
rẽ & æquiorẽ, p doctrinã Panor. in c. plerunq;.
de præſump. c. ex tranſmiſſa. de præſcript. & a-
lia iura, quæ allegat: & in terminis opnmè De-
cius in l. in omnibus. 39. nu. 12. de reg. iur. & in
d. c. fin. de appellat. ex doctrina Alexan. in d. l.
2. §. quod diximus. ſi quis caut. Caſtr. cõſ. 135.
in cauſa deſertionis. num. 2. uol. 2. & alia iura,
quæ ipſe cumulat, ad quem breuitatis cauſa
remitto. Et hãc dicit etiam communem eſſe o-
pinionem Hiero. Cagnol. in d. l. in omnibus.
numer. 10. de regul. iur. & dicit eam probari in
l. 1. ff. quãd. & intra quæ temp. & in l. 1. §. ſi reus.
ff. de eo per quem fact. erit, addens rationem:
Requiritur enim, inquit, in id ſolùm proteſta-
tio, ut declaret, ꝙ animus impediti fuit perfi-
cere actum debito modo, ſi potuiſſet. Si igitur
alio modo illud impedimentũ ꝓbari poteſt,
non oberit omiſſio proteſtationis: idq; maxi-
mè uerum eſt, quando eſt impedimentũ ortũ
ab ipſo iudice, uel alioqui notorium, ut nõ ſit
ꝓteſtatione opus, ut eſt deciſum apud Matth.
de Affli. deciſ. Neap. 50. incip. iudices. n. 4. per
doctrinam Fel. in c. ex ratione. de appel. Dec.
conſ. 356. in cauſa. nu. 4. ubi potiſſimùm uult
hoc procedere, quoties non eſt appellationis
tempus cõtinuum, uidelicet decẽdij, ſed utile
& extraordinarium, ut in præſenti caſu, quan-
do ab incarceratione appellatum eſt. Semper
161 † enim ab ea poteſt appellari, quia carceratus
dicitur quotidie grauari, Hipp. in tract. §. attin
gam. nu. 19. glo. Landtr. lib. 1. art. 34. ſub lit. B.
eiq; ſemper grauamẽ inſtat, ut S. eſt expoſitũ,
Spec. de appellat. §. reſtat. n. 6. Et in ſumma ita
tenere modernos dicit Cagnol. in d. l. in omni
bus nu. 9. & 10. Et pro hac opinione facit opt.
text. in d. l. cùm quidam. ff. de appellat. qui nõ
requirit, ut aliqua proteſtatio fiat, ſed tantũ ut
162 alibi publicè ꝓponatur appellatio. Facit † &
æquitas atque ratio pro hac ſententia, quia in
dubijs ſemper eſt interpretatio faciẽda, ut ap-
pellatio teneat, nec hoc beneficium appellãti
auferaĩ, ut rectè decidit Dec. præall. conſ. 356.
163 nu. 1. Nec † obſtant iura illa, l. 2. C. de his qui
per met. iudic. c. ſi de appel. quæ proteſtationẽ
requirunt. Loquũtur enim in alijs lõgè termi-
nis, ſcilicet quãdo nulla fit appellatio, ſed ſola
proteſtatio ſurrogatur appellationi, ut Bal. Sa
lic. in d. l. 2. Can. in d. c. ſi. & præſertim ibi Imol.
164 & Ant. de S. Georg. declarant. Tunc † enim ne-
ceſſaria eſt proteſtatio, quia nulla ſubeſt alia
appellatio: oportet enim aliquid apparere,
quod habetur loco appellationis, ne decen-
dium pereat & acquieuiſſe prouocator uideri
poſſet. Et hãc mentem & ſententiã eſſe eorum
qui dicũt proteſtationẽ requiri, legentibus &
intelligentibus facilè patet: idq; poſt Roman.
bene intellexit & aduertit Iaſ. in d. c. de pupil-
lo. §. ſi quis. nu. 2. uerſ. tenendo. Ait enim pro-
teſtationem eſſe neceſſariã, quando nullus a-
ctus proteſtationi ſurrogať: nam ſi alius actus
ſurrogetur, tũc ſufficere eum actum fieri abſq;
proteſtatione, per c. ſtatuimus. de offic. deleg.
in 6. c. ubi periculũ. §. porrò. de elect. in 6. clem.
cauſam. de elect. cle. 1. de for. cõpet. & alia iura,
quæ Iaſon ibi allegat. Cùm igitur hîc interpo-
ſita uerè ſit, ac inſtrumento cõprehenſa appel-
latio, non opus fuit de neceſſitate, ut proteſta
tio interponeretur: quæ tantùm inuẽta eſt, ut
ſurrogetur appellationi, eiuſq; uicẽ obtineat.
Et ita puto ad has quoq; obiectiones ex ueris
& firmis iuris fundamentis reſponderi poſſe.
Quia tamẽ multi indiſtinctè tenent, proteſta-
tionem eſſe neceſſariam, præſertim Bartolus
& antiquiores in dicta l. de pupillo. §. ſi quis.
& alijs locis ſuprà allegat. rectè nihilo minus
poſſet ad euitandã mulctã hoc quoq; d. infe-
rior

rior allegare, cũ nõ uideatur ex malitia & con-
temptu aliquid facere, qui ſequitur in re con-
trouerſa doctoris alicuius illuſtris, & præſer-
tim plurium ſententiam, & eam pro ſua cau-
165 ſa habet. Talis † enim dicitur habere iuſtam
opponendi & litigandi cauſam, ut poſt alios
tradit Iaſ. in l. properandum. § ſiue autem al-
terutra. nu. 8 C. de iudic. per iura ibi per eum
allegata, ad quem breuitatis cauſa remiſſum
uolo. Ex quibus omnibus ſatis apparet, du-
biam eſſe hãc exigẽdæ pœnæ uel mulctæ cau-
ſam, & nõ pauca, nec parũ urgẽtia ꝓ inferiore
iudice rectè allegari poſſe, quæ pœnã omnem
atq; mulctã excludere uideantur: pro quo etiã
in dubio benignior interpretatio, ut in pœ-
nis, eſt facienda, l. pen. l. abſentem. de pœn.

V. Illud ulnimò uideamus, an hic incarceratus
uel relaxatus ſub fideiuſsiõe (nã & hic pro in-
carcerato habeť, præſertim qñ, ut hic, ciuitatẽ
egredi ꝓhibetur, Boſſ. de car. & de car. fideiuſſ.
nu. 3. Dd. poſt Bart. d. l. 1. de cuſt. reor.) in hac
ſecunda inſtãtia cauſam appellationis per ꝓ-
curatorẽ agere poſsit? Videbatur, non poſſe:
166 nam † licet in cauſa criminali, præſertim capi-
tali, admittatur defenſor ad allegandas abſen-
tiæ cauſas, l. 3. ubi gl. uerb. per procuratorem.
Bald. & Salic. C. de accuſat. l. pen. §. fin. de pub.
iudic. l. abſens. 71. de procurator. c. expoſuit.
de dilat. c. ueniens. ubi Panor. Felyn. de accu-
ſat. Specul. de procur §. ratione autẽ ſui. nu. 9.
deciſ. Rotæ 24. procurator. titul. de procurat.
uel ad opponendũ cõtra libellũ ineptũ, Crau.
conſ. 150. nu. 3. cũ publicè interſit abſentẽ de-
fendi, l. ſeruũ §. publicè. de ꝓcurat. c. reos. 23.
quæſt. 5. deciſ. Rot. 24. præſertim in cauſa ca-
pitis, l. nõ tantùm. 6. de appel. l. ſeruus. de ſer.
export. tamen non recipitur ad allegãda me-
rita cauſæ, l pen. § ad crimẽ ubi gl. Bart. & Dd.
de publ. iudic. & l. ſeruũ. §. publicè. de procur.
l. 1. an per alium cauſ. app. l. nihil. ubi gl. & Dd.
C. de procurat. l. 2. 3. 5. C de his qui accuſ. Spe-
cul. de procur. §. ratione aũt ſui. num. 9, 10. 11, l.
tunc conuenit. 15. C. de accuſat. late Menoch.
de iud arbit. libro 1. quæſt. 80. per totum, Iul.
Clar. lib. 5. §. ult. quæſt. 32. ut poſsit comparẽre
ad omnes actus occurrentes, Hipp. in pract.
§. ſequitur. nu. 27. Craſſus in comm. opin. lib.
167 2. cap. 11. quæſt. 1. ne † quidem ꝓ incarcerato,
l. reos. ubi Salic. nu. 11. & 12. C. de accuſat. nec
in cauſa appellationis, l. 1. an per alium cauſæ
app. Etenim d. l. 1. an per alium, & l. pen. §. ult.
de publ. iud. arcent procuratorẽ à cauſa capi-
tali pro reo peragenda. Loquuntur igitur &
accipiẽdæ ſunt etiã de incarcerato: quoniam
in talibus cogitur ex uinculis reus cauſam di-
cere, l pen. l. ult. C. de accuſat. l. 1. ubi Bar. de cu-
ſtod reor. Boſſ. trac. de carc. fideiuſſ. in prin. e-
tiam in ſecunda inſtantia, l. eos. §. ſuper. C. de
appel. ubi Baldus dicit, reum nõ eſſe relaxan-
dum, etiamſi mille fideiuſſores daret, l. 1. 2. C.
de exhib. reis, l. fin C. de cuſt. reor. Quòd ſi in
publicis non recipitur procurator ex parte a-
gentis, atq; ita corãm cõparentis, l. penul. §. ad
crimẽ. de publ. iud. l. 3. C. de his qui accuſ. certè
nec pro reo, quamlibet præſente, recipi poteſt,
l. 2. C. de exhiben. reis: præſertim cum in huius
(ſi quidem damnetur) caput ſententia ſit exe-
quenda. Vnde tantùm illuſtres cùm excipian-
tur, l. ult. C. de procurat. l. ult. C. de iniur. gl. 1. in
d. l. tunc conuenit. C. de accuſat. dicendũ eſt, in
reliquis obtinere cõtrarium, Euerar. loc. à ſpe-
ciali, ut Salic. argumentatur d. l. reos. nu. 13. &
14. C. de accuſat. ubi ſubiungit & has ratio-
nes, quòd per ſe diligentiùs ac rectiùs cauſam
caputq; ſuum tutari reus queat, q̃ per alium:
quòd etiã ei periculoſum uti alterius opera,
cuius negligentia factùmue detrimẽto ſibi, ut
principali, eſſe poſsit, l. 3. §. ſi procurator. ubi
Iaſ. quod quiſq; iur. Addit & hanc rationẽ Pa-
168 nor. in c. ueniens. nu. 20. de accuſat. quòd † li-
cet in captiuo ceſſet metus eludendi iudicij;
quando uinctus, quoties opus, repræſentari
poſsit, non tamen ceſſent aliæ cauſæ, propter
quas procurator è criminalibus exterminetť:
ut quia non poteſt ſatiſdare in criminalibus,
Bart. & Dd. l. 1. de cuſt. reor. Boſſ. de fideiuſſ. car-
cer. Bald. d. l. eos. §. ſuper. nu. 2. C. de appellat.
Iaſon & Dd. l. ſciendum. 15. qui ſatiſd. cogan.
Clarus libro 5. ſenteut. §. ult. quæſt. 33. num. 4.
ſine qua tamẽ cautione nullus idoneus habe-
tur alienæ rei defenſor, §. ult. Inſt. de ſatiſdat. l.
qui proprio §. qui alienam. de procurat. Item
quia meliùs quis per ſe cauſam agit, quàm p
169 aliũ, l. 1. an per alium cauſ. app. Eſt † etiã iudi-
cis ex officio accuratè inquirere in delicta, l.
congruit. de off. præſid. & in criminalibus exi-
gere utriuſq; probationes, colligere coniectu-
ras, ſuſpiciones, &c. l. qui ſententiã. C. de pœn.
l. ubi. C. de falſ. Atq; ex ipſo uultu, conſtantia,
trepidatione rei præſentis magis, quàm abſen-
tis procuratore, eiuſmodi colligere poteſt, l. 3.
§. tu magis ſcire. de teſtib. Quòd ſi ob illã cau-
ſam notarius teſtes per ſe in criminalibus exã-
minare prohibetur, ut in l. ad perſonas. 15. de
iureiuran. ſed hi omnino ad iudicem mittẽdi
ſunt, l. apud. in fin. C. de fid. inſtrumen. quan-
tò magis id de ipſo reo capite fabulæ ꝓhiben-
170 dum eſt? Propter † qđ enĩ unũquodq; tale, il-
lud magis tale, authen. multò magis. C. de ſa-
croſan. eccleſ. & plures alias rationes cumulat
Menoch. de iudic. arbitr. lib. 1. quæſt. 80. nu. 1,
2. & quaſi per tot. Crau. conſil. 220. nu. 4. Sed
his nõ obſtantibus cõtrariũ hîc puto ſtatuen-
171 dum: quia cauſa nõ eſt capitalis: & † ſi eſſet, tñ
cum hic pro reo uincto admittatur dñs, l. ſer-
uus. 11. de publ. iudic. l. Lucius. 18. de appellat.
atq; adeo procurator etiam extraneus, l. 2. de
cuſt. reor. certè pro libero, cuius potior in cri-
minalibus eſt conditio, l. ſeruos. C. ad l. Iul. de
ui pub. l. in ſeruorum. 10. l. aut facta. 16. § per-
ſona. de pœn. multò magis recipi debet, l. de
acceſsionibus. de diuerſ. & tempor. præſcript.
Euerar. lo. à maiori, præſertim cũ ceſſante cau-
ſa prohibitionis, ceſſare debeat ipſa prohibi-
tio,

tio, l. adigere. §. quamuis. de iure patro. l. quod
dictum. de pact. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa.
172 Cur † autem repellatur ab agendis criminali-
bus procurator, hæc eſt potiſsima ratio, quòd
ſuum corpus ad pœnam obligare nequeat, l.
ſi à reo. 71. §. ult. de fideiuſſ. ex delicto ſcilicet
alieno, Bart. l. ſi quis. 4. num. 1. de cuſtod. reor.
Bal. l. quoties. de nox. act. Cyn. l. ad commen-
tarienſem. C. de cuſt. reor. Panor. & Can. rubr.
de fideiuſ. Bal. Salic. & Dd. l. 1. C. de ijs qui bon.
ced. ſed nec ad torturam, Bar. contra gl. & Dd.
l. interdũ. 58. §. qui furẽ. de furt. Hipp. in pract.
crimin. §. expedita. nu. 55. Paris de Put. in ſynd.
uerb. tortura. aut carceres, Bart. nu. 10. & Dd. l.
aliàs. 15. ſol. matrim. Bald. & Salic. l. ob æs alie-
173 num. ſol. matr. Hipp. ſing. 164. Quoniam † &
carcer licet reſpectu cauſæ finalis pœna nõ eſt,
quoniã à iudice, uel lege ad cuſtodiã, non uin
dictam imponitur, l. aut damnũ. 8. §. ſolent. de
pœn. ſicut pœna, quæ eſt legitima delictorũ ul
tio, coercio, l. aliud. de uerb. ſign. quo ad mate
riam tamẽ, hoc eſt ipſi perpetienti, magnũ eſt
ſæpè ſupplicium: quia mala manſio, l. ſi homi
nem. in prin. ff. depoſ. propter ſqualorem, ine-
diam, frigus, tenebras. & in primis diuturni-
tatem, ut in l. 2. circa fi. C. de cuſt. reor. l. 3. eod.
tit. Menoch. conſ. 94. nu. 39. adeò ut uel ipſi cõ
paretur morti, Boſſ. cap. de carcer. in princ. c.
quamuis. de pœn. lib. 6. Bart. l. 2. nu. 9. de pub.
iud. Bald. Salic. l. incredibile. C. de pœn. Atqui
leges uolũt pœnã ſuos tenere authores, l. ſan-
cimus. C. de pœn. & noxam caput ſequi. §. oĩs.
Inſt. de nox. act. l. 1. C. eo. tit. l. ult. ff. eo. nec aliũ
pro alio hîc uinciri, l. 2. C. ne fil. pro patre, c. 2.
de delic. pueror. ex lege diuina. Et ſi procura-
tor admitteretur, alius periculũ ſuſtineret in-
nocens, alius nocens, nempe reus fuga ſibi cõ
ſulere poſſet, & ſic abſens damnari nõ poſſet,
174 l. abſentem. de pœnis. Quæ † omnia cùm ceſ-
ſent in iuramẽto, aut, qđ perinde eſt, in relaxa
to ſub fideiuſſorib. quoniã ſemper ad manũ,
cũ opus eſt, habenĩ, & ꝓduci poſſunt: ideoq́;
pro præſenti habentur, l. ait. 23. ex quib. cauſ.
maior. ac dãnari poſſunt, l. ult. C. de cuſt. reor.
nec ſatiſdatione ideo procuratoris babent o-
pus, l. præſente. 5. ubi gl. de procur. §. ſin aũt. §.
ult. Inſt. de ſatiſdat. certè humanius eſt pro ijs
procuratorẽ admitti, Bart. l. pen. §. ad crimen.
nu. 10. de publ. iud. & ibi And. Barb. Panor. in
c. ueniens. nu. 20. ex. de accuſat. deciſ. Rot. de
procur. deciſ. 15. Menoch. lib. 1. de iud. arbitr.
quæſt. 80. nu. 50. Clarus lib. 5. §. ult. quæſt. 32.
nu. 16. Socin. in fal. reg. 322. fall. 12. & in d. c. ue-
niens. Felyn. c. meminimus. nu. 15. de accuſa-
tiã. ſi nõ fiat bic dominus litis, l. ſeruũ. §. publi-
cè. de procur. & §. ad crimen. in l. pen. de publ.
iudic. ubi Rub. nu. 22. gl. & Dd. l. nihil. C. de ꝓ-
cur. c. ueniens. de accuſat. ubi latè Socin. ut a-
liàs, l. ꝓcuratorib. 22. l. nulla. 23. C. de procur.
nec in eũ ſentẽtia ferri poſſet, Bald. l. nibil. nu.
6. C. de procur. quod aliàs licet, Bal. d. l. nihil.
nu. 6. C. de ꝓcurat. l. 1. ubi Bart. C. de ſent. & in-
ter. omn. iud. l. ſi quis. 11. de ꝓcur. l. liberto. §. fi.
175 ff. de neg. geſt. & † ideo ad ſententiã ac ſimilia
cauſæ momẽta etiã incarceratus coràm in iu-
dicio adduci debeat, Panor. d. c. ueniens. nu.
20. de accuſat. quoniã hactenus pro præſente
nõ babetur, qui eſt in uinculis, aut ciuitate, gl.
l. 5. uerb. præſens. de ꝓcur. per l. nõ tãtum §. S.
C. uerb. abeſſe. de fideic. libert. l. 4. §. abeſſe. de
dam. inf. §. pen. in auth. de teſtib. & ita accipien
dus eſt Salic. in d. l. reos. num. 11. C. de accuſat.
Quanquã tam dominus, q̃ procurator ſimul
in bis etiam criminalibus rectè cõdemnãtur,
Clarus lib. 5. ſen. §. ult. quæſt. 32. num. 25. Me-
chiara. cont. cap. 20. nu. 1. Beluiſ. in prac. crim.
uerb. criminaliter cõdemnari. ſicut ſimul etiã
rectè cõparent, Socin. nu. 3. & 4. c. ueniens. de
accuſat. Bald. l. reos. num. 21. C. de accuſat, Ru-
beus d. §. ad crimẽ. nu. 68. Clarus lib. 5. ſentẽt.
§. ult. quæſt. 32. nu. 16. Menocb. lib. 1. de iudic.
arbitrar. quæſt. 80. num. 46. ubi poſt Clarum
præall. loc. plures caſus recitat ordine, quibus
procurator bic admitti poſſit: & addit id arbi
trio iudicãtis pro complexu perſonarũ ac re-
176 rum eſſe relinquendũ: q. † etiã ſi non admitte-
retur procurator, tamen defenſor admittẽdus
177 eſſet, l. nõ ſolùm. §. ſi. de procur. cũ † ne diabo-
lo quidẽ defenſio ſit denegãda, uedum cõſtri-
cto, d. deciſ. Rot. 15. de ꝓcur. Hipp. l. unius. 18.
§. cogniturũ. nu. 47. de quæſt. Cæpol. cõſ. 44.
magnifice. nu. 4. cõſ. 66. decreuit. nu. 3. ut quæ
ſit iuris naturæ, l. 3. de iuſt. & iur. ubi Dd. l. 3. 4.
l. ſcientiã. §. qui cũ aliter. ad l. Aquil. Vnde ſem
per inſtructor admittitur ad docẽdum de in-
nocentia rei, & ita res in idẽ incidit, Iaſ. dicens
eſſe cõmunem, in l. 2. C. qui teſt. fac. Angel. d. §.
ad crimen. Hipp. in pract. §. ſequitur. num. 42.
178 Craſſus com. opin. libro 2. cap. 11. q. 3. & † niſi
admitteretur, uelut à iuſto grauamine, præſtò
foret prouocatio, c. ut debitus. c. delicti. de ap-
pel. clem. paſtoralis. de ſenteñ. & re iudic. Imò
179 † iudex ipſe ex officio pro defenſione rei la-
borare debet, l. etſi non defendantur. de pœn.
l. 1. de quæſt. auth. qui ſemel. C. quõ & qñ iud.
Panor. c. ueniens. nu. 19. & 22. de accuſat. cùm
publicè interſit innocẽtes defendi, l. ſeruũ. 33.
§. publicè. de procurat. & innocentem abſolui
potiùs, q̃ nocentem damnari, l. abſentem. de
pœn. quæ uerò publicã cauſam attingunt, iu-
dex ex officio ſupplere debeat, Panor. c. ſi con
ſtiterit. nu. 15 de accuſat. per not. in c. cùm dile
ctus. de appel. Bart. Alex. & Dd. l. 4. §. pen. tam.
de dam. infec. Sic igitur colligamus, ut maxi-
mè procurator pro reo incarcerato ad dedu-
cẽda merita cauſæ, tanquã dominus litis, ad-
mitti non poſſet: eũ tamẽ, uelut defenſorẽ, au-
diendũ ac recipiendũ eſſe: quod nouũ nõ eſt,
d. l. nõ ſolùm. §. ult. de procur. Clarus d. quæſt.
32. lib. 5. ſent. §. ult. Menoch. d. quæſt. 80. lib. 1.
de iud. arb. per diſcurſum, quomodo & aliàs
una perſona reſpectibus ꝓ diuerſis aliter atq;
aliter cẽſetur, l. tutorẽ. de his, quibus ut indig.
Euerard. loco à tanquam, ſeu reſpectiuis.

CON-

CONSILIVM XLIV.

De legitimatione coniugiali, ſeu per ſubſequens matrimonium facta: & quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 ¶ *Quæſtiones in cauſa legitimationis propoſita.*
2 *De ſtatu & matrimonio aut legitimitate defuncti poſt quinquenniũ non quæritur.*
3 *An extranei, uel agnati matrimonium impugnare, uel quæſtionem ſtatus mouere poßint.*
4 *Legitimationis cauſas eſſe præiudiciales.*
5 *Coniugium & ſtatus non præſcribitur, eoq́ perpetuò de his agitur.*
6 *Præſcriptio ius adijcit, & omnem actionem tollit.*
7 *Cõiugium & legitimitas nullo temporis ſpacio quæritur.*
8 *Præſcriptio eſt ſtrictißimi iuris.*
9 *Vtile per inutile non uitiatur, præſertim in ſeparabilibus: &, an agnatis illegitimitatem arguere liceat?*
10 *De legitimitate aliàs incidenter, aliàs principaliter quæritur.*
11 *Contra quem de legitimitate ſit agendum.*
12 *Negatiua difficulter probatur.*
13 *In domo nati præſumuntur eſſe filij.*
14 *Præſumitur legitimatio, quamuis non matrimonium.*
15 *Actor ſe fundans in legitimatione, debet eam probare.*
16 *Plures poſſeſſores unius iuris ſimul poſſe conueniri.*
17 *Cur ſatius ſit patrem & filios hac ſuper re conueniri.*
18 *Patris confeßio multum facit pro filiorum legitimatione, & cõſtituit eos in poſſeßione filiationis.*
19 *Pater poteſt teſtari pro filio in cauſa legitimationis.*
20 *Quando agitur de legitimatione incidẽter, minor requiritur probatio, quàm quando agitur principaliter.*
21 *Dominium incidenter deductum in petitorio, uel poſſeſſorio, non opus habet tam plena probatione, atq́ cùm principaliter deducitur.*
22 *Confeßio patris in teſtamento facta, prodeſt liberis.*
23 *Præiudiciali actione ſuper uitio matrimonij & illegitimitate eſt agendum.*
24 *Quomodo in hac actione concludatur.*
25 *Quiſq́ fundamentum ſuæ intentionis probare debet.*
26 *Non præſumitur delictum, ſed potiùs in benignius præſumendum.*
27 *Quiſq́ præſumitur ſecundum leges contrahere, & iuri communi ſe conformare, non contra uetitum uenire.*
28 *Iure ciuili præſumitur potiùs matrimoniũ, quàm concubinatus inter cohabitantes.*
29 *In terris Imperij ius ciuile potiùs, quàm Canonicum ſeruandum.*
30 *Quare hodie non modò Canonico, ſed etiam ciuili iure nouo potiùs præſumatur concubinatus, quàm coniugium.*
31 *Inter inæquales, puta nobilem & ignobilem, difficiliùs præſumitur coniugium.*
32 *Matrimonium eſt facti: unde non præſumitur, niſi probetur.*
33 *Præſumptio iuris eſt liquidißima probatio.*
34 *In matrimonio, uelut cauſa ardua, requiruntur probationes luce clariores.*
35 *Præſumptio iuris à probandi onere releuat.*
36 *Tutius eſt animæ conſuli, quàm corpori: ideo ubi agitur de ſalute animæ, præſumitur deductum.*
37 *In cauſis matrimonialibus & alijs ſpiritualibus, potiùs attenditur ius Canonicum, quàm ciuile.*
38 *Pacto hæreditas non datur, nec eo paciſcens obligatur.*
39 *Legitimatio per matrimonium eſt reliquis præſtantior.*
40 *Legitimatio retrotrahitur ad tempus conceptionis & natiuitatis.*
41 *Legitimatio an retrotrahatur in præiudiciũ liberorum, uel agnatorum.*
42 *Legitimatio purgat omne uitium matrimonij præcedens.*
43 *Legitimati per matrimonium, ad omnes actus familiæ, etiam feudales, legitimantur.*
44 *Legitimatio per matrimonium non indiget dotali inſtrumento, & poteſt fieri in articulo mortis: & num. 66.*
45 *Vtrùm legitimitas probanda ſit, an præſumatur.*
46 *Vltima opinio uidetur approbata.*
47 *Filiatio non præſumitur, ſed probari debet: & num. 63.*
48 *Patria poteſtas non præſumitur.*
49 *Teſtes qui dicunt quem eſſe filium, an intelligantur deponere legitimam eſſe.*

50 *Præſumptio iuris ciuilis in actu ſpirituali nõ attenditur.*

51 *In legitimatione an requiratur, quòd matrimonium non ſolùm de iure, ſed etiam de honeſtate contrahi potuerit.*

52 *Spurij non legitimantur per ſubſequens matrimonium.*

53 *Quæ requirantur ad hoc, ut filij reputentur naturales.*

54 *Liberi in dubio potiùs præſumuntur ſpurij, quàm naturales.*

55 *Confeſſio parentum facit ſemiplenam cõtra liberos præſumptionem.*

56 *Liberi iure ciuili præſumuntur eſſe legitimi.*

57 *Filij clerici an præſumantur ſpurij, non legitimi.*

58 *An præſumptio l. in libera. ff. de rit. nupt. obtineat in perſonis imparibus.*

59 *Probata filiatiõe, pbatur legitimat. & n. 68.*

60 *In cauſa legitimationis utrũ inſpiciatur ius & forum ciuile, an uerò Canonicum.*

61 *Etiam iure Canonico præſumitur legitimatio, etiamſi non matrimonium.*

62 *Hæreditas ſemel poſſeſſa, non poteſt amplius peti hæreditatis petitione.*

63 *Filius præſumitur eſſe patrisfamiliâs tã in coniugio, quàm in concubinatu, etiamſi mater ſit meretrix.*

64 *Conſueta præſumuntur, & qualitas filiationi communiter adhærens, ut filiatio.*

65 *Teſtes deponentes eſſe filium, intelliguntur deponere eſſe legitimum.*

66 *Confeſſio patris magis pbat, quãdo eſt p filiis, quàm quando contra eos, & conſtituit eos in poſſeſſione.*

67 *Vltima confeſſio & tractatio magis attenditur, quàm prima.*

68 *Legitimationis cauſa eſt fauorabilis.*

69 *Pro filijs magis probat parentum confeſſio, quàm contra.*

70 *Liberi naturales an per inſtitutionem teſtamenti legitimentur?*

71 *Quòd non requiratur, ut de facto poſſit coniugium eſſe, uel de honeſtate, ſed ſufficiat tempore conceptionis eſſe potuiſſe.*

72 *Legitimatio eſt natalium reſtitutio.*

73 *Filij præſumuntur eſſe in poteſtate, & nõ ſui iuris.*

74 *Exceptio firmat clauſulã in caſu nõ excepto.*

75 *Matrimonium & legitimatio propter perſonarum inæqualitatem non uitiantur.*

76 *Filij quando potiùs præſumantur naturales, quàm ſpurij.*

77 *Confeſſioni factæ in ultima uoluntate quando credatur.*

78 *Filij naturales ex teſtamento totam hæreditatem capere poſſunt, nullis legitimis extantibus.*

79 *Præſumptio iuris eſt alleganda, alioqui non ſuppletur.*

80 *Legitimati per matrimonium ſuccedunt in feudo.*

81 *Inueſtitura feudi intra annum & menſem abſq; præmonitione eſt petenda.*

82 *Tempus petendæ inueſtituræ quando continuum, quando utile.*

83 *Feudũ amittitur ob non petitã inueſtiturã.*

84 *Vaſallus quamdiu non poßidet, ſed de feudo litigat, non cogitur petere inueſtiturã, nec per negligentiam amittit.*

85 *Ei qui non poßidet, auferri poſſeßio nequit.*

86 *Ignorãs per negligẽtiã feudum nõ amittit.*

1 IN † propoſita legitimationis cauſa hæc mihi ordine diſcutienda uidentur. Primò, ut ante omnia definiatur, an hæc quæſtio ſtatus, ſiue illegitimitatis, tanquam liberi non ex matrimonio, ſed concubinatu ſuſcepti ſint, omnino moueri poſſit? Secundò, utrùm contra patrem, an filios, an contra utroſq; moueri debeat, uel poſſit? Tertiò, utro tempore, ſuperſtite, an mortuo patre, de cuius ſucceſſione agitur, & à cuius hæreditate iſtos filios tanquã illegitimos, agnati excludere uolunt, moueri eam & proponi ſit commodius. Quartò, & caſu, quo moueri iam uiuo patre debeat, quænam actio hoc nomine inſtituenda? Quintò & ultimò, de exitu huius actionis ac iudicij, utrùm actores illegitimitatem, an potius rei legitimitatem & eiuſmodi matrimonium clandeſtinũ, quo ſe natos prætendunt, probare debeãt, nec præſumatur pro liberis, quòd ſint legitimi, niſi demonſtretur contractum fuiſſe coniugium, atq; ita ſubſecuta eſſe legitimatio: & caſu, quo deficiat talis probatio, num dicti liberi excludãtur tanquam illegitimi & naturales, non modò à bonis feudalibus patris uiri nobilis, ſed etiam ab allodialibus uſq; ad duas uncias, quæ duntaxat naturalibus liberis ex patris ſucceſſione deferuntur: auth. licet. C. de nat. lib. atque ita tota reliqua ſucceſſio, tam feudalis, quàm allodialis, ad proximos agnatos, iuxta pactum cum illis à patre antea factum, non obſtãte, quòd hic teſtamento aliter diſponere uult, & liberos ſuos eſſe legitimatos per ſubſequens matrimonium aſſeueret, meritò deferatur?

Quod

1 QVod ad primam quæſtionem attinet,
uideri ſtatim poterat, iſtiuſmodi quę-
ſtionem ſtatus omninò non poſſe in-
præſenti caſu moueri. Cùm enim quæratur de
ſtatu defunctæ iampridem mulieris, utrùm in
cōcubinatu tantùm, an etiam in matrimonio
patris horum liberorū fuerit, & illa ante de-
cem & nouem annos mortua ſit, uidetur poſt
tam multū temporis talis quæſtio moueri nō
2 poſſe: cùm † prohibitū ſit de ſtatu defuncto-
rum poſt quinquennium à morte computan
dum agi, aut quæſtionē ullam exhiberi, t.t.ff.
& C. ne de ſtat. defunct. poſt quinq. quær. ut in
terminis eſt text. in c. cauſam. 7. ex. qui fil. ſint
legit. ubi dicitur: Incōgruum uideri, per quæ-
ſtionem liberis ſuper legitimatione motā, ma
trimonium defunctæ matris impeti, quod ea
uiuente non fuiſſet impetitum, & melior text.
in c. peruenit. 11. eod. tit. ubi apertè definitur,
poſt mortem parētum nō debere audiri quæ-
ſtionem hanc, quòd liberi nō ſint ex legitimo
matrimonio ſuſcepti: & ibi gloſſ. ad uerb. ſi eſt
ita. ſoluit contraria hoc modo, quòd ibi la-
pſum à morte coniugum erat quinquenniū,
ita ut non poſſet de ſtatu matrimonij, & filio-
rum legitimatione amplius quæri: in contra-
rijs uerò nondum quinquennium eſſet elfſu-
xum. Quam ſolutionem gl. etſi Pan. ibid. nu.
4. in dubium reuocet, tamen quia tenet eam
Hoſtienſis, ideò dicit in practica ſemper men-
ti tenendam: pro quo & illud facit, quod tra-
dit gl. cōmuniter approbata in rubr. C. ne de
ſtat. defunct. ſcilicet de ſtatu defuncti principa
liter ne quidem ante quinquēnium agi poſſe,
per l. principaliter. 1. de liber. cauſ. poſt uerò
quinquēnium ne quidem per indirectum, &
minus etiam principaliter, (ut quando de bo
nis, uel ſucceſsione agitur) & in illis terminis
d. tit. loqui demōſtrat. Quare cùm hic ſaltem
per indirectum de coniugio & ſtatu defunctæ
matris agatur, quinquennio iampridem ela-
pſo, liquet, actioni & quæſtioni huic præſcri-
3 ptum eſſe. Deinde † ſiue agatur ad declaran-
dum matrimoniū fuiſſe nullū, & tantùm me-
rum extitiſſe cōcubinatū, ſiue ad declarādum
liberos fuiſſe, & eſſe ſpurios ac illegitimos, ſi-
ue utrunq; ad finem, non uidetur tamen iſta
actio d. agnatis cōpetere ulla hîc ratione poſ-
ſe. Nec enim licet extraneis accuſare cōiugiū,
ubi non agitur de cauſa peccati, ſed tantùm
hoc ipſis coniugibus eſt permiſſum, ut ait Ho
ſtien. in rubr. quis admit. ad accuſ. matr. nu. 1.
per c. conſultationis. de frig. & malefic. & cap.
quod Deo. 33. q. 5. Spec. tit. qui matr. accuſ. §.
1. num. 2. id quod maximè procedere uult Pa-
nor. poſt Innoc. in d. rub. qui matr. accuſ. poſſ.
quando de tali impedimēto matrimonij agi-
tur, cui contrahentes poſsint renunciare, &
quod per cōſenſum tollere queant. Hoc enim
caſu extraneus non admittitur ad accuſatio-
nem, d. c. conſultationis. & tot. tit. de coniug.
ſer. & per alia iura quæ allegat. Cùm autem
hic non agatur de cauſa peccati, ſed de legiti-
matione liberorum: item de eo impedimento
coniugij, quod pendet ab animo & uolunta-
te coniugum, uidelicet de conſenſu, qui ſolus
facit, uel non facit nuptias, l. nuptias. cum ibi
not. de reg. iur. & dependet à ſolo partium ani
mo & uoluntate, ut ait Decius cōſ. 163. in cau-
ſa matrimoniali. nu. 22. uel affectione, ut dicit
l. ſi quis. 27. C. de nupt. liquet, de tali impedi-
4 mēto extraneos agere non poſſe. Deinde † le-
gitimationis cauſa, aut dicere & allegare libe-
ros alicuius eſſe illegitimos, & ex iuſto, uel
nullo matrimonio ſuſceptos, eſt quæſtio præ-
iudicialis, & magni quidē præiudicij, §. præiu-
diciales. ubi Iaſ. Fab. & Dd. Inſt. de act. Ioan. de
Blan. tit. in lib. de act. præiudic. ideo non con-
ceditur niſi ratione patriæ poteſtatis, aut ma-
gni intereſſe, ijs ſcilicet, quorū in præſenti ma-
ximè refert quæſtionem iſtiuſmodi legitima-
tionis cognoſci, ut quando agitur de hæredi-
tate & ſucceſſione iam deuoluta, ad quam ne-
gentur illegitimi pertinere, ut in c. lator. §. qui
fil. ſint leg. Innoc. in c. cauſam. 7. nu. 4. eo. tit.
Item nota, inquit, non ſemper, nec indifferen-
ter quis admittēdus eſt, ut petat ſe declarari le
gitimū, uel aduerſarium pronunciari illegiti-
mum: ſed tunc rectè iſta petuntur, cùm agitur
de bonis, uel de dignitatibus: & ſic quæſtio il-
legitimatis mouetur. Et Panor. ibid. num. 7.
extra gl. quæ, inquit, poſt Innoc. nunquid poſ
ſit quis petere ſe pronunciari legitimū? Inno-
centius inſtat & concludit finaliter, quòd nō,
niſi ad aliquem effectum, putà ſi agitur de ſuc
ceſsione, & opponitur ſibi, quòd nō eſt legiti-
mus. Nā tunc poteſt petere ſe pronunciari le-
gitimum: & hoc dicit ſatis eſſe æquum. Quod
cùm uerum ſit in petitione legitimitatis, idem
quoq; obtinere in caſu cōtrario, quando ne-
gatur legitimitas, intelligi poteſt ex doctrina
Innoc. in d. c. cauſam. 7. nu. 4. & ex natura con
trariorum, de quibus idem eſt iudicium, l. 1. 2.
de his qui ſunt ſui uel alien. iuris, l. ul. C. de in-
dic. uid. Quibus addi poteſt, quod tradit Fa-
ber in §. præiudicialis. num. 25. Inſtit. de actio.
actionem præiudicialem de ſtatu non compe
tere fratribus & agnatis, eo quòd nullum ius
habeant in perſona, per l. ubicunq;. §. inter-
dum. de uent. in poſſ. mitt. de quo etiam Bald.
in l. non ignorat. 9. num. 6. C. de ijs qui accuſ.
poſſ. Iaſ. in §. præiudiciales. num. 47. Inſtit. de
actio. & penè in terminis Ioan. de Blanaſco in
tit. Inſtit. de act. in lib. de action. præiudic. qua
quæritur, an quis ſit filius, in fi. ubi quærit, an
habeat locū talis præiudicialis actio ad uen-
dicandum genus agnatorū? & inquit, Si non
habeāt me pro agnato; poſsim intēdere præ-
iudicialem. Et dixerunt quidam, quòd ſic: ſed
alij dicunt contrà, quoniam agnatorum nihil
intereſt, quia nō reperitur, quòd dicti agnati
debeant præſtare alimenta: unde non intereſt
ſua, niſi propter ſpem, quòd alicui agnato ſucce-
dere debeāt. Sed illud nō poteſt ipſe agendo

Z 2 alle-

allegare, cùm non debeat eſſe ſolicitus de hæ-
reditate uiuẽtium, l. 2. §. interdum. de uulg. &
pupil. & ita uendicari nõ poterit gentis agna-
torum per præiudicialem, præſertim uiuente
adhuc eo, propter cuius ſucceſsionem præiu-
dicialis mouetur. Non enim ſolicitus eſſe de-
bet de hæreditate uiuentis, d. l. 2. §. interdum.
cùm ambulatoria uoluntate teſtamẽti poſsit
ab inteſtato ſucceſſuris auferri, & ſic non ſit lu
crum radicatũ, aut certum, ſed pendens à mu-
tabili alterius uoluntate, l. 4. de adimen. leg. l.
pactum. l. ult. C. de pact. & in eiuſmodi ſucceſ-
ſionibus uiuentiũ (ut maximè uoluntas non
mutetur) ſpem ponere ſit à iure reprobatum,
l. ult. ubi Dd. C. de pact. l. quidã. § ul. de donat.
nec talis poteſt dici eſſe ſpes, quia non eſt lici-
ta, ut pluribus firmat Caſtr. conſil. 44. §. 1. per
l. poſt emancipationem. de liber. leg. l. 1. §. ſi im
puber. de collat. bonor. & nullũ intereſſe præ-
tendere poſſunt uenientes ab inteſtato: quia
ius nullum habent uiuente illo propinquo,
cuius uiuentis nulla eſt hęreditas, l. qui ſuper-
ſtitis. de acquir. hæred. l. 1. de hæred. uend. Me-
noch. conſil. 4. num. 19. conſil. 47. nu. 132. Iaſ.
in l. reſcripta. nu. 10. C. de precib. Imper. offer.
l. licet. l. pactũ dotali. C. de pact. In noſtro itaq;
caſu nullũ præſens intereſſe d. agnati habent;
utpote quando is, de cuius ſucceſsione agi-
tur, adhuc ſit in uiuis. Viuentis autẽ nulla du-
catur hæreditas, uel ſucceſsio, l. 1. de hęred. uel
act. uend. Imò improba talis ſpes ſit ſucceſsio-
nis, inducens uotum captãdæ mortis, ut not.
& traditur in l. fi. & l pactum, 15. C. de pact. l. pa
ctum. C. de collat. Nullum enim ius in perſo-
nis agnatorum habẽt, cùm par in parem non
habeat imperiũ, Bal. in d. l. nõ ignorat. 9. nu 6.
C. de his qui accuſ. per l. 4. de recep. arb. cum
ſimil. Sunt autẽ pares, fratres & ſorores ac re-
liqui collaterales, Bal. præal. loc. Dec cõſ. 683.
in caſu. nu. 2. per l. 1. C. de leg hæred. l. maximũ
uitiũ. C. de lib. præter. cum alijs per eum alleg.
ac hoc intereſſe, quod hîc agnati prætendunt,
planè ſit incertum, eoq; pro nihilo habẽdum;
Caſtr & Dd. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.
cùm dies mortis cuiuſq; ſit incertus, l. 1. in fin.
de cõdit. & demõſtr. ubi gl. & Dd. & ipſi agna-
ti ante patrem hunc, cuius in ſucceſsione ius
prætendũt, decedere, atq; ita nõ ſuccedere, ſed
ſuam ſucceſsionẽ ſuccedendã alijs relinquere
poſsint: ut tale intereſſe nullo modo ſit conſi-
derandũ, uelut incertũ, & quod tam facilè po
teſt abeſſe, quàm adeſſe, atq; ab incerto pen-
det euentu, l. de fideicommiſſo, ubi Caſt. C. de
tranſact. tex. ſecundũ uerum intellectũ in l. Lu
cius. 78. §. fi. ff. ad S. C. Trebel. ut liquere uidea
tur ex his omnibus, d. agnatis, utpote nullum
ius in eas perſonas, nullũ etiam intereſſe præ-
ſens, certum & propinquũ habentibus, talem
accuſationem ſtatus competere non poſſe.
His tamen non obſtantibus, contrarium eſt
decidẽdum, ſcilicet d. agnatis competere hoc
in caſu actionem eiuſmodi, & quæſtionẽ hanc
ſtatus ac legitimationis moueri ab his poſſe.
5 Nam † talis quæſtio nõ præſcribit̃ quinquen-
nio, ſed eſt perpetua, Pan. in c. peruenit. nu. 4.
qui fil. ſint legi. ubi dicit, cõmuniter ſic ſentire
modernos, q̃ etiã longè poſt quinquenniũ à
morte parentum filij poſsint impeti de legiti-
mitate: & hoc ait ſibi ſatis placere. Et cùm a-
ctiones nõ pœnales, neq; prætoriæ, imò etiam
officium iudicis, gl. & Dd. l. 3. C. de præſcr. 30.
ann. regulariter & ex ſua natura ſint ꝑpetuæ,
Inſt. de perp. & temp. act. in prin. l. 3. & 4. l. cùm
notiſsimi. 7. C. de præſcrip. 30. an. neq; ab hac
regula quæſtio legitimationis inueniat̃ exce-
pta, liquet manere in regula id, quod ſpeciali-
ter nõ inuenit̃ exceptũ, Dec. in l. 1. n 27. de reg.
iur. per l. cùm prætor. de iudic. l. martius. C. de
ꝓcurat. cũ alijs per eũ allegatis, maximè cùm
tantùm cõtrouerſia ſtatus defuncti inueniat̃
excepta, ut facilè appareat hanc quæſtionẽ in
uiuentibus eſſe perpetuã. Pro quo & illud fa-
cit, qđ tradit Innoc. in c. ꝑuenit. in fine, qui fil.
ſint legitimi: Si filij poſt mortem cõiugum di-
cantur illegitimi, q̃ etiã poſt mortẽ talis diſce-
ptatio ſit audienda: & ut maximẽ aliter ſe res
haberet in cauſa ſtatus, tamẽ nõ propterea ſe-
queretur idem eſſe in legitimatione & matri-
monio. Etenim hæ quæſtiones ꝓpriè ſunt ſe-
paratæ à cauſa ſtatus, hoc eſt, libertatis & ſer-
uitutis: ut ipſe quoq; Pan. arguit in d. c. perue-
nit. nu. 4. Ex ſeparatis aũt nihil rectè infertur,
iurib. uulg. Nã ꝓpriè loquẽdo, hæc contentio
pertinet ad familiam & ſucceſsiones magis, q̃
ad ſtatum. Vt aũt actio ſucceſsionis perpetua
eſt, l. hæreditatis. C. de petit. hæred. l. 4. C. in
quib. cauſ. ceſſ. lon. temp. præſcr. ita & hæc eſſe
debet: ut in ſimili de emãcipatione dicit̃: quæ
licet ſit quæſtio pertinẽs ad ſtatum familiæ &
ſucceſsionis, atq; minimã capitis diminutio-
nem, quia tamẽ nõ cõcernit principaliter ſta-
tum libertatis, ideò poſt mortẽ etiam & quin-
quennium ſemper poteſt moueri, tex. apertus
in l. quod eſt cõſtitutũ 6. C. ne de ſtat. defunct.
Deniq; hanc cauſam legitimationis ac coniu-
gij non ſubſiſtentis, poſt mortem abſq; quin-
quennij præſcriptione agi, demonſtrãt aper-
ti tex. in c. 1. c. cauſam. 4. c. lator. 5. c. cauſam. 7.
c. referente. 10. c. ꝑuenit. 11. ex̃. q fil. ſint legit. Ex
quibus abſq; ulla temporis præfinitione poſt
mortẽ de iure cõiugij & legitimationis tracta-
ri poſſe colligimus. Et alioqui ſi aliter dicere-
6 mus, duplex ſequeret̃ abſurdũ. Etenim † cùm
præſcriptio ius adijciat dominij, ſaltẽ utilis, l.
traditionib. ubi Dd. in uerb. uſucapionib. C.
de pact. in prin. Inſt. de uſucapion. & omnem
obligationẽ, actionem, ac querelã tollat, Bart.
in l. fi. §. 1. ff. rem ratã haber. pariatq; exceptio-
nem litis finitæ, in c. 1. de lit. conteſt. in 6. Bart.
in l. fin. ff. pro ſuo, nu. 3. Socin. in c. olim. nu. 19.
ex̃. de lit. conteſt. ſequeretur, ſi præſcriptionĩ
quinquennali hic locus eſſet, quòd matrimo
nium & filiatio tempore præſcriberẽtur & ac-
quirerentur: quorũ neutrum uerũ eſt, nec ullo
modo

7 modo admittendum. Nam † cõiugium non
præſcribi nec quæri tẽpore, definit Bald. in l. 1.
nu. 4. C. de emancip. liber. per l. qua in prouin
cia. 57. §. diuus. de rit. nupt. & legitimationem
nulla temporis pręſcriptione acquiri, quia eſt
de reſeruatis principi, quæ nullo tẽpore præ-
ſcribuntur: tenet Bal. in rub. ex͂. de præſcrip. in
fi. & in l. nullo. 24. nu. 6. C. de rei uend. Pone,
inquiens, aliquis per ſpacium 25. annorũ pu-
tauit ſe legitimũ, nunquid præſcripſerit legiti-
mitatem? Dic, quòd nõ: imò adhuc opus eſt,
ut legitimetur à Principe: idem Bald. in l. 1. nu. 9.
C. quãdo nõ pet. part. per gl. in l. nemo. 7. ff. ꝓ
legato: & eſt tex. expreſſus in d. l. qua in ꝓuin-
cia. 57. §. diu⁹. de ritu nup. ubi ex matrimonio
iniuſto, & ante 40. annos inito, liberi procreã
ti non intelliguntur legitimi, ſed ut à Principe
legitimentur, adhuc opus habent: ad idem
Rom. in l. is qui. poſt prin. de acquir. hær. latè
Tiraq. in tract. de iure primig. quæſt. 30. nu. 9.
Mol. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 8. gl. 3. q. 5. Deinde
poſito, quòd aliàs præſcriptio eiuſmodi cur-
reret, tamẽ in præſenti cùm ſuperſtes ſit pater
& maritus, cuius cõditionem liberi, ſi legitimi
ſint, aut legitimati, ſequuntur: & cuius idcirco
perſona propriè & maximè eſt attendẽda, fa-
cilè poteſt intelligi iſtiuſmodi præſcriptionẽ
hic obſtare nõ poſſe. Non enim de ſtatu mor-
tuæ mulieris, ſed de matrimonio uiuentis ma
riti, & utrùm ſuperſtites liberi huius ſint legi-
timi filij, an nõ ſint, quæritur. Nec obſtat ſolu-
tio gl. in d. c. peruenit. ad uerb. ſi ita eſt. nã ipſa
gl. dicit eam eſſe diuinationem, & ab illa rece-
dit, & in c. cauſam. 7. uerb. incongruum. eo. tit.
ſatis oſtendit, quòd propter ſucceſsionẽ & bo
na, ac propter legitimationẽ poſsit diſceptari
de matrimonio defuncti, utrùm iuſtũ fuerit,
an nõ, & ut antè poſitum, eſto, Pan. in d. c. per-
uenit. 11. nu. 4. dicit, eam gl. cõmuniter repro-
bari, & poſt quinquẽnium de matrimonio ac
legitimatione poſſe quæri. Nec obſtat etiam,
quod tradit glo. in rubr. C. ne de ſtat. defunct.
hic enim non de ſtatu defuncti, ſed de coniu-
gio uiuentis mariti quæritur, & de legitima-
tione liberorũ ſuperſtitum. Et quamuis ſimul
de cõiugio defunctæ mulieris neceſſariò quo-
que diſceptetur, non tamen de ſtatu eius agi-
8 tur, ut antè dictũ eſt: & † proinde cùm præſcri-
ptionum natura ſit ſtrictiſsimi iuris, ut dicit
Schurff. conſil. 56. & primo. nu. 9. cent. 2. Zaſ.
conſil. 16. orta. nu. 35. uol. 5. nõ debet illa præ-
ſcriptio quinquẽnalis extra quęſtionẽ ſtatus,
de qua loquit, extendi: ac ut extenderet, tamẽ
hic obtinere nõ poſſet, cùm maritus, ut præci-
pua perſona, de cuius coniugio litigatur, ad-
huc ſit ſuperſtes unà cum liberis, quorũ de le-
gitimatione præcipua uertit quæſtio: & ideò
hæc actio impediri nõ poſſet ob ſtatũ, uel po-
tius ob ius cõiugij defunctæ mulieris, de quo
tantùm incidenter, & ꝓpter aliud, nempe ius
uiuentium, decernit. Neq; enim hic agitur ad
finem aliquem, qui pertineat ad defunctã, uel
eius bona: ſed ad finem, qui concernit uiuen-
9 tes. Vnde † nõ debet utile per inutile uitiari, c.
utile. ubi Dyn. de reg. iur. in 6. nec principale
propter uitioſum acceſſorium emergens atq;
incidens, l. Papinianus. §. ſed nec impuberis.
de inoff. teſt. l. pupillari. de uulg. & pup. l. poſt
legatũ. §. qui principale. de his quib. ut indig.
l. 3. de pact. Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 9. nu.
68. Nã & illud certi iuris eſt, in indiuiduis, ubi
ius aliquo reſpectu pro parte durat, etiam al-
tero reſpectu, in quo actio & ius alioqui peri-
ret, in totum durare, ne ſcilicet utile per inuti-
le uitietur, ut eſt tex. in l. ſi cõmunẽ. 16. in prin.
ff. quemad. ſeruit. amit. & quoniam utile ali-
qua ratione poteſt ab inutili ſeparari & ſuſti-
neri, hinc ualere debet, nec per inutile uitiari,
Iaſ. in auth. qui rem. num. 20. de ſacroſ. eccleſ.
Quod autem ſecundò opponitur, non licere
agnatis coniugium accuſare, cùm nõ agatur
de cauſa peccati: reſpondetur, hic certè tracta-
ri de delicto, quia uenit in cõtrouerſiã, utrùm
perſonæ cohabitantes uixerint in cõcubina-
tu, quod eſt peccatũ contra decalogum, an ue
rò in cõiugio. Et hanc quæſtionem nomina-
tim ab alijs, quàm coniugibus, poſſe moueri,
innuit Hoſtien. in tit. qui admit. ad accuſ. nu.
1. uerb. alios de adulterio accuſare poſsũt. per
c. 1. de offic. ordin. & potiſsimùm eam agnatis
(qui hic agere intendunt) competere oſtendit
Spec. tit. qui matrim. accuſ. §. 1. nu. 2. & Innoc.
eo. tit. nu. 2. loquẽs de quæſtione noſtra in ter-
minis, ſcilicet cùm agitur ex eo impedimẽto,
ꝙ dicatur matrimoniũ nõ fuiſſe unquam con
tractum. Et ut maximè deſierit hic cauſa pec-
cati, ex quo mulier cõcubina eſt demortua: ta
men liquet hanc cauſam non eſſe ex eo gene-
re rerum, quæ dependẽt ab animo ſolius ma-
riti ſuperſtitis. Quo modo enim matrimoniũ
nõ niſi duorum mutuo cõſenſu contrahitur,
ita nec reintegrat, auth. ſed hodie. C. de adul-
ter. l. quicquid. de reg. iur. Benè uerum eſſet, ſi
mulier uiueret, tunc rem à ſola illorũ duorum
uoluntate depenſuram, & ideò ſolâ ſcripturâ
uel teſtamẽto maritum illo caſu legitimare li-
beros poſſe. Intelligitur enim matrimonium
contrahere hoc ipſo, & per illud ſcripturâ ita
declaratum, liberos legitimaſſe, iuxta auth. ſi
quis liberos. C. de natural. lib. quem modum
legitimandi dicit ibi Salicet. eſſe mirabilem &
ſingularem. Sed cùm hic iampridem mulier
ſit defuncta, ceſſant illa omnia ſuperiùs in cõ-
trarium adducta: quia nõ eſt in uiuis amplius
mulier, cum qua matrimonium contrahatur,
& quo cõtracto liberi legitimari queãt. Quo-
circa cùm potuit pater, non uoluit: nunc cùm
uult, nõ poteſt: atq; ita res amodò ab eius nõ
pendet uoluntate, ut declarant Bal. in l. 2. nu.
3. C. quibus res iudic. non noc. Chaſſ. in con-
ſuet. Burg. tit. 8. de ſucceſſ. §. 13. uerb. ab inteſta-
to. nu. 15. & 16. per iura ibidem allegata. Et de-
niq; proximos hęredes, qui ius in ſucceſsione
habent, poſſe incuſare matrimoniũ, & liberos

dicere eſſe illegitimos, quod eos ab hæreditate excludant, ſunt textus expreſsi in c.1.uerb.patruus mulieris ipſam exhæredare cogatur. c. lator.in uerb.ſuper hæreditate aui eiuſdem R. patris dicti H.&c.c.peruenit.in uerb.poſt illorum (ſcilicet parentũ) diſceſſum quidã aſſerentes eam de nòn legitimo matrimonio fuiſſe ſuſceptã, ex̃.qui fil. ſint legit. Ex quibus manifeſtum eſt, nõ modò parẽtes, ſed etiam his uel uiuentibus, uel mortuis, patruos aut alios ꝓximos ſpem ſucceſsionis habentes, matrimoniũ accuſare, & ad liberorũ illegitimationem declarandam agere poſſe. Niſi enim competeret his actio, pontifex non diceret eſſe procedendum in lite, & probationẽ faciendam atq; audiendam eſſe, ſed ſimpliciter agentem ſine actione, limine iudicij repelleret, l.6. §.ult.ubi Dd.neg geſt.l.1.in fin. quand. dies uſuſfr.leg. ced.l.interdũ.de uerb.oblig.l.nulli.ubi Iaſ. C. de iudic.& ineptum libellum reſpueret, iuxta gl.in l.1.uerb.libellus. de off.aſſ. c.examinata. de iudic.l.fi.in fi. C.ut nem.priua. Lud. Rom. conſil.69. Otto.nu.1.nec partẽ ſuperflua probatione onerari pateretur, c. cùm contingat. 36.de off.& poteſt.iudic.deleg. l.ad ꝓbationẽ. 22.C.de probation. Nec uerò obſtat id, quod dicitur: quæſtionẽ ſtatus, ſeu actionẽ præiudicialẽ non cõpetere agnatis, ſed tantùm ijs, qui iure patriæ poteſtatis cõiunguntẽ. Accipiendũ eſt enim id de actione ſtatus præiudiciali, quæ iure Romano, uel potiùs Quiritũ ex ui patriæ poteſtatis intentatẽ, ut declarat tex.d.l.3.§.1.de lib.agnoſc.l.1.§.2.de rei uend.& præal.loc.Dd. Secus uerò eſt, ſi quis petat cõſanguinitatẽ & legitimitatẽ declarari, uel illegitimitatẽ cõtrà

10 declarari. Nã † hoc peti & incidenter & principaliter poteſt, ut cõfirmat Bar.in d.l.ſine.3.§. qui.n.16.de lib.agnoſc. Nota, inquiẽs, ꝙ præiudicialis actio nõ habet locum, niſi inter eos qui ſe inuicem contingunt per patriã poteſtatem: & eſt ualde notabile tenẽdo lecturã gloſſæ: & ſecundum hoc ego nõ poſſum petere mã pronunciari tibi eſſe cõiunctũ. Innoc. uerò in c.cùm dilectus. aliàs incip.tua.de ord.cognit. dicit, ꝙ principaliter & incidenter poſſum petere me ꝓnunciari tibi eſſe cõiunctũ: ad idem Spec.in tit. qui fil. ſint legit.in prin. Io.de Blanaſ.in §.præiudiciales. Inſt.de act.& Cynus firmat hoc in l.nõ nudis. C.de ꝓbat. ubi dicitur in gl. ꝙ eſt dare iudiciũ poſſeſſoriũ fraternitatis: ergo eadem ratione & petitoriũ. Hæc ſunt formalia uerba Bartoli, quæ ipſe pluribus cõfirmat, & latiùs extẽdit in l.ubicunq;. §.interdum.nu.1.de uent.in poſſ.mitten.ubi probat, interdũ uſuuenire, ut quis petatẽ pronunciari agnatus, uel cõiunctus: uel ut petatẽ declarari e contrà nõ eſſe agnatus, cõiunctus, uel proximus: idq; propter ſucceſsionẽ ſiue principaliter, ſiue incidẽter: qui eſt caſus noſter: & ad omnia cõtraria ibidẽ reſpõdet: idemq; ſequitur & dicit ſe putare uerius Iaſ.in §.præiudiciales. nu.47. Inſtit.de actio. Quod aũt obijcitur, d. agnatos agere uolentes, nullũ hic intereſſe habere, utpote cùm pater, de cuius ſucceſsione diſceptatur, adhuc uiuat, nõ obtinet in ſucceſſione feudali, de qua potiſsimùm hîc agitur. Nec enim eſt ſubiecta uolũtati poſſeſſoris, ſed ex lege & ſimultanea inueſtitura agnati ius ſuccedendi non hæreditarium habent, quod illis ſuisq; ſucceſſoribus debetur, nec per ultimam uolũtatem auferri poteſt, c.1. de ſucceſſ. feud.c.1.an agnat.uel fil. Quamobrẽ etiam uiuente poſſeſſore ius habẽt fortius, quàm ipſe dominus, §.ult. qual. olim feud. pot. alienar. nec ultimo poſſeſſori qui uiuit, ſed primo qui acquiſiuit, pridemq; defunctus eſt, ex ꝓuidentia primæ inueſtituræ in his antiquis ſuccedere intelligunt, Curt. tract. feud. part.2.nu.48. Schurff.conſ.66.quanq;. cent.1. ex Bal. & Dd. §.fi.de prohib.feud.alie.per Loth. Reſponderi quoq; poteſt, illos aliud inſuper intereſſe huic actioni meritò prætendere, ne uidelicet nobilis eorũ familia inſertione illegitimorũ & naturaliũ deformetẽ: quo nomine cùm illis dentur famoſæ & capitales accuſationes, puta adulterij, iniuriarũ, & ſimiles, l.quãuis.30. ubi gl.uerb.ꝓximis. & ibi Cyn.& Bal. C.de adult. Cano.in c.1.ex̃.eo.tit. Imol.in c.literis.in prin. de præſum. Azo in rub.C.de adult.nu.6.& 7. l.lex Cornelia.5. C.de rap.uirg. & conſil. 427. quædã.nu.7.& 8.uol.5.Rom.conſ.451. nu.10. certè nihil cauſæ eſt, quare non etiã iſtæ actiones merè ciuiles dentur. Nam cui, quod plus eſt, licet, debet etiã, quod minus eſt, licere, iur. uulg.ut c.cui.de regul.iur.in 6.præſertim cùm hæc actio de matrimonio & legitimatione, ſit actio realis, qua nõ agitur ad debitũ aliquod intereſſe, ſed ad declarationem legitimitatis, aut contrà: ut Dd.in d.§. præiudiciales. declarant: ut ſiue interſit, ſiue non interſit, hoc ad dandã actionem cõſiderari nõ debeat. Quanquam & illud dici poteſt, multum hic intereſſe agentium: niſi iam enim quiritentur agnati, aut agnatus uiuente adhuc patre, futurum eſt, ut eius liberi poſt eius mortẽ, ut filij & inſtituti, ideoq; præſumptionem iuris pro ſe habentes, omnia bona feudalia & allodialia occupent, atq; ita commodo poſſeſsionis fruantur, ex l.ult. C.de edic.diui Adria. c.1. § inter.ſi de feud. defunct. quod poſſeſsionis commodum cùm ingens ſit, ut in §.cõmodum. Inſtit. de interdict.Iaſ.& Dd.l.naturaliter.§.nihil cõmune.de acquir poſſeſſ.gl. §.ſi tres.de pace tenen. Bal.conſil.274.lib.2.Curt.iunior conſil. 90.nu.3.certè dicendũ eſt de magno intereſſe laborare eum, qui ueretur, ne ſibi cõmodum poſſeſsionis interuertatur, l.is qui deſtinauit, de rei uendic. ubi Dd.& dixi s̃.conſil.9. & alibi ſæpius, propter quod intereſſe omnia iudicia poſſeſſoria adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ poſſeſsionis concedũtur, & propter quod intereſſe uſus ſiue poſſeſsionis illæ actiones conceduntur, quæ aliàs non darentur, ut probat glo.& Bald. in l.manifeſtiſsimi.

22.in

22.in princ.C.de furt.per l.creditoris.§.1.ff.eo. tit.& alia iura quæ allegant. Atq; hoc intereſſe in actione præiudiciali ſufficere oſtẽdit Ioan. de Blanaſc.his uerbis, Inſt.de actio. In cap. de actio. præiudiciali, qua quæritur, utrùm aliquis ſit filius? Et huius,inquit,actionis eſt mirabilis uilitas: quia ſi expectaretur eum eſſe in poſſeſsione filiationis, uſque poſt mortem eius, cuius ſe dicit eſſe filium, tunc inciperet poſsidere hæreditatem defuncti, & peteretur ab eo hæreditas per proximiores agnatos,uel cognatos, &c. Accedit hic & illud intereſſe, quòd pactum ſucceſsionis inter patrem & agnatos initum,nunc non ſeruetur: & quòd eo reiecto pater aliud teſtamentum condere uelit:quod ne fiat, tantum intereſt agere uolentis agnati, quantum omnia ferè bona patris ualẽt. Itaq; quod obijcitur,improbum eſſe eum, qui ſolicitus eſt de uiui hæreditate,l.2.§.interdum.de uulg. & pupil. ſubſtit. id ut interpretatur glo. ad uerb.ſolicitus. accipiendum eſt tali modo, de quo ibi tex. loquitur. Nam aliàs ex probabili cauſa licet de uiuẽtis ſucceſsione, præſertim aſſecuranda,cogitare, l.cùm Arthemidoram. C.ut in poſſ.legat.auth.cõtra. C.ad S. C. Trebell. nec hîc locum hæc exceptio uel ideo habere poteſt, quòd antea pactũ ſit ſuper iſta patris hæreditate ab ipſomet, de cuius ſucceſsione agitur, cũ agnatis ſuis factum: ut ipſus obijcere nequeat, cui⁹ ipſemet rei fuit author, & præcipuus conuentor, iuxta l.tranſactione. 30. C.de tranſact. Deniq; cùm iſte agnatus ex ſimultanea inueſtitura, ſaltem in feudalibus, ius quæſitum habeat, certè uel ex hoc capite non prohibẽdus eſſet agere: maximè cùm hîc non petatur ſucceſsio uiuentis, id quod eſſet improbum,ſed poſtuletur declarari matrimonium fuiſſe nullũ, & liberos eſſe illegitimos, in hoc,ne debitam ex inueſtitura pactoq; feudi ſucceſsionem agnatis interuertant. Et conſtat regulam l.2.§.interdum.de uulg & pupil. obtinere tantùm in ſucceſsionibus, quæ dependent à ſola uolũtate eius, de cuius ſucceſsione agitur, ut cõfirmat Caſtrenſ. conſ.448. non eſt dubium.nu.1.uol.1.per l.inter ueſtem. de aur. & argen. leg. quia dicitur talis ſucceſsio à fortuna prouenire, l. apud Iulianum. in fin. de legat.1. eoq; non debet inſpici aut conſiderari, l.Iulianus. ff.qui & à quib. At ſucceſsio feudalis non eſt eiuſmodi: nõ enim debetur ex uoluntate,cùm per hãc de illa nihil ſaltem in præiudicium eorum qui ſuccedere debent,diſponi poſsit,c.1.de ſucceſ.feud.ſed obuenit iure conſuetudinis, & ſimultaneæ inueſtituræ: quare ius quæſitum & radicatum in diſpoſitione legis, ac ſimultaneæ inueſtituræ, inde agnati habent:atq; adeò omni caſu releuare debent,Henn.God.conſil.feud.22.nu.2. Schurff.conſil.16.ſuper. cent.1. & conſtit.prouin.45.parte 2. & proinde de hoc iure agere poſſunt, ut cõſeruetur etiam uiuente agnato, §.Titius. ubi Dd. ſi de feud.def. cùm talis ſpes cadat in contractum,l.ſpem.C.de donat.Porrò quod ad theoricam Ioan. de Blanaſ. attinet, illam liquet ſic intellectam pugnare cum præcedentibus ab eo allegatis. Eſt igitur accipienda de his,qui nullũ aliud intereſſe,quàm ſucceſsionem uiuẽtis allegare poſſunt, ut patet ex illis uerb. quia nõ intereſt ſua, propterea quòd dicti agnati alimenta præſtare non debeant. Ex quo facilè paret aliud ſeruandũ, ubi aliquod intereſſe iuſtum allegare poteſt. Præterea illud tantùm procedit, ubi incidenter & ratione bonorum gliſcit ſtatus quæſtio, ut in d.l.ubicunq; §.interdum. de uentr.in poſſeſſ.mitten. Secus uerò eſt,quando principaliter, & non propter bona mouetur eiuſmodi litigium,ſicuti moueri poteſt,l.de bonis.6.§.1. uerſic.ita demùm.de Carbon.edict.Bart.in d. l.ubicunq;.circa fin. Specul.in rub.qui fil.ſint legit.in princ.nu.1. per c.cauſam. quæſt.7. extrà eod.c.1.ubi Panor.in fin.nu.3.eod.tit. Hoc enim caſu non poſſumus, nec debemus hanc actionem principalem metiri ex bonis, & ſpe ſucceſsionis, cùm non ratione bonorum, ſed per ſe intentetur. Et huic quæſtioni de legitimitate liberorum locum eſſe,cùm alioqui aliqua quæuis iuſta cauſa quærẽdi de ea ſubeſt, oſtendit Innoc.in c.cauſam.quæ.num.4.& 5. in uerb. item hæc rectè petuntur, ſi aliqua iuſta cauſa ſubeſt.qui fil.ſint legit.in c.peruenit. in fin. eod.tit. Et certè quando concubinatus, & nullitas matrimonij uiuis parẽtibus accuſari poſsit, utpote peccatum & crimen, uelut ſuprà dictum eſt, profectò nihil cauſæ eſſe uidetur, cur nõ & legitimatio, quæ inde dependet, impugnari poſsit. Nam quod obtinet in cauſa,idem & in effectu,ſeu cauſato, leg.4. de iuſt. & iur. ubi Iaſ. & Dd. cùm omne ius ſit firmius in cauſa, quàm cauſato, ſeu effectu, Bal. c.1. quib.mod. feud. amitt. & leg.4. de iuſt. & iure,Euerar.loco legal.à minori,in fine:& propter quod unumquodq; tale eſt, illud magis tale eſt, auth.multò magis. C. de ſacroſ.eccleſ. & cõceſſo uno, omnia quæ ex eo conſequuntur, conceſſa intelliguntur, l.2. ubi Dd. de iuriſdict. l. ad rem mobilẽ. de procura. latè Euerard. loc. à conceſsione antecedentis, Panor. in c.4. num.4. de ſepul. Vnde apparet,quod à Dd. traditũ ſ. diximus, ſcilicet de legitimatione tantùm quæri poſſe ratione bonorum, uel ob ſimilem cauſam, accipiendam ita eſſe, cùm incidenter de legitimatione agitur: non uerò, quãdo principaliter, præſertim ubi alia iuſta agẽdi cauſa ſubeſt: quas hîc complures ſubeſſe iam antea eſt oſtenſum. Et ſi aliter diceretur, profectò in ſecreto iuris exiſtimarem illam Canonicarum theoricam ita generaliter acceptam, ueram non eſſe. Si enim nõ tantùm incidenter,ſed & principaliter,ut ipſimet confitentur, de legitimatione agi poteſt: certè cùm principaliter agitur, nõ requiri acceſsionem bonorum, aut aliud obiectum intereſſe pecuniariũ, propter quod agatur, cõſequens

eſt. Nec em̃ principalia ex acceſſorijs, uel ob-
iectis, ſed per ſe conſiderantur, l. Papinianus.
§. ſed nec impuberis. de inoff. teſtam. Tiraq. de
retráct. prox. §. 1. glo. 9. num. 68. l. 3. 4. de pact.
l. centum Capuæ. l. ult. cum ibi not. à Iaſ. & Dd.
ff. de eo quod cer. loc. cum alijs ſuperiùs alle-
gat. num. 9. ut multis confirmari poſſet, ſi in
hunc campũ excurrere hîc eſſet opus. Ex qui-
bus nunc omnibus fundamentis concluden-
dum eſt, non obſtantibus rationibus in con-
trarium ſuprà deductis, d. agnatum unũ uel
plures poſſe hanc quæſtionem ſtatus & legi-
timationis mouere.

II. Expedita igitur hunc ad modũ prima quæ-
11 ſtione, ad ſecundã tranſgrediamur: & † utrùm
contra patrem, an filios, an aduerſus utroſq;
hæc quæſtio mouẽda ſit, diſcutiamus. Et qui-
dem cùm de legitimatione diſceptatio ſit, ui-
deri primo aſpectu poterat, contra ipſos libe-
ros, quorum de legitimitate duntaxat agitur,
actio hæc intentanda eſſe, c. 1. 3. 4. 5. 7. & quaſi
per tot. tit. ex̃. qui fil. ſint legit. Vt enim rei uen-
dicatio atq; aliæ actiones reales dantúr tan-
tummodo ratione detentionis, ſeu uſus, con-
tra poſſeſſorem, qui rem, aut ius iniuſtè uſur-
pare & poſsidere prætenditur, l. unic. in princ.
C. ne alien. iud. mut. cauſ. fac. ubi Bald. §. 1. Inſt.
de actio. l. officium. 9. l. is, qui deſtinauit. 24. l.
ult. ff. de rei uendic. ita & hæc actio ſtatus, quæ,
ut diximus, & traditur in d. §. præiudiciales. eſt
realis, non uidebatur contra alium compete-
re, aut intentari poſſe, quàm contra eum, qui
tale ius legitimationis, quod competere de-
negatur, poſsidet & uſurpat. Et hoc procul-
dubio uerũ & certum eſt ex Panorm. in c. per-
uenit. in fi. extrà qui fil. ſint legit. Sed illud hîc
eſt prouidendum, beneq; ponderandũ, quòd
ſi aduerſus ſolos liberos inſtituatur eiuſmodi
actio, non magna uictoriæ ſpes affulgere poſ-
ſit. Omnis enim probandi difficultas in acto-
rem deriuabitur: quo non probante reus ab-
ſoluetur, iuxta reg. l. qui accuſare. C. de eden.
12 Cui † quidem actori eò difficilior quoq; pro-
batio eſt futura, quòd dicere, ſeu probare ali-
quem, uel aliquos non eſſe legitimos, ſit mera
negatiua nec tempore, neq; locò coarctatat
quod genus difficulter probari poteſt, ut ex-
perientia oſtendit, & tradũt Dd. in l. actor. 23.
C. de probat. Lanf. in c. quoniam. in princ. nu.
3. cum ſeq. de probat. Ideò autem omne pro-
bandi onus in actorem hoc caſu deriuabitur,
quia etiam abſq; poſſeſsione legitimationis
ſtat pro filijs præſumptio onus probandi in
aduerſam partem transferens, l. ſiue poſside-
13 tis. C. de probat. Eſſe † enim hoc caſu filios ne-
gari non poteſt, & certè præſumitur, cùm ſint
ex cõcubinatu nati, & in domo alti atq; edu-
cati, Felin. poſt Panorm. & Bald. in c. per tuas.
num. 1. de probat. per text. & glo. in c. Michael.
de fil. presbyt. Bald. in l. ſi uicinis. in princ. C.
de nupt. Quod cùm ita ſit, ex eo quòd ſunt fi-
lij, præſumũtur etiã ſine ulla alia poſſeſsione,
nominatione, uel tractatione filiationis, eſſe
14 legitimi. Nã † quamuis, quod ad coniunctio-
nem & cohabitationem maris & fœminæ at-
tinet, præſumatur potiùs cõcubinatus, quàm
matrimonium, ideoq; matrimonium allegãti
incumbit probatio, non modò iure pontifi-
cio, ſed etiam iure nouiſsimo ciuili, ut tradit
Bald. in l. nõ epiſtolis. in fin. C. de probat. per
text. in §. quoniam. in auth. quib. mod. natur.
effic. legit. Salic. in l. ſi uicinis. nu. 2. C. de nupt.
latè Socin. conſ. 39. uiſis. nu. 5. uol. 1. ubi dicit,
hanc eſſe cõmunem opinionem, & ſic ſeruari
non modò de iure Canonico, ſed etiam ciui-
li, per alia plura ibi ab eo allegata, tamẽ quod
ad liberos attinet, quamuis de matrimonio
non aliter cõſtet, nihilo minus præſumuntur
ipſi potiùs eſſe legitimi, quàm ſpurij. Etſi em̃
Bald. in l. ſi uicinis. in princ. C. de nupt. ponat,
natum ex cõcubina clerici præſumi ſpurium
illius clerici, per c. Michael. de fil. presbyt. ſcili-
cet qa clericus nec habere iure pontificio uxo
rem, neq; per conſequens liberos iuſtos & le-
gitimos ſuſcipere poteſt, ut nec is qui ex adul-
terio generat, c. cauſam. 4. qui fil. ſint legit. ta-
men aliàs, quando procreantur liberi à per-
ſonis, inter quas poteſt iure eſſe matrimoniũ,
tales liberi præſumuntur legitimi, etiamſi de
matrimonio aliter non conſtet: eoq; qui aſſe-
rit eos nõ eſſe legitimos, probare illud debet:
c. lator. 5. ubi gloſſ. ad uerb. probare. c. quod
nobis. extrà qui fil. ſint legit. ita Panor. in d. c.
lator. nu. 6. Nota, inquit gloſſ. quòd clande-
ſtinè contrahentes non præſumantur coniu-
ges, reſpectu ſcilicet uiuentium: nam reſpectu
filiorum præſumuntur coniuges: quod dictũ
eſt ſatis notabile. Ex quo infertur, quòd na-
tus ex maſculo & fœmina ſimul habitãtibus,
præſumitur legitimus, quaſi fauore legitima-
tionis præſumatur inter illos matrimonium:
pro quo facit l. in liberæ. de ritu nupt. ſed re-
ſpectu ipſorum uiuentium Canon præſumit
potiùs ſtuprũ, ut in d. c. aliter. allegato in gloſ.
ut ſic inducantur ad palàm cõtrahendum: &
ſatis procederet hoc dictum, ſi iſti ſe uocabãt
coniuges, ut uoluit Innoc. in c. ex parte. de re-
ſtit. ſpol. cuius dictũ nota, quia habes ex hiſ
modũ facilem probãdi quem eſſe legitimum.
Hæc ſunt formalia uerba Panor. quẽ ſequitur
Felin. in c. per tuas. in fi. extrà de probat. in 7.
notab. Septimò, inquit, nota, quòd natus ex
maſculo & fœmina ſimul cohabitãtibus, præ-
ſumitur legitimus, licet talis cohabitatio non
præſumatur aliàs matrimonialis, niſi probe-
tur: ad idem Innoc. in d. c. lator. nu. 3. Nota, in-
quit, quòd obijciens illegitimitatẽ, eam pro-
bare debet: & per conſequens nõ extitiſſe ma-
trimoniũ inter parẽtes, arg. cõtra. c. aliter. 30.
q. 5. Sed & hoc, & illud quoq; eſt in fauorem
matrimonij: hoc, ut filij ſint legitimi: illud, ut
clandeſtina matrimonia fiãt manifeſta. Quã-
15 quam aũt caſu, quo † is qui agit, & ſe in legiti-
matione fundat, debet illud ſuæ intentionis
funda-

fundamentum probare, ut uult Panorm. in c.
peruenit. num. 4. qui fil. ſint legit. & latè Soc.
conſil. 39. adſit. numer. 1. uol. 1. per doctrinam
Panorm. Ant. & Dd. in d. c. peruenit. Bart. in l.
is poteſt. de acquir. hæred. & l. Titia. ſolut. ma-
trim. Ioan. And. in reg. infamibus. de reg. iur.
in 6. Ant. in c. fin. de præſump. Feder. de Sen.
conſ. 208. & per alia quæ allegat, addens hanc
communem eſſe concluſionem: atq; ita agen-
tibus ipſis liberis ex hoc fundamento hic de-
cidi poſſet, quòd non obſtante illa ſuperiore
præſumptione, quaſi non omnino plenã pro-
bationem faciẽte, liberi ſuam legitimationem
probare deberent: tamen in caſu noſtro, ubi
liberi nõ agunt, ſed hoc nomine conueniun-
tur, totum uidetur eſſe cõtrarium, ut ipſi, cùm
quia ſunt rei, quorum non eſt propriè proba-
re, l. actor. C. de probat. tum quia habent pro
ſe iuris præſumptionem, l. ſiue. C. de probat.
probare non teneantur, ſed actor, qui eos ille-
gitimos intendit, hoc ſuæ intentionis funda-
mentum demonſtrare debeat. In quo tamen
ſi uera eſſet Panorm. diſtinct. in d. c. peruenit.
multum hic iuuaretur actor, negando matri-
monium fuiſſe unquam cõtractum: nam, in-
quit Panor. quando aduerſarius ſuper illegi-
timitate contra filium agit, & negat matrimo-
nium fuiſſe contractum, tunc filium probare
debere matrimonium fuiſſe contractum. Atq;
ita uidetur Panorm. uelle præſumptionem il-
lam legitimationis tantùm obtinere, ubi de
iure cohabitationis dubitatur, utrùm ſcilicet
fuerit matrimonium, an concubinatus: tunc
enim æquius eſſe in benigniorem partem in-
terpretationẽ facere, & ſumere humaniorem
pro matrimonio & legitimatione præſumptio-
nem. Secus uerò eſſe, quando in totum nega-
tur ſubeſſe, & contractum unquam fuiſſe ma-
trimonium, ut in caſu præſenti: ſcilicet ut tunc
liberi, quamuis rei, non releuentur ab onere
probandi matrimonium: id quod & gloſſ. in-
nuit in c. peruenit. 9. in fin. extrà qui fil. ſint le-
git. & textus apertus in c. per tuas. 12. eod. tit.
Sed de hac ipſa re plura in ultima quæſtione
erũt dicẽda, quò hæc diſputatio propriè per-
tinet, & ubi plenius diſcutietur: nã eſt dogma
ſatis intricatum, in quo ualdè inconſtanter,
præſertim Canoniſtæ, pedem figunt. Conclu-
16 dendo † igitur hoc membrũ quæſtionis, di-
co hic eſſe iutius, ut cum patre tantùm, non
cum liberis etiam agatur. Nam etſi cum mul-
tis qui ſunt poſſeſſores unius iuris, quod illis
competere negatur, uno libello, tanquã cum
pluribus poſſeſſoribus pro indiuiſo poſſidẽ-
tibus agi poteſt, l. cognitio. §. ſi plures. l. ſi pa-
riter. ff. de lib. cauſ. l. ſi cum uno. ſi ex nox. cauſ.
l. loci. §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. uendic. l. uiæ. 17.
de ſeruit. Bart. in l. ſi petitor. de iudic. Spec. de
actio. ſeu petit. §. ſuper. & tit. de cõpet. iud. §. 1.
nu. 35. l. omnes. C. arbit. tutel. l. ſi unus. de ſer-
uit. ruſt. præd. Bart. in l. in duobus. de duob. re.
maximè reali actione, d. l. uiæ. l. loci. §. ſi fun-
dus. ſi ſer. uen qualis hæc eſt, ut tradunt Dd. in
17 d. §. præiudiciales, Inſtit. de actionib. atq; † ita
ſimul cõueniri commodùm poſſe uideantur
pater & filij, qui ius matrimonij & legitima-
tionis communiter poſſidẽt, tamen plus erit
difficultatis, ſi liberi ſimul conueniantur: pri-
mò enim obijcere poterũt, nõ poſſe has duas
actiones præiudiciales, matrimonij ſcilicet &
legitimationis, ſimul cumulari: quòd obſtet
regula cumulandarum exceptionum, de qua
Dd. l. 3. C. de eden. §. nihil commune. in l. natu-
raliter. de acq. poſſ. eò quòd ſententia lata ſu-
per matrimonio, paritura ſit rei iudicatæ ex-
ceptionem in cauſa legitimationis, d. c. perue-
nit. & tot. tit. qui fil. ſint legit. Nec uerum eſt,
patrem & liberos unum ius poſſidere: ſunt
enim diuerſa matrimoniũ & legitimatio: hãc
poſſident liberi, illud pertinet ad patrem, qui
tamẽ nihil nunc iuris ex matrimonio præten-
ſo poſſidet, utpote hoc per mortem mulieris
diſſoluto. Deinde quamuis ſimul pater & libe-
ri conuenirentur, & talis cumulatio admitte-
retur, tamẽ actori imponeretur omninò pro-
batio, iuxta l. exceptionẽ. C. de probat. l. ſiqui-
dem. C. de exceptionib. Etſi enim quo ad ma
trimonium, habet iuris præſumptionem pro
ſe, uelut ſuprà diximus, & tradunt Bal. ac Dd.
l. ſi uicinis. C. de nupt. tamẽ quoniam alter ar-
ticulus libelli, in quo de legitimatione quæri-
tur, tali præſumptione deſtituitur, quæ pro li-
beris, ut poſtea dicemus, militat, ideò proba-
tionis onere amplè grauaret actor, quàm reus
ad aliquid præſtandum, uel probãdum cogi
poſſet, l. actor. C. de probat. Et ſic in effectu to-
tum probãdi onus agenti incumberet: quod
euitabit ſolo patre cõuento, ut qui iuris præ-
ſumptionem, quo ad matrimonium, cõtra ſe
habeat: qui ſi ſuccubuerit in probatione, atq;
ita actor in cauſa matrimonij obtinuerit, iam
cauſa illegitimitatis per ſe patebit, & facilè per
hoc præiudicium poterit obtineri: & præſum-
ptio, quæ eſt pro liberorum legitimatione, a p
parente ſic in contrarium ueritate, diluetur, l.
continuus. §. cùm ita. de uerb. oblig. l. ancillæ.
C. de furt. Omitto nunc, quòd ſi filij cõueni-
rentur, pater ab ipſis in teſtem cõtracti matri-
monij produci poſſet, an reciperetur, l. pen. ubi
gloſſ. & Dd. de probat. quod cõtrà fuerit ipſo
conuento, qui ſua in cauſa teſtis eſſe nequeat,
l. omnibus 9. C. de teſtib. l. nullus. 21. eod. l. 1. §.
propria. quan. & intra quæ temp.

III. Hoc igitur conſtituto atq; definito, ſimul
etiam reſoluitur tertia quæſtio, ſcilicet quòd
longè ſatius ſit uiuente adhuc patre hãc con-
trouerſiam moueri, quàm illo demortuo: ut
ſcilicet onus probandi omne in reos conuen-
tos deuolui poſſit. Cæterùm poſſeſſio, quam
mortuo patre, ſi ageretur, obtinerent filij, hic
18 non multũ eſt conſiderãda. Eam † enim habent
& habituri ſunt, etiamſi nũc cum illis agatur,
& poſtmodũ pater moriatur, cùm ſint inſtitu-
ti in teſtamẽto à patre ut filij, & nominati atq;
habiti

habiti, ut legitimi: quod pro illis granda teſti-
monium facit, & ſufficit ad poſſeſsionem, ut
traditur in l. 1. §. Iulianus. ubi gl. ad uerb. gran
de. de lib. agnoſc. Felin. in d. c. per tuas. nu. 13.
14. 15. extrà de probat. gloſſ. in c. lator. 5. ad
uerb. probare. & in c. peruenit. 9. in fin. qui fil.
ſint legit. & in l. fin. C. de edic. diui Adria. toll.
Hæc igitur conſideratio parum facit, quando
quidē auferri poſſeſsiōis utilitas liberis utro-
libet tempore agēdo non poſsit. Sed illæ cau-
ſæ ſunt ſatis prægnantes: quare expediat ſu-
perſtite adhuc patre, hanc quæſtionē moueri:
quarum duæ iam antè expoſitæ ſunt: primà
ſcilicet, ut onus probandi contractus matri-
monij, atq; ita legitimationis in eos deuolua-
tur, & in quo proculdubio laborarent. Secun
19 dò, ut † patris teſtimonium, quod aliàs reci-
pitur, l. 1. §. Iulianus. de lib. agnoſcen. l. pen. de
probat. Lanfr. cap. quoniā. uerb. teſtium. nu.
104. de prob. Alexan. conſil. 27. uiſo. uol. 2. ab
iſta cauſa, uelut ipſius propria, & in qua ipſe
ſit reus, excludat, l. omnibus. C. de inſt. l. nul-
lus. ff. eod. Quibus tertia ratio hæc adijci po-
teſt, quòd ſi poſt mortē demùm patris ratio-
ne bonorum & ſucceſsionis hæc quæſtio con-
tra liberos moueretur, tunc eſſet quæſtio tan-
tùm incidens, mota ob hæreditatē & ius ſuc-
ceſsionis: & ideo minore probatione opus tū
eſſet liberis conuentis, Felin. d. c. per tuas. nu.
17. de prob. ut in ſimili de probatione domi-
nij incidentis in confeſſorium, tradit Schnei.
in §. æquē. nu. 18. 19. Inſtit. de act. adeò ut etiā ſi
tantùm poſſeſsionem & tractationē, atq; no-
minatim patris probarent, id quod factū eſſet
facillimum, proculdubio obtinerent, Panor.
c. tranſmiſſa. num. 4. qui fil. ſint legit. Felin. d.
c. per tuas. num. 17. quæ probatio ſola in hoc
ſtatus iudicio principali, & quando non inci-
denter, ſed principaliter ſtatus & legitimatio-
nis quæſtio mouetur, non obtinebit, Felin. &
Panor. præall. loc. Alciat. de præſump. reg. 3.
20 præſump. 38. num. 5. cum ſeq. Et † ſic, ſi nunc
agitur ſuperſtite patre, difficilius & grauius
onus probandi incumbet conuentis, quàm
ſi ratione bonorum poſt mortem patris hæc
illis quæſtio moueretur: quæ ita ſe habere, &
uera eſſe probatur ex Fel. in d. c. per tuas. nu.
17. in fi. Nota, inquit, quòd ubi agitur de con-
ſanguinitate, nō propter conſanguinitatem,
ſed propter aliud conſequēdum, ſufficit pro-
bare ſolam poſſeſsionem cōſanguinitatis, ſe-
cundum Ang. in l. nō ignorat. C. de his qui ac-
cuſare: quod dicit menti eſſe tenendum Pan.
in c. tranſmiſſæ. num. 4. ex. qui fil. ſint legit. Ex
hoc infertur, quòd ſi quis eſt in poſſeſsione fi-
liationis, non debet excludi ab hæreditate. Et
in terminis quando ratione bonorū inciden-
ter agitur de filiatione & legitimatione, ſuffi-
cere minorem probationem, uidelicet ſolius
poſſeſsionis: ſecus uerò, quando principali-
ter, & de proprietate agitur, ut benè diſcutiūr,
& longè diſertiùs traditur Alciat. in tract. præ-
ſump. in ult. part. præſump. 38. num. 5. 6. 7. 8. &
ante eum Alex. conſ. 51. uiſo. nu. 4. & 5. uol. 1.
Bald. conſ. 138. mortuo. num. 3. & 4. uol. 3. Ac
quamuis Bald. d. conſ. requirat aptiorē & ple-
niorem probationem, quādo ratione ſucceſ-
ſionis de legitimitate agitur, tamen loquitur
in eo caſu, quando filij ſunt actores, & ratione
legitimitatis petunt: quo caſu uidentur ple-
niùs probare debere, ut actores: quod hic ab-
eſt, cùm rei ſint, & ſic conueniantur: ſimul etiā
communiter illud dictum Bald. reprobatur,
ut ait Decius, & ſufficit indiſtinctè minor pro-
batio, quando quæritur tantùm incidēter de
legitimatione ratione ſucceſsionis & bono-
rum: ita Dec. conſilio 54. in cauſa. num. 3. per
doctrinam Bart. in l. non nudis. C. de probat.
& in l. 1. §. ad quæſtionem. l. maritus. l. de mino
re. §. ſi plurium. de quæſtion. Ang in l. libero-
rum. de his qui not. infa. ad idem Bart. in l. ſi
negetur. num. 1. & 2. ff. de lib. agnoſc. dicens:
Quoties incidēter de filiatione quæritur, tan-
tùm ſimpliciter & de plano procedi & proba-
ri: ſed plenè probandum eſſe, quando princi-
paliter quæſtio ſtatus mouetur: pro quo bo-
nus text. in l. ſi quis. 5. §. meminiſſe. & §. ſolent.
21 de lib. agnoſc. & † ut uno uerbo concludam,
generale eſt in realibus & petitorijs, ut quan-
do ius dominij deducitur principaliter, requi
ratur plenior & exactior probatio: quando-
cunq; uerò incidēter & propter aliud ſufficiat
leuior & minus plena ꝓbatio, ut pulchrè Bar.
in l. quidā in ſuo. nu. 4. ff. de condit. inſtit. glo.
in l. ſicuti. §. ſi quæratur. uerb. poſſeſſoris. in fi.
ſi ſer. uend. Ang. §. æquè. nu. 13. & ibi Schneid.
num. 18. cum ſeq. ac communiter Dd. Inſtit. de
actionib. Vt igitur plenior & difficilior patri
& liberis ſuper coniugio & legitimatione in-
cumbat hîc probatio, multò conſultius eſſet
agnatis, ipſo uiuente principaliter, quàm illo
mortuo incidenter in petitione hæreditatis,
& ratione bonorum hanc quæſtionem uenti-
lare. Nec uerò in contrarium mouere debet,
22 quòd † ſi uiuente patre agatur, cōfeſsio eius
ſit grande præiudiciū pro filijs factura, ex l. 1.
§. Iulianus. de lib. agnoſ. Nā hoc rectè præca-
uebitur ipſo ſimul conuento, ut in ꝓpria cau-
ſa teſtari non poſsit, prout antè eſt oſtenſum:
quod eludi cauerig; non poſsit eo mortuo.
Quo tempòre ſi ageretur, eius, utpote iam in
propria cauſa non teſtificātis, confeſsio, præ-
ſertim in teſtamento facto & relicto, prout ta-
le teſtamētum hîc conditum eſt, idem præiu-
dicium pro liberis faceret, iuxta auth. ſi quis
liberos. in uerb. ſiue in teſtamento. C. de nat.
lib. & per ea quæ tradunt Bal. & Dd. in l. filiū.
de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & Lanfran. in c.
quoniam. uerb. confeſsiones. in fin. de prob.
præſertim cùm in ultima uolūtate nemo præ-
ſumatur mentiri, & immemor eſſe ſalutis æter
næ, l. ſancimus. 6. in fin. C. ad l. Iul. repetun. &
per ea quæ cumulat Hippol. de Marſ. in reper.
rubr. de fideiuſſ. numer. 44. cum multis ſeq.
His

IV. His ita diſcuſsis ſubſequēs quæſtio quarto
loco ordine propoſita, faciliùs & planiùs ab-
53 ſolui poteſt: non † enim ullam probabilē ha/
bet dubitationem, quin hoc caſu præiudicia-
lis actio, ſaltem utilis, ſit intentanda, qua peta
tur declarari matrimonium nō fuiſſe contra-
ctum, ſed tantùm concubinatum initum, &
proinde liberos ex eo cōcubinatu natos, eſſe
illegitimos, ut eſt communis concluſio in d. §.
præiudiciales. Inſt. de act. ubi Iaſ. num. 20. di-
cit, ea actione agi, ſiue agatur confeſſoriè, ad
hoc ut declaretur cōpetere aliquis ſtatus: ſiue
negatoriè, putà ſi negetur competere ſtatus,
idq; declarari petatur, ut in terminis noſtris.
Et num. 57. idē extendit ad quæſtionem filia-
tionis, legitimationis, nobilitatis. Etenim cau
ſa matrimonialis & ſimiles iudicant eſſe quo/
dammodò (nam propriè non ſunt, ut ſuprà
dixi) cauſæ ſtatus, gloſſ. in c. mulieri. ad uerb.
abſoluto. de iureiurando, Iacob. Leoni. conſ.
matrim. 49. in hac. nu. 92. & Laurent. de Pin.
conſil. 71. commiſſa. nu. 5. & 15. uol. 1. & idem
Iaſ. in d. §. præiudiciales. numer. 36. dicit, hanc
24 † actionem intentari ad declarandum, putà
ut declaretur iuſtus filius, uel nō: & num. 39.
addit, quæſtionem ſtatus ſubeſſe, & actionem
præiudicialem competere, quando agitur de
tribus, putà de iure libertatis, ciuitatis & fami
liæ: ac quæſtionem filiationis & legitimatio-
nis pertinere ad ultimum caput ſtatus, uide-
licet ad familiam. Ac poſtea num. 47. latè diſ-
putat & probat, quando quæritur declarari
aliquem eſſe de cognatione & familia, quòd
agatur aut directa, aut ſaltē utili actione præ-
iudiciali. Et tenet idem Spec. in tit. qui fil. ſint
legitimi, §. 1. numer. 1. dicens: ſic in hac actione
concludi: Peto, per uos ipſum non fuiſſe eius
filium legitimum ſententialiter declarari, arg.
c. cauſam. quæſt. 6. extrà qui fil. ſint legitimi, l.
pen. C. ne de ſtatu defunct. Et Innoc. in termi/
nis in c. lator. extrà eod. in princ. numer. 1. & 2.
ait, hanc actionem legitimationis eſſe præiu-
dicialem, & in ea dari libellum, ac litem con-
teſtari, & in c. cauſam. 7. nu. 4. dicit: hoc peti,
ut aliquis pronuncietur legitimus, uel ex ad-
uerſo, ut pronuncietur non legitimus. Ad idē
Panor. in c. 1. numer. 3. qui fil. ſint legit. ubi ait,
peti, ut pronuncietur uirtute matrimonij ali/
quis filius fuiſſe legitimus. Ergo cùm contra-
riorum eadem ſit doctrina, ex contrario pete-
tur, ut propter concubinatum, & quia cōtra-
ctum nō fuit matrimonium, iſti filij pronun/
cientur illegitimi: idē Pan. in c. cauſam, quæ.
7. num. 7. & in c. quod nobis. num. 1. eod. tit.
qui fil. ſint leg. Nota, inquit, quòd cùm dubi/
tatur de legitimitate, poteſt quis licitè petere
pronunciari ſe legitimū. & in c. peruenit. nu. 3.
eod. tit. Secundò, inquit, nota, quòd quando
quis moleſtatur ratione illegitimitatis proue-
nientis ex defectu matrimonij, debet petere
ab eccleſia, ut legitimus pronuncietur. Ergo è
contrario, cùm hic actor uelit moleſtare libe-
ros ex defectu matrimonij, debet petere eos
uirtute huius defectus ꝓnunciari illegitimos.
Quare concludo, ad eum, qui iam expoſitus
eſt, modum, actionem præiudicialem utilem
hoc caſu competere & proponendam eſſe, ſi
tamen utiliter, & cum fructu proponi queat:
de quo iam eſt ultimo loco perpurgandum.

V. Deueniamus igitur ad ultimā & principa-
lem quæſtionem, de progreſſu & exitu huius
iudicij: ſcilicet utri, actori, an reo, hîc probatio
incumbat, & an in defectum probationis ab
hæreditate ſaltem uſq; ad duas uncias illegi/
timi & naturales filij, planè ſint excludendi?
Huius igitur in quæſtionis explanatione, di-
ſtinguendi nobis ſunt duo articuli: quia de
duobus quæritur. Primùm, de uitio & defectu
matrimonij quaſi de cauſa: ſecundò, de illegi-
timitate liberorū, tanquam de effectu. Quod
igitur ad matrimoniū attinet, uidebatur pri/
25 ma facie dicendum, actori † probationē in-
cumbere, ſcilicet ut oſtendere debeat, id quod
intendit, nempe matrimonium nō fuiſſe con/
tractū. Primùm ex regula generali, quòd acto
ri, nō reo, incumbat probatio, l. actor. 23. C. de
prob. l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimil. &
quòd quiſq; fundamentum ſuæ intentionis
probare debeat, l. 2. l. ei qui. ff. de probat. l. ma/
trem. C. eod. tit. l. pen. §. docere. ubi Angel. ne
quis eum qui in ius uoc. Iaſ. in l. ſi uerò. §. qui
pro rei. nu. 15. qui ſatiſd. cogan. Cùm igitur ſe
fundet hic actor in hoc, quòd allegat concu/
binatum, & negat cōtractum matrimonium,
uidebatur hoc ſuum fundamentum ab ipſo-
met probandum eſſe, Panor. in d. c. peruenit,
nu. 4. extrà qui fil. ſint leg. latè Socin. conſ. 39.
uiſis. nu. 1. uol. 1. Secundò, quoniam quæſtio
eſt de concubinatu & de matrimonio: in du/
bio igitur uidebatur præſumi oportera in ho/
neſtiorem partem, ſcilicet contractum fuiſſe
matrimonium potiùs, quàm in partē turpem
& inhoneſtam, uidelicet ſtuprū, ſcortationem
& delictum fuiſſe commiſſum, Crauet. conſ. 9.
26 nu. 50. Dec. conſil. 256. nu. 3. Semper † enim
in dubijs benigniora præſumenda ſunt, & in
meliorem partem fieri debet interpretatio, c.
eſtote. de reg. iur. c. ult. de præſumpt. l. pen. de
pœn. l. ſemper. & paſsim, de reg. iur. & de reb.
dub. Alciat. paſsim tract. præſump. Nec un/
quam capi debet præſumptio delicti, l. meri/
tò. ff. pro ſocio: ſed actus indifferens potiùs
debet præſumi iuxta leges factus, quàm con/
tra leges, Hipp. in l. 1. nu. 68. C. ad l. Corn. de ſi/
car. & in rub. de fideiuſſor. nu. 43. cum multis
ſeq. Iaſ. l. poſt dotem. num. 25. ſol. matrim. Dd.
l. nemo. de leg. 1. Menoch. conſ. 95. num. 61. &
conſil. 62. num. 13. Alex. conſ. 30. ex allegatis.
lib. 7. Rom. conſ. 113. pro deciſione. & alia quæ
allegat Alciatus in tract. præſump. reg. 3. præ-
ſumpt. 1. in principio: præſertim cùm & aliàs
nemo præſumatur in actu ambiguo uelle de/
linquere, d. l. meritò. cum ſimil. & immemor
eſſe ſalutis æternæ, l. ult. C. ad l. Iul. repetund.
ideoq;

27 ideoq; † contrahentes intelliguntur iuxta le-
ges, & prout licitū eſt, contrahere, Alciat. tract.
præſump. reg. 2. præſump. 1. nu. 2. & 3. Iaſ. poſt
Bald. in l. 1. num. 24. C. de ſer. fugit. per doctri-
nam Canon. in c. ad audientiam. de præſcrip.
& ſe cōſormare diſpoſitioni iuris communis,
l. ſi duo. ubi Bald. Caſt. & Dd. de acq. hæred. &
l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Trebel. Crau. cōſ.
33. nobiles. nu. 18. Socin. conſ. 19. adſit. nu. 6.
uol. 1. Tiraq. de retract. prox. §. 1. glo. 2. nu. 14.
Corn. conſil. 190. pluries. in princ. uol. 3. Rom.
conſ. 510. numer. 25. non uerò per illicitum &
inconceſſum modum conuenire, Socin. conſ.
19. adſit. nu. 6. uol. 1. Corn. conſ. 190. pluries.
in princ. uol. 3. per l. ſi prius. 17. §. 1. de aqua
pluuia arcenda. l. 1. C. de contrah. ſtipul. l. ge-
neraliter. l. Titia. §. ſi. de uerb. oblig. cum ſimi-
28 lib. per eos alleg. Tertiò, quia † de iure ciuili
hac de re ſunt expreſsi textus, ut ſcilicet uir &
mulier cohabitantes, & filios ſuſcipientes, in-
telligantur in matrimonio uiuere, & non in
concubinatu, l. in liberæ. 24. ubi glo. ad uerb.
intelligēdi. de ritu nupt. l. ſi uicinis. C. de nup.
Etſi autē aliter definitū eſt iure Canonico, ta-
29 men † uidebatur in foro ciuili, & in terris Im-
perij, non ius Pontificium, ſed ciuile ſeruan-
dum eſſe, Caſtr. in auth. at qui ſemel. nu. 10. C.
de probat. per not. in c. 1. de oper. no. nunc. Iaſ.
num. 31. & Dd. in rub. ſol. mat. Bart. l. priuile-
gia. num. 2. C. de ſacr. eccleſ. Ex quibus omni-
bus ſequi uidetur, cùm præſumptiò ſtet pro
matrimonio, agentem, qui allegat illicitum
concubinatum, turpemq; fornicationem, &
in hoc fundamento intentionē ſuam fundat,
id ipſum probare debere, leg. 2. & paſsim, de
prob. l. actor. l. matrem. l. cùm res. C. eo. Iaſ. l. ſi
uerò. §. qui pro rei. n. 15. qui ſatiſd. cogan. His
tamen non obſtātibus contrarium eſt dicen-
30 dum: quia † iure Pontificio cùm clandeſtina
coniugia ſint prohibita, tot. tit. de cland. de-
ſpon. non præſumitur inter cohabitantes eſſe
matrimonium, niſi probetur, ſed propter pe-
riculum animarum magis præſumitur concu
binatus, glo. in c. illud. 11. uerb. uxorē. ubi In-
noc. & Ant. & Dd. communiter, de præſumpt.
per c. 1. 30. q. 5. Felin. in c. p tuas. in ſi. de prob.
Bald. Salic. & Dd. in d. l. ſi uicinis. Et ſanus eſt
ita præſumptionē in partem fieri deteriorem,
ut quæ clandeſtinè perpetrantur illicita, ma-
nifeſta fiant ac emendētur: idq; hodie, quoad
cōiugij quæſtionem, de iure ciuili procedit &
obtinet, ſecundū communem opinionem, ut
teſtatur Socin. conſ. 39. uiſis. num. 5. uol. 1. per
text. in §. quoniam. in auth. quib. mod. natur.
effic. legit. maximē ſi perſonæ ſint inæquales,
31 ut ibid. d. conſil. 39. Socin. innuit. Nam † inter
inæquales difficiliùs intelligitur aut præſumi
tur contractum eſſe matrimonium: ut in præ-
ſenti caſu inter uirum nobilē, & puellam igno
bilem ac turpem, quæ tam ipſi, quàm familiæ
ſit ignominioſa, ut dicitur in l. 3. §. ſi emanci-
patus. de bonor. poſſeſſ. cōtr. tab. text. in c. ſu-
per. 22. ubi glo. & Dd. extrà de teſtib. Non eſt
enim ueriſimile, uirum nobilē uoluiſſe ſuam
familiam ducēdo ruſticam & famoſam deni-
grare: Nico. Ant. cōſ 82. num. 45. uol. 1. conſ.
matrim. Venetijs editorum: & proinde nō eſt
præſumendum, c. quia uerisimile. ubi Panor.
de præſumpt. ita in terminis Nicol. Ant. Gra-
na. in conſil. 82. in hoc dubio. num. 45. uol. 1.
per c. 1. ubi gloſſ. 30. quæſt. 1. & quæ notantur
in l. donationes, quæ in cōcubinam. ff. de do-
nat. in l. imperialis. §. imò. C. de nupt. glo. in c.
aliter. 30. quæſt. 5. Nec eſt, quòd uir nobilis
ſibi uoluerit uiliſsimam concubinam matri-
monio copulare, cùm illud honeſtè facere nō
potuerit, ut in terminis dicit Cæpol. caut. 251.
nu. 2. per l. filius. de condit. inſtit. l. nepos. de
uerb. ſignif. imò ſi cōtra leges, Menoch. conſ.
18. nu. 4. & 9. pro quo facit & doctrina Bart. in
l. 3. §. ſi emancipatus. nu. 1. de bon. poſſ. cont.
tabul. dicētis, Quòd cum dedecore uxor du-
citur, quādo ignobilis, uel uilis, uel aliàs uul-
garis habetur, ut l. 1. cum auth. ſequenti. C. de
32 nat. lib. Deniq; † matrimonium eſt facti, in
princ. Inſt. de nupt. uerb. cōtrahunt. & paſsim,
extrà de ſponſalib. ſicut & reliqui contractus,
l. conſilio. de cur. furioſ. Ideò nō præſumitur,
niſi probetur, glo. l. 1. §. ſi ea. uerb. uxori. de uen
tre in poſſ. mitten. c. 1. de conſang. c. illud. de
præſump. c. ſuper. c. licet. de teſtib. Corn. conſ.
68. placet. n. 14. uol. 1. Alciat. in trac. præſump.
reg 2. præſump. 2. num. 5. cum multis ibi per
eum allegat. Accedit his & alia præſumptiò
cōtra matrimonium faciens, quia poſt iſtam
concubinam, & illa reiecta, quæ prætenditur
fuiſſe coniugata, aliam pellicem iſte petulans
habuit: quod nō præſumitur fuiſſe facturus,
atq; ita in adulterio uicturus, ſi priori fidem
matrimonij, ut nūc prætexitur, dediſſet, c. per
tuas. 12. ex. qui fil. ſint leg. Quare cùm actor
hic habeat præſumptionē iuris prò ſe, releua-
tur ab onere probandi, l. ſiue. C. de prob quia
33 † præſumptio iuris eſt liquidiſsima probatio
pro ipſo, l. licet Imperator. 77. de legat. 1. glo.
in l. ſi tutor. C. de peric. tut. Hipp. in rub. C. de
probat. nu. 183. donec econtrariò à parte reo-
rum probetur, & quidem plenè probetur ma-
trimonium, glo. d. l. 1. §. ſi ea. de uent. in poſſ.
mit. cum ſup. alleg. Nā licet matrimonium ſit
fauorabile, tamē hoc uerum eſt, quando con-
ſtat eſſe matrimoniū: nec enim tantus eſt eius
fauor, ut pro eo ſit [illegible]candū, quamuis ſuerit
34 ſemiplenè probatum. Quinimò, uelut † in
cauſa capitali & ardua, requirūtur in eo pro-
bationes luce meridiana clariores, Iaſ. in l. ad-
monendi. de iureiur. ut dicit Ang. de Caſt. in
conſ. mat. 34. uiſis. nu. 4. & 5. uol. 1. Hac igitur
ſententia bonis, ut arbitror, argumētis confir-
mata, paucis ad ea quæ ſuperiùs in contrariū
ſunt adducta, reſpōdeamus. Nō igitur obſtat,
quod dicitur, actori incūbere probationē, nō
reo, & unumquemq; fundamentū ſuæ intētio
35 nis, ꝓbare debere. Nā † hoc fallit, quādo pro
actore

actore (ut in noſtro caſu) ſtat iuris præſum-
ptio, l. ſiue poſsideris. C. de prob. Bart. in l. illa
ſtipulatio. nu. 10. de uerb. obl. Nō obſtat, ꝙ in
dubijs benigniorem in partem, & non in deli-
ctum ſit præſumendum: quia limitatur, quan
do agit̃ de ſalute animæ, ut in cauſa matrimo-
niali. Melius eſt enim præſumi delictū, quàm
animas perire. Alc. in d. tract. reg. 3. præſumpt.
2. nu. 13. per c. conſilium. de obſeruat. ieiun. gl.
in c. 1. de ſcrut. & in c. iuuenis. de ſponſal. An-
36 chor. cū multis, conſ. 179. prima facie. Et † tu-
tius eſt ac ſatius in matrimonialibus conſuli
animæ, quàm corpori, l. ſancimus. 17. in fin. C.
de ſacroſ. eccleſ. Iaſ. & Dd. auth. ſacramenta. C.
ſi ad. uend. ut tradit Alex. conſ. 53. uiſis. nu. 25.
uol. 3. per c. præcipimus. 12. q. 2. ut dixi ſ. conſ.
23. Non obſtat, quòd de iure ciuili aliter olim
37 fuerit diſpoſitum. Nam † cùm hîc agatur de
matrimonio, hoc eſt, de re ſpirituali, & de ma-
teria peccati ac fornicatiōis, meritò hac in re
ſtandum eſt Canonibus, glo. in §. hactenus. in
uerb. generata. ubi Dd. Inſt. de gradib. cognat.
c. cùm uenerabilem. c. ad audientiam. c. fin. de
conſuet. c. 1. eod. in 6. & in auth. de eccleſ. tit. in
prin. Neguz. de pig. parte 5. nu. 10. Franc. Bal.
de præſcrip. in prin. Dd. in l. priuilegia. C. de ſa
croſ. eccleſ. & in c. 1. de oper. no. nun. Schurff.
In terminis noſtris conſil. 1. in præſenti. num.
16. cent. 1. & conſil. 83. prædictæ. num. 11. cent. 3.
Soc. conſil. 39. num. 5. uol. 1. pro quo c. per ue-
nerabilem. 13. ubi Panor. & Dd. qui fil. ſint leg.
Baldus l. 4. & 5. C. de nupt. Quanquam idem
quoq; ſit cōſtitutum etiam nouiſsimo iure ci-
uili, quod priori derogat, l. fin. de conſt. Princ.
l. 1. ad l. Aquil. Dd. in l. pacta nouiſsima. C. de
pact. ita ut etiam in foro ciuili hodie non præ-
ſumatur contractum matrimonium, niſi pro-
betur: ut eſt communis opinio ſecundum So-
cin. in d. conſ. 39. uiſis. num. 5. uol. 1. per §. quo-
niam. ubi Ang. in auth. quib. mod. natur. effic.
legit. Ex quibus omnibus concludendum eſt,
patrem ſuper matrimonio conuentum, quod
contractum eſſe negatur, illud ipſum contra-
ctum eſſe probare debere. Et in hoc uis omnis
& cardo uertitur. Nam ſi is probauerit, ſicut
probari teſtibus poſſe intēdit, matrimonium
eſſe contractum, nihil amplius quæri poteſt.

Ex eo em̃ ſequetur, filios hinc procreatos,
eſſe legitimos, aut ſi antea nati ſint, tamen per
ſubſequens matrimonium eſſe legitimatos, l.
cùm quis. 10. cum l. ſeq. C. de natural. liber. c.
tanta. ubi Dd. ex̃. qui filij ſint leg. etiāſi ex mu-
liere impari & ignobili ſint ſuſcepti, ut paulo
pòſt demonſtrabitur: & per conſequens, non
modò bonorum allodialiū, ſed etiam feuda-
lium ueros patri fore ſucceſſores, collaterali-
38 bus omnibus excluſis: non † obſtante etiam
ullo pacto, quo dari nequit hæreditas, l. hære-
ditas. C. de pact. conu. & qđ neminē obligat,
quin aliter diſponere de ſua ſucceſsione poſ-
ſit, l. pactum dotali. l. ſi. C. de pact. cùm uolun-
tas ultima ſit ambulatoria, l. 4. de adim. leg. l.
cū hic ſtatus. 33. §. pœnitentiā. de don. int. uir.
& ux. l. 5. ubi gl. & Dd. C. fam. her. cuius quædā
ſpecies tale pactū eſt, Bar. & Dd. l. tale pactum.
39. §. fi. de pac. maximè cùm liberorum & de-
ſcendentium in ſuccedendo primus ſit ordo,
& prima cauſa, ita ut aſcendentes & collatera-
les omnes excludant, §. 1. in auth. de hæred. ab
inteſt. uenien. tot. tit. ff. unde lib. & ſi tab. teſta.
39 extab. & de ſuis & legit. Quod † ius filiorum
habere etiam per ſubſequens matrimonium
legitimatos dubium non eſt, l. cùm quis. cum
l. & authen. ſeq. C. de natur. lib. §. ſi quis igitur.
quibus mod. natur. eff. legit. §. fin. ubi gloſſ. &
Dd. Inſtit. de nupt. §. dubitatum. in authen. de
inceſt. nupt. auth. quod ius. C. de natur. lib. §.
inteſtatorum. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt.
Ferrar. in form. lib. pro hæred. ab inteſt. uerb.
nullis ſuperſtitibus. n. 13. & 14. Iaſ. in l. Gallus.
§. & quid ſi tātùm. nu. 89. de lib. & poſth. per §.
reliqui. in authent. quib. mod. natur. eff. ſui,
ſic ut in bonis etiam feudalibus ſuccedere de-
beant, Pariſ. conſil. 15. nu. 8. uol. 2. Et quamuis
teſtamenti loco pactum hîc factum eſſet, (qđ
tamen nō eſt) nihilo minùs iſti liberi, ut præ-
teriti, aut ſaltem inſtitutionis titulo nō hono-
rati, teſtamentum annihilarent perinde atquè
iuſti, & ut uerè legitimi, uereq; iura iuſtorum
liberorum habentes, & in patria poteſtate cō-
ſtituti, nec à reliquis hæredibus ſuis aliqua in
parte differentes, d. l. cū quis. in uerbo, iuſti &
in poteſtate effecti. & in uerb. omnes una lan-
ce filios trutinari. C. de nat. lib. d. §. fin. in uerb.
In poteſtate patris efficitur. Inſtitut. de nupt. §.
inteſtatorum. in uerb. iuſtos & in poteſtate eſ-
ſe. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Pariſ. conſil. 71.
nu. 1. 2. 3. 4. uol. 2. conſ. 15. num. 1. uol. 2. Vnde
præteriri, uel ſine cauſa exhæredari non poſ-
ſunt, alioquin euacuant teſtamentum, Sal. in
auth. item ſi quis. nu. 5. C. de natur. lib. Bald. in
l. cùm in adoptiuis. 10. nu. 5. C. de adopt. Iaſ. in
authen. ſi qua mulier. nu. 48. C. de ſacr. eccleſ.
Alexan. latè in rubr. de lib. & poſth. latè etiam
Roman. conſil. 34. licet. per totum, latiſsimè
Dec. qui infinita penè allegat, conſ. 257. quæ-
ritur. nu. 2. & conſ. 264. reuocatur. nu. 1. & cōſ.
576. pro reſolutione. num. 6. Socin. conſil. 22.
quæſtio. nu. 5. uol. 2. copioſè quoq; ſuo more
Tiraq. in trac. de iur. primog. quæſt. 34. nu. 56.
& tract. de nobilit. c. 15. nu. 17. cum multis ſeq.
Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 8. §. 13. uerb. ab
inteſtato. nu. 3. per doctrinam Bart. & Iaſ. in l.
ſi is qui pro emptore. de uſucap. Iaſ. in l. 2. de
uulg. & pup. & in l. qui ſe patris. C. unde liber.
& in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de
teſtam. in l. un. C. quan. non peten. part. in l. ge
neraliter. circa fin. C. de inſtit. & ſubſt. ad idem
Schurff. paſsim conſil. 1. cent. 1. Ac eiuſmodi fi-
lios ita ſcilicet per ſubſequens matrimoniū le
gitimatos, etiam in feudis ſuccedere uolunt
Dd. ut Aluar. §. naturales. nu. 13. ſi de feu. fuerit
contr. quāuis alio modo legitimati excludan
tur, d. §. naturales. ubi Aluar. n. 2. & Dd. ſic coſ-

dem ad feudum admittunt, Iaſ. conſil. 168. nu. 6. lib. 4. Dec. conſil. 155. nu. 4. Marſ. ſing. 542. Ripa l. ſi unquam. num. 88. C. de reuocan. donat. Curt. iun. conſil. 52. nu. 2. conſil. 64. num. 11. conſil. 136. nu. 1. Pariſ. conſ. 13. nu. 44. lib. 2. Tiraq. de iure primig. quæſt. 34. num. 54. ubi communem eſſe teſtatur, & Menoch. conſ. 16. quod iam. num. 4. idq; conuincit ratio: quòd
40 † ipſorum fauore legitimatio retrahatur ad tẽpus natiuitatis eorũ, ita ut fingantur in matrimonio eſſe nati, atque ſic omni iure eſſe filij iuſti & legitimi, ſuiq; hæredes, iuxta l. 3. cum legib. ſeq. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iuris. Nam iſta legitimatio, quæ fit per ſubſequens matrimonium, multo eſt præſtantior reliquis omnibus legitimationibus, Dec. in c. cùm in cunctis. nu. 9. de elect. & conſil. 155. diligenter. nu. 4. & 5. Ang. conſil. 20. ſuper. nu. 1. Schurff. d. conſil. 1. num. 19. cont. 1. Hipp. ſing. 54. incipiens textus. num. 3. Franc. Curt. conſil. 74. ſuper memorata. num. 61. latè Tiraq. in tract. de iur. primog. quæſt. 34. nu. 54. Chaſſan. in cõſ. Burg. rub. 8. §. 13. ut quæ ad tempus cõceptionis & natiuitatis retrahatur, ut eſt communis cõcluſio Bal. in l. qua in prouincia. 57. §. diuus Marcus. in princip. ff. de rit. nupt. Iaſon in l. generaliter. §. cùm autem. num. 9. 10. C. de inſt. & ſubſtit. Ant. de Butr. & Canon. in d. c. tanta. & c. per uenerabilem. c. lator. ex. qui fil. ſint legit. & Feudiſtæ, ut And. de Iſer. Mar. Laud. & alij, in §. naturales. ſi de feud. defunct. contr. ſit, Ioan. Ant. Trig. in ſing. 35. quidã. per tot. Tiraq. de iure primig q. 34. nu. 34. Alex. conſil. 5. at-
41 tentis. nu. 2. uol. 7. Quamuis † autem eſt inter Dd. diſputabilis admodum quæſtio, an retrotrahitur legitimatio in præiudicium filiorum legitimorũ, qui ex primogenitura ius quæſitum habent: ut patet ex Iaſ. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. nu. 89. de lib. & poſth. Alex. in d. conſil. 5. attentis. nu. 5. & 10. uol. 7. & conſi. 25. nu. 4. uol. 1. quod fuſiùs excutit Tiraq. in trac. de iure primog. q. 34. per tot. tamen nõ eſt dubiũ, ut in terminis, quin retrò ducatur in præiudicium agnatorũ, quibus nullũ ius ſucceſſionis, ulla ſpe probabili in ſucceſſione uiuentis ex pacto eſt, uel fuit de ſuccedendo quæſitum, i. 1. §. qui mortis. ad S. C. Trebel. l. 2. §. interdum. de uulg. & pupil. Iaſ. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 89. cum ſeq. & num. 121. cum multis ſeq. de lib. & poſth. Itaq; taliũ intereſſe non conſideratur, ſed tollitur per legitimationem, Pariſ. conſil. 46. nu. 44. uol. 4. & conſil. 57. nu. 45. uol. 4. Etſi uerò idem Iaſ. d. §. & quid ſi tantùm. num. 92. dicat, hoc procedere in bonis duntaxat allodialib. & patrimonialib. de quib. põt teſtator diſponere in præiudicium agnatorum: limitet uerò ſecus eſſe in ſucceſſionibus regni & feudalibus, in quibus nihil in præiudiciũ agnatorũ ſuper ſucceſſiõe diſponi poteſt, c. 1. de ſucceſſ. feu. c. Titius. ſi de feud. defunc. tñ liquet illũ loqui ibi de legitimatione quæ fit per Principem, qua nemo agnatis tale ius auferre poteſt, Menoc. d. conſ. 16. nu. 5. ſecus uerò eſſe in legitimatis per ſubſequẽs matrimonium, traditur in d. §. naturales. ubi Dd. hoc diſcrimẽ inter legitimatos per ſubſequens matrimonium & legitimatos per Principem cõſtituunt: & eſt aperta ratio: nam ſicut uaſallus ducendo uxorem, & ex ea ſuſcipiendo liberos, poteſt ius ſucceſſionis feudalis, qđ agnati habent, illis adimere, & ad ſuos filios tranſmittere, ita & ducendo uxorẽ antẽ cognitam, atq; ita liberos ſuſceptos legitiman-
42 do idem efficere poteſt. Nam † legitimatio talis omne tollit uitium coniugij præcedens, ut dixi, perinde atq; ſi fornicatio non interueniſſet, ſed fuiſſet ſemper legitimum matrimoniũ, & liberi ex eo ſuſcepti, legitimè atq; iuſtè ſuſcepti eſſent, d. c. tãta. ubi gl. & Dd. qui fil. ſint leg. & in c. qualis. 30. quæſt. 5. Iaſ. in l. generaliter. §. cùm autem. nu. 9. C. de inſt. & ſubſtit. Schurff.
43 in d. conſ. 1. num. 15. cent. 1. qui † ſuſcipiunt omnia iura legitimorum ad omnes actus familię, quo ad aſcendentes & tranſuerſales, etiam ipſis qui ſunt de familia inuitis & non conſentientibus, Ang. conſi. 20. ſuper. nu. 1. Dec. conſ. 366. pro declaratione. nu. 2. 3. 4. Schurff. d. cõſil. 1. nu. 19. 20. 23. Fateor quidem dicere quoſdam, legitimatos hoſce in feudis Eccleſiaſticis ſuccedere ex iure Canonico, d. c. tãta. q fil. ſint leg non etiã in tẽporalibus, Menoch. conſ. 16. num. 18. Sed hæc diſtinctio recepta nõ eſt in d. §. naturales: cũ etiã in foro ciuili ualeat, ut diximus, d. c. tanta. Non inficior etiã complures his adimere ſucceſſionẽ feudi regalis, quodq; ſit dignitatis, Bal. l. eam. n. 42. C. de fideicom. Laud. in d. §. naturales. Mol. in conſuet. Pariſ. §. 8. gl. 1. num. 38. Boer. deciſ. 123. num. 5. Socin. iun. conſil. 95. nu. 92. lib. 3. Cæph. conſi. 23. nu. 45. li. 1. Sed hi diſertè agũt de legitimatis per reſcriptum, ideò non debent extendi ad legitimatos per matrimoniũ, etiãſi hoc perperam faciat Menoch. conſ. 16. nu. 8. 9. & eodem modo reſpondetur ad eius exceptionẽ nu. 6. ibidem poſitam, ſi uidelicet uerba inueſtiturę reſpiciant initiũ natiuitatis & originis, ut ſi ſcriptũ ſit: Pro te & filijs ex te legitimè deſcendentibus: quo quidẽ caſu legitimatos excludi uolunt Bal. conſ. 29. ad euidentiam. lib. 3. & in d. §. naturales. ſi de feud. cõtro. ubi Iſer. & Beluiſ. Ang. conſil. 29. ex themate. nu. 6. in fin. Roma. conſil. 367. circa. nu. 9. Bart. l. cùm acutiſsimi. num. 240. C. de fideicom. Lucas de Penna l. eos. C. de his qui mun. ſponte ſuſcip. lib. 11. Alex. conſ. 5. lib. 7. Cur. conſ. 35. in 2. dubio, Præpoſ. in c. per uenerabilem. §. quod autem. nu. 60. qui fil. ſint leg. Curt. iun. tract. feud. parte 3. memb. 1. partis 2. num. 41. For. Garz. l. Gallus. §. & quid ſit tantùm. numer. 279. 280. de lib. & poſth. Radin. conſil. 25. in fin. Ruin. conſil. 92. num. 13. lib. 3. Cæphal. conſil. 111. num. 11. lib. 1. Rolan. conſil. ult. num. 39. lib. 2. Nam in ſumma, quòd filij ita per ſubſequens matrimoniũ legitimati, non modò in allodialibus, ſed etiã

in

in feudalibus bonis ſuccedant, excluſis agna-
tis, & his præferantur: eſt communis omnium
ſcribentium concluſio in d. §. naturales. ſi de
feud. defunct. cont. ſit inter dom. & agn. Zaſ.
in epit. feud. 8. par. in fin. Hoſtienſ. Ioan. And.
ac Canon. in c. lator. qui fil. ſint legit. Iaſ. in l. ge
neraliter. §. cùm autem. numer. 10. cum multis
ibi allegat. C. de inſtit. & ſubſtit. latè Tiraq. in
tract. de iure primog. quæſt. 34. num. 54. ubi
infinita penè allegat Chaſſ. in conſuet. Burg.
rub. 8. §. 13. uerb. ab inteſta. num. 5. Schurff. d.
conſil. in præſen. nu. 17. non obſtante contra-
ria conſuetudine, uel ſtatuto, Pariſ. conſil. 15.
44 nu. 7. uol. 2. & dato etiam, quòd † inſtrumen-
tum dotale nõ interuenerit, quo uidelicet ad
ſolennitatem eiuſmodi matrimonij amplius
non eſt opus, ſecundum cõmunem in d. c. tan
ta. & in §. fi. Inſtit. de nupt. Pariſ. d. conſi. 15. nu.
4. uol. 2. Schurff. d. conſil. 1. nu. 16. cent. 1. dato
etiam, quòd articulo mortis primo quis cõcu
binam ſuã ſibi deſponſauerit, Schurff. d. cõſ. 1.
nu. 22. quia nuptias non concubitus, ſed con-
ſenſus facit, l. nuptias. de reg. iur. qui etiã in ar-
ticulo mortis interuenire poteſt, eaq; eſt origi
nalis ſententia Bal. l. eam, quã. nu. 27. C. de fi-
deicom. & in d. §. naturales. quam ibi ſequun-
tur Feudiſtæ, Par. d. conſil. 15. nu. 3. Schurff. d.
45 conſ. 1. nu. 22. cent. 1. Ex † quibus omnibus pa
tet, ſi bis probari matrimonium fuiſſe contra-
ctum poſſet, ſatis legitimationem liberorum
fore probatam: nec ullam iſtis quæſtionẽ ſu-
per ſucceſsione patris ab agnatis moueri poſ-
ſe: quoniam ubi matrimoniũ, ibi legitimi na-
ſcũtur liberi, gl. 9. art. 37. lib. 1. Landtrecht. Sin
aũt tale matrimonium cõtractum fuiſſe pro-
bari nequeat, an nihilomin' reſpectu libero-
rum, & ſucceſsionis eorũ præſumenda ſit legi-
timatio, & utrũ ipſi liberi legitimationem ſuã,
an uerò actor contrà illegitimitatem probare
debeat, pro complemẽto eſt uidendum. Nam
ex eo pendẽt omnia. Et certè quæſtio eſt uariè
à Dd. agitata, & in qua ſe nõ ſatis firmiter fun
dant, nec uſquequaq; ſatis clarè expediunt.
Quare per rationes dubitãdi & decidẽdi pro-
cedemus, ut cõtraria iuxta ſe poſita magis elu
ceſcant: & ex collatione argumentorum utri-
uſq; partis utra opinio præpõderare debeat,
æſtimari quãfacilimè poſsit. Videbatur igitur
prima fronte dicendũ, iſtos filios cõuentos le
gitimitatẽ ſuã probare oportere. Nã quomo-
do s. docuimus, non præſumi matrimonium,
niſi doceatur: ita nec debet præſumi legitimi-
tas, quæ ex matrimonio fluit & oritẽ, & eſt ma-
trimonij effectus, Bal. in l. etſi. 6. n. 4. C. de nup.
Etenim quod iudicatur de cauſa, idem iudica
ri debet de effectu, l. 4. ubi Dd. de iuſt. & iure:
& eſt impoſsibile, effectũ cauſa meliorẽ aut le-
galiorem eſſe, per not. Bal. & Dd. d. l. 4. Euerat.
loc. leg. à mino. in fine: quo argumento utitur
gloſſ. in c. lator. uerb. probare. qui fil. ſint legit.
Bal. in d. l. etſi. nu. 3. 4. & clariùs in terminis no
ſtris Alc. in tract. præſum. reg. 2. præſum. 2. n. 2.

idq; probat gl. in d. c. lator. ex̃. qui fil. ſint legit.
ad uerb. probare. ubi dicit expreſſè, quòd filij
legitimationẽ ſuam probare debeant, niſi ſint
in poſſeſsione filiationis: & idem ſequi uide-
tur ibi Panor. n. 6. dum dicit, legitimationem
non aliter præſumi, q̃ aliquo accedente, uide-
licet quòd cohabitãtes ſe appellauerint con-
iuges. Et hæc, inquit, ſatis procederent, ſi iſti
uocabant ſe coniuges, ut uoluit Innoc. in c. ex
parte. de reſtit. ſpol. & apertiùs idem Panor. in
c. peruenit. num. 4. qui fil. ſint legit. ubi dicit,
quòd filius agens debeat probare ſe eſſe legi-
timum, cùm ſit cauſa ſuæ intentionis: non aũt
cogeretur probare, ſi legitimatio præſumere-
tur. Nam præſumptio, ut ſuprà dictum eſt, re-
leuat ab onere probandi, Ioan. And. in c. infa-
mibus. de reg. iur. in Mercur. Bar. in l. illa ſtipu
latiò. nu. 10. de uerb. oblig. Cæpol. in terminis
cautel. 118. incip. quis in iudicio. n. 3. Et ſequi-
tur Innoc. in d. c. lator. ubi inter alias rationes,
quamobrem ibi allegans illegitimitatem con
tra liberos probare debeat: primũ dicit præſu
mi pro legitimatione, quamuis non pro ma-
trimonio: poſtea uerò, quaſi illud corrigens,
ſubijcit aliam rationẽ & ſolutionem, uel ideò,
inquit, hic ei incũbit probatio, quia erãt præ-
46 ſumptiones pro matrimonio: quam † ratio-
nem & ſolutionem cùm ultimo locò ponat,
uidet̃ reliquis ſuperioribus reiectis ſequi & te-
nere, per not. in l. ſi idem. 11. in fi. de iuriſd. quã
ad hoc ponderat Tiraq. in legib. connub. gl. 3.
nu. 176. cum multis, & per not. in l. qui filium.
74. §. fin. ubi gloſſ. fi. ad Trebel. & in terminis
Bald. in auth. ex teſtamento. nu. 1. C. de collat.
ubi dicit, q in dictis Inno. ultima eius opinio
ſemper præſumitur approbata, tanquã ſua: la
tè Corn. cõſ. 70. duo. nu. 4. uol. 4. ad idẽ Soc.
d. conſ. 39. adſit. nu. 1. uol. 1. ubi aſſeuerant eſſe
cõmunem opinionem, quòd quando filij ra-
tione ſucceſsionis prætendunt legitimitatem,
illam probare debeant, per doctrinã Bar. in l.
circa in prin. ff. de prob. ubi tradit, quòd qui
nõ eſt in poſſeſsiõe eius iuris, quòd ſe habere
aſſerit, illud probare debeat: idẽ Bar. in l. is po
teſt. num. 25. de acq. hæred. & in l. Titia. ſolut.
matr. & optimè Ioan. And. in reg. infamib. per
totum, in Mercurialib. ubi arguit ad partes, &
47 ita ratiocinatur: ſicuti † filiatio probari debet
idoneè, Pariſ. cõſ. 13. nu. 4. uol. 2. l. penul. ff. de
probat. c. per tuas. ubi Fel. ex̃. eo. tit. c. 3. ex̃. qui
fil. ſint legit. Bar. in l. 1. §. 1. de lib. agnoſc. & in l.
filium. ubi etiam Bal. de his qui ſunt ſui, uel a-
lie. iur. & Dd. in l. Lucius. de cõdit. & demonſt.
ita & eius qualitatem, uidelicet legitimationẽ
eſſe demonſtrandã, per c. Michael. de fil. preſ-
byt. Item ſicut is cui obijcitur defectus, uel qui
ob carentiam defectus uult aliquid conſequi,
illam defectus carentiam ſibi obiectam pro-
bare debet, l. minorem. 6. C. de præd. minor. l.
non ignorat. 9. C. de ijs qui accuſ. Menoch. cõ-
ſil. 74. nu. 15. conſ. 1. nu. 416. & 249. ita & legi-
timationẽ is, cui obiecta eſt illegitimitas, pẽr

c. ſi fortè. 11. de elect. lib. 6. c. per tuas. 12. qui fil.
ſint legit. c. cõſtitutis. de in integr. reſtit. l. cùm
te. C. de probat. l. ſi minorem. C. de in integ. re-
ſtitut. minor. l. ſi pater. C. quan. prouoc. nõ eſt
neceſſ. cùm alijs ibi per eũ alleg. Et non eundo
per mẽdicata ſuffragia, eſt textus de hoc aper-
tus in d. c. per tuas. 12. qui fil. ſint legit. in quo
ꝓpoſitus eſt caſus ferè noſter in terminis. Nã
ibi filius erat ex cõcubina ſuſceptus, & pro ta-
li habitus, ſed poſtea pater in extremis decla-
rauit ſe illam mulierem, ex qua filium ſuſcepe-
rat, duxiſſe in uxorem, & ſic filium fuiſſe legiti-
mum: & tamen ibi debet probare filius ſe eſſe
legitimum, nec præſumitur talis eſſe ex ſola
patris aſſertione, & teſtamẽtaria inſtitutione:
maximè quia pater antea de facto ducta ſcili-
cet alia uxore, contrariũ declaraſſet, ſcilicet eũ
filium non eſſe legitimum. Quæ omnia obti-
nent etiã in caſu noſtro, in quo pater antè tra-
ctauit filios, nõ ut legitimos, ſed ut ſpurios, &
ſic nominauit, habuit, atq; educauit. Quare li-
cet nunc contrariũ aſſerat, & in ſuo teſtamẽto
eoſdem inſtituat, uidetur, quòd illi fides non
ſit adhibẽda: & eo non obſtante filij nihilo mi-
nus legitimationẽ probare debeãt, iuxta diſ-
poſitionem d. c. per tuas. cum quo etiam facit
c. per tuas. 10. de teſtib. ubi tractatio & nomi-
natio parentũ erga filios prima magis atten-
ditur, quàm ultima, & additur ratio ex l. gene-
raliter. 13. C. de non num. pec. nimis eſſe indi-
gnũ, quod ſua quiſq; uoce dilucidè proteſta-
tus eſt, ut id in eundem caſum proprio ualeat
teſtimonio infirmare. Pro hoc ualet & illa ra-
tio, quòd quando non conſtat filium natum
eſſe ex legitimo matrimonio, ille præſumitur
eſſe ſui iuris, & non in poteſtate patris: quia
48 † ſicut matrimonium nõ præſumitur, ita neq;
poteſtas patria, quæ ex ea dependet, Alciat. in
tract. præſump. reg. 2. præſumpt. 2. num. 5. per
l. Titia. ſol. matr. l. ſi uxor. in uerb. in patria po-
teſtate fuiſſe monſtratur. ubi Fulgoſ. C. de con
dit. inſert. Iaſon in l. poſt dotem. in princ. ff. ſo-
luto matrim. & communiter Dd. in l. ſi eman-
cipati. C. de collat. Bar. conſil. 42. uiſa inquiſi-
tione. Corn. conſil. 68. placet. in fin. uolum. 1. &
conſil. 208. quanquam. col. 2. & conſilio 204.
quanquam. col. 3. lib. 3. Vt autem poteſtas pa-
tria ex matrimonio dependet, ita & legitima-
tio, quæ eſt pars & correlatiuum patriæ pote-
ſtatis: quia qui ſunt filij legitimi, illi ſunt in
patria poteſtate: & conuerſò, qui in poteſtate
exiſtunt, illi ſunt legitimi, l. filium. & tot. tit. de
his qui ſunt ſui uel alie. iur. Quod igitur obti-
net in patria poteſtate probanda, idem obti-
nere debet in legitimatione non præſumen-
da, ſed conuincenda. Correlatiuorum enim
eadem eſt ratio & diſciplina, l. fin. C. de indic.
uid. tollen. & de ſimilibus idem iudicium, c.
cùm dilecta. de conf. util. l. ult. C. de inoffic. do
nat. l. ult. C. de inoffic. teſt. ubi Melon. num. 4.
c. conſtituit. ubi Panor. nu. 3. de appel. Panor.
c. quoniam. §. fin. numer. 53. ut lit. non conteſt.

Bal. l. humanitatis. nu. 14. C. de impub. ſubſt.
Aemil. conſil. 1. nu. 17. ac ubi eſt eadẽ ratio, ibi
eadẽ quoq; iuris diſpoſitio eſſe debet, l. illud.
ad l. Aquil. l. neq;. l. nõ poſſunt. cum ſeq. de le-
gib. Vnde infert præal. loco Alciat. his uerbis:
49 Ex † prædictis, inquit, apparet, quòd quãuis
pater aſſerat aliquem eſſe filium ſuũ, non pro-
pter hoc præſumatur eſſe legitimus, niſi in ca-
ſu auth. ſi quis liberos. C. de natur. lib. & infer-
tur ad teſtes dicentes, qualiter Titius tractaba-
tur, ut filius, quòd non ſubaudiatur pro filio
legitimo: & addit, quamuis Dec. contrarium
conſuluerit, tamen ab hac opinione non eſſe
recedendum: facit pro eodem ratio à Bal. alle-
gata in d. l. etſi contra. nu. 4. C. de nupt. ſcilicet
q; eadem ſit ratio acceſſorij, quæ eſt principa-
lis, l. cùm principalis. de regu. iur. c. acceſſorium.
ubi Dd. de reg. iur. in 6. Vt igitur matrimonium
non præſumitur, ſed potiùs cõcubinatus, do-
nec illud ꝓbetur, ſaltem iure Canonico: cui, ſi-
cut uidimus, in hoc ſtatur, ita & de effectu ac-
ceſſorio, uidelicet de legitimitate idẽ debet eſ-
ſe iudiciũ, ut ſcilicet nõ præſumatur legitimi-
tas, donec contrarium probetur, & in hoc ac-
quieſcẽdum ſit iuri Canonico: quia ſicut ma-
trimonium, ita & legitimatio pertinet ad fo-
rum ſpirituale, cap. cauſam. quæſt. 7. ubi gloſſ.
ad uerb. ad regem. & Doctores, qui fil. ſint le-
git. quod argumentum fortiter obſtare con-
trariæ opinioni, nec illi à Bald. reſponderi di-
cit Alciat. in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt.
5. numero 1. idemq; confirmat per doctrinam
Panorm. communiter approbatam in c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ. de conſt. ubi cõcludit, quan-
50 do † lex ciuilis procedit, præſumendo circa
actum ſpiritualem, non id attendi, etiamſi illi
lex Canonica non aduerſaretur, ut ibi per eũ.
Si ergo præſumptio l. in liberæ. ff. de ritu nup.
nihil ualet, quo ad matrimonium: etiam nihil
ualere debet, quo ad legitimationem & ſuc-
ceſsionem filiorum. Præterea ad hoc ut legi-
timentur filij per ſubſequens matrimonium,
& præſertim ex teſtamento, uel nuncupatio-
ne patris, iuxta auth. ſi quis liberos. C. de na-
51 tur. lib. neceſſe eſt, ut † ſint nati ex concubi-
na matrimonio digna, ut confirmat Alciat. in
dict. tract. præſump. reg. 2. præſump. 5. per do-
ctrinam Angel. in §. ſed & alium. in authent.
quibus mod. natur. eff. leg. Secus enim fuerit,
ſi mulier ſit turpis ac talis quæ matrimonium
decoloraret, ut ſunt formalia uerba Bald. in l.
2. num. 3. C. quibus res iudic. non noc. Chaſſ.
in conſuet. Burgun. rubr. 8. §. 13. uerb. ab inte-
ſtato. num. 15. per doctrinam Card. Alexan. in
cap. tanta. extrà qui fil. ſint legit. Et quòd hoc
procedat non modò in legitimatione, quæ fit
iuxta d. auth. ſi quis liberos. ſed in omni quæ
per ſubſequens inducitur matrimonium, ſci-
licet ut ad hoc quò legitimentur iſto modo li-
beri, nedum requirat, quòd matrimoniũ de
iure contrahi potuerit, uerumetiã de honeſta-
te, & ſecundũ bonos mores, aliàs non fiat, nec

ſequa-

ſequatur legitimatio, aut ius ſuccedendi, ple-
riq; tenẽt & pro cõmuni habent, Ang. in §. ſed
& alium. in auth. C. quib. mod. natur. effic. le-
git. & ut uidetur Bald. in auth. ſi quis. C. de na
tur. lib. ponderans illa uerba: Poterat eſſe u-
xor. intelligendo de iure & facto, ſecundũ na-
turam & bonos mores: & idem Bal. in l. 2. nu.
3. C. quib. res iudic. Cag. in l. ſi qua illuſtris. nu.
5. C. ad S.C. Orphit. Ruin. conſil. 92. num. 16.
uol. 3. & conſ. 211. nu. 5. uol. 1. latiſsimè omniũ
Hipp. Riminal. in conſ. matri. conſil. 80. quæſi-
tum. per totũ, & præcipuè nu. 14. & 15. ubi di-
cit hanc eſſe magnam limitationẽ ad d. c. tan-
ta. & ſingularem, & quòd hoc dictũ Angeli ſit
ſingulare, & à nemine improbatum: ac quòd
Cort. iun. conſil. 52. nu. 2. uol. 1. teſtetur hãc eſ-
ſe cõmunem opinionem, ut nefas ſit ab ea re-
cedere. adde Tiraq. de nobilit. cap. 15. nu. 22.
In præſenti autem caſu conſtat, d. patri & uiro
nobili non potuiſſe honeſtum eſſe cõiugium
cum ignobili & ruſtica ancilla, atq; ut ipſe ap-
pellare ſolet, cum meretrice, Bal. in d. l. 2. nu. 3.
C. quib. res iudic. Vnde ſequit̃, prædictos libe-
ros ex ſchemate prætenſi matrimonij nõ poſ-
52 ſe cõmodùm adiuuari. Poſtremò † quod dici-
tur, filios p matrimoniũ legitimari & fieri ca-
paces ſucceſsionis paternæ & feudalis, id limi
tatur, niſi ſint ſpurij, aut uulgò cõcepti, qui nõ
intelliguntur, nec poſſunt per ſubſequens ma
trimonium legitimari, cum eorũ incertus ſit
pater, per c. tanta. in fi. qui fil. ſint leg. l. fin. ubi
Bart. ff. de concubin. Bal. in l. eam quã. nu. 24.
C. de fideicom. & in l. ſi qua illuſtris. nu. 3. cum
ſeq. C. ad S.C. Orph. Cyn. in l. etſi. 6. C. de nup.
Mart. Lau. in d. §. naturales. nu. 9. 10. Ant. Trig.
53 in ſing. 35. quidam. nu. 4. Sed † ad hoc, ut filij
reputentur naturales, multa requiruntur, ſci-
licet ut ſint nati ex muliere cõcubina, quæ af-
fectione penè maritali diu ſit habita & deten-
ta in ſchemate coniugij, & habitu concubinæ,
§. ſi quis autem defunctus. in auth. quib. mod.
natur. effic. ſui, l. 3. ff. de concub. & debet inter-
uenire proteſtatio, quòd teneatur ut concubi
na, Bal. in l. eam quam. nu. 3. 5. C. de fideicom.
Menoch. conſil. 60. longè. nu. 3. cum ſeq. Ang.
conſil. 225. uidetur. circa fin. itẽ uenter impræ-
gnatus cuſtodiendus, & alia multa requirun-
tur: Bald. conſil. 262. recolo. num. 2. uol. 1. Me-
noch. d. conſil. 60. nu. 3. quæ cùm rarò concur
rant, & ſint res meri facti, quæ nõ præſumunt̃,
ſed probant̃, l. aſſeueratio. C. de non num. pec.
54 cum ſimil. ideò † liberi in dubio potiùs præ-
ſumuntur eſſe ſpurij, quàm naturales, ut latè
firmat Alc. tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 5.
numer. 3. 4. cum multis ſeq. Crau. d. conſil. 60.
nu. 32. cum ſeq. & filios quos habent aliqui ex
ſeruitricibus ſuis, dicuntur filij ſpurij, non na-
turales, ut firmat ibi Alciat. nu. 6. ex doctrina
Bald. in d. l. eam quam. C. de fideicom. Oldra.
conſil. 196. factum tale. Vnde Bal. conſil. 262.
recolo. nu. 2. uol. 1. Pauci ſunt, inquit, qui ſint
uerè naturales, propter multa, quæ requirunt̃
in legitimo concubinatu: ad idẽ Ferr. in form.
lib. pro hæred. ab inteſt. ad uerb. nullis. nu. 5.
inter alia requirẽs, quòd tantũ unica fuerit cõ
cubina, per not. Dyn. & Bar. in l. concubinatũ.
de concubin. & ait eſſe notandũ pro iſtis ma-
gnatib. qui tenẽt multas fœminas, quia ex eis
nati non ſunt ꝓpriè naturales. Quare uel hac
ſola ratione uidebatur dicendum, iſtos filios,
aut omnino eſſe à ſucceſsione repudiandos &
excludendos, Menoch. d. conſil. 60. nu. 30. cũ
ſeq. cũ ibi alleg. quando conſtet, cum eorũ ma
tre, quæ ſola non fuit iſtius uiri nobilis pellex,
honeſtè cõiugiũ contrahi nõ potuiſſe, aut ſal-
tẽ ipſis filijs meritò incũbere, ut probẽt ſuam
legitimationẽ & legitimitatis cauſam, uideli-
cet matrẽ fuiſſe concubinam, & ſe in ſchemate
concubinatus, ut naturales, fuiſſe cõceptos, &
deinceps per ſubſequẽs matrimoniũ eſſe legi-
timatos: alioqui præſumi oportere ipſos eſſe
ſpurios, & per cõſequens ab omni ſucceſsione
excludendos. His omnib. accedit nominatio,
& tractatio, ꝙ ſcilicet etiã poſt mortem matris
dictos liberos pater tractauerit ut ſpurios, &
filios non ut ex concubina, ſed ut ex meretri-
ce & uulgò cõceptos, quos ita uocauit *huren-
kinder*, & habuit atq; educauit: id quod ex pa-
cto ſucceſsionis ſatis apparet, ut ipſis ſuis libe
ris excluſis ſuum fratrẽ ſolum hæredem fecit,
proculdubio nõ facturus, (nec enim facere ni-
ſi ſalua liberis legitima, potuiſſet, auth. ex cau
ſa. C. de lib. præter.) ſi illos pro legitimatis ha-
55 buiſſet. Porrò † talis nominatio & tractatio &
confeſsio parentis meritò facit magnũ præiu
dicium & præſumptionẽ cõtra dictos liberos,
ita quòd nõ ſint in poſſeſsiõe filiationis cõſti-
tuẽdi, & ſaltẽ ut ipſi contrariũ probare debe-
ant, per c. tranſmiſſæ. 3. qui fil. ſint legit. l. pen.
ubi gl. quæ dicit hanc confeſsionẽ facere ſemi
plenã probationẽ, ff. de prob. Bart. in l. filiũ. n.
2. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & in l. ſed ſi
uxor. §. ſi ea. nu. 1. ad l. Iul. de adult. Lanfr. in c.
quoniã. uerb. teſti. nu. 104. de prob. Alex. cõſ.
27. uiſo. uol. 2. Quod cũ ita ſit, uidet̃ ex his o-
mnib. cõcludendũ, filijs iſtis ꝓbationẽ incum
bere, & ſi in ea ſuccumbant, ab omni hæredita
te eos excludẽdos eſſe, iuxta c. referẽte. 10. qui
fil. ſint leg. eaq; re p teſtamentũ nihil amplius,
ꝙ duas uncias ijs relinqui potuiſſe, per auth.
licet. C. de natur. lib. His tñ omnib. nõ obſtan-
tibus exiſtimo de iure aliud eſſe definiendum
ac decidendũ, & diuerſum opinionẽ eſſe cùm
ueriorẽ, tum æquiorem, & in praxi cõſulendo,
ac iudicãdo, & maximè in noſtro caſu eſſe ſe-
quendam: quod ut palàm fiat, primùm pro-
babo theſin ipſam atq; in abſtracto & genere
& abſq; circumſtantijs huius cauſæ hanc par-
tem eſſe ueriorẽ, ſcilicet quòd filij præſuman-
tur potiùs legitimi, quàm ſpurij, demõſtrabo.
Secundò, in concreto maximeq; in cauſa præ-
ſenti eam obtinere debere, ex firmis, quãtum
exiſtimare poſſum, fundamentis planũ facere
56 conabor. Et † primò de iure ciuili dubitari nõ

poteſt, quin pro legitimatiõe ſit præſumptio,
l. ſi uicinis. ubi Bal. C. de nup. etiam iure Saxo-
nico, gl. nu. 5. art. 51. lib. 1. & liberi in domo ha-
biti, proq́; liberis agniti atque educati, præſu-
mãtur eſſe legitimi, ut allegãs ſeu obijciẽs con
trariũ illud probare debeat. Nam cùm ipſum
matrimoniũ præſumatur, & cohabitantes po
tiùs contraxiſſe cõiugium, q̃ in ſtupro uel in
concubinatu uixiſſe iure ciuili intelligan̄t, iu-
xta d. l. in libræ. ff. de ritu nupt. l. ſi uicinis. C.
de nupt. certè multo magis præſumi debet fi-
lios ex tali cobabitatione & coniunctione na-
tos eſſe legitimos, & ex matrimonio potiùs
quàm ex ſtupro ſuſceptos: ut alleganti cõtra-
riũ id ipſum ſit probandum, textus eſt rotun-
dus in l. ſi uicinis. 9. C. de nupt. iunct. l. non nu-
dis. 14. in uerb. ſi alienum eſſe probare confi-
dis. C. de prob. & d. l. filium. de bis qui ſunt ſui
uel alien. iur. Hinc Bal. in d. l. ſi uicinis. in prin.
ait, natos in domo patris præſumi legitimos:
57 & quamuis ſubdat, natos † ex concubina cle-
rici non præſumi legitimos, ſed ſpurios, c. Mi-
chael. 13. de fil. presb. tñ hîc illud non obſtat,
quia clerico cũ concubina nõ poteſt eſſe iure
Canonico coniugiũ, & ideo nequit ibi contra
ius illud præſumi cõiugium, aut legitimatio:
ſed ſecus eſſe, quando poteſt eſſe coniugium:
ut oſtendit text. in d. l. ſi uicinis. & Bal. ibidem,
& in l. etſi contra. num. 4. eod. tit. & Cyn. in d. l.
ſi uicinis. nu. 1. ubi dicit, præſumptiuè probari
quẽ eſſe legitimũ, ex eo quòd ex cõiunctione
in domo naſcatur: ad idẽ Bal. in c. ex tranſmiſ-
58 ſa. nu. 2. de reſtit. ſpol. Quanquã † aũt Bal. in
d. c. ex tranſmiſſa. & Oldrad. in d. l. ſi uicinis. in
prin. intelligãt id obtinere inter perſonas pa-
res: (ex quo uidetur ſequi, q̃ inter perſonas
impares, ut ſunt in cauſa præſenti, talis præ-
ſumptio non ſit ſumenda, prout dictum eſt ſ.
ex Nicol. Anto. conſil. matr. 82. in hoc dubio.
nu. 45. cum alijs ſ. allegat. & Hipp. Rim. conſ.
matr. 80. quæſitũ. nu. 15.) tamẽ cùm tex. in d. l.
in liberæ. & d. l. ſi uicinis. non diſtinguant, nec
nos diſtinguere debemus, l. de precio. de pu-
blic. cum ſimil. & ut maximè talis inæqualitas
reſpectu matrimonij & principaliũ perſona-
rum præſumptionẽ hanc imminueret, non tñ
eſſet attendẽda reſpectu liberorũ & legitima-
tionis, utpote fauorabilis, Felyn. in c. per tuas.
nu. 12. de probat. ubi Dd. Pariſ. conſil. 57. ſtan-
te. nu. 43. 44. uol. 1. Sed generaliter tenendũ,
quòd filij in domo patris ſuſcepti ex ea mulie
re, cũ qua poſsit eſſe cõiugium, præſumantur
eſſe legitimi, donec contrariũ probetur. Nam
aliàs ſi præſumerẽtur eſſe naturales, præſume-
retur delictũ, ſtuprum ſcilicet & fornicatiò ma
gis, quàm ſi filij ſpurij præſumantur: quia na-
turales eſſe ſupponit diuturnã cohabitatio-
nem, & ſic mulriplex ac cõtinuatum peccatũ,
Alc. reſp. 268. Menoch. conſ. 60. longo. nu. 34.
quod non eſt admittendũ, ut probat Cæpoll.
cautel. 118. quis in dubio. n. 2. maximè liberis
eiuſmodi nõ agentib. in quib. faciliùs delictũ
præſumitur, d. l. ſi emãcipati. n. 4. C. de collat.
Alc. d. reſpõſ. 268. ſed ſe defendentibus, ut hîc,
Menoch. d. conſ. 60. nu. 33. Vnde tradit Salic.
in l. non nudis. nu. 6. C. de probat. licet proba-
tio cõiunctionis & cohabitationis principali-
ter non probet matrimoniũ: tamen ſatis pro-
bare, quando de matrimonio incidenter agit̃
ratione legitimationis filiorũ: quia hîc, ut in-
quit, uertitur fauor legitimationis, & nõ agit̃
de ſalute animarum: & ita in genere iure ciuili
præſumantur filij eſſe legitimi: confirmat idẽ
Dec. conſil. 52. in cauſa. nu. 3. dicens, probato
quẽ filium eſſe, ſimul probari eſſe naturalẽ &
legitimũ: eoq́; Bar. etiã, quo ad ſucceſsionem,
nunquã requirere, ut aliud probetur aut arti-
59 culetur, q̃ filiatio, quaſi † ea probata, ſimul
probata ſit legitimatio, Bar. in l. non nudis. in
fin. C. de proba. & in l. filiũ. de his qui ſunt ſui,
uel alie. iur. & in l. 1. §. ad quæſtionẽ. de quæſt.
& in l. quod Senatuſc. §. idem per contrarium.
de lib. agnoſ. nec aliam quoq́; probationẽ re-
quirit Bal. in c. ex trãſmiſſa. nu. 2. de reſtit. ſpol.
dicens, ſufficere filijs ad ſucceſsionẽ, ſi probe-
tur ſubeſſe matrimoniũ, uel filiatio: ad idem
Bal. conſ. 437. punctus. nu. 5. uol. 5. ubi tradit,
Teſtes, qui deponũt aliquem eſſe filium, intel-
ligi deponere eſſe legitimum: & Alciat. tract.
præſum. reg. 2. præſum. 5. qui dicit, hanc legiti-
mationis præſumptionẽ indiſtinctè iure ciui-
li obtinere, ut in dubio præſuman̄t liberi legi-
timi ac ſucceſsionis capaces: cuius legitima-
tionis fauore leuiores ꝓbationes ac præſum-
ptiones recipiun̄t ac ſufficiunt, Præpoſ. c. per-
uenit. in 2. notab. c. ex tenore. in 5. not. qui fil.
ſint legit. Dec. cõſ. 153. Pariſ. conſ. 57. ſtante. nu.
60 43. 44. uol. 4. Quæ † cũ ita ſe habeãt, ſequi-
tur, etiamſi hac in parte ius Canonicũ à ciuili
diſcordaret, tamen in materia legitimationis,
quæ ciuilis eſt, ſaltem cùm agitur ratione bo-
norum, & ſucceſsionis, & ſuper legitimatione
ſolùm incidenter, & propter aliud (ut hîc) te-
nendũ fore in terris Imperij (in quibus hîc ſu-
mus) ius ciuile, licet quod ad ius matrimonij
attinet, ſequendum eſſet ius Pontificium, ut
expreſſè & in terminis confirmat Bald. poſt
Cyn. in d. l. etſi. C. de nupt. ad ſucceſsionem &
legitimationem præſumi iſta in terris Imperij,
licet, inquit, Canoniſtæ non contentarentur:
quia dicunt, quòd cùm ad eorum iuriſdictio-
nem pertineat principale, ſcilicet iudicare de
matrimonio, pertineat etiam quicquid ex eo
ſequatur: non ſolùm quo ad ſpiritualia, ſed e-
tiam quo ad ſecularia. Cui difficultati, quam
magnam putat Alciat. facillimè hîc quidem
reſponderi poteſt: ubi legitimationis cogni-
tio ad Principes & Curias ſeculares pertinet
ex communi uſurpatione, quoniam nõ prin-
cipaliter de legitimatione quæritur, ſed inci-
denter ob cauſam hæreditariam, quæ eſt ciui-
lis, l. 3. ubi omnes Dd. C. de iudic. qđ etſi con-
trouerſiæ exponi poteſt ex l. omni. 6. ubi Dd.
C. de ſacroſ. eccl. c. lator. qui fil. ſint leg. c. tuam.

de ord.cog.c.ſi iudex.12.de ſent.exc.lib.6.tum
cùm ſit uſu ſic receptum, nihil amplius quæ-
rendũ eſt,l.minimè.de legib. fac. Mynſ.obſer.
67.centur.1. Nam & ipſe Panorm. in c. tanta.
num.12.per c.per uenerabilem. qui fil.ſint leg.
apertè fatetur,in legitimationibus,quo ad hę
reditates,& iura ſucceſsionũ, inſpici ius & fo-
rum ciuile,non Eccleſiaſticum:quem ſequun-
61 tur Dd. Et † tantum abeſt, ut ius Canonicum
hac in parte iuri ciuili aduerſetur, ut plerique
omnes Canoniſtæ idem fateanť, ſcilicet quã-
uis non præſumatur matrimonium reſpectu
perſonarum contrahentiũ, tamen præſumi
interceſsiſſe reſpectu liberorum, ut legitimi in
dubio habeantur Eſt enim in his diſpar ratio:
quia Canon reſpectu perſonarum contrahen
tium ideo noluit præſumi cõiugium:Propter-
ea quòd damnet coniugia clandeſtina, & ue-
lit allicere contrahentes,ut in facie eccleſiæ cõ-
trahant: quæ ratio cũ ceſſet reſpectu libero-
rum, meritò, qđ ad hos attinet, ceſſare debet
& illa delicti præſumptio, & præſumi potiùs
in æquiorem partem fauore liberorũ & legiti-
mationis, (cuius cauſa non minus eſt fauora-
bilis,quàm libertatis) quòd filij ſint legitimi:
ita tenet Fel. in d.c. per tuas. in fin. de probat.
Inn.& Panor.in c.lator.nu. 6. qui fil. ſint legit.
Et hanc opinionẽ, etſi contrà diſputet, tamen
dicit Alciat. eſſe fauorabilẽ & ueriorẽ in præ-
ſumpt.reg.2.præſum.5.nu.2. addens & aliam
differentiæ rationem:Conſidero, inquit, quæ
ratio, cur lex Canonica non præſumat matri-
moniũ: quia cùm ſimus in dubio peccati, ca-
pitur præſumptio tutior ꝓ anima: & ſic, quòd
ſit peccatum:ita dicit gloſ.in c. aliter.30.q.5 &
in cap.unic.de ſcrut.ab ord. fac. Sed iſta ratio
non militat, niſi reſpectu ipſorum principa-
lium.Ergo lex Canonica corrigens ciuilem ex
aliqua ratione,non debet extendi,niſi quate-
nus infert dicta ratio, l.adigere. de iure patro.
Moder.in auth.quas actiones.C. de ſacroſ.ec-
cleſ. Et ſic reſultat manifeſta ratio differentiæ
inter principale & acceſſorium, quod nõ imi-
tatur naturã principalis propter actus diuer-
ſitatẽ,l.& ſcis C.de prędijs min.& alioqui præ-
ſumptio d.l.in liberæ.ſatis uidetur approbata
iure Canonico,quoad filios:ex quo ratio cor-
rectionis non infert,niſi quo ad ipſum princi-
pale. Hæc ille:ad cuius ſententiæ confirmatio-
nem, ſcilicet quòd hac in parte ius Pontificiũ
nõ diſcrepet à ciuili,adduco text apertiſsimũ,
qui nullis diuinationibus gloſſæ aut cauillis
interpretũ deprauari debebat,in c.lator.5.ex-
trà qui fil. ſint leg. ubi R. nepos petierat à pa-
truo ſuo hæreditatem aui ſui pro dimidia: pa
truus H.obiecit illi,quòd pater dicti R.non fu
iſſet legitimus, & per conſequens, quòd ipſe
nõ haberet ullũ ius ſuccedendi, iuxta l. fin. C.
de natur.lib. Reſpondet Pontifex præfatus, R.
probare oportere quod obiecit, atq; ita in ca-
ſu dubitabili, cùm ſcilicet à reo actori obijci-
tur ſtatus quæſtio,tamen uult illegitimitatem
probari ab eo, qui obiecit, & probationẽ hu-
ius exceptionis incumbere reo,iuxta regulam
l.in exceptionibus. de probat. licet aliàs ab o-
nere probandi liberetur,l. actor.C.de probat.
Ex quo apertiſsimè patet, ꝓ legitimitate præ-
ſumi, donec cõtrarium probetur. Nam quod
gloſſ.ibi dicit,d.R. non fuiſſe in poſſeſsione fi-
liationis & bonorum, eſt mera diuinatio: & ſi
in ea ratione ſe fundaſſet textus,proculdubio
allegaſſet. Imò contrà non fuiſſe ibi in poſſeſ-
ſione bonorum d. R.aut eius patrem,ex eo pa
tet,quòd coactus ſit petere hæreditatem: non
62 † autẽ petere poſſet,ſi ſemel ipſe aut pater eius
in poſſeſsione fuiſſet: quia ſemel adeptis hæ-
reditatis bonis, cùm deſinat eo ipſo eſſe hæ-
reditas,& fiat patrimonium hæredis, Iaſ.l.1.§.
ueteres. num.14.de acq.poſſ. Menoch. conſil.
95.num.70. Cæpol.conſ.45.nu.17.lib.1. Soc-
cin.l.cùm auus.num.80.de cond. & demonſt.
Socin.iun.conſil.168.num.73. lib.2. cum alijs
quę allegat Menoch.d.conſ.95.nu.70.& conſ.
50.perdifficilis. num.26. & conſil.77. num.7.
conſil. 81. num. 24. ideò ea hæreditatis bona,
quamuis pòſt amiſſa, recuperari amplius nõ
poſſunt petitione hæreditatis, ſed tantùm rei
uendicatione,per not.Roffr.in ſum. lib. de pe-
tit.hæred.nu.13. Dec.in l. hæreditas. 67.nu.2.
cũ ſeq.de reg.iur. Quare cùm text.in d.c.lator.
generaliter & indiſtinctè loquatur,ac definiat
eum,qui illegitimitatem obijcit, probare de-
bere,generaliter quoq; eſt accipiẽdus: atq; ita
ius Canonicũ cum ciuili conciliandum: ſicut
& aliàs fieri debet,ne inducať iuriũ correctio,
quæ,quo ad fieri poteſt,eſt uitãda,iurib.uulg.
Nec eſt ullus textus in toto iure Canonico, ex
quo uel ſuſpicari contrariũ liceat. Nam quòd
in c.3. qui fil. ſint leg.probatio gerẽti ſe pro fi-
lio imponatur, minimè eſt mirandũ, quando
conſtet ibi agi non de legitimatione, ſed ipſa
filiatione: & de eo qui non modò non erat in
poſſeſsione filiationis,ſed etiã quẽ uicinia di-
cebat eſſe ſpurium, & uterq; parens filium eſſe
pernegabat. Quòd uerò in c. per tuas.13.eod.
tit.ab eo qui legitimitatẽ allegat,probationes
recipiantur: primò, ex eo nõ ſequitur eũ pro-
bare oportuiſſe: potuit enim ſpõte probatio-
nes ſuſcipere, iuxta l.circa. de probat. Deinde
teſtes ibi perhibẽtur producti non ſuper legi-
timitate,ſed ſuper matrimonio parentum, ra-
tione cuius habebat iuris præſumptionẽ con-
tra ſe producens:nam matrimonium probari
ab allegante debet,ut ſ. eſt deductum: maxi-
mè cùm ibi non modò non eſſet filius in poſ-
ſeſsione filiationis,ſed parentes ipſo facto de-
claraſſent nullũ fuiſſe ſibi cõmune matrimo-
niũ:quippe cũ pater aliã uxorẽ, mater aliũ ui-
rũ accepiſſet. Facto aũt magis declaratur ani-
mus & conſenſus,qui nuptias facit, l.nuptias.
de reg.iur.quàm uerbis,Menoch. conſ.5.n.16.
per c.dilecti filij.ubi Dec.in 2. not. de app. latè
Tiraq.in fin.retract.conuent.nu.75. per l.ſi ta-
men,§. ei qui offic. de ædil. edict. cum multis

mirum ut non ſit, ſi contra tam apertũ factum
probare debuerit ibi filius matrimoniũ inter
illos ſuos parentes fuiſſe cõtractũ. Sic in c. Mi-
chael. 13. de fil. presbyt. quod dicitur, ſi conſti-
terit eſſe filium, ex eo non liquet, cui probatio
ſit imponenda: & ibi agitur de filio presbyte-
ri, cui non poteſt eſſe legitimitas ex matrimo-
nio, quod clericis illo iure eſt interdictum, &
alioqui fatendum eſt, filiationem, niſi quis in
eius ſit poſſeſsione, non præſumi, ſed proban-
dam eſſe, Iaſ. in l. neq;. nu. 3. C. de teſta. Bald. Pa
nor. Fel. Dd. in d. c. per tuas. de probat. & idem
Bald. in conſ. 180. mortuo. nu. 2. uol. 3. Probari
autẽ eo ipſo, quòd quis ſit in domo patris na
tus & educatus, gl. in d. c. Michael. apertiſsimè
teſtatur. Aliud autem eſt quærere de filiatio-
ne, aliud uerò de legitimitate, ut poſtea dice-
tur. Ex his igitur omnibus cõcludo, & pro in-
dubitabili ferè habeo, in abſtracto & abſq; cõ
plexu circumſtantiarum legitimitatẽ potiùs
in liberis præſumi, quàm naturalitatẽ & illegi
timitatem: ideoq; obijcienti illegitimitatem,
eius probationẽ incumbere. Applicando hãc
theſin ita confirmatam ad hypotheſin noſtri
caſus, dico, multo magis in ſpecie præſenti il-
legitimitatem ab allegantibus eſſe proban-
dam, & liberos iſtos contraria legitimationis
probatione onerandos nullo pacto eſſe. Nam
quin iſti liberi ſint filij, id nec negatur, neque
negari poteſt, & ſic nulla quæſtio eſt de filia-
tione. Cõſtat enim, nec inficias itur, d. filios in
domo patris ex cõcubina eſſe ſuſceptos, & per
cõſequens præſumunt̃ eſſe ex ipſo patrefami-
liâs nati, dato etiã quòd cũ alijs rem ea mulier
63 habuiſſet. Vt † enĩ filius in matrimonio conce
ptus præſumitur eſſe filius mariti, etiamſi ma-
ter ſit adultera, Bart. & Dd. in d. l. filium. de his
qui ſunt ſui uel alien. iur. per l. miles. §. defun-
cto. ad leg. Iul. de adult. quem textum dicit ad
hoc ſingularem Bal. in rubr. C. de probat. cir-
ca finem, & in l. ſi matre. C. de ſuis & legit. &
in l. fi. C. de com. ſer. man. & per alia multa, quę
allegat Alciat. reg. præſumpt. 3. præſumpt. 37.
in princ. ita filius ex concubina in domo ſuſce
ptus, præſumitur eſſe patrisfamiliâs, qui con-
cubinam tenet, gloſſ. & Dd. in d. c. Michael. de
fil. presbyt. Bald. in l. ſi uicinis. in princip. C. de
nũpt. & in d. l. filium. & in c. per tuas. ubi & Pa-
nor. & omnium optimè Felyn. nu. 1. & 10. ex̃.
de probat. idem Bald. conſ. 379. punctus. nu.
5. uol. 3. ubi tradit amplius, idem eſſe, etiamſi
probetur adultera: & idem Bal. conſ. 180. mor
tuo. nũ. 3. uol. 3. & conſil. 437. Titius. nu. 2. uol.
5. Anch. conſil. 225. uidetur. num. 6. Alciat. reg.
præſumpt. 3. præſum. 36. num. 3. ubi hoc am-
pliat procedere, etiamſi talis mulier nõ reti-
neatur in ſchemate cõcubinæ, ſecundũ Angel.
in conſil. 225. uidetur prima facie. circa finem,
dum modò eam retinuerit in domo, & cũ ea
cõſueuerit, per doctrinam Alber. in d. l. filium.
& Alexand. conſil. 157. circa numer. 2. 3. uol. 5.
Dec. conſ. 155. nu. 2. Cùm igitur hoc caſu de fi-
liatione conſtet, habent dicti filij intentionem
ſuam fundatã, quòd etiam ſint legitimi, ac ut
ex ſuperioribus apparet, quo ad conſequen-
dam ſucceſsionem, ſufficit illis filiationẽ pro-
bare, aut de ea cõſtare, abſq; eo quòd proben
tur eſſe legitimi: per ea quæ ſuperiùs ad hanc
ſententiã confirmandam adducta ſunt. Nam
eo ipſo quòd ſunt filij, præſumuntur eſſe legi-
timi, Fel. d. c. per tuas. in fi. de probat. Vt enim
rectè infertur, ſi filius, ergo hæres: ita multò re-
ctiùs atq; firmiùs ſequitur, ſi filius, ergo legiti-
mus. Legitimatio enim magis cohæret ſtatim
ab ipſo ortu pſonæ filij, quàm hæreditas, quæ
nulla eſt etiamnũ patre uiuente, l. 1. de hæred.
64 uel act. uend. & † quod eſt conſuetum, præſu-
mitur ſubeſſe in dubio, Bald. in l. neq;. 13. nu. 1.
C. de nupt. per l. neq; natales. C. de probat. &
probato uno probat̃ & illa qualitas, quæ fre-
quẽter ei accidit, ſeu, ut loquit̃, probat aliud,
quod ſine illo eſſe non conſueuit, Bald. præal.
loc. nom. 1. & 2. Et quamuis ibi dicat, quòd li-
cet præſumatur ex cohabitatione & tractatio-
ne matrimoniũ, non tamen præſumi filios eſ-
ſe legitimos, niſi dotalia inſtrumenta interue-
nerint: tamen paulo pòſt ibidem contrarium
obtinere iure Canonico, ſcilicet quòd abſque
inſtrumentis conſtet matrimonium, & legiti-
mitas, & legitimatio ſequat̃, aperte definit &
in l. cùm quis. 10. num. 3. C. de natur. lib. l. cùm
multæ. C. de donat. ant. nup. & in l. ſi qui. C. ad
S. C. Orphit. in c. innotuit. num. 10. ex̃. de elect.
ubi dicit, hoc procedere, nedum in nobili, ſed
etiam ſi rex Galliæ taliter uxorem duxiſſet. &
hoc firmat Schurff. d. conſil. 1. centur. 1. Et ita
communiter cõcludit, natos ex ſimul habitan
tibus, præſumi legitimos, & ex matrimonio
potius, quàm concubinatu natos, Panor. c. la-
tor. num. 6. qui fil. ſint legit. per l. in libera. de
rit. nupt. Innocen. c. ex parte. de reſt. ſpol. & ma
trimonium hoc præſumptum tantam uim ha
bet, quantam uerum, Panor. c. ueniens. 2. nu.
6. de ſponſ. & c. per tuas. nu. 6. de cõdit. appoſ.
& c. is qui. 67. nu. 3. 4. 5. de ſponſ. Quare uera
non eſt Alciati ſuperiùs memorata ſententia,
qua tradit, probata filiatione nõ præſumpti-
uè ſaltem probari legitimationem. Nam im-
poſsibile penè eſt, legitimationem aliter pro-
65 bari, quàm per filiationem: & † teſtis probans
aliquem filium, intelligitur deponere eum eſ-
ſe naturalẽ & legitimũ, Bal. conſil. 437. Titius.
num. 5. uol. 5. And. Barb. in addit. ad Bart. in l.
quod ſenatuſconſultũ. §. item per cõtrarium.
ad uerb. quod S. C. de lib. agnoſ. & cũ quis de-
finitur eſſe filius, ſubauditur eſſe naturalis &
legitimus, Bal. d. conſ. 437. Titius. n. 4. & Bart.
in l. non nudis. nu. 2. C. de probat. & probata
filiatione ſatis probatur legitimatio, donec cõ
trarium oſtendatur, Bart. d. l. non nudis. nu. 2.
pro quo addantur, quę firmat Dec. conſil. 54.
in cauſa. nu. 3. Facit & illud hîc ꝓ liberis, quòd
nõ modò decem, ſed etiam pluribus annis d.
eorum parentes ſimul uixerũt, & ſe coniuges
appel-

appellarunt, ac matrimonium inter ſe contra-
ctum eſſe cōfeſsi ſunt. Ex quibus omnibus ma
ximè pro matrimonio, præſertim in cauſa le-
gitimationis, præſumi debet, Socin. iunior cō
ſil. 89. uiſo. nu. 5. 9. 10. 11. lib. 1. Zaſ. conſil. 12. no
66 bilis. nu. 88. lib. 1. Et † accedit ipſa nunc tracta-
tio & confeſsio patris: quæ proculdubio pro
filiis grande præiudicium facit, & efficit, ut me-
ritò dicantur eſſe in poſſeſsione legitimatio-
nis, l. 1. §. Iulianus. de lib. agnoſc. Quandocun
que, inquit l. C. cœperit cauſa agi, grande præ-
iudicium afferet pro filio confeſsio patris, c.
per tuas. 12. ex̄. qui fil. ſint leg. & multum ope-
ratur, ut ait Iaſ. in l. neq; 5. nu. 4. C. de teſtam.
ac inducit præſumptionem ueritatis, c. ſuper
eo. de teſtib. Nam cùm contra filios multū ua-
leat patris, uel matris hac in re aſſertio, l. pen.
de prob. c. trāſmiſſæ. 3. q fil. ſint leg. certè mul-
tò magis pro filio, uel filijs ualere debet, c. per
tuas. 10. de probat. Vnde decidit Bart. in l. qđ
S. C. §. item per contrariū. nu. 3. de lib. agnoſc.
quando pater appellat, & confitetur principa
liter & propter ſe quem eſſe filium, quòd eo i-
pſo conſtituatur in poſſeſsione filiationis, ita
ut alteri contradicenti probatio incumbat: id
quod ſequitur & multis cōfirmat Felyn. in d.
c. per tuas. n. 12. de probat. & Iaſon poſt Alex.
in l. neq;. C. de teſta. gl. & Can. in c. tranſmiſſæ.
qui fil. ſint leg. & in d. c. Michael. de fil. presbyt.
Anchor. in clem. ſi ſummus pontifex. de ſen-
tentia excom. quæ poſſeſsio filiationis ſufficit
filio ad hæreditatem conſequendam, etiamſi
nihil aliud probet, Bart. in d. l. non nudis. in 1.
& 2. lectura, C. de probat. & Cyn. in d. l. non nu
dis. in princip. ubi dicit, quando pater ſic con
fitetur filium non enunciatiuè, ſed principali-
ter, ad hoc ut ſit filius, quòd tunc huic confeſ-
ſioni ſtetur, donec probetur cōtrarium: quod
ibidem confirmat Bald. & in l. neq; profeſsio.
nu. 1. C. de teſtam. Bal. in d. l. non nudis. nu. 2.
C. de probat. maximè quando talis confeſsio
non eſt perfunctoria, ſed cum aliqua ſolenni-
tate facta: etiamſi ſit confeſsio extraiudicialis,
nec ad inſtantiam partis facta: quia ſcilicet a-
gitur de qualitate perſonarū probanda, Bald.
d. l. non nudis. nu. 2. & pluribus probat Anto.
de Butr. in c. per tuas. nu. 2. & 5. de probat. Pan.
in c. tranſmiſſæ. nu. 3. & 4. qui fil. ſint legit. ubi
definit, alio nō apparente, ſtari dicto parentū,
& hanc filiationis poſſeſsionem ſufficere ad
hoc, ne filius excludi poſsit hæreditate pater-
na. Nec obſtat, quòd pater antea profeſſus ſit,
non eſſe legitimos, ſed eſſe filios meretricis, &
pro talibus habuerit. Nam ſicut pacta ultima
derogant primis, l. pacta nouiſsima. C. de pac.
l. ab emptione. ff. eod. & ultima fama ac repu-
tatio abrogat primam, l. 2. §. 1. ff. quis ord. in
67 bonor. poſſeſſ. ſerue. ita † ultima patris nomi-
natio, tractatio & reputatio in filiatione tollit
priorē: ſicut & aliàs in omni cauſa ſtatus ulti-
ma quaſi poſſeſsio iuris præiudicat præceden
ti, quo ad cognitionē ſtatus, ut eſt caſus no. in

l. ſi iure. quē ad hoc not. Bal. C. ne de ſtatu de-
fun. & ita eleganter probat in terminis noſtris
Felyn. in d. c. per tuas. 10. nu. 14. ex̄. de probat.
Salic. in auth. item ſi quis. nu. 1. C. de natur. lib.
Nec obſtat d. c. per tuas. de probat. ubi ultima
nominatio & confeſsio parentum non nocet
primæ. Nam ibi in præiudicium filiorū, qui-
bus antè ius filiationis quæſitum erat, tende-
68 bat ultima aſſertio. Cùm † autem ius filiorū,
filiationis & legitimationis ſit, ut dixi, fauo-
rabile, Felyn. in d. c. per tuas. nu. 12. de probat.
ideò non creditur ultimæ illi parentum aſſer-
tioni contra liberos, ut Dd. ibidē exponunt, &
Panor. in d. c. tranſmiſſæ. nu. 3. & 4. Bal. in d. c.
69 per tuas. nu. 1. de probat. At † in caſu cōuerſo
pro filijs & eorum legitimatione benè credi-
tur parētibus, quia tendit in fauorē liberorū,
quorū cauſa eſt fauorabilis, l. 4. C. de lib. præ-
ter. ſicut & legitimationis per ſe, Felyn. d. c. per
tuas. nu. 12. de probat. eoq; ultima profeſsio
derogat primæ, ut oſtendit apertè textus in c.
per tuas. 12. qui fil. ſint leg. & probat Felynus
in d. c. per tuas. de probat. Nam in uniuerſum
parētibus benè creditur pro filiatione & legi-
timatione filiorum deponentibus, non uerò
ecōtrariò, ut dicit gl. in l. 1. §. Iulianus. ad uerb.
70 ꝓ filio. de lib. agnoſc. Tertiò † facit pro liberis
hîc inſtitutio patris in teſtamēto ſciēter facta,
in quo iſtos ſuos liberos, ut legitimos ac ſuos
hæredes, inſtituit, & tales eſſe, perq; ſubſequēs
matrimoniū legitimatos fuiſſe cōfirmat & te-
ſtatur: cui aſſeuerationi patris non modò cre-
ditur, ſed per ſolam talem teſtationem ſolēni-
ter in teſtamento factam, liberi etiā legitiman-
tur, Iaſ. in d. l. neq; profeſsio. nu. 4. de teſta. per
text. in auth. item ſi quis. ubi Sal. notat hunc
modum legitimandi ſingularem, C. de natur.
lib. Bal. conſ. 195. in hac cauſa. nu. 2. uol. 3. Etſi
autem Iaſon præall. loc. limitet hoc procede-
71 re, quando † nuptiæ poſſunt conſiſtere cū mu
liere de facto & iure, & quādo illa uiuit, ex do-
ctrina Bart. in conſ. 20. Neratius. & in diſput.
incip. habeo filium naturalem. & Bal. in l. 2. C.
quando non obſtet rei iud. except. & aliorum
quos ſuprà memoraui: tamen Bald. in d. conſ.
195. hanc limitationē ait eſſe truffam: cùm mu
liere abſente, uel mortua, uerbo patris filij poſ
ſint legitimari, §. illud. in auth. quib. mod. nat.
effic. ſui, & alibi in c. innotuit. num. 10. de ele-
ctione, profitetur interpretationem illam Bar
tolum ſomniaſſe. Nam textus in d. auth. item
ſi quis. tantùm requirit, quòd poterat cū mu-
liere cōtrahi. Atqui, inquit Baldus, poteſt cum
concubina cōtrahi: quia cum qua poteſt eſſe
concubinatus, cum eadem eſſe poteſt matri-
monium: nec uerū eſt, inquit, quòd ſi eſt mor-
tua teſtamenti tempore mulier, filius natura-
lis legitimari teſtamento non poſsit. Nam iſta
talis non eſt legitimatio, cui natura coopere-
tur, ſed ſtat in authoritate legum cōditoris, &
cōfeſsione parentis. Et de hoc non poteſt red-
di alia ratio, niſi quòd pater & Imperator ita

uult

uult ad augendam legitimis hominibus ciui-
tatem. Ideoq; illud uerbũ Poterat, expone, in-
quit, tempore cõceptionis talis partus. De tẽ-
pore enim teſtamenti, uel mortis non curo, an
tũc poſsit eſſe uxor. Quid eñ, ſi pœnitẽtia du-
cta, facta eſt monacha, quę ſoluta cõcepit? Por
rò tempus impertinens actui non influit ei, &
ubi de natalibus quærimus, initiũ eſt ſpectan
dum, ut uerbum ſonat, l. quid ergo. in prin. ff.
de infamib. Hæc ſunt formalia & ſingularia
uerba Bald. in d.c. innotuit. ad quẽ cùm Iaſon
in d.l. neq;. C. de teſta. remittat, uidetur eãdem
ſententiã approbaſſe ex doctrina Bar. in l. non
ſolùm. §. ſi liberationis. nu. 7. ff. de lib. leg. quã
etiam tenuiſſe patet Cyn. in d.l. neq;. C. de te-
ſta. cùm dicat, contra hanc patris teſtationẽ in
teſtamento factam, nõ admitti probationem
in contrarium: ſcilicet quia talis inſtitutio nõ
eſt tãtùm probatio, ſed diſpoſitio & legitima-
tionis ex lege effectio, contra quam probatio
recipi non debet, Bald. l. ſi ſolennibus. nu. 2. C.
de fid. inſtr. Eandem opinionem ſequitur De-
cius conſ. 155. diligenter. nu. 2. dicens, ſuffice-
re, ſi potuerit tempore cõceptionis eſſe uxor:
& poſtea ſubdit ita communiter cõcludi. Hoc
quoq; dogma cõfirmat latiſsimè Ant. de Ro-
ſel. in tract. legit. lib. 1. tit. de matr. præſumpt. &
alij multi, quos cumulat Boer. deciſ. 240. & 1.
nu. 16. parte 2. Cæpol. caut. 251. incip. legit. nu.
4. & omnium optimè Caſtr. conſil. 429. præ-
ſuppoſito. nu. 1. lib. 2. ubi dicit, hanc ſententiã
eſſe humaniorẽ & ueriorẽ, contrariã uerò in-
humanã atq; impiam. Quid enim, inquit, ſi al
teri nupſiſſet cõcubina, atq; ita cum ea cõtra-
hi non poſſet, an propterea non eſſet patri po
teſtas legitimandi filios? ex d. authen. ſi quis.
quod dicere eſſet abſurdiſsimum & inhuma-
niſsimũ: nec credo, quòd fuerit alia mens Im-
peratoris, quàm quòd uoluerit dicere, quòd
poterat eſſe coniugium tempore cõceptionis
& natiuitatis, quod inſpicitur hîc, cùm de re-
72 ſtituendis natalibus agatur. Nam † legitima-
tio nihil aliud eſt, quàm natalium reſtitutio, §. ſi
quis ergo. §. licebit. in auth. quib. mod. nat. eff.
legit. Bal. in l. 1. nu. 2. C. de natalib. reſtit. & per
alia quæ ibi Caſtr. luculẽter & piè diſputat. Ac
ut maximè uera eſſet ſuperior Dd. theorica, ſi-
cut eam cõmunem eſſe teſtatur Boer. d. deciſ.
240. nu. 16. & ſequit̃ Cæpoll. caut. 241. (quam
tamen ego in practica minimè ſequendã arbi
tror, ac potius tenendã iudico hanc ultimam
Bal. Caſtr. Ant. de Butr. in d.c. per tuas. & alio-
rum ſuprà allegatorum ſententiam, tanquam
humaniorẽ & magis piam, cùm in dubijs be-
nigniora præferẽda ſint.) quòd ſcilicet talis le
gitimatio in teſtamento facta, nõ procederet,
niſi uiuente muliere, ut ita per matrimonium
intelligi poſsit legitimatio eſſe ſubſecuta: ta-
men illud dubium non eſt, quin talis dicta ra
tio legitimationis à patre iam mortua mulie-
re facta, poſsit & debeat per Principem confir
mari: textus eſt apertus in d. §. illud. q expreſ-
ſè teſtatur de caſu illo, quoniã mulier eſt mor-
tua, uel inhoneſta, ita ut pater cum illa non
poſsit, uel uelit matrimonium copulare, atq;
hoc ſubſecuti matrimonij ſchemate liberos le
gitimare. Imò hoc ipſo caſu, quando filij mor
tua uel inhoneſta matre exiſtẽte, à patre in te-
ſtamento inſtituuntur ut liberi, etſi pater tale
teſtamentum uiuus Principi non obtulerit, ta
men ipſi filij poſt mortem patris ſupplicantes
Principi, & teſtamentum paternum exhiben-
tes, legitimationem ex eo teſtamento, atq; ita
ſam. de reſcript. & ſint ſtricti iuris, Dec. conſil.
589. numer. 3. & conſil. 438. numer. 3. & conſil.
625. numer. 4. ex doctrina Bartol. in l. conſti-
tutionibus. ff. ad municip. & in l. omnes. in fi.
de iuſt. & iur. præſertim quando ſunt correcto
ria iuris communis, Bartol. in l. omnes. num.
51. cum multis ſequentib. ff. de iuſt. & iur. Ia-
ſon in l. non dubium. numer. 29. cum ſequen.
C. de legib. & in l. ſi mater. numer. 4. C. de ſuc-
ceſſ. edict. ubi dicit, ſtatutum correctorium ſic
eſſe reſtringendum, ut quamminimùm lædat
ius commune, latè Dec. qui firmat talia ſta-
tuta odioſa eſſe reſtringenda, conſil. 49. num.
1. & conſil. 196. numer. 4. conſil. 222. numer.
1. conſil. 268. numer. 1. conſil. 484. numer. 5.
conſil. 617. num. 5. conſil. 656. num. 8. Schurff.
conſil. 55. exploratiſsimi. numer. 1. 2. 3. 4. cen-
tur. 1. & dicam infrà conſil. 32. feuda. numer.
ar. ideo non debet huius gloſſ. authoritas ex-
tendi extra caſum, de quo loquitur, nec mino
ribus auferri beneficium iurandi in litem con
tra tutores: de quo in tot. tit. C. de in lit. iuran.
39 ſed potiùs, quæ † non inueniuntur expreſsè
deciſa iure Saxonico, ea remanere debent in
diſpoſitione iuris communis, Schurff. conſil.
55. exploratiſs. num. 1. centur. 1. per l. ſi cùm do
tem. ff. ſolut. matrim. l. cõmodiſsimè. de lib. &
poſthum. l. ſi extraneus. ubi Doctores, de con-
dict. ob cauſ. l. illam. ubi Bald. in 1. nota. C. de
collat. & idem Schurff. latè conſilio 99 quod
prædictæ. numer. 7. & 8. cent. 1. præſertim cùm,
ut ſuprà dictum eſt, ſuſpecti ſint tutores, qui
inuentariũ & rationes non probè conficiunt,
aut exhibent bona fide petentibus, l. 3. §. tuto-
res, qui repertorium. de ſuſpec. tut. & ſibi im-
putare debeant, quòd inuentarium & ratio-
40 nes non legaliter confecerint. Qui † autem
ſuſpecti ſunt de fide, aut quibus imputari po-
teſt, cur ſua negligentia probationẽ integram
rei prætermiſerint, illis non ſolet deferri iura-
mentum, ut plenè probat Iaſon in repet. l. ad-
monendi. numer. 296. cum ſequentib. de iu-
reiurand. ut omnino periculoſum, irrationa-
bile, & miſerabilibus pupillis admodum præ-
iudiciale ſit futurum, ſi ſtare cogantur iura-
mento tutorum, & ſibi beneficium iurandi in
litem legitimum adimatur. Etenim qui frau-
dem pupillo facere in adminiſtrando & com-
putando non dubitat, qua conſcientia & reli-
gione ad iuramentũ ſit acceſſurus, intelligen-
tes exputent. Ac cùm ſuprà probatum ſit, iu-
ramẽto tutorum credi tantùm in modicis ex-
penſis, Iaſ. in rep. l. admonẽdi. num. 126. de iu-
reiur. cũ alijs ſuprà alleg. intelligi poteſt, in re-
liquis rationum partibus tutorum iureiuran-
do nõ ſtari, præſertim in his, quę maioris ſunt
momenti & præiudicij, ut ſuprà oſtenſum &
deductum eſt. Ex quibus omnibus concludi-
41 tur, quòd † non teneantur adulti poſcentes ra
tionem à tutoribus, ſtatim eam, prout offer-
tur, acceptare, & per omnia tutorũ dicto & aſ-
ſeuerationi etiã iuratæ ſtare: multò minus eos
mox ſine omni contradictione miſſos facere
& quittare, l. 2. ubi pupil. educ. & optimus tex.
in d.l. cùm ſeruus. circa fi. de cond. & demõſt.
quem in hac materia tutelarum procedere, &
diuinitus eſſe promulgatum ait Schurff. conſ.
42 9. uiſis. num. 6. cent. 2. Nam † quittatio fit ad
finem diſſolutæ quantitatis, quando illi, qui
quittationẽ facit, in omnibus eſt ſatisfactum,
l. diſſolutæ. C. de condict. ex lege. Ergo ante
quàm per omnia ſatisfactum ſit, quittatio nul
la debetur, Caſtrenſ. conſil. 377. ad primum.
numer 2. uolum. 2. Cùm itaque rationes non
uideantur redditæ, niſi eæ priùs exhibeantur
examinandæ, diſpungendæ, atq; ita exami-
natæ approbentur, per ea, quæ ſuprà adducta
ſunt, irrefragabiliter ſequitur, minores ante
redditas perfectè rationes, eaſdemq; examina-
tas atq; approbatas, ad nullam quittationem
teneri

teneri, eosq; meritò petere, ut ſibi rationes ante omnia tradãtur, per legitimũ ſpacium tem-
43 poris inſpiciendæ & explorandæ. Nam † quia hęc res tempus requirit ſucceſsiuum, ut ait Socin. conſi. 149. in cauſa. num. 5. uol. 1. ideo illis ad talem examinationem & explorationẽ rationum faciendam, meritò datur tempus iuſtum, & idonea dilatio, quæ ex bono & æquo dari ſolet, quotieſcũq; opus eſt, Spec. de dilat. §. 1. nũ. 26. per l. continuus. §. 1. de uerb. oblig. l. 1. de iur. delib. cum ſimil. Quòd ſi facere id tutores nolint, poſſunt d. minores cõpellare iudicem hoc nomine, uel intentare rationem tutelę, ad reddendam rationem, atq; ita per iudicem, uel cõmiſſarios uolumina rationum curare examinanda, Ferr. in d. for. lib. ad redd. ratio. tutel. in fi. num. 7. tot. tit. de tutel. & rat. diſt. Iaſ. d. conſi. 219. in iſta. nu. 1. & 2. uol. 2. cuius actionis formam tradit Specul. de iudic. §. generalia. num. 31. Ferr. in d. for. lib. ad redd. rat.
44 tutel. Quia † etiamſi quod amplius eſt, dicti minores ſeu adulti rationes tutorũ approbaſſent, & quittationem feciſſent, tamen ſi poſtea re meliùs explorata errorẽ aliquem, aut ſe deceptos eſſe deprehenderẽt, ſemper poſſent petere rationes reuideri atq; examinari, & cõtrà opponere & excipere, etiamſi quittatio atq; liberatio fuiſſet iurata, quia ideo talis quittatio fit, quòd adulti putent ſibi ſatisfactũ, & ſe contingentia accepiſſe à tutoribus. Ergo ubi contrarium inuenitur, error nocere eis non debet in damnis uitandis, ut conſuluit in terminis Caſtrenſ. conſi. 377. ad primum. numer. 2. parte 2. & latè Anchor. conſil. 330. uiſis facti narratione. nu. 1. & per totum, Iaſ. conſ. 219. iſta materia num. 1. & 2. uol. 2. & latiſsimè Socin. conſil. 119. in præſenti. num. 11. cum ſeq. uol. 2. facit l. ſpadonem. §. ratio. ubi gl. & Bar. de excuſ. tut.
45 ubi & aliam rationem tradit, quòd † aliud ſit rationem reddere, aliud redditam confiteri, l.
46 aſsiduis. cum gl. C. qui pot. in pig. quia † ratio non ſufficienter reddita, non uidetur reddita, & ſemper iterũ ut reddatur, peti poteſt, ut eſt communis concluſio Bald. Sali. & aliorum in l. unic. C. de error. cal. Iaſ. in §. quædam. nu. 83. Inſtit. de act. idemq; latiſsimè excutit & ſequitur nouiſsimè in terminis Schurff conſi. 9. uiſis. num. 8. & 9. cum ſequen. centur. 2. Sed ita liberatio à minore facta, nihil ei nocet, Pariſ. cõſil. 99. numer. 21. uolum. 1. nec tollit reſtitutionem, quamuis geminata, Pariſ. conſ. 89. num.
47 66. uolum. 1. Si † igitur poſt quittationem pupilli & adulti hoc petere poſſunt, multò certè magis antè, ut ſcilicet illis dentur & tradantur rationes tutorũ ad examinãdum, diſpungendum & excipiendum, ſicubi erit opus, per d. l. ſi ſtatu libera. §. ſi. de ſtatulib. l. cùm ſeruus. de condit. & demonſt. l. 2. ubi pupil. ed. cum ſimilib. ſ. adductis. Eaq; res tam eſt clara, aperta & rationabilis, ut nulla diſputatione longiore opus eſſe arbitrer. Quæ enim erit redditio rationum, aut quomodo pro authenticis & legalibus poterunt haberi, aut qua ratione conſultum erit rei pupillari, niſi hæc poteſtas inſpiciendi rationes, examinãdi & contrà excipiendi minoribus ſeu adultis, quorum tutela geſta eſt, liberè & cum competente ſpacio, adhibitis etiam peritis arbitris atq; bonis ui-
48 ris, permittatur? Sic † igitur colligamus, non uideri in iure rationem redditam, quæ nõ plenè redditur, ita ut fides eius undiquaq; conſtet, l. qui ſub conditione. de condit. & demonſtra. l. ſi ita ſit ſcriptum. de manu. teſta. & ita ut ex ſingulis ſpecificatis & articulatè deductis omnium ueritas poſsit apparere, Socin. conſ. 190. memini. num. 1. uol. 2. Schurff. conſi. 9. ui-
49 ſis. num. 3. & 4. centur. 2. Etenim † quod non intelligitur omni ex parte, non poteſt uideri approbatum, l. mater. de inoff. teſta. Dyn. in c. ratum. num. 4. de reg. iur. gl & Philip. Fran. in c. concertationi. ad uerb. ſciuerit. de appellat. lib. 6. text. in clem. cauſam. ubi gl. ad uerb. plena & certa notitia. de elect. iac. l. in totum. 76. de reg. iur. l. quo enim. §. Iulianus. ff. rem rat. hab. Rom. conſil. 343. ex propoſito. circa ſin. cum multis, quæ cumulat Tiraquel. in ll. connub. gl. 6. num. 180. & de retract. prox. §. 36. gl. 2. num. 30. Et ratio non ſufficiẽter reddita, iterũ reddi debet, Io. And. poſt Arch. & Gemin. in c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. Imol. Card. Zab. in cle. 2. §. illi. de relig. domib. per l. quoties. ff. qui
50 ſatiſdare cog l. unic. C. de error. cal. Quin † etiãſi fuiſſet ratio reddita ac approbata, tamen poſſet ob errorem calculi, aut ignorantiã alicuius omiſsionis, uel commiſsionis ad triginta uſq; annos retractari, & peti, ut de integro reuideatur & calculetur, Barto. num. 1. Baldus numer. 1. Caſtrenſ. num. 2. Iaſ. num. 3. & 6. Fab. numer. 4. in l unic. C. de erro. calc. & gl. Bartol. & alij in l. inſtar. C. de iur. fiſc. lib. 10. Iaſon in §. quædam. num. 83. Inſtit. de actionib. Philipp. Franc. in c. unic. §. fin. numer. 2. de cler. ægro. lib. 6 latè Socin. conſil. 159. numer. 12. & conſ. 13. circa. numer. 3. uolum. 1. & eſt text. in l. Aurelio. 21. §. Caius. ubi Barto. & in l. Lucius. de lib. leg. Cùm igitur in pręſenti caſu ratio à tutoribus iam per plures annos partim non ſit reddita, partim ita reddita, ut intelligi nõ poſsit: certi iuris eſt, ſaltem nunc tutores, poſtquam unus pupillorum adoleuit, & ratio totius adminiſtrationis petitur, ad integram rationum & adminiſtrationis redditionem teneri: præſertim cùm ad hoc non modò iure ciuili & Saxonico, ſed etiã ex decreto arbitrorum iuris, item ex ſententia & re iudicata hîc teneantur.
51 Tutor † enim non edens rationem poſt præceptum ſeu ſententiam iudicis, eſt in dolo uero, Iaſon in l. edita. numer. 40. C. de eden. Et tantum de rationibus.

De reliquis quæſtionibus nõ opus pluribus diſ-
52 putare. Nam † eo poſito, quòd tutores poſſint ad diuiſionem prouocare ſuos pupillos & minores, quia nemo cogit̃ in diuiſione inuitus permanere, l. fin. C. com. diuid. l. tamdiu.

C.pro ſoc. l. actione. §.item.ff.eod. Iaſon in l.ſi
non ſortem. §.ſi centum. numer.3. de condict.
indeb.& dixi conſil.13.numer.1.& 2.& quia mi
nores ad diuiſionem à maioribus prouocari
poſſunt,l.inter. C.de præd.minor. gloſſ.in d.l.
fin.& per conſequens etiã à tutoribus,l.quòd
tes.21. C.de excuſat. tut. tamen ſicuti tutores
emere prohibentur à pupillis, niſi palàm &
bona fide,l.cùm ipſe. C.de contrab.empt. ita
nec diuidere aliter poſſunt, quia diuiſio uicẽ
emptionis obtinet, l. 1. C. com. utr. iud. Etſi
53 † autem non pauci Dd.in tali contractu ultro
citroq; obligatorio authoritatem alterius tu-
toris,uel decretũ iudicis requirunt,quod cer-
tè honeſtius eſt, cùm nemo citra ſuſpicionem
author eſſe poſsit in cauſa req; ſua, l.quod di-
cimus. 7. de author. tuto. tamen communis
eſt opinio, à qua Iaſon & Soci. dicunt non eſ-
ſe in iudicando recedendum, quòd eiuſmodi
contractum,ſe authore,tutor cum pupillis fa-
cere poſsit,d.l.cũ ipſe.ubi Bald.& Dd. C.de cõ
trahen.empt.l.pupillus.5.§.item ipſe tutor. ff.
de author.& conſen.tut.l.1.§.fuit quæſitum.u-
bi latiſsimè Iaſon poſt alios modernos, ff. ad
S.C.Trebel. latè Socin.conſil.160.in præſenti.
54 num. 15. uolum. 2. ita † tamen, ut palàm &
bona fide contrahat, adhibitis nimirum pro-
pinquis,quorum præſentia & interuentus ſu-
ſpitionem doli excludit, l.tranſactionem. 35.
ubi gloſ.penult.C.de tranſact.l.1.C.de his qui
per met.iud. & in terminis noſtris,quòd ſcili-
cet tutor gerens negocium pupilli in præſen-
tiã & interuentu propinquorum, non uidea-
tur malitioſè agere: tenent Fab.in §.quadru-
pli.num.11. Inſtit.de actio. & ibidem Iaſ.num.
63. gloſſ.in l.Polla. ubi etiam Baldus, Salic.&
Dd.C.de his quibus ut indig.Bart.in l.frater à
fratre.num.51.de condic.indeb. Nam propin
qui non præſumuntur intermiſiſſe defenſio-
nem propinqui,l.hæc aũt.§.1.quibus ex cauſ.
in poſſeſſ.eat. Alciat. tractat. præſumpt. reg. 1.
præſumpt.22. Quòd ſi porrò latenter & clàm
propinquis,uel doloſè,uel cum damno pupil
li id fiat, contractus eſt ipſo iure nullus, l.ſi in
emptione.§.final.de contrah.empt.cum ſimil.
55 Tunc † autem etiam latenter & mala fide con-
tractus factus iudicatur,quando in eo non iu
ſtum preciũ,aut iuſtam partem,ſed aliquid ui
lius pupilli conſequunt, Bart.in l.pupillus.§.
itẽ ipſe tutor.num.4.de author.tut.Iaſ.in l.1.§.
fuit quæſitum.n.20.ad S.C.Trebel. Multũ,in-
quit I.C. refert,utrùm palàm & apertè tutor ſe
debitorem pupillo cõnſtituat, ut extraneum
quemlibet faceret,an ſub adminiſtratione tu-
telæ, pupilliq; utilitate latenter ſua commoda
pupilli pecunia iuuet,l.non exiſtimo.ff.de ad-
56 miniſt.tut. Item † tunc intelligitur tutor bona
fide cũ pupillo contrahere, quando corã ma-
tre & propinquis, uel etiam interueniente iu-
dice cum illo contrahit, Bart. in l. frater à fra-
tre.numer.51.de condict.indeb. Iaſon in l. pa-
cta nouiſsima.num.7. C.de pact.Fab.& Iaſ. in
d.§.quadrupli.latè Pet.Gerar. ſing.57. quali-
ter.per totũ. Quare cùm hic contractus laten-
ter & ſine ſciẽtia matris & propinquorũ, & cũ
damno pupillorum factus perhibeat, eſt ipſo
57 iure nullus. Quod † etiamſi nõ eſſet, eo poſito,
non conceſſo, nihilo minus tamẽ poſſent hic
minores per beneficiũ reſtitutionis in integrũ
domnoſam ſibi diuiſionem retractare, tot.tit.
C.ſi aduer.tranſact.& C.ſi tut.uel curat.inter.l.
4 C.comm.diuid.Imò ſi uerũ fateri uolumus,
puto ueriorem eſſe eorum ſententiã, qui etiã
in his contractibus authoritatem alterius tu-
toris requirunt, cùm ll. loquãtur generaliter,
& ſit eadem in omnibus ratio,ſcilicet quòd in
ſua cauſa ſuſpectus eſt tutor, qui peræquè de-
cipere poſſet pupillum in tali cõtractu,atq; in
ſtipulatione,& pro eo tex.in d.l.ſi pupilli.§.itẽ
ipſe.& d.l.neq;.7. ac de diuiſione tex.eſt aper-
tus in l.quid tes.21. C. de excuſ.tut. cũ ibi alle.
l.1.& 2. C.de in lit.dan.tut.ut uel hoc capite iu
dicem, hunc contractum eſſe nullum.

Quo ad tertiã de ſumptibus diſceptationẽ,
certum eſt ſumptus neceſſarios à tutoribus in
adminiſtrationis officio bona fide ac arbitrio
boni uiri factos, reddi à pupillis oportere, l.
ſumptus. C.de adminiſt.tut.l.fi. C.ubi pup.e-
duc.cùm officiũ illis ſuum damnoſum eſſe nõ
debeat, l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. in princ.
58 quemadmod.teſtam.aperian.ſed † non etiam
quæ negligenter & damnoſè tutores de rebus
pupillorum citra neceſsitatem expendunt, l.
non eſt ignotum. 6.C.de adminiſtrat.tut.Bar.
in l.1.§.ſi pupillus.de tutel.& rat.diſtrahẽ. Sed
59 † & tutores tenentur, quando non idoneè,ue
rùm per culpam malè pecuniam pupillarem
collocant, l.tutor, qui repertorium. §.compe-
rit. de adminiſt.tut. Etenim quod de ſuis bo-
nis non erogarent, hoc non permittitur illis
profundere de bonis pupillorum, l.cùm plu-
60 res. §.nimium. de adm.tut. quibus † admini-
ſtrandis, quantam ſuis, tantam diligentiam
debent,l.tutor ſecundum §.1.ubi gloſ.& Bart.
de adminiſt.tut.imò maiorem,& tantã quan-
tam bonus paterfamiliãs ſuis rebus adhibet,
l.à tutoribus. ubi Bartol. de adminiſt. tut. Ac
ſicuti tutores damnum ſuſtinẽt, quando per-
dituro credunt res pupillares, uel apud eos
pecunias collocant, qui idonei non ſunt, l. ſi
fine. §.Modeſtinus. ubi gl. ad uerb.non perdi-
turo. de adminiſt.tut.l.qui ſub conditione.de
condit. & demonſt. l.ſi uerò non remuneran-
di.§.ſi adoleſcẽs.mand.l.quòd ſi minor.§.pen.
de minor. ita arguẽdo à perſonis ad res,tenen
tur de eo, quod in perdituras ac ſteriles fodi-
nas negligenter & damnoſè conſumpſerunt.
Et cùm alij ſocij noluerint amplius in illas de-
trimẽtoſas fodinas aliquid collocare, ſed aut
eas habuerint pro derelicto,aut quoquo mo-
do alienauerint, debuerunt & ipſi ſimiliter fa-
cere: quod quia non fecerunt, ſunt in culpa,
61 quæ ipſis imputatur. Nã † tutor de dolo, lata
& leui culpa tenetur regulariter,l.quicquid.C.
arb.

arb.tut. ratione autem amiſſarum rerum, uel
non quæſitarum, de dolo & lata culpa, gloſſ.
& Dd. in l. 2. C. arb. tutel. Aluiz. de Alb. ſingul.
70. tutor. per tot. Lata autẽ culpa eſt nimia ne
gligentia, hoc eſt, nõ intelligere, quod omnes
aut ſanior pars intelligit, l. cedere diem. §. fin.
l. latæ culpæ. ubi gloſſ. de uerb. ſignific. præſer-
tim cùm hic multoties à matre ſint interpella-
ti, & admoniti tutores, ne pecuniã in tam da-
62 mnoſas fodinas collocarẽt. Conueniebat † e-
nim uiris bonis ſalubre matris conſilium ad-
mittere, ut ait text. in l. quidam. § Papinianus.
63 de adminiſtr. & peric. tut. Et † ſicuti tutores
non tenẽtur de actu, qui malè ſucceſſit, quan
do ſcilicet eum fecerunt ſuadente matre pu-
pillorum & propinquis, gloſſ. mag. in l. 2. uerb.
pupillo. quam ibi Caſtren. poſt Bald. dicit ſin
gularẽ, C. de his, quibus ut indig. Bald. in rub.
C. de pœn. iudic. qui malè iud. Salicet. in l. fin.
eod. tit. Petr. Gerar. ſing. 67. qualiter. in princ.
ita contrà ſunt obligati pro malè geſtis, quæ
diſſuadente matre & contradicentibus pro-
pinquis ſuſceperunt, ex doctrina contrario-
64 rum. Quartò † non uidetur dubitandum,
cùm unus ex his fratribus minoribus ad æta
tem adultã peruenerit, quin ipſo iure extincta
ſit patruorũ tutela, & ad hunc adultũ, ut proxi
mum fratrũ ſuorum agnatũ, tutela ſit deuolu
ta, l. ſi tutor. §. ſi duobus. ubi gloſſ. & Bartol. de
tutel. & rat. diſtrah. l. non ſolùm. §. pen. de ex-
cuſat. tutor. præſertim iure Saxonico, ut ex ar-
tic. 44. cum ſeq. lib. 1. & alijs notum eſt.

CONSILIVM XLVIII.

De iure patronatus, & uiſitatione.

SVMMARIA.

1 ¶ *Epiſcopus in dubio habet intentionem fundatam ratione ſuperioritatis in eccleſijs ſubiectis.*

2 *Ius patronatus eſt quædam eccleſiæ ſeruitus.*

3 *In iure patronatus ineſt ius defenſionis.*

4 *Eccleſia præſumitur à iure patronatus libera donec contrà probetur.*

5 *Ius patronatus, ſeu aduocatia, cedi, uendi, alienari poteſt.*

6 *Ius patronatus præſcriptione quæritur.*

7 *Vnum idemq́ ius non poteſt eſſe apud plures.*

8 *Terrarum domini non poſſunt ſibi inuicẽ iuriſdictionem impedire, nec ſubditos alterius contra dominum defendere.*

9 *Ius patronatus ex inſtitutione & donatione acquiritur.*

10 *Ius patronatus tranſit in quoslibet hæredes & ſucceſſores: & num. 14 15.*

11 *Ius patronatus eſt de ſpiritualibus, ſeu ſpirituali annexum.*

12 *Spiritualia cum uniuerſitate tranſeunt.*

13 *Ius patronatus cum conſenſu epiſcopi reſeruatur inſtituenti, uel dotanti.*

14 *Patronus dicitur aduocatus eccleſiæ: & ius patronatus, aduocatia, quia defendere & patrocinari debet.*

15 *Vt ius uniuerſale tranſit in ſucceſſorem, ita & ius patronatus.*

16 *Defendere eſt actus meræ facultatis, nec per non uſum præſcribitur.*

17 *Non præſcribitur ei, quod pendet ex facto alieno.*

18 *Ius defenſionis non præſcribitur, ut nec reliqua iura naturalia.*

19 *In incorporalibus non præſcribitur abſq́ prohibitione & patientia.*

20 *Vnico actu quæritur quaſi poſſeſſio ſuperioritatis.*

21 *Præſumitur in dubio actus non gratioſè geſtus, ſed iure ſeruitutis, uel ſuperioritatis.*

22 *Ordinationes Imperij ſecundum ius commune interpretandæ.*

23 *Protectionem ab alio, quàm ſuperiore, permiſſum eſt uniuerſitati quærere.*

24 *Exceptio pacti cũ alio facti, eſt exceptio iuris tertij, quæ nihil operatur.*

25 *Epiſcopus nemini ius quæſitũ minuere põt.*

26 *Inſtrumentum ut non prodeſt tertio non nominato, ita nec nocet.*

27 *Non conſenſiſſe inſtrumẽto præſumitur, qui in eo non nominatur.*

28 *Nemo tacendo intelligitur conſentire, quando de eius detrimento agitur.*

29 *Promiſſiones metu doloq́ extortæ, in ſpiritualibus ſunt ipſo iure nullæ.*

30 *Per protectionẽ ab altero quæſitam non uiolatur iuriſdictio ſuperioris.*

31 *Qui habet iuris regulam pro ſe, habet intentionem fundatam.*

32 *Sequeſtratio ut fiat, duobus opus eſt, iuſta cauſa & eius agnitione.*

33 *Non creditur iudici de iuſtitia ſequeſtri, niſi quatenus ex actis apparet.*

34 *Sequeſtratio ſine ordine facta, eſt nulla, & debet relaxari.*

35 *Sequeſtratio poſſeſſionis rei immobilis non eſt facienda, quando conſtat, quis ſit in poſſeſſione.*

36 *Poſſeſſori per ſequeſtrum non eſt auferenda poſſeßio.*

37 *Sequeſtratio fit, quando dubium, quis poßideat, & ob timorem armorum.*

38 *Sequeſtratio ante litem non eſt facienda, ſed demum reo conuicto.*

39 *Sequeſtratio fructuum an permittatur.*

40 *Princeps non poteſt ad ſequeſtrum procedere ſine iuſta cauſa, & eius cognitione.*

41 *Cauſa ſequeſtrationis iuſta nõ præſumitur, ſed eſt probanda.*

42 *Quando iudex non poteſt aliquid facere iure communi, tunc illa cauſa non præſumitur, niſi probetur.*

43 *Principi præſumitur iuſta cauſa moueri in his, quæ ſunt iuris poſitiui, non gentium.*

44 *Quando agitur de iure, uel poſſeßione alteri auferenda, Princeps non præſumitur iuſta cauſa moueri.*

45 *Quando Princeps aliquid facit iuris ordine prætermiſſo, nõ præſumitur id iuſtè facere poſſe.*

46 *Sequeſtratio non tantùm eſt remedium extraordinarium, ſed etiam ſubſidiarium.*

47 *Licet expellentem rurſum expellere incontinenti, hoc eſt, arbitrio boni uiri.*

48 *Domini terrarum quandocunq; poſſunt expellere uiolentos inuaſores.*

49 *Iniuria perſonalis ſtatim repellẽda: ſed realis, cùm primùm oblata occaſio.*

50 *Protector defendere tenetur eum, quem in protectionem recepit.*

51 *Non tenetur quaſi ratificans de ui ſubditus, qui reſtitutam ſibi à domino poſſeßionem recepit.*

52 *Spoliato inter alia auxilia licet officium iudicis implorare, ut ſe reſtituat.*

53 *Prædoni non eſt auferenda poſſeßione abſq; cauſa cognitione.*

54 *Etiam iniuſta poſſeßio non eſt per ſequeſtrũ, ſeu aliter auferenda, donec de cauſa cognoſcatur.*

55 *Superior quando poßit de facto procedere.*

56 *Superiori non creditur de facto procedẽti, et aſſerenti ſe facere ob ſcandala armorum.*

57 *Superiores de facto ad ſequeſtrationẽ libenter procedere ſolent.*

58 *Vt contumax nemo damnatur, niſi poſt ternam citationem.*

59 *Quando quis ipſo iure feudum amiſit, non tamẽ poteſt illi poſſeßio auferri abſq; cauſa cognitione, & ſententia declaratoria.*

60 *Metus iuſtus ſumitur ex præcedentibus uiolentijs & minis.*

61 *Viſitatio, uel inquiſitio quando, & ex quibus cauſis ab epiſcopo contra inferiorem inſtitui poßit.*

62 *In delictis puniendis non eſt facienda perſonarum diſtinctio, quo ad ordinem ſeruandum.*

63 *Epiſcopus abſq; ſufficienti infamia non debet ad inquiſitionem procedere.*

64 *Epiſcopo non creditur aſſerenti aliquem eſſe infamatum.*

65 *Viſitatio non poteſt fieri, niſi per epiſcopum, & eccleſiaſticas perſonas.*

66 *Procurationes quales uiſitantibus debeantur.*

HABET pro ſe dictus epiſcopus præſumptionem iuris. Nam cùm ipſe ſit, ſicut eſt in confeſſo, dominus huius monaſterij in ſpiritualibus, præſumitur etiam eiuſdem eccleſiæ patronus, niſi contrarium probetur. Etenim † prælati & monaſteria ſunt epiſcopo loci ipſo iure ſubiecta, c. cùm non liceat. de præſcrip. c. 1. c. abbates. cũ ſeq. 18. q. 2. c. de xenodochijs. de relig. dom. gl. uerb. tua. c. ſicut. 8. de relig. dom. niſi ſpeciali priuilegio ſint exempta, c. 1. 15. q. 2. quæ exemptio non præſumitur, donec probetur, cap. contra morem. 100. diſtin. gloſ. dict. cap. ſicut. uerbo, tua. in fin. de exceſſ. prælat. Vnde in dubio epiſcopus habet ratione ſuperioritatis intẽtionem ſuam fundatam in eccleſijs ſibi ſubiectis, quòd in ijs omne ſuperioritatis ius habeat, cap. 2. de reſtitut. ſpoliat. lib. 6. Socin. conſil. 86. in cauſa. numero 5. uolum. 1. Montan. in tract. fin. regund. cap. 61. num. 4. Euerard. in locis legalib. loco à tot. ad par. Schurff. conſil. 26. diligenter. num. 3. cen-

1

2 tur. 1. Deinde † ius patronatus, quod in dicto monaſterio uicinus dominus temporalis prætendit, eſt quædam ſeruitus eccleſiæ, Panorm. in cap. 2. numero 9. de iur. patron. Vnde ſeruitutibus comparatur, & ex earum iure æſtimatur, Hoſtienſ. eod. tit. numer. 5. Panorm. poſt gloſſ. in cap. 1. num. 7. cap. 2. num. 9. eod. Bald. in l. 2. num. 8. cum ſequen. C. de ſeruit. & aqua:
3 & † in iure patronatus ineſt ius defenſionis ac tutelæ, Hoſtienſ. de iure patronat. num. 1. & 3. Panorm. eod. titul. in rubr. numer. 4. & in
4 cap. quia clerici. num. 2. eod. tit. Vt † autem alias qualibet res præſumitur libera, niſi contrarium probetur, ut dixi ſuprà conſil. 4. in princip. & alleganti ſeruitutem incumbit probatio, l. altius. cum ibi not. C. de ſeruit. Iaſon l. ſi priùs. num. 40. de oper. nou. nunc. ſic eccleſia præſumitur à iure patronatus, & defenſionis alienæ, tanquam ſeruitutis, eſſe libera, donec contrarium oſtendatur, ut patet ex Franc. Balb. in tract. præſcript. 1. parte 5. part. princip. quæſt. 9. num. 1. 2. cum ſeq. Imò ne poteſt quidem

dem abbas monaſteriũ ſuum alij, quàm epi-
ſcopo ſuo ordinario ſubijcere, c. ſicut. 8. de ex-
ceſſ. prælat. Super hæc adducit epiſcopus titu-
lum fundationis & inſtitutionis, ex antiquis
tranſactionibus, quibus omnis ſuperioritas
ad epiſcopũ eſt deuoluta. Nam etſi in prima
fundatione Comes fundator ſibi & ſuis ſuc-
ceſſoribus ius aduocatiæ retinuit: tñ ex ſub-
ſequentibus conuentionibus & inſtrumentis
apparet, filium eius Comitẽ ius tale omne e-
5 piſcopo conceſsiſſe. Sicut † de iure tali ius ad-
uocatiæ, ſeu patronatus uendi, donari, cedi,
præſertim eccleſiaſtico, & uero, præcipuè ordi
nario, epiſcopo poteſt. Hoſtienſ. de iur. patron.
num. 6. & 7. per c. ex inſinuatione. eod. tit. cum
alijs per eum allegat. Res enim facilè redit ad
ſuam naturã, cauſamq́; primã ac legitimam,
l. ſi unus. §. pactus ne peteret. de pac. l. ab exor-
dio. 35. diſtinct. Dec. conſil. 88. ualet ſtatutum.
num. 2. Tiraq. in ſi. retract. conuent. num. 79.
Tertiò præſcriptionem adducit epiſcopus im
memorialem, & uarios actus exercitæ ſuperio
ritatis, non modò in ſpiritualibus, ſed etiam
in temporalibus, item protectionis, iuriſpa-
6 tronatus, &c. cuiuſmodi † etiam per præſcri-
ptionem acquiruntur, ut per multa probat
Franc. Balb. in tract. præſcriptionum in 1. par-
te 5. part. principal. quæſt. 9. per tot. ex com-
muni doctrina in c. querelã. de electione, præ-
ſertim accedente titulo, idem Balb. ibid. num.
5. & quando præſcribens eſt perſona eccleſia-
ſtica, quæ ſpiritualia poſsidere poteſt: idem
Balb. quæſt. 10. per tot. ex c. cura. ubi Panorm.
& alij. de iure patron. Quartò adducitur pro
eodẽ tranſactio & promiſsio iurata ipſius ab-
batis, qua ſe epiſcopo in omnibus ſubiecit, &
non aliam ſe quæſiturum aliunde protectio-
nem & tutelam promiſit. Hæc igitur ſunt præ-
cipua d. epiſcopi fundamenta, ex quibus con
cludit, uicinum Principem nihil ſibi iuris tu-
telæ ſeu aduocatiæ in d. monaſterio uẽdicare
7 poſſe, cũ † omne tale ius ad ipſum pertineat,
nec poſsit eſſe apud plures, l. ſi, ut certo. §. ult.
8 ff. commodati, l. 1. §. ult. de acq. poſſ. & † uetitũ
ſit in terrarum dominijs alterum alterius im-
pedire iuriſdictionem, Bald. in l. teſtamenta.
num. 2. & 3. C. de teſtam. Bart. in l. qui iuriſdi-
ctioni. num. 7. de iuriſdict. Gemin. in c. 1. nu. 2.
& 4. in c. 1. de of. ord. in 6. per §. non habent. in
authen. de defen. ciuit. §. iubemus. de collat. c.
duo. 9. c. paſtoralis. 11. de off. ord. c. 1. de off. le-
gat. c. 1. c. ut litigantes. de off. ord. in 6. uel alte-
rius ſubditos contra dominum defendere, l.
2. ubi Cuiac. C. ut nemo ad ſuũ patroc. lib. 11.
& in l. quidã. 132. de uerb. oblig. & C. Theodoſ.
lib. 11. tit. 24. de patr. uic. Quod & in publica
religionis pace decreto Imperij ſancita diſertè
cautum eſt, ne quis ſcilicet utriuslibet religio-
nis in protectionem ſuam ſuſcipiat ſubditos
alterius domini, &c. In contrarium tamẽ pro
uicino Principe non leuiora argumenta poſ-
ſunt induci, ac primùm ipſa inſtitutio & dota-
tio huius eccleſiæ facta poſt annũ milleſimũ à
Marchione & uxore eius, qui domini & pro-
feſſores fuerunt illius ditionis, quam nunc
9 Princeps tenet. Conſtat † autem ex inſtitutio-
ne & dotatione acquiri ius patronatus, Hoſt.
de iure patron. num. 1. Panor. ibidem in robr.
num. 6. & in c. 2. num. 11. eo. maximè quando
hoc expreſſum eſt, Panor. in c. 2. num. 10. & 11.
10 de iur. pat. & † eiuſmodi ius tranſire non mo-
dò in hæredes ſuos, ſed etiam in extraneos &
quoslibet ſucceſſores, Panorm. in c. 1. num. 2;
& in c. cùm ſæculum. numer. 3. de iure patron.
Quamobrem ad quem deuenit caſtrum, uel
territorium, cui annexum eſt ius patronatus,
ad eundem etiam iure uniuerſitatis tranſit pa
tronatus ius, Hoſt. de iur. patron. nu. 7. per c.
ex literis. c. cùm ſæculum. eod. tit. Panorm. in c.
illud. nu. 4. & meliùs in c. cùm ſæculum. nu. 1.
11 de iure patro. Quamuis † enim eſt de ſpiritua
libus, ſeu ſpirituali annexum, c. quanto. de iu-
12 dicijs, Franc. Balb. latè præal. loc. tamen † etiã
ſpiritualia cum uniuerſitate tranſeũt, l. in mo-
dicis. ubi gloſſ. & Dd. de contrah. emp. Inſtitu-
tionem autem & dotationem probant apertè
13 literę fundationis antiquæ, in † quibus etiam
expreſſè ius aduocatiæ ſibi & ſuis ſucceſſori-
bus fundatores reſeruarunt cum conſenſu e-
piſcopi, ut fieri debet, Hoſt. d. tit. nu. 4. per c.
quod autem. eod. tit. tribuentes huic quidem
ſuperioritatẽ in ſpiritualibus, ſed ita, ut ſi con
tingeret illũ minus rectè Eccleſiæ præeſſe, uel
huius bona imminuere, uel diſsipare, ut tum
ipſorum fundatorum ſucceſſores omnem ec-
cleſiæ huius curam ad ſeſe retrahere poſſent.
Ex quo liquet, ius patronatus dictis fundato-
ribus eorumq́; ſucceſſoribus retentũ & acqui
14 ſitum eſſe. Nam † aduocatia ſignificat ius pa-
tronatus, & patronus, aduocatus, defenſor ec
cleſiæ ſunt termini cõuertibiles, ac pro eodem
ponuntur, ut dicit Hoſtienſ. de iure patronat.
num. 1. per c. præterea. eod. tit. cap. ſingulis. §.
ult. de ſtatu monachorum, Zaſ. in epit. feud.
parte 10. num 55. Patronus enim dicitur de-
fenſor & aduocatus eccleſiæ, qui eã ab omni-
bus oppreſsionibus defendere debet, & eidẽ
patrocinium præſtare, Hoſtien. præll. loc. nu.
3. & melius Panor. in c. quia clerici. num. 2. eo.
tit. Atq; hoc quidem dubium non habet, ſed
probatione facti opus eſt, ut ſcilicet probet uici-
nus Dux, ſe illorum fundatorum eſſe ſucceſſo
rem. Nam hoc non ſatis docetur ex ſitu ipſius
loci: imò monaſterium prædictũ negatur ia-
cére in ducatu illius Principis, & aſſerit epiſco
pus, quamuis aliquæ dotes huius monaſterij
poſsint eſſe ſitæ in d. territorio, tamen ipſum
monaſterium & eccleſiam extra, atq; adeò in
ſua diœceſi ſitã eſſe, & proinde principale non
ſequi acceſſorium, ſed contrà acceſſorias ec-
cleſiæ dotes ipſam principalem eccleſiam, &
eius ius ſequi oportere, l. cùm principalis. de
reg. iur. c. acceſſorium. cum ibi not. eod. lib. 6.
quod proculdubio uerum eſt. Itaq; probatio
aliunde

aliũde ſumẽda erit, ut ex antiquis litėris con-
uentualium, quæ id cõfitentur, & quibus me-
ritò in factis antiquis ſtatur, c. cũ cauſam. ubi
Dd. de probat. Crau. de antiq. temp. & oſtendi
poteſt Principem factum eſſe ſucceſſorẽ uni-
uerſalem in ea parte ditionis, quam d. funda-
15 tores poſſederunt. Ex quo ſequetur, ad † eum,
uelut uniuerſalem ſucceſſorem, ius quoq; pa-
tronatus tranſiuiſſe, d. c. cùm ſeculum. ubi Pa-
norm. num. 1. de iur. patron. Nec obſtat, quòd
d. Princeps hoc iure patrocinij non ſit uſus,
neq; multos actus exercitæ huius defenſionis
16 oſtendere poſsit. Nam † defendere eſt actus
meræ facultatis, ut reliqua omnia, quæ ſunt
facti, & à uoluntate pendent, nec nouum ius
inducunt ſi fiant, ſed declarant tantùm, & con
firmant ius ante quæſitum, ut aſtruit Franc.
Balb. in tract. præſcrip. parte 4. quintæ quæſt.
princ. quæſt. 1. num. 3. eoq; impræſcriptibilia
ſunt. l. uiam pub. ubi gloſſ. & Bart. de uia pub.
latè Franc. Bal. præall. loc. num. 5. cum ibi alle-
gat. & cùm hæc defenſio tantummodo præ-
ſtari debuerit ad petitionem eccleſiæ, & (pro-
ut eſt in fundatione) ſi cõtingeret epiſcopum
bona eius diſsipare, patet illud pepẽdiſſe ex
facto alieno, atq; ita nihil negligentię imputa
ri potuiſſe Principi, quòd defenſionẽ nõ præ-
ſtiterit, nulla eius petitione facta, nec neceſsi-
17 tate diſsipationis occurrẽte. Quare † non po
tuit hoc ius præſcribi, ſicut in ſimili non præ-
ſcribitur exceptionibus, quæ etiã ſunt defen-
ſiones, l. defenſiones. C. de excep. hæ mille qui-
dem annis, quia pendent ex facto alieno, nec
opponi poſſunt ante quàm alius agat, & ue-
lut offendat, Bart. in l. ſicut. num. 2. C. de præ-
ſcrip. 30. annor. per l. 1. §. ul. C. de annali excep.
glo. in l. 3. uerb. perſecutionem. C. de præſcrip.
30. annor. & in l. ſicut. per illum text. C. de pre-
ſcript. Panormit. & Felin. in cap. omni autem.
de reſcriptis, Franc. Balb. in tract. præſcriptio-
num, 4. parte quartæ partis principalis, quæ-
ſtione 34. nec ſeruitutibus, iuriſdictionibus
aut ſimilibus etiam præſcribitur 100. uel plu-
ribus annis, quando caſus utendi non inci-
dit, l. hæc autem iura. ubi Bald. num. 1. de ſer.
urb. præd. Bar. l. cùm ſcimus. nu. 2. C. de agr.
& cenſ. lib. 11. Cyn. l. 1. num. 5. C. de ſer. Iaſ. l. be-
neficia. num. 36. de conſt. Princ. Alexan. conſ.
136. in cauſa. num. 18. uol. 2. Chaſſ. in conſuet.
Burg. rubr. 1. de iuſtic. §. 4. uerb. noua militia.
num. 11. Præterea & illud cõſtat, defendere ſeu
ius defenſionis eſſe ius naturæ & gentium, l. 3.
18 de iuſt. & iure, cũ ibi notat. Quæ † autem ſunt
eiuſmodi, ea ſua natura præſcribi nõ poſſunt,
ut pluribus deducit idem Balb. in d. tractat. 4.
parte quintæ partis principalis in 6. quæſt.
19 per tot. Deinde † ut iſto caſu potuiſſet epiſco-
pus contra d. Principem hoc ius patronatus
præſcribere: tamen neceſſe fuiſſet interueniſſe
prohibitionem, & in tali prohibitione d. Prin
cipem acquiſiuiſſe, per ea quæ traduntur in l.
quo minus. ubi Iaſ. numer. 31. ff. de fluminib.
Franc. Balb. præalleg. loc. in 5. quæſt. numer. 3.
per l. qui fluminibus. de ſeru. ruſtic. præd. cap.
ſignificante. de appell. & cap. abbate. de uerb.
ſignific. Schurff conſil. 1. numer. 16. centur. 3.
cuius prohibitionis, utpote quæ facti ſit pro-
batio, epiſcopo incumbit, l. 2. de probat. Facta
enim non præſumuntur, ſed probantur, l. ſiue
poſsidetis. C. de probat. l. aſſeueratio. C. de nõ
numer. pecun. Deinde allegatur, & fortaſſe e-
tiam probari poterit unus actus pręſtitę eiuſ-
20 modi defenſionis, ex † quo unico actu quæ-
ſita eſt quaſi poſſeſsio iuris patronatus, ut cõ-
cludit d. Franc. Balb. præall. tract. in 1. parte 5.
partis principalis, num. 5. cum ibi allegatis,
Pariſ. conſil. 25. num. 87. uol. 1. Panorm. c. cùm
eccleſia. num. 22. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.
21 Et † in dubio præſumitur talis actus non eſſe
gratioſè permiſſus, ſed iure ſuo, ſeruitutis ui-
delicet, & confirmandi iuris cauſa exercitus,
per ea quę tradit Curt. in repet. c. final. in 7. re-
quiſito, extrà de conſuetud. etiamſi cõtrà diſ-
putet Pariſ. conſil. 114. num. 19. 20. 21. 22. uo-
lum. 1. qui uult, uſum non prodeſſe, niſi quis
doceat ſe ſuo ſeruitutis, uel alio iure dominij
uſum eſſe: quod uerum non uidetur Alexan.
conſil. 51. uiſo. in fin. uol. 1. Dec. conſil. 56. in
cauſa. num. 3. Bald. c. cùm cauſam. num. 12. de
teſtibus, Balb. l. Celſus. parte 4. quæſt. 1. nu. 4.
de uſucap. fac. l. quædam. de rei uend. l. 2. ubi
Bald. num. 2. 3. C. de probat. l. quoties. ubi Iaſ.
per illum text. uerb. in detinendo dominio. C.
de rei uendic. l. 2. C. de acq poſſeſ. l. qui iure fa-
miliaritatis ubi Caſt. num. 2. de acq poſſ. Soc.
ſenior num. 18. Socin. iun. num. 124. in l. 1. de
acq. poſſ. & l. naturaliter. §. nihil. nu. 31. de acq.
poſſ. Mazol. conſil. 4. num. 70. & 165. Deinde
confeſsiones hîc extant, & literæ antiquæ mo-
nachorum ac regiſtra monaſterij, quibus con
fitentur ſemper in caſibus periculoſis talẽ tu-
telam apud Principes iſtos uicinos quæſitam
eſſe: unde non leue adminiculũ accedere huic
probationi poteſt, Iaſ. nu. 137. & Dd. l. admo-
nendi. de iureiur. Salic. l. exẽplo. C. de probat.
latè Crauet. de antiq. temp. parte 1. §. quid in
libro. per totum. Sed etſi tale ius à maioribus
& prima fundatione Princeps non habuiſſet,
nihilo tamen minus permiſſum ei foret uici-
num abbatẽ uiolenter oppreſſum in tutelam
22 & defenſionem recipere. Nam † & ordinatio
Imperij, ut reliqua ſtatuta, iuxta terminos iu-
ris communis accipienda eſt, l. 2. C. de noxal.
act. ſcilicet ut non poſsit alterius homo in tu-
telam recipi cum imminutione iuris ſuperio-
23 ris. Nam † aliàs permiſſum eſt communitati
alicui ſe dare in protectionem alterius, etiam-
ſi alioqui ſit ſub aliquo epiſcopo, ut cõtra in-
iuſtam uim defendatur. Etenim talis defenſio
etiam ſubditis eſt permiſſa, ut eam undecũq;
quærere poſsint, nec per id intelligitur immi-
nui iuriſdictio ſuperioris, ut probat Schurff.
in conſi. 23. quod ueritas. numer. 1. 2. cum ſeq.
cent. 3. per c. præcipimus. ubi Panor. in ul. not.
de pri-

de priuilegijs, & c.ex parte 2. eod. tit. cū ibi al-
legat. Et hæc quidem pro uicino Principe &
iuſtificandis eius hac in parte iuribus ac qua-
ſi poſſeſsione adduci poſſunt: quæ confirma-
būtur etiam refutatione earū rationum, quæ
pro parte epiſcopi ſuperiùs adductę ſunt. Nā
quod ad primam rationē attinet, ſcilicet præ-
ſumptionem eſſe pro ipſo, hoc negari omni-
no nō poteſt, ſed contraria probatione dilui
debet: quia ueritate apparente in cōtrarium,
omnis præſumptio ceſſat, l.continuus. §.cùm
ita. de uerbor.oblig. Probari autem hîc poteſt
ex allegat. literis fundationis, & reſeruatione
iuris patronatus, itē monaſterij regiſtris, ut ſ.
dictum eſt, quòd ius patronatus à ſuperiorita
te epiſcopi planè ſeparatū eſt, ita ut apud lai-
cum eſſe poſsit, Hoſtienſ.d. tit. de iure patron.
& ibid. Panorm. iure uniuerſitatis Principum
Germaniæ, prout ſuprà dixi conſil. 4. Secun-
dò non obſtant tranſactiones antiquæ, quas
epiſcopus cum abbate fecit, & quibus ius o-
24 mne ad ſe traduxit. Nam † primùm tales con
uentiones factæ ſunt cum epiſcopo alio & ex-
terno. Huic igitur modò agenti pactum inter
alios factū prodeſſe non debet, l. ſi unus. §.an-
te omnia. de pact. iuxta regulā, Res inter alios
actas, maximè cùm pacta & trāſactiones ſint
ſtricti iuris, glo. in l. iuriſgentium. § quinimò.
& ibi Dd. de pact. cum ſimil. & nemo excepti-
one iuris tertij ſe adiuuare poſsit, l. loci §.com
petit. ſi ſeruit. uendic. Bart. & Caſt. in l. 1 & 2. de
excep. rei iud. Deinde eiuſmodi pacta & tranſ-
actiones non potuerūt tertio ius ſuum aufer-
re, uel imminuere non conſentiēn. d. l. ſi unus.
§.ante. l. ult. & paſsim, de pact. l. debitorum. C.
eod. Ex dictis autem tranſactionibus appa-
ret, eas tantùm eſſe factas inter epiſcopū & ab
bates dicti monaſterij. Vnde Ducibus uicinis
ius patronatus habentibus auferre ius hoc
25 ſuum non potuerūt. Nam † ne epiſcopi qui-
dem poſſunt ius alicui diminuere citra eius
conſenſum, c.2. ubi gloſ. ad uerb. diminuit. de
26 exceſsib. prælat. cum ibi allegatis: & † inſtru-
mentum contractus ut non prodeſt, ita nec
nocet tertio, qui non conſenſit, nec in eo ſcri-
ptus inuenitur, Dec. conſil. 407. uiſis. num. 4.
27 ac † conſenſiſſe non præſumitur, qui in inſtru
mēto non nominatur, per ea, quæ tradit Bald.
in l. ad probationem. C de probat. in princip.
& in l. intereſt. C. de ſolut. & conſil. 189. credi-
tor. num. 3. uol. 2. præſertim cùm hæc ſit ſolen-
nitas extrinſeca, quæ non eſt præſumenda, l.
quæcunq; §. ul. de Pub. in rem act. Iaſ. & Dd. in
l. ſciendum. de uerb. obl. cum ſimilibus: ſicut
28 † etiam nemo tacitè intelligitur conſentire,
quando de ſuo præiudicio agitur, l. filiusfam.
§. inuitus. de procurator. cum ſimil. Præterea
allegatā hæc tranſactio ui eſſe extorta, cùm ab-
bas ad carceres fuerit poſitus, nec ante miſsio
nem impetrare potuerit, quàm eiuſmodi promiſ-
29 ſioni aſſentiretur. Conſtat † autē in ſpirituali-
bus, & quæ his cohærent, promiſsiones dolo
uel metu extortas, ipſo iure eſſe nullas, Iaſon
in authen. ſacramenta puberum. num. 11. C. ſi
aduerſus uendit. Menoch. conſ. 2. n. 233. cum
multis quæ cumulaui ſuprà conſil. 23. Quare
hîc talis promiſsio de iure patronatus, ſeu de-
fenſionis, & aduocatiæ eccleſiæ, & ſic de re ſpi-
rituali facta, quæ illius pars eſt, pro nulla ha-
beri debet. Quod enim iuris eſt in toto, idem
eſſe debet in parte, l. quæ de toto. de rei uēd. ut
perperam obiectū ſit, debuiſſe dictū abbatem
priùs ſe ab hac pmiſsione liberare, quàm in
alterius protectionē ſe daret. Cùm enim ea pro-
miſsio nulla fuerit, ut dictum eſt, utpote per
metum extorta ſuper re ſpirituali, aut illi an-
nexo iure patronatus, (de quo idem quod de
ſpiritualibus iudicatur) ſequitur, non neceſſe
fuiſſe liberari abbatem ab eo, quo nō tenere-
tur, l. ſi mulier. §. ij dos. ubi glo ad uerb. ullam,
ff. quod metus cauſa. Quod enim nullum eſt,
reſciſsione opus non habet, l. nam etſi. de in-
iuſt. rupt. teſt. utpote quod nullum pariat effe
ctum, Soc. conſi. 115. num. 15. uol. 4. Itaq; non
rectè concluditur, idē ius non poſſe apud plu
res eſſe, maximè in præſente materia iuris pa-
tronatus, quod diuerſis reſpectibus rectè apud
plures eſſe poteſt, Panor. in c. 2. num. 11. de iu-
30 re patron. Item † non ſequitur, quòd per hāc
protectionē alterius iuriſdictio immiouatur,
ut Schurff. oſtendit d. conſ. 23. num. 1. cùm de-
fenſio ſit facultatis naturalis planè à iuriſdi-
ctione ſeparatę, nec immiouat iuriſdictionem
alterius: eoq; epiſcopis ſubiecti, ut antea dictū
eſt, poſsint eiuſmodi protectionē ſibi parare,
c. recepimus. c. ex parte. de priuileg. Schurff. d.
conſ. 23. quod uerſ. ius. num. 1. 2. cent. 3.

Quod ad alteram quæſtionem attinet, in
qua de ſequeſtratione, aut reſtitutione poſ-
ſeſsionis ambigitur, fundata eſt intentio Prin
cipis in regula communi, quæ regulariter ſe-
queſtrationes prohibet, l. unica, C. de pro-
hib. ſequeſtrat. cap. 2. extrà de ſequeſtratione.
31 Qui † autem habet iuris regulam pro ſe, ha-
bet intentionem fundatam, & eo ipſo probat,
quòd non probetur contrarium, Iaſ. in l. 2. nu
mero 33. ſi quis in ius uocat. uelut in materia
ſequeſtrationis decidit Schurff. conſil. quod
in præſenti. num. 6. cent. 6. cum ibi alleg. Bald.
32 in cap. 1. num. 2. de alienat. iudicij. Quare † ut
poſsit decerni ſequeſtratio, duo ſunt proban-
da: primò, quòd iuſta ſubſit cauſa ſequeſtra-
tionis: ſecundò, ut cauſa illa cognita fiat, Al-
ber. in fin. Socin. num. 3. in l. ſi fideiuſſor. §. fin.
ff. qui ſatiſdare cogant. Curt. in l. unic. numer.
49. C. de prohib. ſequeſtr. Pariſ. in conſil. 41.
optimum. num. 22. uol. 1. Nec cauſa talis iuſta
præſumitur ſubeſſe, niſi probetur, Panorm. in
c. 2. num. 22. de ſequeſtr. poſſeſ. Zabarel. clem.
33 unic. num. 22. de ſequeſtrat. Neq; † creditur
iudici de iuſtitia ſequeſtri, niſi quatenus ex a-
ctis probatur, Ang. conſ. 107. Iacob. num. 3. in
fin. Curt. in d. l. unic. num. 49. Dec. conſil. 366.
prudenter. num. 13. Anch. conſil. 292. num. 2.
adeò

34 adeò † ut ſi de iuſtitia & cauſæ legitima cò-
gnitione non appateat ſequeſtrum factum, ſit
ipſo iure nullum, ut contra ordinem iuris fa-
ctum, & caſſati ac relaxari debeat, Curt. in di-
cta l. unic. quæſt. 13. Pariſ. dict. conſil. 42. num.
23. Gratus conſi. 28. euidentia. num. 3. uolum.
1. Rom. conſil. 258. circa. num. 2. & 4. Schurff.
conſil. 15. quod in præſenti. num. 5. & conſil. 6.
cùm nullitas. num. 4. cum ſequen. cent. 3. Per-
35 ſpicuum † eſt etiam, in immobilibus non de-
bere à iudice ſequeſtrari poſſeſsionem, quan-
do conſtat quis poſsideat, ſed mandandum
eſſe alteri patti, ne ad poſſeſsionē alterius ac-
cēdat, Bald. in l. unic. numero 1. C. de prohib.
ſequeſtrat. & in l. ult. num. 10. C. de edict. diui
Adriani tollen. & in cap. 1. numer. 6. & 7. de ſe-
queſtratione, Angel. conſil. 107. nu. 3. Zabar.
36 in clement. 1. num. 9. de ſequeſtrat. Nam † poſ
ſeſſori non eſt auferenda poſſeſsio per ſeque-
ſtrum ante cauſæ cognitionē, ne à iudice qui-
dem, quamuis etiam poſſeſsio eius ſit iniuſta,
Roman. conſil. 258. circa. num. 1. & 2. Ancbor.
d. conſil. 248. num. 2. & 3. Dec. conſil. 366. nu.
13. Schurff. d. conſil. 6. numero 8. centur. 3. ſed
37 † tum demum ſit ſequeſtratio, quando du-
bium eſt, quis poſsideat, & propter illud du-
bium oritur timor armorum, Ferrar. in for. ſe-
queſt. in princip. num. 3. Panor. in cap 2. num.
14. Bald. in cap. 1. nu. 3. 6. & 7. de ſequeſtr. Idem
Bald. conſil. 244. num. 1. parte prima, Cornæ.
conſil. 292. uiſis. num 6. uolum. 3. Hoſtienſ. de
38 ſequeſtrat. Sed † nec ante iudicium & litem
conteſtatam ſequeſtratio facienda eſt, Bald. in
cap. 1. numero 4. de ſequeſtrat. maximè ſi pa-
ratus eſt poſſeſſor ius ſuum iudicio defende-
re, Baldus ibidem num. 5. Nam tunc non niſi
reo conuicto debet fieri ſequeſtratio, Salicet.
in l. unic. num. 4. C. de prohib. ſequeſtr. & me-
liùs Aemylian. conſil. 77. uidetur. num. 2. & 3.
pro quo text. in clement. 1. de ſequeſtrat. ubi
39 † ne fructuum quidem permittitur ſequeſtra-
tio ante ſententiam latam, & ad idem l. Impe-
ratores. §. ult. de appellat. ubi Bartol. Imol. &
Dd. Panorm. in cap. ult. num. 8. 9. 10. de ſeque-
ſtrat. Curt. in l. unic. numer. 8. C. de prohib. ſe-
40 queſtrat. ac † ne Princeps quidem procede-
re ad ſequeſtrum debet abſq; hoc iuris ordi-
ne, nimirum cauſæ cognitione, & ſubſiſtente
41 iuſta ſequeſtrationis cauſa, quæ † eſt proban-
da, cùm non præſumatur, Dec. in l. ult. num.
6. C. de edicto diui Adriani, Zabarel. in dicta
42 clem. unic. num. 22. Nam † quando iudex a-
liquid facere non poteſt de iure communi, ni-
ſi in certo caſu, aut certa cauſa, tunc illa cauſa
non præſumitur, niſi probetur, Bartolus in l.
item ſi ſuſpectus. per illum textum, de procu-
rat. Iaſon in l. 1. numero 60. & ibidem Purpu-
rat. num. 557. de officio eius cui mandat. Al-
ciat. tractat. præſumpt. numero 3. præſumpt. 9.
43 numero 27. Sed † & Princeps licet in his quæ
ſunt iuris poſitiui, præſumatur iuſta cauſa mo
ueri, tamen non item in his, quæ ſunt iuris na-
turæ, uel gentium, Menoch. remed. recuper. 8.
numero 56. cum multis ſequent. comprimis
44 † quoties agitur de re, uel poſſeſsione alteri
auferenda, Menoch. latè præalleg. loc. cum ibi
adductis, Dec. conſil. 576. pro reſolutione. in
fine, per l. ſi donat. C. de collat. Roman. conſil.
436. quod indultum. in fin. Felin. in 5. concln
ſione, & Doctores in cap. quæ in eccleſiarum.
de conſtitut. Alciat. in tractat. præſumpt. reg.
3. præſump. 8. num. 3. 4. & 5. ubi dicit eſſe com-
45 munē. Item † ſi quid faciat iuris ordine præ-
termiſſo, non præſumitur id poſſe iuſtè face-
re, niſi doceatur, Alciat. præalleg. loc. numero
ſeptimo, per cap. nouit. ubi Panor. & Docto-
res, de iudicijs, & idem Alciatus reg. 3. præſum
ptione 9. numero 18. cùm hoc ſit de genere il-
licitorum; contra quæ præſumitur, l. ſi non
conuicij. C. de minorib. l. 1. C. unde ui. In præ-
ſente autem caſu non modò nondum lata eſt
ſententia, ſed ne quidem iudicium inchoa-
tum: & apertum eſt, dictum abbatem fuiſſe &
eſſe huius monaſterij poſſeſſorem. Ex quo ne-
ceſſariò ſequitur, ſecundum prædicta, non o-
portere hîc ad ſequeſtrationem perueniri, ſed
relinquendum eſſe commodum poſſeſsionis
poſſeſſori, qui ſe ad iudicium offert, & para-
tus eſt defendere, donec de tota cauſa legiti-
46 mè cognoſcatur. Sequeſtratio † enim eſt re-
medium non tantùm extraordinarium, ue-
rumetiam ſubſidiarium. Vnde quādo iure or-
dinario prouideri poteſt, non debet huic lo-
cus eſſe, Bal. l. unic. nu. 2. C. de prohib. ſequeſt.
Schurff. conſil. 15. quod in præſenti. num. 15.
centuria 1. ex regula l. in cauſæ. 17. de minor.
iunc. l. 1. de dol. l. quia. 11. l. qui. 14. de præſcrip.
uerb. neque inchoari res ab executione, l. 1. C.
de exec. rei iudic. & facto ſequeſtrationis, Bal.
in l. unic. numer. 2. C. de prohib. ſequeſtrat.
Schurff. conſil. 15. nu. 6. cent. Nec in contra-
rium facit, quod ab epiſcopo allegatur poſſeſ
ſionem hanc abbatis eſſe uiolentam, quaſi ab
illuſtri Principe uicino per uim ſit introdu-
ctus. Nam quòd indebitè ui & armis ab epi-
ſcopo antea erat ſpoliatus, licitè à ſuo prote-
ctore, & defenſore petijt ſe reſtitui, & reſtitutus
eſt, cùm liceat eum, qui per uim poſſeſsionem
abſtulit, rurſus ui expellere incontinenti, l. 3.
§ cum igitur. de ui & ui armata: & ita reſtituta
poſſeſsio non ui poſsideri, ſed potiùs in pri-
ſtinā cauſam reuerti intelligitur, Dec. conſilio
460. numer. 16. Ruin. conſil. 38. num. 1. conſi-
lio 42. numero 2. 3. conſil. 43. numer. 2. lib. 4.
Crauet. conſil. 4. num. 8. 9. Neuizan. conſi. 80.
numero 10. per l. 3. §. eum qui. l. qui poſſeſsio-
nem. de ui & ui arm. Menoch. conſil. 2. numer.
179. Iaſon l. clam. §. qui ad nundinas. numer.
47 25. de acquir. poſſeſſ. Dicitur † autem incon-
tinenti arbitrio boni uiri, cùm primùm fieri
poteſt, Bartol. & Dd. dicta l. 3. §. cum igitur. I-
deò cū potens aliquis expellit de uno caſtro,
ad quod recuperandum requiritur magnus
apparatus, qui fortè nō poteſt fieri in ſex men
ſibus,

ſibus, nihilominus incontinenti dicitur fieri
poſt tantum temporis, quod requiritur ad ap
paratum pro conditione rerum & perſona-
rum, ut declarat Bartol. in dicto §. eum igitur.
num. 3. Panorm. cap. ult. num. 11. de ordin. co-
gnit. Rub. l. naturaliter. §. nihil commune. nu.
158. de acquir. poſſeſſ. Ruin. conſil. 42. num. 7.
48 lib. 4 Menoch. conſil. 2. num. 179. quod † ma-
ximè procedit in dominis terrarum, qui non
ſuſpicantur ſe facilè poſſe repelli, Bartol. præ-
alleg. loco in prin. Vnde etiam illis licitum eſt
quandocunque recuperare facultate oblata, e-
tiam poſt decennium, Baldus in l. ult. num. 1.
& 2. C. de his qui à non dom. manu. Angel. §.
quadrupes. numer. 22. Inſtit. de action. Panor.
49 in c. olim. nu. 10. & 13. de reſtit. ſpol. Et † quod
dicitur incõtinenti, ſeu flagrante crimine pro-
pulſandam eſſe iniuriam, de perſonali iniu-
ria accipiendum eſt, non de reali, quæ ſemper
incontinenti dicitur propulſari, quando pri-
mùm facultas eſt oblata, Bartol. in dicto §. o-
mnium igitur. in fin. & quòd abbas monaſte-
rij ab epiſcopo ſpoliatus, ante omnia ſit reſti-
tuendus, expreſſè demonſtrat tex. in cap. gra-
uis. cap. conquerente. ubi Panorm. num. 1. &
12. de reſtit. ſpol. ubi Panorm. num. 14. diſertè
ſubiungit, quando conſtat de iniuſta ſpolia-
tione monaſterij, epiſcopum ad reſtitutionẽ
teneri. Nec enim debet ſpoliare eos, quibus
debet paterna prouiſione conſulere, cap. con-
querente. de reſtit. ſpol. cap. unic. de natis ex
lib. uen. Hoſtien. de offic. ord. num. 3. & quod
ipſum ex officio alijs prohibere neceſſe ha-
bet, ipſum committere non oportet, l. altius. ſi
ſer. uen. Boer. deciſ. 304. num. 6. Potuit igitur
Princeps protector ui & armis abbatem deie-
50 ctum reducere in poſſeſsionem. Nam † pro-
tector tenetur defendere eum, quem ſub pro-
tectionem recepit, etiam cum armis, Schurff.
dicto conſil. 23. num. 1. centur. 3. per l. deſerto-
rem. §. ult. de re milit. l. 3. C. de excuſatione mu
ner. lib. 11. ubi Angel. & gloſſ. in rubr. C. de do
meſticis & protectoribus, lib. 12. Poſito etiam,
quòd hac in reſtitutione uiolentia aliqua cõ-
miſſa eſſet, tamen propterea abbas ſua poſſeſ-
ſione ſpoliandus non ueniret, cùm non ipſe
hoc fecerit, ſed ſuperior, cuius auxilium, quod
contra uiolentiam etiam ordinarij poteſt im-
plorari temperatis uerbis, Aluar. cap. 1. §. ſi ue-
rò. num. 3. 4. de mil. uaſal. qui contra conſtit.
Lothar. ubi Iſer. num. 6. 7. Bald. num. 3. Afflic.
numer. 70. Iacob. in inueſt. uerb. dicti uaſalli
pro rebus. num. 7. 8. Molin. de feud. §. 1. gloſſ.
4. numer. 40. implorabat, qui in quaſi poſſeſ-
ſione aduocatiæ fuit, & adhuc eſſe noſcitur,
nec poſſet dici ranſicando teneri de ui, ſicuti
51 † nec ſubditus, qui fruitur poſſeſsione, quam
illi magiſtratus, uel ſuperior manu militari
reſtituit, cap. conquerente. ubi Dd. de reſtitut.
ſpol. l. qui reſtituere. de rei uendic. iunc. l. iuſtè
poſsidet. cum ibi not. de acquir. poſ. qua de re
dixi 8. conſil. 1. Poteſt enim iudex hoc caſu de

ſpoliatione teneri, ſi indebitè facta eſt reſtitu-
tio, non etiam poſſeſſor, quem authoritas ſu-
perioris excuſat, & qui iure ſibi conceſſo uti-
tur: de quo plura Iaſon in dicta l. iuſtè poſsi-
det. num. 24. cum ſequentibus, præſertim an-
tequam de iniuſtitia conſtet, Dec. & Cag. in l.
non uidetur. §. qui iuſſum. de reg. iur. & pro-
betur, quòd tale factum ſuperioris malitioſè
ſit procuratum, Cagn. in d. l. non uidetur. §. 1.
num. 4. cum ibi alleg. id quod non præſumi-
52 tur, cùm † iure communi liceat ſpoliato inter
alia remedia auxilium ſuperioris & officium
iudicis, ut ſe ſpoliatum manu militari reſti-
tuat, implorare, c. quia. 5. de iudic. cap. bonæ.
de appel. Coraſ. in l. naturaliter. §. nihil com-
mune. num. 40. de acquir. poſſeſſ. Franc. Ripa
in repet. cap. ſæpe. num. 9. de reſtit. ſpol. per do
ctrinam Specul. in §. 1. eodem tit. Qui autem
iure communi utitur, licitè, non malitioſè fa-
cere præſumitur, iur. uulg. Sed ut maximè in-
iuſta hæc eſſet abbatis poſſeſsio, poſito eo, nõ
conceſſo, tamen quia poſſeſsio eſt, & alioqui
ius à poſſeſſore hic obtineri poteſt, qui ſe ad
53 iudicium non ſuſpectum offert, ideò † ipſi,
quamuis eſſet prædo, ſua poſſeſsio de factò
nõ poſſet auferri abſque cauſæ cognitione, cap.
54 in literis. 5. de reſtit. ſpol. cum ſimil. Et † pro-
inde non poſſet etiam, ne à iudice quidem, ſe-
queſtrari, & ita proceſſus inchoari ab execu-
tione ſequeſtrationis, etiamſi iniuſtiſsima eſ-
ſet poſſeſsio, Roman. d. conſil. 258. circa. num.
1. & 3. Dec. conſil. 366. num. 13. &c. Nemini e-
nim, etiam iniuſta poſſeſsio, ſine cauſæ cogni-
tione eſt auferenda, cap. licet. de præben. lib.
6. Socin. in tract. de citat. artic. 7. num. 5. Nam
quod dicitur poſſe ſuperiorem omiſſo iuris
ordine de facto ab executione incipere, An-
55 chor. conſil. 277. ex prædicta. num. 8. hoc † in-
telligendum eſt, quando non modò ſubeſt
iuſtus timor periculorum & ſcandalum ar-
morum: ſed etiam, quoties aliter ius obtineri,
56 niſi per uiam facti, nequit: in † quo non cre-
ditur iudici hoc aſſerenti, ſi dicat, incubitura
fuiſſe pericula & ſcandala, niſi de facto pro-
ceſsiſſet. Si enim aſſertioni iudicis ſuper eo cre
deretur, ſemper poſſet hinc ſumpta occaſione
incipere ab executione. Talibus autẽ figmen-
tis & fraudibus eſt obuiandum, ut pulchrè
declarat idem Anchor. præalleg. loc. per cap.
quoniam contra. de probationibus, cap. à no
bis. de teſtibus, cap. porrò. de diuortijs: maxi-
57 mè † cùm ſæpe ſuperiores de facto ad ſeque-
ſtrationem libenter procedere ſoleant, ut di-
cit. Hoſtien. titul. de ſequeſtratione, in fin. &
alioqui ſuprà oſtenſum eſt, cùm iudex proce-
dit ordine iuris non ſeruato, & facit aliquid,
quod regulariter facere non poteſt, niſi ex cer-
ta cauſa, tunc illius aſſertioni ſuper tali cauſa
non credi, niſi probetur, ne talibus prætexti-
bus aperiatur uia iniuſtitiæ, & iniuriarum in-
de naſcatur occaſio, unde iura naſci debent, l.
meminerint. C. unde ui. Sed & quamuis con-

Dd tradi

uinci poſſet, ut allegatur, contumaciæ abbas,
58 non † ſequitur tamen, poſſeſsionem auferri
ob contumaciam illi potuiſſe, qui iudicium
ſubterfugerit, niſi poſt ternam citationē (quæ
hîc nulla eſt, neq; præſumitur. Bald. tit. de pac.
iur. fir. §. ad hæc Felyn. capit. tenor. de re iudic.
Crauet. de antiq. temp. §. 3. numer. 8. Socin. de
citat. artic. 15. cum ibi alleg.) legitimè interpo-
ſitam, l. conſentaneum. cum authen. ſequen. in
uerb. ternis literis. item, ter citetur & tribus edi
ctis. C. quomodo & quando iudex, Bald. &
Feudiſtæ communiter in cap. 1. de mil. uaſ. qui
cont. eſt. Sed nec ob ſocietatem, uel receptio-
nem bannitorum, quam epiſcopus arguit, i-
pſo iure in bannum quis incidit, ut hîc opus
ſit cauſæ cognitione, & ſententia declaratoria
parium curiæ, cap. 1. ubi gloſſ. Aluar. & Dd. de
feud. ſine culp. non amitten. iunc. cap. 1. §. ſi uo
luerit. de cap. qui cur. uend. c. final. quo temp.
mil. gloſſ. ad uerb. reuertatur. in cap. 1. in prin.
de prohib. feud. alien per Feder. Schurff. conſ.
27. licet. num. 1. centur. 1. Zaſ. part. 10. num. 72.
59 Curt. parte 4. num. 155. Imò † etiam quando
quia ipſo iure propter feloniā ius ſuum ami-
ſit, tamen non poteſt illi auferri poſſeſsio abſ-
que cauſæ cognitione, & ſententia declarato-
ria, Zaſ. parte 10. num. 73. per Præpoſ. & Do-
ctores in cap. 1. §. item ſi fidelis. quibus mod.
feud. amit. Et in uniuerſum nequit dominus
propria authoritate auferre poſſeſsionem feu
di apud alium conſtitutam, Bald. in cap. 1. §.
callidis num 1. de prohib. feud. alien. per Fed.
Schurff. conſil. 41. & primo. numer. 6. centur. 1.
ut hic prætextu uiſitationis epiſcopum à uio
lentia, qua abbatem fugere coegit, non ſatis
excuſare poſsit. Nam etſi etiam iuſtæ fuiſſent
hic uiſitationis cauſæ, id quod negatur, & pro-
bandum eſt, tamen apertiſsimum eſt, nullum
iuſtum uiſitationis ordinem fuiſſe inſtitutū,
ſed proceſſum de facto, ui, & armis, & pericu-
lum non modò bonorum, uerumetiam uitæ
d. abbati fuiſſe creatum, nec ullam ab eius fu-
ga legitimam citationem aut cognitionem,
qua in contumacem proceditur, interueniſſet
ut etiamſi citatus eſſet legitimè d. abbas, iu-
ſtam tamen habuiſſe cauſam recuſandi iudi-
cem tam ſuſpectum; & deprecandi proceſſum
tam inordinatum ac uiolentum. Nam ubi iu-
dex cœpit procedere de facto & per uim, iu-
ſtus metus, qui in conſtantem uirum cadit,
excuſat eum, qui uim paſſus eſt, quo minus
tali iudici ulteriùs procedere uolenti parēre
cogatur. Et intelligitur hic metus tamdiu du-
rare, quoad comminationes ac uiolentia ac
indebitus proceſſus durant, Menoch. conſil.
1. num 287. nec cauſa ceſſat, Menoch. ibidem
60 num. 299. maximè † quando ſimili uiolentia
antea quoque ſit proceſſum, ut de prioribus
exemplis in futurum coniecturæ & cauſæ me-
tus probabiles ſumi poſſent, Bart. in l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi prætori. num. 15. cum ſeq. &
ibidem Iaſon & Dd. de oper. no. nunc. In præ-

ſente autem caſu non modò antea uiolenter
contra abbatem eſſe proceſſum per incarce-
rationem, & alios modos indebitos, ſed in
hac ipſa, quæ prætenditur, uiſitatione, nihil
ordine, ſed omnia uiolenter geſta eſſe, ut nul-
lo iuris ſchemate ac fuco excuſari poſsint, cū
ex ipſius facti atrocitate, tū ex iis, quę ſequun-
tur, ad factum collatis, intelligi manifeſtò po-
61 teſt. Nam † etſi ad inquiſitionem generalem
ſeu prouincialem canonibus ordinatam non
opus eſt præcedēte infamia, ſed ad arbitrium
eam epiſcopus inſtituere poteſt, ut ſuprà pro-
poſuimus: tamen ſecus eſt, quoties inquiſitio,
uel uiſitatio ſpecialis inſtituitur contra mona
chum, uel prælatum. Nam tunç requiritur ur-
gens neceſsitas, Socin. tract. de uiſitat. numer.
66. & neceſſe eſt infamiā præcedere, ut confir-
mat poſt Panorm. nu. 8. & 9. Felyn. optimè nu.
4. in c. olim. de accuſat. per text. in dict. c. qua-
liter. de accuſat. c. licet. ubi Felyn. de ſimon. Et
quod dicitur, de ſimplici & plano contra re-
gulares poſſe procedi, gloſſ. in cap. ea quæ. ad
uerb. à iudiciorū ſtrepitu. de ſtat. monachor.
per c. qualiter. 24. in fin. c. olim. de accuſ. c. per
tuas. de ſimon. hoc eam habet uim, ut clamo-
ſus ſtrepitus, & ſcrupuloſitas iuris omittatur,
cuius plerunq; clauſtrales ſunt ignari, & uerò
eſſe debent, cap. non magnopere. ne cler. uel
monach. Hoſtien. de ſtat. monachor. num. 7.
non etiam, ut ſine infamia præcedente, quæ ſit
loco accuſatoris, c. qualiter. de accuſat. Chilia.
de inquiſit. num. 2. 3. in pract. cap. 1. & ſubſtan-
tialibus iudicii naturalibus ꝓcedi queat. Nā
& hic ordo iuris eſt conſeruandus, & defenſio
infamato relinquenda, ac exhibendi infama-
tionis articuli, denique totus inquiſitionis
proceſſus ſeruandus, Felyn. d. tract. uiſit. num.
66. Felyn. d. c. qualiter. num. 21. de accuſat. Ete-
62 nim † in cognitionibus, & quando agitur de
perſonis puniēdis, eorumq; delictis iudican-
dis, non eſt facienda perſonarū diſtinctio, neu
reſpectus ad earundem diuerſitatem haben-
dus, c. in iudiciis. de reg. iur. in 6. & ita hæc in
terminis confirmant Felyn. in d. c. olim. nu. 4.
Panor. ibid. nu. 8. & 9. idem Felyn. in d. c. qua-
liter. nu. 21. de accuſat. Soc. d. tract. de uiſitat.
nu. 28. & idem Spec. de inquiſit. §. præuiſo igi-
tur. nu. 3. 4. 5. 6. 14. 27. ubi totam formā proce
dendi contra prælatum, uel monaſterium ex-
ponit, & ad idem Hoſtien. tit. de inquiſ. nu. 6.
per c. ſi primates. 5. quæſt. 2. text. in c. 1. de cen-
ſib. lib. 6. ubi in §. ſanè. diſertè definitur, quòd
quotieſcunq; orta eſt cōtra aliquos infamia,
& de crimine quæritur, ſolenniter & ordina-
rio modo inquiſitionis cōtra infamantem in
uiſitationibus ſit procedendum, & expreſsiùs
hoc ponit Panor. in c. ea quæ. num. 13. & 14. de
ſtat. monach. & ad idem text. in d. c. qualiter. 2.
ubi latiſsimè Socin. & c. olim. de accuſat. c. li-
63 cet. de ſimon. cum ſimil. Imò † quando nō eſt
ſufficiens infamia, non debet epiſcopus pro-
cedere ad inquiſitionem, etiamſi famoſus li-
bellus

belius contra prælatum ſit oblatus, ſed potiùs
illum admonere, c. inquiſitionis. §. tertiæ. ubi
Panorm. nu. 1. de accuſ. & in d. c. qualiter, nu. 1.
9. 13. Ac ut maximè contra regulares mona-
chos non eſſet procedendum ſolenniter, ta-
men contra prælatum, uidelicet abbatem eũ
regularem, iure & ordine agi deberet, ut aper-
tè definit Panor. in d. c. olim. num. 2. de accuſ.
Fely. ibidem num. 4. in uerſ. maximè contra
64 prælatum. nec † creditur ſoli epiſcopo aſſeren
ti aliquem eſſe infamatum, uel criminoſum,
Panor. in c. qualiter & quando. nu. 30. de accu
ſat. neq; putet hoc ad iniuriam ſuam pertine-
re, ſi illi nõ credatur, ut inquit Hoſtien. de off.
ordin. num. 7. ex c. ſi tantùm. & c. placuit. 6. q.
2. ad idem Anchor. conſilio 277. ad prædicta.
65 num. 8. Conſtat † etiam uiſitationes fieri non
deberè, niſi per ipſum epiſcopum, aut in caſu
neceſsitatis per eccleſiaſticas perſonas ad hoc
deputatas, c. cùm Apoſtolus. 6. de cenſib. cùm
ſit ius annexum eccleſiaſticæ iuriſdictioni, c. ſi
epiſcopus. ubi gloſſ. uerb. ſi per alium. de off.
ordinar. lib. 6. c. 1. de cenſib. lib. 6. c. inter cæte-
ra. de off. ordinar. & per ea quæ tradit Socin.
in tract. de uiſitat. num. 4. & 5. Vnde dicit Ho-
ſtien. in tit. de off. ord. nu. 7. in fin. uerſic. quan-
do. quòd quoties epiſcopus uiſitat, non de-
beat ſecum intromittere ſeculares, niſi fortè
duos, uel tres de canonicis proprijs: & idem
firmat in tit. de ſtat. monach. nu. 9. In præſente
autem caſu cùm nec neceſsitas urgens, neque
ſufficiens ad inquiſitionem fama præceſſerit,
nec miſſæ pſonæ eccleſiaſticæ ſolæ ad cogno-
ſcendum ſeu uiſitandum, ſed militares equi-
tes & pedites cum armis offenſiuis, nec ſerua-
tus ſit ullus proceſſus & ordo uiſitationis, uel
inquiſitionis, qui in legitima cognitione uer-
ſatur, de quo plura in c. 1. de cenſib. lib. 6. cap.
qualiter. 2. de accuſ. Socin. d. tract. de uiſit. nu.
25. cum multis ſeq. Spec. tit. de inquiſ. §. uiſo.
Hoſtien. de ſtat. monach. num. 8. & 9. & de off.
ord. num. 7. ſed ſtatim de facto proceſſum, &
ab executione inceptum, contra l. 1. C. de exec.
& non modò ad captiuitatem perſona abba-
tis quæſita, ſed omnia eius bona uiolata, ra-
pta, ablata, damnificata, facilè intelligi põt, in
tali uiolentia nullam eſſe uiſitationis, aut alte
rius legitimæ cognitionis ſpeciẽ: & ideo hoc
prætextu d. epiſcopi factum excuſari à uiolen
tia nõ poſſe. Nec obſtat, quòd procurationes
uiſitantibus debeantur. Nam cùm hic nulla,
ut dictum eſt, forma uiſitationis ſit ſeruata, nõ
poſſunt deberi hoc nomine procurationes.
66 Deinde † etiam quando præſtari debent, ta-
men etiam tunc tantùm debentur uictualia,
non pecunia, in c. 1. §. pen. de cenſib. lib. 6. niſi
quatenus pro uictualibus competente modo
pecunia offertur, c. 3. eod. lib. 6. Nec poteſt epi-
ſcopus ſumptus ꝓ libitu facere, & exigere no-
mine & prætextu uiſitationis, quodcũq; uult,
ne longi temporis uictum breuis hora conſu-
mat, c. cùm Apoſtolus. 6. in prin. de cenſib. ſed
acceptare ea tantùm poteſt, quæ offeruntur,
& his cõtentus eſſe debet, ut latè proſequitur
Socin. in tract. de uiſitat. num. 33. 34. 35. cum
multis ſeq. tantũ abeſt, ut non modò uictua-
lia, ſed etiam pecuniam & res mobiles mona-
ſterij ſpoliare aut auferre hoc prætextu epiſco
pus poſſet. Sed nolo commorari in re odioſa,
quam leges etiam ubique damnant & perſe-
quuntur, l. meminerint. C. unde ui, l. 1. Cod.
ſi per uim, tot. tit. Cod. eod. l. Iulij. de ui. l. extat.
quod met. cauſ. l. nec magiſtratibus. de iniu-
rijs, cum ſimil.

CONSILIVM XLIX

De mulieris in bonis mariti præ reliquis creditoribus prærogatiua.

SVMMARIA.

1 ¶ *Iudicialis hypotheca præfertur extraiudiciali.*
2 *Mulier ſtatim à tempore nuptiarum habet ius hypothecæ & prælationis.*
3 *An dos confeſſata ſufficiat, & contra quos.*
4 *Maritus non ſoluta dote uxorem expellere poteſt.*
5 *Dotis priuilegia non tolluntur per hominis prouiſionem.*
6 *An dote reddita, omnia eius priuilegia tollantur.*
7 *Solutio non poteſt operari liberationem & repetitionem.*
8 *Solutum non intelligitur, quod repetitur.*
9 *In donatione propter nuptias mulier non habet ius prælationis, ſed hypothecæ.*
10 *Mulier creditoribus præfertur in donatione non habentibus antiquiorem.*
11 *Dos & donationis propter nuptias titulus, eſt onerosus.*
12 *In dote, immiſsione, prioritate, ius loci inſpiciendum.*
13 *L. ult. C. de iur. dot. imp. tantùm obtinet in pignore conuentionali.*
14 *Inæqualitas donationis & dotis quatenus tolleretur.*
15 *Non citatis non obeſt proceſſus.*
16 *An creditores per generale proclama citari ſufficiat.*
17 *Citatio præſumitur ex ſententia, quæ eius*

mentionem facit.
18 *Contra immiſſionem audiuntur, qui potius ius oſtendunt.*
19 *Proceſſus ſummarius nõ officit in ordinario, præſertim per generale tantùm proclama uocatis.*

IN hac appellationis inſtantia ni
detur idem pronunciandum eſ-
ſe, quod in priore pro muliere,
ſcilicet abſoluta, quæ hypothe-
cam, & legitimam, & iudicialem
habet contra creditores appellantes, quibus
tantùm extraiudiciali pignore cautum eſt.
2 Etenim † etiam iure communi iudicialis hy-
potheca præfertur priuatæ & extraiudiciali,
l. ſcripturas 11. C. qui pot. in pign. ubi Bald. in
fin. Salic. & Dd. Neguzan. tract. pign. quintæ
partis memb. 2. num. 30. in 18. fall. ubi ex d. l.
ſcripturas. tradit, hanc eſſe fallentiam regulæ
Qui prior tempore, potior iure, l. 2. C. qui pot.
in pig. l. potior. ff. eod. quod quidem potiſſi-
mùm obtinet iure Saxon. conſt. 23. parte 2.
cùm nõ aliter hypotheca rei immobilis quaſi
quædam alienatio, l. ult. C. de rebus alien. hoc
iure ritè fiat, quàm coram domino fundi, uel
magiſtratu loci, ubi res eſt ſita, d. conſt. 23. &
author diff. 4. differ. per artic. 52. libro 1. & D.
Reinhar. differ. 21. Quòd ſi alij per iudicem
exequentem immiſſi reliquis creditoribus
præferuntur, l. 2. 3. cum ibi not. à Bald. Salicet.
3 C. qui pot. in pig. quanto † iuſtiùs mulier in
bonis mariti, ubi ſtatim à tempore nuptia-
rum ius hypothecæ & prælationis nomine
dotis habet, Iaſ. in §. fuerat. num. 48. Inſtit. de
action. Neguzan. de pig. par. 2. memb. 4. nu.
77. per Dd. l. ſi conſtante. §. 1. ſol. matr. l. penul.
C. de do. ante nupt. quam tamen probet illa-
tam, gloſſ. Bart. & Dd. l. 1. C. de dote cau. non
num. Iaſon § fuerat. nu. 81. Inſt. de act. Schurff.
3 conſil. 22. præſens. num. 3. cent. 1. Nam † Bart.
opinio exiſtimantis ſolam mariti confeſſio-
nem ſufficere, in d. l. 1. C. de dot. cau. & l. aſſi-
duis. C. qui pot. communiter tantùm recipi-
tur, quoties contra maritum, aut eius hæredẽ
res eſt, ex l. generaliter. C. de non numer. pec. l.
Publia. §. fin. depoſ. non etiam, quando cum
alijs (ut hîc) creditoribus litigatur: quibus
mariti cautio, ſeu confeſſio ſuper numerata
dote facta, obeſſe non debet, ex reg. cap. 1. de
conſ. tot. tit. C. res inter alios act. al. non obſt.
ita poſt Angel. & Fab. Iaſon in §. fuerat. num.
73. 74. 81. cum ſequentib. Inſtitut. de actioni-
bus, Crauet. de antiq. temp. §. 3. nu. 69. Schurf.
conſil. 22. præſens. nu. 3. 4. cent. 1. Quanquam
hoc caſu contra creditores iſtos, qui tantùm
ſyngrapha mariti nitunt, uideri poteſt & mu-
lier, ſicut antè quoq; iudicatum eſt, ſatis pro-
baſſe per cautionem mariti, Mynſing. obſer.
61. cent. 1. accedente præſertim biennij lapſu,
quo præcluditur exceptio non numeratæ do-
tis, l. in cõtractibus. §. 1. C. de non num. pecun.
item longa coniugum iſtorum & quieta co-
habitatione, quo toto tempore nihil amplius
petijt maritus, haud dubiè, quia ſatisfactum
nomine dotis illi fuerat, Crau. de antiq. temp.
§. 3. nu. 72. cuiuſmodi dos propter onera con-
iugij, quæ ſtatim à cohabitatione uiro incu-
buit, eidem debetur, l. pro oneribus matrimo-
nij. C. de iure dot. l. ſin autem. §. ſin autem. ſol.
matr. l. ſi quis. de donat. inter uirum & uxor.
Bald. l. ult. num. 8. 9. C. de ſentent. quæ ſine cer-
ta quant. l. ſi donaturus. in princ. ubi Iaſon &
Dd. ff. de cond. ob cauſ. dat. Caſtrenſ. num. 1. &
Dd. l. unic. C. de inoff. dot. & communiter Dd.
in rubr. ubi Socin. iun. num. 1. cum ſequentib.
& l. 1. ubi idem Socin. num. 87. Bolog. & Mo-
derni, ſolut. matr. per l. dotis fructus. l. quamo-
uis. de iure dot. l. fin. de do. except. l. ſi filia. l. ſi
maritus. ff. famil. herciſc. Itaq; cùm nemo præ-
ſumatur iactare ſuum, l. cùm de indebito. de
probat. non eſt uériſimile, maritum nulla do-
tis promiſſæ ſolutione facta tamdiu acquie-
4 turum fuiſſe, cùm nedum alere, ſed † ne ſecum
quidem perpeti coniugem, imò excidere poſ-
ſit domo, ſi dos non ſoluatur, Baldus l. ult. nu.
9. C. de ſentent. quæ ſine certa quant. per §. fin.
uerb. iniquum. in auth. de non eligen. ſecun.
nub. l. quod in uxorem. de neg. geſt. Iaſon §.
fuerat. nu. 98. Inſtit. de action. & alioqui mul-
ta ſunt dotis in repetendo priuilegia iuris, l. 1.
5 ubi Dd. ſolut. matrim. quæ † ne quidem per
ſpecialem hominis prouiſionem, puta pacti
dotalitij, intelliguntur ſublata, ſed magis cor-
roborata, gloſſ. ult. uerb. cõtentam. C. de pact.
con. quam laudant ibi multùm Bald. & Salic.
item Bald. No. tract. dot. 6. parte, priuileg. 68.
Neguzan. tract. pig. 2. part. 4. memb. num. 83.
ubi dicit, eam gl. communiter teneri, Schurff.
conſil. 22. præſens. nu. 1. 2. 3. 4. cent. 1. Quam-
6 uis † autem ſolutione & adiudicatione facta,
omnis cauſa omniaq; priuilegia dotis tollan-
tur, in princ. Inſtit. quibus mod. tol. oblig. ut
tradunt Caſtren. Alexan. Socin. Claud. Seyſſ.
in rubr. ſolut. matrim. Cacbera. deciſ. Pedem.
ar. num. 18. 19. 20. Roman. conſil. 314. Angel.
& Dd. d. §. fuerat. Inſtit. de act. Ioan. Camp. de
dote, 1. parte, quæſt. 39. Alex. conſil. 144. num.
2. uol. 5. conſil. 122. numer. 8. uol. 7. Bal. No. de
dote in 6. parte, 14. priuileg. latè Socin. iun. in
rubr. ſolut. matrim. in princ. num. 62. per l. ſin.
C. com. utriuſque iud. dicens, Caſtrenſ. & Dd.
ibi communiter hoc ſequi: tamen ſi proficiſ-
ca priuilegia mulieri petenti contra reliquos
creditores, d. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. d. §.
fuerat. quantò magis poſſidenti ſolutione fa-
cta? arg. l. 1. uerſic. nam cui damus. de ſuperfic.
c. qui ad agendum. de reg. iur. in 6. Itaq; illud
accipiẽdum eſt, tolli priuilegia dotis ſolutio-
ne facta, quamdiu hæc rata manet, non etiam
ſi (ut hic) & quoad impugnatur: niſi enim
ſuum ſortiatur effectum, impedimento priui-
legijs eſſe non debet, c. non præſtat impedi-
mentum,

7 mentum.de reg.iur.In 6.Nec † eadem ſolutio
poteſt operari liberationem, & inducere repe
titionem, cùm impoſsibile ſit eundem actum
contrarios operari effectus, l. ſi non ſortem.§.
ſi decem.ubi Iaſ.numer.2. & l. ſi fideiuſſor.ubi
Iaſ.num.1.poſt Bart.ibid.l.cùm is, qui.§. fide-
iuſſor.ubi Iaſ.ibid.num.1. de condic.indeb.&
8 † ſolutio non perfectè facta,pro non facta ha-
betur,l.Mæuius.§.in fundo.ubi Bart.de legat.
9 2. Tametſi † uerò in donatione propter nu-
ptias mulier non æquè,ut in dote, habeat ius
prælationis,l.aſsiduis.ubi gloſſ.uerb.ſuo tem
pore.C.qui pot.in pig.§.fuerat. ubi gloſſ.in fi.
Iaſ.num.40. Gomez. num.39. Ang. num.25.
Inſtit.de act.Bal.Salic.authen.ſiue. C. ad Vell.
Franc.Zab.c.ult.de donat.int.uir. & uxor.per
c.ex literis.ubi Panorm. num.9. & Canon.de
pignor.Bal.No.de dote,parte 12.num.59.60.
Henning.God.conſil. de dote,9.num.8. & 15.
Neguzan.de pignorib. 2. partis memb.4.nu.
64.ſicut nec in alijs bonis,Iaſ. l. maritus. in fi.
C.de procur. tamen ut in alijs multis donatio
propter nuptias paribus cum dote paſsibus
ambulat,l.quoniam nouella. C. de inoff. teſt.
Philip. Porc. conſil.140. quamuis. num.5.ita
etiam hic habet parem cum dote hypothecã
in tempore ſuo, quamuis d. l. aſsiduis. C. qui
pot.l.ubi.C.de iure dot. abſque iure prælatio-
nis.ſic ut præferatur hic creditoribus, nõ qui-
dem antiquiorem habentibus hypothecam,
etiam tacitam,ut in dote,d.l. aſsiduis. ſed ha-
bentibus poſteriorem, iuxta regulam, Qui
prior tempore,potior iure,d.l.aſsiduis. in fin.
l.ubi adhuc.ubi Cyn. & Dd. C. de iure dot.§.
quia. in authen. de priuil. dot. hær.§. aliud.in
authen.de æqual.dot.Panorm.num.9. & Dd.
c.ex literis.de pig.Bald. No. de dote, parte 12.
num.59. Ang.num.25. Iaſ. num. 40. Gomez.
num.39.d.§.fuerat.Inſtit.de act. Neguzan. de
pig.2.parte 4.memb. num.64. Nec hoc acci-
piendum eſt, quatenus talis donatio fit in ſe-
curitatẽ dotis: nam hactenus habet ius præ-
lationis dotale,Neguzan,præal. loc.de pig.2.
partis memb. 4.num.65. per Imol. & Panor.
num.9. d. c. ex literis. de pig.ſed accipi debet,
quatenus cedit lucro mulieris in recompen-
ſam illatę dotis,Neguzan.prælleg.loc.num.
66.Henning. God. d. conſil.8.de dote,nu.15.
& conſil.9.nu.7. Quanquam autem Gomez.
& alij in d.§.fuerat.exiſtiment,mulieri nullam
hic eſſe hypothecam, niſi expreſsim conſtitu-
tam, quòd ſe leges ad tempus conſtitutæ hy-
pothecæ referant, & in eo ualere ſuo tempore
uelint,d.l.aſsiduis. d.l.ubi. tamen communis
opinio tribuit mulieri hic ius etiam tacitæ hy-
pothecæ, Panorm. d.c. ex literis.nu.9. de pig.
ſicut s.uidimus. Cur enim minus, quàm in a-
lijs bonis? Iaſ.d.l.maritus.in fin.C.de procur.
etiam iure Saxon.gloſſ.artic.75. in prin.lib.3.
10 Quare † non ualet hic argumentũ, quòd cre-
ditores certent de damno uitando, mulier da
lucro captãdo, ut illi meritò huic præferri de-
beant,l.pen.C.de reuoc.ijs,quę in fraud.cred.
l.ult.§. licentia. C.de iure delib.l.ult. C. de co-
dicill. ſicut & d. l. aſsiduis. quo ad damna ca-
uenda, non quo ad lucra captanda, mulieri
ꝓſpicit,d.l.aſsiduis.in fi.uerſic. non pro lucro
fouemus,ſed ne damnum patiantur. ubi Bal.
num.3.Iaſ.d.l.fuerat. nu.40. Inſt. de act. Nam
hic pactum dotalitium reciprocũ fuit, ut ma-
ritus ſi priùs moreretur, uxor eius dotem lu-
craretur, & contrà ipſo præmoriente mulier
tantundẽ ex eius haberet bonis. Præmoriuo
igitur marito promiſſum cadit in debitum,&
niſi mulier ut creditrix, hic haberetur & con-
curreret,ad quid illi tacita prodeſſet hypothe
11 ca? At † ut dos eſt titulus oneroſus,.l.ex pro-
miſsione.19.de act.propter onus adiunctum,
l.pro oneribus. C. de iur. dot. Iaſ.l. ſi donatu-
rus.9.§.ſi quis.num.10.de cond. cauſ. dat.& l.
licet.num.13.14.C.de pact. l. ſi emancipata.3.
nu.2.C.de iur.& fac. ign. l. Neſennius.41. nu.
5.de re iud.l.Mæuia.§.1.ubi Bart. num.1.ſolut.
matrim. etiam cum lucro mariti cedit, Tiraq.
in leg.connub.circa fin.gloſſ.6.num.254.& l.
ſi unquam.uerb.donatione.numer.173. C.de
reuoc. don. per l.1. ubi gloſſ. uerb.ad lucrum.
C.de impon.lucrat.deſcript.lib.10. Bart.Alex.
Iaſ.&Dd.d.l.ſi donaturus.C.de cond.cauſ.da.
Sic ex doctrina correlatiuorum,l.ult.C.de in-
dic. uid. quæ etiam ualet in donatione pro-
pter nuptias,& dote,d.l.quoniam nouella.C.
de inoff. teſt. & in authen. de æqual. dot. & C.
de pac.conuen. idem de hoc donationis pro-
pter nuptias titulo iudicandum eſt,Henning.
God.d.conſil.9.& glo.d.artic.75. lib.3.Tiraq.
d.l.ſi unquam.uerb.donatione.nu.18.19. ma-
ximẽ propter incertitudinem euentus, cùm
præmoriente uxore contrà habere ſe res po-
tuerit,& mulier nedum donationem, ſed etiã
dotem amittere: quod genus pro lucro non
habetur,l.1.C.de pac.l. de fideicommiſſo.ubi
Caſtr. C. de tranſact. ſicut alia lucra hæredita-
ria, quæ de bonis capiuntur, & ideo deducto
demum priùs ære alieno,gloſſ.artic. 20.num.
12.lib.1.ſecundum l.ſubſignatum.§.1.de uerb.
oblig.l.fin.l.generali.de uſufruct. leg. Idq; ui-
detur ita receptum eſſe in d. oppido, (nam in
alijs locis cõtrà ſtatutum interdum ſeruatur,
ſcilicet ut in donatione propter nuptias, ut
cauſa lucratiua, mulier creditoribus, qui de
damno certant, ex nullo pacto præferatur)
ubi magiſtratus præ alijs poſterioribus cre-
ditoribus, etiam donationem propter nupti-
as hanc mulieri adiudicauit, eoq; nomine in
12 ſolutum domum dedit.Eſt † autem in eiuſmo
di quæſtionibus inſpiciendũ ius loci, Panor.
c.1.in ult.not.de adulter.Henning. God.conſ.
de dote,5.num.8. & conſil.3. num.9. maximẽ
in pignoribus & adiudicationibus bonorũ,
Bal.l.ult.num.1.C.de iur.dom. imp. & l.ordo.
num.1.6.7. C.de ex.rei iudic. in quibus hodiè
non ſeruatur ſolennitas pignoris conuentio-
nalis, ex l. ult. C. de iur. do. imp. ſecundum

Dd 3 Bald.

Bald. ibi.num.1. & l.ordo.num.1.6.7.C.de ex.
13 rei iud.conſt.32. part.1.quæ † etiam iure com-
muni non habet locum in additione, quæ fit
ex re iudicata, de qua hîc agimus, Bald. d.l.or-
do.num. 1.6. 7.& d.l ult.Neguzan.de pig.par
te 6.memb.1. num.2. & ut non eſt repetiuo ab
eo, qui ſuũ recepit, l.pupillus.in fi.quę in frau.
cred. ita multo minus debet ab eo eſſe, qui ex
re iudicata per executionem, æſtimationem,
& aſsignationem magiſtratus, ut hæc mulier,
recepit, l. cùm dominam.13. C.de pign.l.2.l.3.
C.qui pot.in pig l.qui autem. §. apud Labeo-
nem.ubi gl.uerb.non interponit. quæ in frau.
cred.l.repetitio.de cond.indeb.à qua licet po-
ſteriores creditores dotem offerentes, reuocẽt
bona, l.cùm tibi.l.1. C.qui pot.in pig.ubi Dd.
Ioan. Cepha. conſil. 298.num.15.uol. 2.ſecus
tamen, quando ex inopia uiri ſoluto matri-
monio occupauit dotis nomine, Bart. l. ſi con
ſtante.num.88.ſolut.matr. Balb. de dote,par-
te 7.princ.Neguzan.de pig.5. partis memb.1.
num.31.Afflic.deciſ.199.Socin.conſil.111.uol.
3.Cepha.conſil 294.nu.6. uol. 2. Secus item,
quando per annum pro ſua dote tenuit, Ne-
guzan.de pig.partis 3.memb.2. num.8. Ioan.
Ceph.conſil.298.num.16. uol.2. potiſsimùm
ex pacto, Socin conſil.111.num.6. uol.3. Ioan.
Cepha.conſil.298.num.14. uol.2. Imò credi-
tores qui iuſtam hypothecam non habent,
quibus ius hypothecæ non competit, indiſtin
ctè mulieri auferre bona nequeunt, quamuis
dotem offerãt, l.cùm tibi.§.1.C.qui pot.in pig.
Neguzan. de pign. partis 5. memb.3.num. 6.
Ioan.Cepha.conſil.294.num. 4.uol.2.Itaque
non mirum eſt, iſtos appellantes nulla iuſta
hypotheca ſubnixos, & poſt rem pridem pro
muliere iudicatam, & eidem ſolutã, ut tardè
uenientes, nihil in priore inſtantia obtinere
14 potuiſſe. Fruſtra † namq; adduxerũt inæqua-
litatem donationis, præſertim reſpectu ſenij
& ignobilitatis mariti, Rolan. à Valle de lucro
dot.quæſt.10.num.6. Clarus lib. 4. ſentent.§.
donatio quæſt.9.num.5.Iaſon num.13. & Dd.
l. ſi diuortio.de uerb.oblig. Bald. No.de dote,
parte 10.num.8.Pariſ.conſil.86.num.18. lib.3.
Tiraquel. de nobilit.cap.18.num.19. & de leg.
connub.l.5. num.9.l. ſi unquam. uerb. dona-
tione.num.19.Cur.iun.conſil.6. num.20. Ne-
uizan.ſyl.nup.lib.2.num.28.Pal.Rub.in rep.
rubr.de donat.§.10.& 31. & hanc communem
teſtatur Duenn. reg.221. numer.11. Couar. in
epit. lib.4. cap.3.§.3. num.2. Clarus prælleg.
lib.Philip.Porc.conſil.140.quamuis. num.4.
5.Bertran.conſil.4.nu.40.uol.3.Sed & æqua-
litas illa auth.dos data. C. de don. ante nupt.
& authen. æqualitas. C. de pac. conuen. non
ſeruatur:ibi ſecũdum gloſſam ibidem, quam
refert Pariſ.conſil.95.num.35.lib.2. Couar.de
inſinua.parte 2.in 6.quæſt.Bal.d. authen. dos
data.num.2.Alban. conſil.22.num.8. Clarus
lib. 4.§.donatio.quæſt. 11.numer.1. Zoarez in
recep.ſenten.uerb.donatio.num.275. præſer-
tim quando, ut hîc, talis donatio fit in pacto
dotalitio ante nuptias, Zoar.prælleg.loc.per
deciſ.Neapol.241.num.1.Gramma.deciſ.94.
num.4. quæ omnino habet annexam hypo-
thecam à tempore nuptiarum, Neguzan. de
pig.parte 2.memb.4.num.77. Sed de hac in-
æqualitate fruſtra diſputatur, cùm nulla com
pareat, cùm ſit ex more regionis donatio in
duplum dotis concepta. Illud maiorem ſpe-
ciem habet, quod allegant appellantes, ſe nõ
15 fuiſſe ad priorẽ proceſſum, ubi † molieri adiu
dicatio facta eſt, citatos, ſicut debuerunt cita-
ri, alioqui proceſſus illis obeſſe nequit, l. de
unoquoq;.ubi Alexan.de re iud. l. 2. C. quib.
res iud.l.inter.famil.hercisc.l fin.C.res inter a-
lios act.c.pen.de ſentent. & re iud. Salic. auth.
ad hæc.num.2.C. ſi min.ſe ma. Socin. de citat.
artic.5.numer.10. Quanquam enim illos tan-
tummodo citari ſit neceſſe, quorum principa
liter intereſt, non ſecundariò, & in conſequen
tiam, gloſſ.& Dd.d.l.de unoquoq;.(quare nec
agens hæc mulier contra hæredes mariti, aut
in bona, neceſſe habuit creditores citare, Iaſ.l.
ſi quis nec cauſam.num.7.ſi cert. pet. Bald.l.ſi
eo tempore.C.de remiſſ.pig.) tamẽ hoc ita ac-
cipiendum eſt, ut ualeat actus inter compa-
rentes, uel citatos, non ut noceat creditoribus
non uocatis, Alexan.num.17. Angel. num.7.
d.l.de unoquoq;.Bart.l.decem.nu.4.de uerb.
oblig.Dec.conſil.445. in caſu. numer.32.per
Innoc.c.fin.de maior.& obed.Bald. l. ab eo.in
fin.C.quomodo & quand.iud præſertim quo
ad immiſsionem & aſsignationem bonorũ,
Schurff.conſil.9.prædicta.nu.7.cent.1. Alex.l.
ſi finita.§. Iulianus.nu.5.6.50.51. de dam.inf.
per l.conſentaneum. C. quom. & quand.iud.
l.præſenti.§. cùm autem. C. de his qui ad eccl.
conf.Roman.conſil.452.in re præſent.nu.1.2.
Panorm. conſil.84. caſus. uol.2. Licet autem
actione ſic contra debitorem inſtituta, ſuffi-
ciat per generale proclama creditores uocari,
Bart.l. ſi eo tempore.num.2.C.de remiſ.pig.ta
16 men † hoc non procedit, ut ibi Alexan.addit,
quãdo de facili ſciri, uel certus creditor habe-
ri poteſt, per ibi alleg.ad idem Bald. authen.ſi
omnes.nu.3. Salic.authen. ad hæc. num.4.C.
ſi minor ſe maior.Socin.de citat.artic.5. num.
9.10.16.& artic.22.prin.num. 2.3.art.23.num.
3.4. Hæc licet ſpecioſa ſint, tamẽ eliduntur eo,
quòd in illa ſententia poſitum ſit, citatos fuiſ-
ſe creditores, & illis terminum præfixum ius
ſuum deducendi contra mulieres: unde præ-
ſumptiuè ſententiæ ſtatur, & creditur ſuper ci-
17 tatione, præſertim † quæ tranſiuit in rem iu-
dicatam & executionem, Alex. l. de unoquo-
que.nu.3.4. de re iud. & imputent ſibi credi-
tores, quòd in termino præfixo non deduce-
re ius ſuum ſategerint, gloſſ. in fin. l.unic.C.ut
nemo inuit.ager.Bart.l. ſi quis libertatem.nu.
8.de pet.hæred. Felyn. cap. ea quæ. nu.1. de re
iud.Alexan.conſil.103. in princ. uol.5. Ac ſuf-
feciſſe hîc generalem citationem ex eo paret,
quoniam

quoniam Senatus ignoraſſe præſumitur, ex l. uerius. de probat. iſtos appellantes fuiſſe creditores, cùm nihil tum peterent, nec poſtularent, l. 2. de iur. & fac. ig. & ſanè Bar. theorica d. l. 2. C. de remiſſ. pig. ſeruatur moribus, ut generale tum proclama ſufficiat, Imol. l. acta. num. 3. de re iud. Soc. de citat. art. 30. num. 3. Quam-
18 obrem † etiamſi cõtra immiſsionem audiuntur, qui potius ius oſtendunt, Roman. conſil. 454. in re præſenti. nu. 11. neq; nocet ſummarium iudicium, quale eſt dotis, Socin. iunior & Dd. in rubr. & l. 1. nu. 89. & 127. ff. ſol. matr.
19 per † generale proclama uocatis, qui ordinario iudicio experiri uelint. Bald. l. 2. num. 11. ff. ſi ex nox. cauſ. per l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iud. Alexan. remittens ad hunc Bald. notabilem locum ad Bart. 4. ſi eo tempore. in fin. Cod. de remiſſ. pign. pro quo text. in §. ſi uerò abſunt. in authent. de hæred. & Falcid. l. 1. §. denunciari. de uent. inſpiciend. Innoc. cap. humilis de maior. & obed. Baldus dicta authentica, ſi omnes. Cod. ſi minor ſe maior. dixerit, Bartol. num. 21. l. ult. Cod. de edic. diui Adrian. Felyn. cap. ueniens num. 19. & 20. de teſtibus: tamen cùm hic non tantùm immiſſa ſit mulier, ſed per executionem rei iudicatæ res illi adiudicata, & in ſolutum data, & quamuis omnia integra eſſent, tamen his creditoribus appellantibus tantùm hypothecam recentem, & quidem extraiudicialem obtendentibus eſſet præferenda ratione ſuæ legitimæ hypothecæ, quam à tempore nuptiarum in bonis mariti habuit, & quæ pòſt iudicialiter eſt confirmata, non uideo, quid ſperare cõtra eum prouocantes queant: & proinde iudico bene pronunciatum prius, cùm mulier ab horum petitione eſt abſoluta, & inde perperam appellatum: Saluo.

CONSILIVM L.

De ceſsione bonorum & executione.

S V M M A R I A.

1 ¶ *Sequeſtratio eſt loco miſsionis in poſſeſsionem bonorum, ſed non perinde conſtituit dominos.*
2 *Executionis ordo in mobilibus, immobilibus iuribus.*
3 *Inuitus debitor cogitur etiam palatium uendere, ut ſatisfiat creditoribus.*
4 *In executionibus attenditur ius loci: & numero 13.*
5 *Feuda & territoria an uendi pro ære alieno debeant, & ex cauſa iudicati, ſaltem in ſubſidium.*
6 *Stipendia capiuntur in cauſam iudicati.*
7 *Feuda non debent alienari ad ſatisfaciendũ creditoribus, ſed executio fieri debet tantùm in fructus.*
8 *Succeſſor feudalis non eſt hæres uniuerſalis, ſed particularis.*
9 *Executio non fit in beneficium, ſed eius fructus, quomodo etiam in feudo.*
10 *Cur fructus feudi in uita filij pro patris ære teneantur.*
11 *Feudum non uenit in generalem diſpoſitionem, aut executionem bonorum.*
12 *Vaſallus non poteſt præiudicare ſucceſſoris.*
13 *Quod ius, & quæ conſuetudines, ſtatuta, in executionibus attendenda.*
14 *Succeſſor non tenetur ad debita defuncti, niſi quatenus in feudum conuerſa probentur.*
15 *In inferiorem non eſt feudum regale alienandum.*
16 *An nobili bonis cedenti alimenta debeantur.*
17 *Debitor ad extremum denarium excutitur.*
18 *Priuilegia militaria, deducto ne egeat, & ſimilia, obtinent tantùm in actu militantibus.*
19 *Beneficium Deducto ne egeat, datur militibus noſtri temporis, etiam equitibus auratis & comitibus.*
20 *Rationes huius priuilegij.*
21 *Nobilioribus ampliora alimenta conſtituenda.*
22 *Priuilegium conceſſum pertinet etiam ad familiam & miniſtros.*
23 *Vxori præ legitima liberorum eſt ſatisfaciendum.*
24 *Vxor quibus creditoribus præferatur.*
25 *Ius muliebris hypotheca à die nuptiarum conſtituitur.*
26 *Legalia dotis priuilegia non tolluntur hominis prouiſione.*
27 *An dotalitium, uel donatio propter nuptias eadem habeat priuilegia, quæ dos ipſa.*
28 *Bona mulieri aſsignata pro dote, eius manent præ reliquis creditoribus.*
29 *Legitima liberis non debetur ante creditores.*
30 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
31 *Alimenta, dos, legitima, debentur de bonis quæ ſuperſunt æri alieno.*
32 *Vſura quatenus hodie debeantur.*

Dd 4 33 Vſu-

33 *Vſurarius contractus ex coniecturis probatur.*

34 *Lucrum ceſſans & intereſſe non præſumitur, niſi probetur.*

OPINATIONIS noſtræ prima
deciſio eſt, non poſſe à creditori-
bus urgeri dominos Comites ad
uenditionem ſuorum territorio-
rum, ſed cõtentos eſſe debere cre-
ditores ſequeſtratione eorundem iam facta,
1 ut de fructibus inde ſatisfiat ſibi: quæ † seque-
ſtratio uice eſt miſsionis in poſſeſsionem bo-
norum, qua creditoribus conſuli ſolet, tot. tit.
de bon. auth. iudic. poſsid. ff. & C. ut hoc ex-
preſſè traditur in c. 2. ubi Panor. nu. 10. 11. 12.
Imol. nu. 3. per illũ tex. de dol. & contum. Ioan.
And. in c. locupletari. col. 2. de reg. iur. in 6. hoc
intereſt, quòd ex ſequeſtratione non conſti-
tuantur creditores domini, aut ueri poſſeſſo-
res, prout ex miſsione in bonorum poſſeſsio-
nem, Bald. in c. 1, nu. 9. de ſeq poſſ. Archid. in c.
quia res. 11. quæſt. 1. Fel. c. examinata. nu. 10. de
iud. ne poſt annũ quidem in realibus, Innoc.
& Dd. c. 2. de dol. & cont. ad uerb. reſtitui. hoc
eſt, inquit ibi Innoc aſſignari poſt lapſum an-
num, ſed bene non petebãt, cùm hoc iure ca-
tum non ſit, ut poſt lapſum anni quis debeat
fieri poſſeſſor rerum ſequeſtratarum: ad idem
Iaſ. l. 3. §. ult. num. 20. de acquir. poſſeſſ. Panor.
num. 16. in c. cõtingit. dicens hanc eſſe ueram
& communem ſententiam, de dol. & contum.
Socin. in c. quoniam. §. fin. num. 95. ut lite non
conteſt. Hoc igitur poſito, per rationes du-
bitandi ac decidẽdi examinemus, an pronun
ciatum illud initiò poſitum, iure ſubſiſtat: ſic,
ut creditores contenti fructibus eſſe debeant,
nec uenditionem comitatus ac latifundiorũ,
bonorumq́; ei cohærẽtium urgere poſsint. Et
prima fronte, ſicut loquitur Celſus in l. quin-
genta. de probat. uideri poterat, creditorum
petitionem eſſe potiorem ac æquiorem. Nam
ſi nihil tam eſt humanum, quàm pacta ſerua-
re, l. 1. de pact. l. 1. de conſtit. pecun. certè nihil
æquius eſt & iuſtius, quàm debita ſoluere, &
creditoribus plenè ſatisfacere: quod & diui-
num præceptum monet: Nemini quicquam
2 debeatis. Item, Mutuatur † impius & non ſol
uit: iuſtus autẽ reddit, &c. proindeq́; fruſtran-
te debitore in promptu remedium illud eſt,
ut bona eius pignorentur, & authoritate iudi
cis diſtrahantur, primò mobilia, pòſt immo-
bilia, exinde iura & nomina, quò de pretio il-
lorum creditoribus ſatisfiat, aut ſi cõmodus
non reperiatur emptor, ipſa bona creditori-
bus in ſolutum dentur: prout hic communis
eſt ſtylus & ordo, l. à diuo Pio. §. 1. 2. 3. ubi Iaſ.
Zaſ. & omnes Dd. de re iudic. & tot. tit. ff. ac C.
de bon. author. iud. poſsid. uel uenundantur,
l. 2. uerb. pignoribus captis ac diſtractis, l. 3.
uerb. diu ſubhaſtatas. l. ult. C. de execut. rei iu-
dic. l. 1. 2. 3. C. ſi in cauſ. iud. pig. capt. ſit, auth.
hoc ita. C. de ſolut. & in corpore, unde ſumiẽ,

3 ubi tradiẽ, quoties † paratus eſt creditor em-
ptorem rei præſtare, tunc inuitum etiam opor
tere debitorem arbitrio iudicis rem diſtrahe-
re, ut ſatisfiat creditori, de quo Ioan. de Pla. &
Dd. §. libertus. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom-
miſſ. relict. & l. 2. §. 1. ſi cert. pet. c. Odoardus. de
ſolut. & l. ult. C. de iure dom. impetran. nec li-
beratur debitor præſtando fructus, ſed ipſa
res, imò proprium eius palatiũ uendi debet,
ut creditoribus ſatisfiat, Ioan. Campezius de
4 dote, parte 3. quæſt. 239. nu. 2. 3. Et † quoniam
in eiuſmodi executionibus maximè attendi-
tur ius & conſuetudo loci, Bald. l. ult. nu. 1. C.
de iur. dom. imp. & in l. ordo. num. 1. 6. 7. C. de
exec. rei iudic. ſciendum eſt etiam in his terris
non ſoluente debitore, bona itidem diſtrahi,
quò creditoribus ſatisfiat, conſilio 32. parte 1.
Landtrecht artic. 70. lib. 1. Chilia. in prac. cap.
5 103. nu. 8. cum ſequentib. Non † igitur ab hoc
iure eximenda ſunt latifundia, præfecturæ, ca
ſtra, & territoria d. Comitum præſertim cùm
in his etiam omnimodũ dominium, quo ad
res ſubiectas, Comites habeant, etiamſi utile
tantùm dominium reſpectu ſuperioris, unde
recognoſcunt, obtinere uideantur, Bald. l. 1. in
fin. C. de leg. hæred. Euerar. in loco de tanquã
ſeu reſpectiuis, in 29. ampliat. ex Curt. tractat.
feud. parte 1. quæſt. 6. & parte 2. q. 2. Villalob.
in com. op. uerb. feudũ. nu. 20. dicens hanc eſ-
ſe cõmunem, ex Dec. conſil. 117. in fi. quod etiã
obtinere in feudis Imperij, quæ Germaniæ Du
ces ac Comites inde recognoſcunt, confirmat
Lud. Gozad. conſ. 50. prima. nu. 9. 10. cum ſe-
quen. Et quamuis in ſolutũ dare creditoribus
uaſallus non poſsit ſua feuda, niſi ubi talis ſit
conſuetudo, Bald. c. 1. in prin. num. 10. & 11. de
prob. feu. alie. per Fed. Chaſſ. in conſuet. Burg.
rub. de feud. §. 8. gl. 1. nu. 42. ſicut nec abſq; do
mini conſenſu alienare poteſt, cap. 1. de proh.
feud. alie. per Lothic. imperialem. §. 1. de proh.
feud. alie. per Fed. quin ipſo ſtatim iure cõmit
tat, c. 1. §. fin. quæ fuit prima cauſ. benefi. amit-
ten. etiamſi pro parte tantùm alienet, c. 1. de ua-
ſal. qui cõtra conſtit. Lothar. c. 1. §. item qui do
minum. uerſi. illud enim. quæ fuit prima cauſ.
benef. amit. etiãſi ex cauſa neceſsitatis aliena-
re uelit, ſecundum ius nouum & receptũ, licet
olim contrà fuerit, c. 1. uerſic. neceſsitate. qual.
olim feud. pot. alien. ut eſt communis ſenten-
tia in d. uerſic. neceſsitate. & c. 1. uerb. attenua-
tas. de prob. feud. alie. per Loth. Fel. & Canon.
in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Curt. tract.
feu. parte 4. nu. 107. Iacob. in inueſtit. uerb. &
cum pacto de nõ alienãdo. nu. 14. Schurſ. cõſ.
47. in prin. & conſ. 67. nu. 22. cent. 1. poteſt ta-
men iudex & dominus in cauſam iudicati ac-
cipere feuda, & iubere diſtrahi, quò creditori-
bus ſatisfiat, Bart. nu. 5. Alex. & Dd. l. ſi finita.
§. ſi

§. ſi de uectigabus. de dam. infect. maximè in
ſubſidium, & quando nõ ſunt alia bona, un-
de commodè ſatisfieri creditoribus & diſſol-
ui æs alienum poſsit, ſicut in caſu præſenti, ut
eſt cõmunis Bart. Alex. Rom. in d. §. ſi de uecti-
galibus. Spec. de exec. ſentent. §. ſequitur. uerſ.
quòd ſi debitor. & de primo decreto, §. uiden-
dum. uerſ. quid ſi reus. Bald. & alij l. pro hærede.
§. quid tamen. de acquir. hæred. Bart. & alij in
l. pater filium. in fin. de leg. 3. l. peto. §. prædia.
de leg. 2. Iaſ. poſt alios l. filiusfam. §. diui, in 2.
lectura, num. 27. de legat. 1. Zaſ. poſt Iaſ. num.
3. in l. commodis. ff. de re iud. per l. ſtipẽdia. C.
6 de exce. rei iud. ubi tradit gloſſ. ult. etiam † ſti-
pendia capi in rem iudicatam, quando aliter
ſatisfieri nequit, per d. l. commodis. quos te-
xtus etiam ad feudalia extendunt Alex. num.
3. 4. cũ ſequen. & Dd. l. ſi finita. §. ſi de uectiga-
libus. de dam. infect. Bald. d. l. pro hærede. §. ſi
quid tamen. num. 2. de acquir. hæred. Bald. &
Feudiſtæ c. 1. de controuer. inueſtit. Bar. d. l. pa-
ter filium. in fin. de legat. 3. & ratio eſt aperta,
quia res etiam alienari prohibitæ, rectè alie-
nantur & capiuntur, ac diſtrahuntur in cau-
ſam iudicati, ut creditoribus ſatisfiat, leg. 1. de
fund. dotal. l. peto. §. prædium. de leg. 2. l. pater
filium. de leg. 3. l. alienationes. fam. herciſ. l. ſe-
natus. in prin. uerſ. non ut uendat, ſed ut exſol
uat. de legat. 1. ubi latè Iaſ. & idem in l. filiuſ-
fam. §. diui. num. 18. in 1. lectura, & nu 26. 27.
in 2. lectura, de legat. 1. cum plurimis ibi alleg.
ad idem glo. c. 2. uerb. reditibus. de fideiuſſor.
Quòd ſi nobilis cogi poteſt, ut caſtellum, uel
palatium uendat, quod ob paupertatem re-
ficere neq̃t, ne ciuitas ruinis deformet̃, Rom.
ſing. 180. pauper nobilis. Tiraq. de nobil. c. 37.
nu. 132. quantò magis adigi debet ad diſtra-
hendum, ut ſatisfaciat ſuis creditoribus, qui
de damno uitando certant? l. fin. §. licentia. C.
de iur. delib. Hæc licet ſpecioſè dicantur, con-
7 trarium tamen uerius eſt: ſcilicet † non poſſe
nec debere feuda alienari ad ſatisfaciendum
creditoribus, ſed tantùm de fructibus feudi
ijs ſatisfaciendum eſſe, ut eſt communis, uera
& recepta opinio Alex. nu. 18. & aliorum com
muniter in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de
damn. infect. Iaſ. in l. commodis. in fin. & ibi
Zaſ. ac Dd. de re iud. Crauet. conſil. 197. num.
2. & 3. uolum. 2. Dec. conſ. 445. in caſu. nu. 29.
cum ſequent. eum alijs à Crauet. d. conſil. 197.
allegatis: ubi cõfirmat, idem ſeruandum eſſe,
nedum in feudo ex prouidentia, uerumetiam
in hæreditario, quo ad alienationem non dif-
ferant, Dec. conſil. 185. num. 3. 4. conſil. 208. in
fin. afferens hanc rationem, quæ maximè ua-
let in feudis antiquis, nõ hæreditarijs, ubi ex
prouidentia primæ inueſtituræ, ut hîc, ſucce-
ditur: quia ſucceſſor, qui ex tenore Principis
inueſtituræ ſuccedit, non tenetur ad æs alie-
num prædeceſſoris, à quo nullum compen-
dium accepit, ut ad diſpendium teneri nõ de-
beat: & per conſequens non debet propter æs
alienum debitoris illi ius ſucceſsionis aufer-
ri, arg. l. ab eo. C. de fideicõmiſſ. maximè cùm
onera hęreditaria & debita ſint exſoluẽda ab
hærede uniuerſali, l. ex facto. de hæred. inſtit. l.
8 quoties. C. eod. tit. ſed † is, qui ſucceſſurus eſt
tantùm in bonis feudalibus, nõ eſt hęres uni-
uerſalis, uerùm particularis, ut ad debita te-
neri nõ debeat, Iſer. & alij c. 1. an ag. uel fil. niſi
occaſione feudi contracta, puià pro illo me-
liorando, ſeu, ut loquitur ibid. Crauet. num. 1.
bonificando, per Bal. conſ. 232. fœmina. conſ.
182. Petrus lib. 3. Brunus conſil. 18. col. 4. uerſ.
ſecundò, quia agnatus. & conſil. 104. pro hoc.
& ſimile, quod adducit Bar. in d. l. commodis.
nu. 1. & l. à diuo Pio. §. exequuntur. in fin. poſt
9 gl. de re iudic. nempe † quòd ad ſoluendum
clerici æs alienum fiat in ſubſidium executio
in beneficij fructus tantùm, non etiã ut ipſum
beneficium alienetur: ſequitur Iaſ. l. filiusfam.
§. diui. in 2. lectura, num. 26. de legat. 1. & in l.
commodis. num. 2. de re iudic. per c. peruenit.
ubi de reditibus eorũ, ubi gloſſ. & Dd. de fide-
iuſſ. Spec. de exec. ſent. §. ſequitur. in fi. Panor.
& Canon. c. olim. a. nu. 4. 5. 6. de reſtitut. ſpol.
& c. reprehenſibilis. in fin. de appellat. Bal. Sa-
lic. & Dd. in d. l. ſtipendia. C. de execut. rei iud.
quam ad hoc allegat Iaſ. d. l. commodis. idem
Bal. in c. contingit. num. 26. cum ſequentib. de
dol. & cõtum. Eſt autem feudum nihil aliud,
quàm beneficiũ, c. 1. §. ſi. in quib. cauſ. benefic.
amit. Schürff. conſ. 198 num. 7. cent. 1. & adæ-
quantur inter ſe milites cœleſtis militiæ, & mi
lites armatæ militiæ, Bart. l. neq̃. §. deportati
de milit. taſta. Bal. l. milites. C. eo. tit. latè Euer-
ar. in loco leg. à milite arm. milit. cuiuſmodi
ſunt uaſalli, qui ꝓpter ſeruitia militaria, quæ
domino debent, c. 1. de for. fidel. & de no. for.
fidel. c. 1. qual. iur. deb. c. 1. quib. mo. feu. amit.
Zaſ. in epit. feud. parte 3. num. 30. 38. Zonb. in
tract. feud. parte 11. num. 32. 34. milites in to-
to iure feudali nominantur, cap. 1. quo temp.
miles, cap. 1. de mil. uaſal. qui contumax eſt, §.
ſi quis miles. de conſtit. feu. dom. Lothar. cap.
1. quo tẽpore miles inueſtit. pet. debeat, cum
ſimil. Vnde & in horum ſoluẽdis debitis me-
ritò receptum eſt, ut in ſubſidiũ, hoc eſt, cùm
aliter ſatisfieri nequit, tantùm ad uitam eo-
rum de fructibus feudi debitoribus ſatisfiat,
Angel. in l. pro hærede. § ſi quid tamen. num.
2. de acquiren. hæred. ubi dicit, non fieri miſ-
ſionem in ius tale adhærens oſsibus debito-
ris, ſed tantùm in commoditatem: quo ad ni-
mirum ea ſit penes eum duratura, hoc eſt ad
eius uitam, Ioan. de Imol. in d. l. ſi finita. §. ſi de
uectigalibus. numer. 4. & 5. de dam. infect. ad
idem Zaſ. in d. l. commodis. numer. 3. ff. de re
iudic. uerſic. & tunc debent capi fructus feu-
di pro executione rei iudicatæ. cum ibi alle-
gat. quem Zaſ. & Dd. ibidem communiter ſe-
quuntur. Nec obſtat, quod Caſtrenſ. Angel.
& alij in dict. leg. pro hærede. §. ſi quid tamen.
10 de acquiren. hæred. tradunt, etiam † in uita

filij, fructus feudi ad æs alienum patris diſſol-
uendum capi. Nam hoc aliam rationem ha-
bet, ſcilicet quia filius feudum capere nō po-
teſt, niſi unà ſit hæres, c. 1. ubi Dd. an agnat. uel
fil. & cōſtitut. 47. parte 2. hæres autem factus
obſtringitur debitis hæreditarijs, Ang. & Dd.
§. item hæres. Inſt. de oblig. ex quaſi contract.
peræquè ac defunctus, cuius perſonam repræ-
ſentat, l. ex qua perſona. ubi Dec. de regul. iur.
ut iam pro debitis patris, tanquam proprijs,
feudi fructus ad eius uitam teneantur: quæ ta-
men ipſa res ob legitimam filiorum & confe-
ctionem inuentarij ac ſimiles cauſas ſuis di-
ſtinctionibus limitatur ac reſtringitur, ut ibi
Dd. Tiraquel. in retract. prox. §. 26. gloſſ. 1. nu.
20. uſq; ad 29. Arius Pinellus l. 1. nu. 95. C. de
bon. mater. Bald. & Dd. l. ult. §. in computatio-
ne. C. de iure delib. maximè iure Saxon. quo
etiam abſq; confectione inuentarij hæres non
tenetur ad æs alienū defuncti ultra uires hæ-
reditatis, Landtrecht lib. 1. art. 6. & 22. ubi glo.
Reinhard. diff. 38. Henn. God. conſ. 15. de ſuc-
ceſſ. feud. cuius nomine ac iure feuda nō con-
tinentur, c. 1. de eo qui fin. fec. agn. c. generali.
ubi Laudenſ. ſi de feud. contro. ſit inter dom.
& agn. c. 1. ubi gloſſ. de cap. qui cur. uen. Bald,
auth. in ſucceſsione. ad fin. C. de ſuis & leg. &
c. 1. ubi etiam Aluar. an agn. uel fil. Iaſ. & com-
muniter repetentes, l. Gallus. §. quidam rectè.
ff. de lib. & poſthu. cùm non ſit res hæredita-
ria, Iaſ. in prælud. feud. num. 43. niſi feudum
hæreditariū, Mynſing obſer. 67. cent. 3. ideoq;
cætera feuda antiqua ex prouidentia (de qui-
bus hîc agitur) iure hæreditario aut nomine
non ueniant, c. 1. ubi Dd. de ſucceſſ. feud. c. 1. §.
etſi clientulus. de alie. feud. Bald. nu. 12. Laud.
& alij in c. 1. an agnat. uel fil. idem Bal. l. cùm ui-
rum. num. 21. C. de fideicom. & l. 1. q. 48. de rer.
diuiſ. Iaſ. remiſsiuè §. actionum. nu. 210. Tiraq.
latè in tractat. mortis, 4. parte, declar. 5. nu. 18.
pro quo faciunt ab eo allegata & confirmata
pluribus in retract. prox. §. 1. gloſſ. 3. num. 3. 4.
11 5. 6. 7. 8. 9. 10. ubi multis ꝓbat, Feudum † non
uenire in generalem diſpoſitionem bonorū:
& proinde neq; fructus ſunt hæreditarij poſt
mortem uaſalli, nec in eius hæreditatem com
putantur, niſi pro ultimo anno, quo mortuus
eſt, Reinh. diff. 11. parte ult. ꝓ quo tex. artic. 76.
lib. 3. Ex quo ſequitur, hoc iure ad filiorum ui
tam nō poſſe fieri executionem in feudis no-
mine debitorum paternorum, perinde ac nec
iure communi, quando inuentarium illi fece-
runt, Caſtren. l. pro hærede. §. ſi quid tamē. nu.
3. 4. de acquir. hær. Cæterùm ea res quia non
eſt huius diſquiſitionis, ideo pluribus nihil
opus fuerit illam examinare: nō enim de libe-
ris hîc quæritur, uiuis adhuc ipſis debitori-
bus, cuius in uita nullū dum ius uerè habent,
ſed tantùm in ſpe, per not. à Iaſ. & Dd. l. in ſuis.
de lib & poſth. uerùm illud eſt quæſtionis, an
in uita debitorum Comitum ob æs eorū alie-
num comitatus & eiuſdem caſtra uendi de-
beant, non tantùm in præiudicium horum, &
liberorum, quos relinquent, uerùm & agna-
torum omnium, ſimultaneam inueſtituram
in his feudis anquiſs. & qui hæredes eſſe nō
coguntur, nec ad debita eiuſmodi tenentur,
ut diximus, & traditur in d. c. 1. an agn. uel fil.
& d. conſil. 47. part. 2. Ad quod reſpondetur,
tantùm fructus capi poſſe in ſolutionem de-
bitorum, nō etiam ipſum comitatum & feu-
da inuitis illis hoc nomine eſſe alienanda, per
ſuprà dicta: cùm ne ſupremus quidem Prin-
ceps inuitis uaſallis mutare ſtatum feudi, &
quaſi capite minuere poſsit, ſubijciendo illa
minus dignis, ut Molin. tradit in cōſuet. Pariſ.
rubr. 1. de feud. §. 35. nu. 7. & 8. per doctrinam
Felyn. Panor. Ioan. And. in c. dilecti filij. de ma
ior. & obed. Iſer. in c. imperialē. §. præterea du-
catus. de probib. feud. alien. per Feder. Affert
& hanc rationem Alexan. conſilio 18. attentis.
12 num. §. 6. 7. cum ſequentib. uol. 5. quòd † ua-
ſallus non poſsit præiudicare ſucceſſuris, ſed
tantùm fructus & cōmoditates feudi pro eo
tempore cedere poſsit, quo feudum ſit apud
ſe duraturum, per communem doctrinam Al
uar. & aliorum in d. c. imperialem. in princ. de
probib. feud. alie. per Fed. §. ex eadem. de lege
Corra. Bald. c. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod.
feud. amitt. l. peto. §. prędium. l. codicillis. §. in-
ſtituto. de leg. 2. l. pater. in princ. de legat. 3. ff.
com. diuidundo, §. cùm de uſufructu. ubi Bal.
ff. com. diuid. Specul. de pignor. uerſ. quid de
decimarum. cum alijs ab eo allegat. Eandem
ſententiam pluribus cōfirmat Ioan. de Ardi-
zo. in tractat. feud. parte 2. cap. utrùm pro ne-
ceſsitate debiti feudum uendi poſsit. ubi pro-
bat, feudum ob debita nō uendi, ſed tantùm
fructum eius. Et ne in re manifeſta commore-
mur diutius, hāc eſſe communem concluſio-
nem, ſcilicet quòd tātùm in fructibus fiat exe-
cutio propter debita, non etiā ipſum feudum
alienetur, multis confirmat Camerarius in re-
petit. l. imperialem. in princip. concluſ. 3. mihi
fol. 132. uerſ. hæc certè communis eſt conclu-
ſio. per Iſer. in §. quid ergo. de inueſtit. de re
alien. fac. & c. donare. qual. olim feu. por. alie.
& cōmuniter Feudiſtæ d. c. imperialem. Et ita
tenendo, inquit, non obſtat doctrina Salic. in
authen. ei qui. C. de bon. author. iud. poſſ. qui
uoluit, ex eo quòd feuda non poſſunt pigno-
rari, quòd minimè in his cōſtituatur ius præ-
teritum per executionem in ipſis: quia nullū
ius cōſideratur, aut mutatur, quādo hoc mo-
do in illis executionem fieri permittimus: ad
quem uberiùs hæc examinantem, breuitatis
cauſa ſufficiat digitum intendiſſe, præſertim
cùm noſtro caſu accedat etiam conſuetudo lo
ci, ubi hæc feuda & dominia ſunt ſita: quæ
13 † conſuetudo potiſsimùm & imprimis eſt in
iſtis attendenda, Aluar. numer. 4. Iſer. & Dd.
cap. 1. de feud. cognit. Henning. Goden. conſ.
feud. 22. de feud. inueſtit. numer. 7. cum ſe-
quentib. Hoſtien. in rub. in fin. Cbaſſ. in conſ.

Burg.

Burg.rubr. de feud.num.17. Boer.in conſ. Bi-
tur.de præſcript.§.1.gloſſ.2.Schurff.conſil.66.
num.9.centur.1.glo. Land.art.30. lib.1.in fin.
etiam præ iure, quod in Curia domini ſerua-
tur,Bald.c.1.§.ſi qua controuerſia.num.1.2.de
pace Conſtan.Molinæ.de feud. rubr.1.§.7.nu.
34.Pariſ.conſil.120.num.20.lib.1. maximè in
executionibus & immiſsionibus, Bald. l. ult.
num.1.C.de iur.dom.imp.& in l.ordo.nu.1.6.
7.C. de exec. rei iudic. & potiſsimùm in hac
quæſtione,ubi quæritur, utrùm feudũ ipſum,
an tantummodo fructus feudi debeãt diſtra-
hi pro æris alieni diſſolutione. Nam in eo ſer-
uandam eſſe loci cõſuetudinem, probat Cra-
uet.conſil.197.quanquam.nu.2.uerſic. & hoc
niſi conſuetudo loci eſſet in contrarium. per
doctrinam Bald.c.1.de prohib.feud.alien.per
Feder.Dec.conſ.445. circa mediũ, cum ſimil.
quod accipiendum eſt de uera conſuetudine,
nõ de uſurpatione aliqua facti, præſertim pri-
uatorum,uel imperitorũ : quia talis uſus, uel
potiùs abuſus nõ facit ius, nec interpretatio-
nem iuris: & ſi in quæſtionem deducatur,non
obſeruatur,ſed reprobatur à peritis, ut in hac
ipſa materia definit Molin.in cõſ.Pariſ. rub.1.
de feud.§.35.num.8. Nec uerò hic diſtingui-
mus conſuetudinem à ſtatuto, quia paribus
paſsibus ambulant, Crauet. conſil.251. nu.3.
conſil.30.num.3.conſil.137.numer.2.Conſtat
autem in his Curijs & iudicijs, quibus dicta
feuda Comitatus ſubiecta ſunt,itèm in regio-
nibus, ubi illa ſunt ſita, de notoria conſuetu-
dine fieri executionẽ ad ſoluenda debita, tan-
tùm quo ad fructus feudorum ad uitam de-
bitoris,nec etiam (niſi omnibus,quorũ inter-
eſt, conſentientibus) propterea uendi feuda
ipſa & alienari cum iniuria non ſolùm domi-
ni,qui cogeretur aliũ habere uaſallum, & ſæ-
pius minus dignum, ſed etiam ſucceſſorum
14 ſimultaneè inueſtitorum, quibus † ius ſuum
ſuccedendi auferretur, cùm tamen plus iuris
habeãt,quàm ipſe dominus, §. ult. qual. olim
feud.pot.alien.& ad exolutionem debitorum
talium non teneantur,niſi quatenus in feudũ
conuerſa probentur,Crauet.d.conſil.197.nu.
1.2.3.cum alijs ſ.ad idem allegat.Eaq; cõſue-
tudo tam eſt notoria, & ipſis Curiarum ordi-
nationibus expreſſa, ut probatione non ha-
beat opus.Nam conſuetudo loci generalis &
notoria non eget probatione, ſecundum Bal.
& Dd.l. filiusfam.§. ueterani. de procurat. l. ſi
fugitiui.in princ.C.de ſer.fug.l.iubemus.C.de
iudic.Iaſ.l.de quibus.nu.88.de legib. c.ueſtra.
7.ubi Dd.de cohab.cler. & mul. & c.bonæ.23.
de elec.glo.cle.appellanti.de appel. Curt.poſt
Anto.& alios c.fin.de conſuet.Dec.conſ.445.
num.20 Crauet.conſ.137.magiſter. nu.5.cum
ibi alleg. Cùm igitur in præſenti caſu & com-
munis ſcribentiũ opinio, & uſurpatio ac con-
ſuetudo harum regionũ conſonent atq; con-
gruant in hoc,quòd pro debitis uaſalli feuda
non debeant uendi, ſed tantùm fructus & cõ-
moditates eius ad uitam uaſalli: liquet pro-
nunciationem noſtrã deſuper emiſſam opti-
mo iure ſubnixam eſſe, quando conſtet pro-
nunciandum eſſe ſecundum leges, conſuetu-
dines,l.rem non nouam.in fin.ubi gloſſ. cum
auth.ſeq.ubi Caſtr.& Dd.C.de iudic.§. omnis
autem.in auth. de iudic.§.iuſiurandum.de de-
feuſ.ciuit. l.1. uerb. temporis conſuetudinem.
l.præſes.uerb. cõtra ſtatutum conſuetudinem
præſes non permittet. C. de ſeruit.l.1.2.C.quæ
ſit longa conſuet. Guid. Pap. in deciſ. præfat.
cum multis ibi alleg. item ſecundum commu
nes opiniones,Bar.Bal.& Dd.l.ult.C.de pœn.
iud.qui malè iud.Panor.c.prudentiã. in prin.
de off. deleg.c.ult. de ſecund. nup.Ioan. And.
& communiter Dd.c.1.de conſtit. Henn. God.
conſ.ult.de præſcr. pig. nu.253. latiſsimè Ant.
Maria.Corra,in com.opin.in præfat. num.27.
& tit.8.num.416. & ſi id obtinet in feudis infe
rioribus, & ab inferiore dependentibus, & in
uaſallis minus dignis: quanto magis obtine-
re debet in iſtis Comitibus Imperij Mansfel-
denſibus, qui plurima feuda tenẽt regalia ab
Imperio, & ſunt præcipui Imperij Comites:
quorum inclytam familiam diſtractis bonis
& comitatibus interire, ac omnibus honori-
bus & prærogatiuis Comitatenſis ſuæ digni-
tatis ſic per creditores ſpoliari , fuerit indi-
gniſs.& alieniſs.etiam Imperio,ac reliquis do
minis eorum feudalibus præiudiciale: quorũ
intereſt potiùs tam nobiles & illuſtres habe-
re uaſallos, quàm alios ignobiliores credito-
res,qui non pari authoritate ac ſplendore ſer
15 uitia præſtare queant. Nam † in inferiorem
feudum non eſt alienandũ. c.1.§. ſimiliter.ubi
Dd. de l. Corra. & ſine feudalibus õpibus ac
diuitijs familiæ generoſiores conſeruari pro-
pagariq; nequeunt, Herman. in repetit. rubr.
de acquiren.poſſeſſ.num.36. Cornæ.conſ.90.
ſcrupuloſè.in fin.lib.3. Andr. Sic. cõſ.43. præ-
clarè.nu.23.uolum.1.Hoſtienſ. & Cano.c.tua.
de conſang. c.uenerabilis. de præben. Tiraq.
tract.nobilit. cap.25. cum ibi alleg. multo mi-
nus commodè ſeruitia præſtari, Molin.in cõſ.
Pariſ.rub.1.de feud.§.23.num.3.4.5.& Comi-
tes Imperij, ſicut ſunt Mansfeldenſes, longè
digniores eſſe alijs uaſallis, & eorũ feuda ma-
gis cenſeri regalia, & ducatibus cõparari, no-
tum eſt,Henn. God. conſil.2. de iuriſd. quod
eſt ordine 39. num.6. Feudiſtæ in c.1.quis dic.
dux,marchio, quæ etiam non tam facilè poſ-
ſunt aut debẽt alienari, quàm alia feuda igno
biliora,minusq; regalia, c.1.§. præterea duca-
tus. ubi omnes Dd.de prob. feu. alie. per Fed.
Socin.conſil.165.num.17.18.uiſis.num.2.3.4.
uolum.2. Curt.tract. feud. parte 4. num. 122.
Henning God.conſ. feud.20. per totum. Nec
obſtat, quòd ob publicam honeſtatẽ aut uti-
litatem cogatur Palatium ſuũ aliquando no-
bilis uendere. nam inde nõ ſequitur, idem in
priuatorum gratiam concedendum,cùm pu-
blica priuatis anteponantur, auth. res quæ.
C.com.

C.com.de leg. & ob bonum publicum multa
pro iuſtis habeãtur, quæ aliàs illicita ſunt, l. 1.
ff. de uſucap. Iaſ. nu. 3. 4. & Dd. l. ult. C. ſi con-
tra ius uel util. publ. l. 2. C. de quad. præſcript.
ut hoc argumentum à ſeparatis nihil conclu-
dat, l. Papinianus exuli. de minor. l. fin. de ca-
lum. Et per hæc primus ſententiæ noſtræ arti-
culus ſatis eſt fundatus, ac firmis iuris funda-
mentis communitus.

Secũda quæſtio duo habet capita. I. an com
petentia alimenta d. Comitibus debeantur,
atq; ita ſatisfaciendum ſit creditoribus de fru
ctibus, ne tamen ipſi egeant? II. an in caſum
mortis, etiã uxoribus dotalitia, & liberis ali-
16 menta doteſq; debeantur? Quod † ad primũ
attinet, uideri primo contuitu poterat, nihil
deduci poſſe, aut retineri alimẽtorum nomi-
ne: cùm illud relictũ ſit uoluntariæ miſericor-
diæ creditorum, non conſtrictum aliqua iuris
neceſsitate, l. qui bonis. ff. de ceſſ. bon. uerſic. ſi
quid miſericordiæ cauſa ei fuerit relictũ, putà
menſtruum, uel annuum, alimentorum nomi
17 ne. Etenim † licet ſemel excuſſus debitor illud
beneficiũ habeat, ut amplius excuti nequeat,
niſi quatenus facere poſsit, §. fin. Inſtit. de act.
l. qui bonis. 6. de ceſſ. bon. hoc eſt, deducto ne
egeat, l. in condemnatione. 124. de reg. iur. ſe-
cus tamẽ eſt in priore ceſsione, ut rectè diſtin-
guit Campez. de dote, parte 3. q. 239. nu. 2. ubi
debitor ad ultimũ uſq; denarium excutitur,
& ſua creditoribus relinquere ac cedere cogi-
tur, gl. ultima in l. pen. de ceſſ. bon. Angel. in §.
ultimo, nu. 11. Inſt. de actio. Brun. tract. de ceſſ.
bonor. q. 3. per l. pen. C. qui bon. ced. poſſ. pro
quo tex. in No. 134. uerſ. ad quotidiani uictus
& amictus corporis inopiam. atq; adeò uſque
ad intimam excutitur interulam, ut ait Bald.
l. ult. C. qui bon. ced. Alb. l. penul. eod. tit. Ang.
d. §. ult. nu. 11. Inſt. de act. Couar. lib. 2. practic.
quæſt. c. 1. per l. penult. ff. de ceſſ. bonor. Angel.
l. 2. C. quod cum eo, Bald. l. quod nomine. de
condict. indeb. l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Idq;
etiam demõſtratur ex eo, quòd ſit ſpeciale in
quibuſdam priuilegiatis, ut cõueniri & excu-
ti nequeant, niſi in quantum facere poſſunt,
deductiſq; alimẽtis: qui numerãtur in l. ſunt,
qui. cũ multis ſequentib. ff. de re iudic. Ex quo
ſequitur, in alijs ex iure communi contrarium
eſſe ſtatuendum, gloſſ. l. ſi is, qui. de iure fiſc. &
l. ult. de publ. iud. c. 1. de hær. in 6. latè Euerar.
in loco à ſpeciali, in princ. ut nimirũ exceptio
firmet regulam in caſibus non exceptis, Dec.
num. 20. Cag. & Dd. l. 1. de regul. iur. & reliqui
non excepti ad ultimũ uſq; teruntium excuti
poſsint, gl. d. l. penult. C. de ceſſ. bonor. l. pen. l.
ult. ubi Cyn. Bald. Sal. C. qui bon. ced. Quan-
quam autẽ excipiatur miles armatæ militiæ,
in l. miles. 6. l. item miles. 18. de re iudic. tamen
gloſſ. in d. l. miles. uerb. armata. reſtringit hoc
ad debita in caſtris contracta: nec uult idem
obtinere in debitis alibi contractis, ut domi,
per §. 1. §. item hoc priuilegium. Inſtit. de teſt.
18 mil. nam † priuilegia militaria tantùm obti-
nent in actu militantibus, l. penult. C. de teſt.
mil. glo. §. 1. & ibi Angel. nu. 1. 2. 3. & Bauer. nu.
3. 4. §. ſed hactenus. Inſtit. de teſtam. milit. latè
Socin. iun. l. centurio. numer. 48. de uulg. &
pup. Quòd ſi in ultima uolũtate & teſtamen-
to, cuius tamen plurimus eſt fauor. l. 1. C. de ſa
croſan. eccleſ. non habent priuilegium, niſi in
expeditione: ergo nec in actionibus inter ui-
uos, & in hac materia ſolutionis ac excuſsio-
nis, ut hoc argumento utitur Iaſ. in terminis
d. l. miles. num. 8. ex argumento quotidiano
ab ultimis uoluntatibus ad cõtractus ducto,
l. ſeruum filij. §. cum qui chirographum. l. quæ
legato. de leg. 1. l. ult. C. eod. Inſtit. de l. Fuſ. Ca-
nin. toll. in fin. ubi Angel. & Doctores. Vnde
concludit etiam Iaſ. in d. l. miles. numer. 3. 4.
poſt Raph. Cum. ibi, de re iudic. priuilegium
illud non extendi ad milites auratos noſtri
temporis, qui non ſunt bellatores, per doctri-
nam Cyn. in l. 1. quæſt. 6. C. de iur. & fac. ignor.
Alexan. num 20. 21. & Dd. l. centurio. de uulg.
& pupill. pro quo facit text. in d. l. miles. de re
iudic. cùm dicit, miles, qui ſub armata militia
meruit. nam illud relatiuum Qui, poſitũ ſine
copula, ſtat reſtrictiuè, l. ea tamen adiectio. de
leg. 3. Bart. l. omnes populi. in princ. de iuſt. &
iur. & leg. 1. in princ. C. de ſum. trinit. ac utro-
biq; Iaſ. qui hoc ipſum argumentum urget ac
ponderat in d. l. miles. num. 2. Facit & illa ra-
tio, quòd nobilitas non excuſat ab his, quæ
facere tenemur, ut probat Tiraquell. in tract.
de nobilit. cap. 20. num. 99. ſed tenemur ſatiſ-
19 facere creditoribus. Ergo, &c. His † tamen nõ
obſtantibus, contrariũ eſt decidendum: quia
ipſa gloſſa in d. l. miles. de re iudic. quæ priui-
legium illud de non exigendo, niſi in quantũ
facere poſsit, etiam ad doctores, clericos & ad-
uocatos, ac ſimiles noſtri tẽporis priuilegia-
tos extẽdit: quibus nullo modo competeret,
ſi ratione armatæ militiæ daretur hoc priuile-
gium, ac non potiùs reſpectu dignitatis per-
ſonæ, ut rectè ibi arguit Iaſ. num. 3. 4. cum ſeq.
Cùm autem eam gloſſ. recipiant omnes, & di-
cant ſingularem ibi Bolog. ac Dd. item Andr.
Barb. & Capo. in c. Odoardus. de ſolut. ut plu-
ribus confirmat Matth. Brunus tract. de ceſſ.
bon. parte 4. quæſt. 10. Alex. l. centurio. nu. 25
de uulg & pup. ſubſt. per l. medicos. ubi glo. &
Dd. C. de profeſſor. & med. lib. 10. ſequens eſt,
idem priuilegium cõmunicari equitibus au-
ratis noſtri temporis, Iaſ. nu. 2. 3. 4. Zaſ. ac Dd.
d. l. miles. de re iud. & conſequenter etiam no-
bilibus, Bal. l. 1. ad fin. C. qui bon. ced. Alexan.
l. centurio. nu. 25. de uulg. latè Didac. Couar-
ruar. reſol. lib. 2. cap. 1. numer. 4. Brunus d. trac.
parte 4. quæſt. 10. num. 17. uerſ. per tale exer-
citium nobilitatem, &c. Bon. de Curtil. de no-
bilit. parte 5. num. 12. ac potiſsimùm dominis
terrarũ, ut Comitibus hic, Alex. in l. centurio.
nu. 25. & 26. de uulg. & pupil. Nam priuilegio
& iure militari utuntur, Menoch. conſil. 1. nu.
152.

255. per l. 1. §. miles. de re mil. l. 5. C. de domeſt.
& protec. lib. 12. Zaſ. conſil. 1. nu. 36. Dec. conſ.
516. nu. 3. quò ſunt in altiore dignitatis gra-
du, eò magis ac ualẽnus priuilegijs iſtiuſmo-
di muniuntur & gaudent, Alex. d. l. centurio,
n. 14. de uulg. Menoch. & Zaſ. præal. loc. cùm
duo uincula (ut ait ibidẽ) ſint uno fortiora,
c. 1. de treug. & pace, auth. itaq; C. com. de ſuc-
ceſſ. ideoq; ſubdit etiã in hac materia, quòd
Comes & Baro debeat præferri Comiti tan-
tùm, uel Baroni tantùm. Multo ergo magis
ſimplici militi, uel clerico, uel decurioni: qui-
bus tamẽ hoc priuilegiũ omnes Dd. cõcedũt
in d. l. miles. pro quo tex. in l. decurionibus. ff.
de decur. quæ uult iſtiuſmodi uiris, quãdo fa-
cultatibus lapſi ſunt, alimẽta de publico de-
cerni. Quãto igitur magis de ipſorũ proprio
decernẽda ſunt, quoniã cõturbant, opibusq;
labuntur, hoc eſt, ſiunt nõ ſoluendo? Suadẽt
20 † & hoc rationes iſtius priuilegij, quod indu-
ctum eſt nõ ratione alicuius operæ, ſed reſpe-
ctu perſonæ ac dignitatis, unde nec renunciá-
ri poteſt, Iaſ. d. l. miles. nu. 1. & ibi communiter
Dd. Alex. & alij. §. eleganter, in fin. nu. 16. ſol.
mat. Ioan. And. & alij in c. Odoardus. de ſo-
lut. Matth. Brun. tract. de ceſſ. bonor. parte 4.
q. 11. nu. 15. quoniã hoc priuilegiũ ratione di-
gnitatis & nobilitatis perſonæ conceſſum eſt,
ut ibid. Brun. nu. 11. per l. milites. C. de quæſt.
Salic. l. 1. in fin. §. quæſtio. C. de iur. & fac. ign.
Brun. trac. de indic. & tort. q. 4. prin. uerſic. ſed
quid in militib. Euerar. in 22. argumento loci
A' milite armatæ militiæ. Si igitur ꝓpter nobi
litatẽ militib. etiã ignobilib. datur, multo ma-
gis nobilib. dari cõſentaneũ eſt. Nam propter
qđ unumquodq; tale eſt, illud magis tale eſt,
auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. & ubi
duo ꝓpter unũ, ibi unum, l. quoniã de ſium. &
cauſa & cauſatũ ad paria iudicantur, l. 4. ubi
Bal. de iuſt. & iur. d. l. quo minus. l. etſi amicis.
de adulter. l. maritus. ubi Caſtr. & Dd. C. de ꝓ-
curator. Imò ius omne potentius eſt in cauſa,
quàm in cauſato, Bal. d. l. 4. l. digna uox. C. de
legib. Caſtr. conſ. 129. uol. 1. Quoniã in cauſa-
to nõ plus ineſſe põt, quàm ab influẽtia cauſę
ꝓcedit, c. 1. §. hoc autẽ. qui feud. dare poſſ. Vn-
de qui habet cauſam, habet & cauſatũ, l. de ac-
ceſſionib. §. 1. de diuerſ. & tẽp. præſcript. auth.
ingreſsi. C. de ſacroſ. eccleſ. §. quos autem. ubi
Porc. Inſt. de bon. poſſ. Addũt & illã huius pri
uilegij rationẽ Dd. quia milites & Dd. torque-
ri & incarcerari nequeunt, Iaſ. nu. 2. 3. 4. in d. l.
miles. & ibi cõmuniter Dd. Brun. d. tract. ceſſ.
bonor. part. 4. q. 10. & 11. nu. 10. cũ ſeq. Nam &
carcer eſt mala manſio, l. ſi hominẽ. 7. in prin.
ubi gl. uerb. extẽſum. ff. depoſ. & quædã tortu-
rę ſpecies, Hipp. in prac. crim. §. attingã. nu. 28.
& §. expedita. nu. 11. quæ morti æquiparetur,
Hipp. l. 1. in prin. nu. 29. de quæſt. Bal. c. 1. §. de-
niq. num. 2. quæ fuit prima cauſa benef. amit.
Boſſ. in prac. crim. tit. de carcere, nu. 1. ut hanc
ipſam rationẽ huc allegat & ponderat Ang. §.
ult. in prin. Inſt. de actio. & proinde nec cedere
totis bonis cogunt̃, cùm hoc remediũ tantùm
ideo inductũ, ne qs incarcerari poſsit, l. 1. ubi
Cyn. Bal. Sal. C. q bon. ced. poſſ. Brunus pręal.
loc. At hæc ratio multo magis obtinet in no-
bilibus, præſertim Comitibus, quàm in alijs
indignioribus, ſcilicet ut nec facilè torqueri
poſsint, niſi in crimine maieſtatis, & ſimilib9.
l. null9. uerb. generis, aut dignitatis. C. ad leg.
Iul. maieſt. l. ſeuerã. C. de dignit. lib. 12. l. deſer-
torẽ. §. 1. de re milit. l. militea. l. diuo. C. de quæ.
Rayn. in trac. nobil. q. 7. in prin. Tiraq. de no-
bil. c. 20. nu. 139. nec etiã incarcerari, Lucas de
Pẽna & alij l. mulieres. l. quoties. C. de dig. lib.
12. latè Tiraq. in tract. de nobil. c. 20. nu. 28. 29.
30. 31. Multo igitur magis, quàm alij, gaudere
debent hoc priuilegio, ne poſsint cõueniri ſu-
pra quàm facere poſsint, Tiraq. trac. de nobil.
c. 20. n. 142. uerſic. ſcilicet ut ijs relinquat̃, un-
de poſsint uiuere, habita rõne ſuę nobilitatis.
c. nõ cogant̃. 41. diſtinc. Bal. l. 2. in prin. qđ cũ
eo qui in alie. pot. cũ alijs quæ allegat Tiraq.
præal. loc. ubi licet nõ uideat̃ cõcedere hoc pri
uilegiũ ꝓpter ſolã nobilitatẽ, ſed demũ ſi alia
priuilegij ratio concurrat, puta quia ſit mari-
tus, miles, &c. tamẽ Dd. ut ſuprà poſuimus, ge
neraliter loquunt̃: & cùm ratio ſit eadẽ in om
nibus, nempe dignitatis ac nobilitatis, eadem
debet eſſe diſpoſitio, l. illud. ad l. Aquil. l. non
poſſunt. de legib. cum ſimil. Nã cùm nulla põt
diuerſitatis ratio aſsignari, nõ ſunt cẽſendi ca
ſus iure diuerſo, l. generali. de fideiuſſor. Ae-
mylia. conſ. 4. n. 17. etiamſi per ſe caſus diuerſi
ſint, Crau. cõſ. 187. n. 67. & per rationis identi-
tatẽ ꝓcedere, nõ eſt extẽdere legẽ, ſed enuclea-
re, Crau. de antiq. temp. in prin. nu. 35. Atq; ita
ſeruari in nobilibus, maximè dignioribus, ut
baronibus ac comitibus, ſcilicet ut excutiãtur
tantùm & exigant̃, deducto ne egeant, notiſsi
mũ eſt, & hactenus in terris iſtis uſurpatũ, po-
tiſsimùm in uaſallis dignioribus, quos turpe
eſſet dño fame & egeſtate laborare, ac tantùm
nõ mendicãdo uictũ quærere: præſertim cùm
ſic nec ſeruitia præſtare, nec in curia dñi hone-
ſtè cõparere queãt. Et ijs dari hoc priuilegiũ,
qñ ſit in feuda eorũ, quo ad fructus, executio
ad æs alienũ diſſoluendum, tenet in terminis
Iaſ. l. commodis. n. 2. 3. 4. de re iud. ubi arguen
do à clerico ad uaſallũ, decidit in utriuſq; be-
neficium fieri executionẽ, tantùm quo ad fru-
ctus, ad eius uitã: limitans ex Bal. d. c. cõtingit.
nu. 15. de dol. & cont. dummodo reſeruet̃ cle-
rico, unde uiuere poſsit: aliàs. inqt, non poſſet
eccleſiæ deſeruire, arg. c. ſi propter tua debita:
10. de reſcrip. in 6 ubi Gem. in 1. notab. & cùm
ad idẽ alleget ibi Iaſ. gl. & Dd. l. milea. in princ.
de re iud. facilè poteſt intelligi etiam in militi
bus ac ſimilibus qui idẽ priuilegiũ habẽt, idẽ
uelle eum obtinere: nam Dd. intelligendi ſe-
cundum ea quæ allegant, Bart. l. non ſolùm.
§. ſi liberationis. numer. 7. de lib. legat. quò fa-
ciũt iura & rationes ſuperiùs ad id cõfirman-

dum

dum adductæ: Et hoc magis iſto caſu debet
obtinere, cùm iã in trãſactionibus hæc alimẽ-
ta d. Comitibus pro ceſsione & ſequeſtratio-
ne ſuorũ dominiorũ decreta, cõuenta, cõſtitu
ta ſint: quæ pacta ſeruari æquiſsimũ eſt, l. 1. de
pac. cũ ſimil. præſertim cùm ſint pars precij &
contractus, l. ſi ſterilis. §. ſi tibi feudũ. ff. de act.
emp. eorũq; intẽtiõe potiſsimùm d. Comites
ſequeſtrationẽ hãc admiſerint, & poſſeſsione
dominiorum ſuorum ceſſerint, l. cùm te. C. de
pact. int. empt. & uendit. cũ ſimil. Nullus, inqt
Imperator, erit litiũ finis, ſi à tranſactionibus
bona fide interpoſitis cœperit facilè diſcedi,
l. fratris. 10. C. de tranſac. ideo ne reſcripto qdẽ
imperiali reſcindi eas oportet, l. cauſas. 16. C.
eo. tit. & ſtatuta ac conſtitutiones nouæ, quæ
etiã de præteritis negocijs loquunt, contra re-
gulã l. leges. C. de legib. tñ nunq̃ retrotrahun-
tur ad negocia trãſacta & deciſa, Bar. l. omnes.
q. 5. de iuſt. & iur. per l. fi. C. de tranſac. l. ult. C.
ſent. reſcin. non poſſe: qđ maximè fauore ali-
mentorũ dicendũ hic eſt, l. de alimentis. cũ ibi
not. C. de tranſac. l. cùm ij. ff. eo. potiſsimum ex
cauſa miſericordiæ in ceſsione bonorũ debi-
tori relictis, l. qui bonis. de ceſſ. bon. Atq; iſta
quidẽ ad huius diſputationis uerã definitio-
nem ſuffecerint, ſi priùs illud monuerimus, in
huiuſmodi deductione ne egeat, longè proli-
xiùs gratificandũ eſſe d. Comitib⁹, quàm alijs
ignobilibus & minus dignis, quib. id benefi-
21 cij det. Nã † enĩ ſi ſatis eſſet relinq hic ignobi-
li & ruſtico, unde poſſet ueſci groſſo pane, ca-
ſeo, cæpis, fabis, & ſimilibus, nõ tñ idẽ eſt in tã
generoſis, quorũ nobilitatis & dignitatis ha-
benda eſt ratio, ſic ut ijs relinquat, unde pane
albo, pullis, & delicatis cibarijs ali poſsint, ut
plurib. cõfirmat Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 142.
p gl. l. ſeruis urbanis. uerb. ex libellis. & uerb.
cibarijs. de legat. 3. Cæpol. in 22. priuileg. nobi
litat. Paulus Citad. de iure patron. q. 1. partis
6. Iaſ. § item ſi de dote. in prin. Inſtit. de action.
Afflic. in conſtit. reg. incip. qualitas perſonæ. &
conſtit. quiſquis. Ant. Corſet. in c. grandi. in fi.
de ſupplen. neg. prælat. Hippol. in rubr. C. de
probat. nu. 15. & 16. Nam alimẽta cõſtituenda
ſunt ſecundũ dignitatẽ perſonæ. l. 1. §. mulier.
l. habitatio. §. ſeruis. de uent. in poſ. mitten. gl.
c. epiſcop⁹. 10. q. 2. c. nobis. uerb. modeſtè. ubi
Ant. But. de iure patron. Tiraq. præal. loc. nu.
143. Pan. c. cùm oẽs. n. 9. de conſtit. Iacob. Me-
noch. de arb. iudic. lib. 2. cẽt. 2. caſu 159. n. 5. &
caſu 169. nu. 4. Vnde nobilioribus ampliora
ſunt cõſtituenda, quàm ignobilibus, Rochus
Curt. de iure patron. uerb. & utile. 2. quæſt. pri-
mæ quæſt. princ. Paulus Citadin. in eod. tract.
parte 6. q. 7. art. 4. Cæſar Lamberti eod. trac. 3.
articulo tertiæ quæſt. princ. & 12. art. eiuſdem
quæſt. Tiraq. præal. loc. n 143. nec eñ cogunt
ueſci, ut pauperes, c. non cogantur. 41. diſtinc.
Quocirca relinquendum ijs eſt, unde poſsint
uiuere, habita ratione ſuæ nobilitatis, Bal. l. 2.
in prin. C. qđ cũ eo, etiã in terminis ceſsionis

huius, & in rub. C. q bon. ced. poſ. Ang. & Imo.
l. Neſennius. §. ult. de re iud. Imol. Raph. Alex.
l. ſi maritus in id. ff. ſol. mat. Iaſ. d. §. itẽ ſi de do-
te. n. 8. Inſt. de act. Cæpol. priuil. 22. Tiraq. præ-
al. lo. n. 142. per l. ſed & ſi quid inædificauerit.
§. ſufficienter. de uſufr. l. cũ unus. §. alimẽtis. de
alim. & cibar. leg. l. nepos Proculo. ubi gl. uer.
dignitate. de uerbor. ſign. l. tutor ſecundũ di-
gnitatẽ. de adminiſt. tut. ſicut & uſus illis ube-
riùs cõſtituit, l. plenũ. §. præter habitationẽ. de
uſu & hab. Tiraq. præal. loc. n. 153. ſicut dos, e-
tiã relictũ ac legatio quælibet, ut Tiraq. ibid. n.
153. 154. 155. cũ multis ibi alleg. & hoc cõiter
eſt receptũ, Bru. de ceſſ. bonor. in ſi. q. 30. per to
tũ: etiãſi putet Iaſ. id nõ eſſe ſine ſcrupulo, §. itẽ
ſi de dote. n. 8. Inſt. de act. ꝓpterea q quidã uo-
lunt fieri deductionẽ, nõ habita rõne dignita-
tis, Bal. & Ang. ſibi cõtrarij. & Raph. in l. ſi ma-
ritus in id. ff. ſolu. matr. cũ alijs, quos cumulãt
Tiraq. præal. lo. nu. 144. & Campez. de dote,
parte 3. q. 239. per totũ. Cæterùm qđ diximus
circa perſonã principalis debitoris, idem etiã
eſt dicendũ circa uxorẽ eius, liberos, ac fami-
liã, quos de neceſsitate educare debet, & erga
quos magis afficimur, quàm erga noſipſos, l.
iſti. in ſi. qđ met. cauſ. & ſine quib. debitor cõ-
modè iuxta ſuã qualitatẽ & cõditionẽ uiuere
nõ põt, l. ſi quis à liberis. §. nõ tñ. ubi gl. de lib.
agnoſc. l. 2. de uſu & hab. l. ſi ſtipulatus fuero.
de uerb. oblig. Itaq; licet cõtrariũ teneãt Ioan.
Fab. Ioan. de Platea d. §. item ſi de dote. Inſt. de
act. tñ cõcludendũ eſt, ut ait Brunus q. 31. nu.
5. ſi habẽdus eſt reſpectus ad debitoris quali-
tatẽ & cõditionẽ, ut ſuprà ꝓbauimus, q conſe
quenter in credẽte haberi debeat cõſideratio
nõ ſolùm de ſua perſona, ſed etiã de perſonis,
ſine quib. ſecundũ ſuũ ſtatũ uiuere nõ poteſt,
Imol. l. Neſennius. §. ſi n. 2. 3. de re iud. Aret. cõ
ſil. 17. cõſideratis. in ſi. uerſic. tertiò, quia ſi ma-
22 ritus. Quoniã † priuilegiũ alicui ꝓ ſe cõceſsũ,
ad familiã etiã atq; miniſtros, ſine quibus eſſe
nõ põt, extenditur, auth. habita. ubi poſt gl. &
Bal. latè Rebuf. C ne fil. ꝓ patre, l. adminiſtran
tes. §. 1. ubi Bar. in 1 lec. & Bal. de excuſ. tut. Bal.
l. nõ ſolũ. §. qui primipilũ. eo. tit. Staphylus in
tract. de literis gratiæ & iuſt. fol. 154. uerſ. præ-
terea. Et hoc quidẽ in materia noſtra priuile-
gium eſt impreſſum, ac cũ hac extẽſione & in-
terpretatione in corpus iuris redactũ, gl. ult. c.
ſtudeat. uerb. & ſui. 50. diſt. ꝓbans, q ei qui nõ
cõuenitur ultra quàm facere poſsit, quòd tan
tùm relinqui debeat, unde nõ ſolùm ipſe, ſed
eius etiã uxor & liberi, tanquã pars eius, item
miniſtri ac neceſſarij ſuſtentari queant: faciũt
tradita per Dec. in l. lecta. nu 13. uerſ. in gloſſ.
uerb. de domo. ff. ſi cert. peta. uidelicet quòd
priuilegiũ alicui conceſſum, etiã eius familia-
ribus cõpetere dicatur, Bar. l. ſemper. §. immu-
nitati. ff. de iure immun. per tex. quẽ Aret. alle-
gat, in l. cæterùm. de uſu & hab. & pro hac opi
nione facit uulgaris illa regula, Aliquẽ ex alte
rius pſona cõſequi, qđ ex ſua cõſequi nequit,

cau-

c.authoritate.§.fin.de conceſſ.præben.lib.6.c.
penult.de præben.eod.lib.l.ſi emancipati.ubi
plenè Iaſ.C.de collat.Hipp.Marſil.ſingul.180.
Et quo ad uxorem ac liberos, probatur etiam
eo, quia pater & liberi una & eadem perſona
cenſentur, l.fin. C. de impub. ſubſtit. etiam in
hac materia, glo.ult.d.c.ſtudeat.50.diſt. per §.
hac authoritate. in princ.35. quæſt.3. & mari-
tus ac uxor ſunt unum,& eadem caro, c.debi-
tum.de bigam.ac pars uiri,c.admonere. 33. q.
2.gloſſ.d.c.ſtudeat.in fin.ut hæc iura cum ſuis
rationibus ad hanc ſtabiliendam opinionem
adducit Matthæus Brunus tract. de ceſſ bon.
parte ultima, quæſt.31. nu.5.6. uſque ad finem.
Pro quo & illud facit, quòd mulier habeat bo-
na mariti obligata iure hypothecæ pro ali-
mentis ſuis,quæ maritus ei debet,l.ſi ab hoſti-
bus.§ ſi uir.ubi Iaſ.nu.4.5. & paſsim, ff. ſolut.
matr.Dd.l.pro oneribus.C.de iur.dot.non mi-
nus quàm nomine dotis, etiamſi aliunde ha-
beat unde ſuſtentari poſsit, Mynſing.obſ.64.
centur.1.ex Afflic.deciſ.Neap.10.Bald. l.de ali-
mentis.C.de tranſact. Guid. Pap. cōſ.127.Bal.
ad Spec.de donat.int.uir.& uxor. in prin.uer-
ſic. an pro alimentis bona uiri ſunt obligata
uxori. Quæ quidē ſiquidem in alijs obtinent,
multo magis in iſtis generoſis dominis locū
habere debent: cùm in hac deductione ſuæ di-
gnitatis nobilitatiſque, etiam in hoc ſit haben-
da ratio,ne ſoli uiuere cogātur. Cæpol.de no-
bilit.priuileg.22. Aretin.conſ.17.conſideratis.
in fin.dubio 5.Imol. & Alex. l. ſi maritus in id
quod.ff.ſolut.matr. Panor. in c.cùm adeò.nu.
5.de reſcript.per tex.& gl.uerb.ſufficientem.in
c.non cogantur.41.diſtin.& gl. c. conqueren-
te. uerb. ſufficientia. de cler. non reſid. Tiraq.
tract. nobilit. cap.20. num.142. Et per hæc ſe-
cundæ quæſtionis ac deciſionis prima pars ſa-
tis uidetur enucleata.

In ſecunda huius articuli ſeu thematis par-
te quęritur,an in caſum,hoc eſt,mortem d Co
mitum debitorum, non uxoribus eorum de
dotalitio,& liberis de alimentis ac dotibus ſi-
mul proſpici in hac deductione debeat? In
23 † quo diſsimile ius eſt uxorum ac liberorum:
nam uxoribus præ legitima horum eſt ſatisfa
ciendum,Bald. Ang.& communiter Dd.l. Pa-
pinianus. 8. §. ſi quis.15. ff. de inoff.teſt.& l.2.
C.de reuocan quæ in fraud.cred. latè Iaſ.conſ.
181.in præſenti.per totum,uol.2. Bald. conſil.
57.quia illud.per totum,uol.1.ex l.ſcimus.36.
C.de inoff.teſt.Iaſ.l.cùm filiofam.11.num.46.
de leg.1. l. cohæredi. 4.§. cum filiæ.2. de uulg.
& pupil.fac.No.18.de trien. & ſemiſſe, in prin.
l.quanquam.10.ubi Dd.C.ad l.Falc. Sciendū
autem eſt, mulierum multiplex eſſe patrimo-
nium, ut dotem, dotalitium, donationē pro-
pter nuptias,paraphernalia, &c. l. marit⁹.ubi
gloſſ.Iaſ.& Dd. circa finem, C. de procurat.de
quibus ſingulis quatenus in hac materia diſ-
crepant,eſt uidendum, ſi prius illud præmo-
nuerimus,idem in his ius eſſe mulieri,& mor-

tuo uiro,& uiuo quidem,ſed ad inopiam uer-
gente, boniſque cedente ſuis, l. ubi adhuc. ubi
Bal. Sal. & Dd. C.de iur.dot.l.ſi conſtante.ubi
latè Bart. & cōmuniter ſcribentes ac repeten-
tes, ff. ſolut. matrim. In dote mulier habet ius
non modò hypothecæ tacitæ, l.unic.§.1. C. de
rei ux.act. ſed etiā prælationis, ut reliquis cre-
ditoribus præferatur,l. aſsiduis. C. qui pot.in
pig.l.in rebus. C. de iur. dot.etiā antiquiorib.
hypothecā expreſſam habentibus, ut uolunt
d.textus,& §.bis cōſequens. in auth. de æqual.
dot.quos ſequitur ita indiſtinctè Camera Im-
perij,Mynſing.obſ.13. cent.4. & §. fuerat.n.12.
24 & 13.Inſtit.de actio.Sed † in his regionibus &
alibi potius ſeruatur opinio cōmunis:nempe
ut præferatur hypothecarijs expreſsā haben-
tibus poſteriorem, & ſimilibus omnibus: cæ-
terùm anterioribus tacitam tantùm haben-
tibus, non etiam ijs qui expreſſam habēt an-
teriorem, Bart. & cōmuniter Dd. d.l.aſsiduis.
Ripa l.quæſitū.nu.7.de priuileg.cred.Cota ſ.l.
qui liberos.n.118. de rit. nupt. Schurff cōſ.22.
præſent. cent.1. per totum,qui dicunt hāc eſſe
cōmunem:ſequitur cōſtit.28.in princ. parte 1.
uerſ. *Vnd nach dieſem ſoll der ſchuldners eheweib mit
jhrem eingebrachten gutb,ſo viel ſie des erweiſen kann,
allen andern gleubigern ſo nicht eltere außtruckliche ver
25 pfendung haben, vorgezogen werden.* Hoc † autem
ius hypothecæ acquiritur mulieri, & cōſtitui-
tur ſtatim à die nuptiarum,ſiue ante,ſiue poſt
dotē inferat,dum modò tamē inferatur,quo-
ties cōuenta promiſſaque eſt, Iaſ. in §. fuerat.nu.
48.Inſt.de action.Neguzan.tract.pig part. 2.
memb.4.nu.77.per doctrinam cōmunem l.ſi
conſtante.§.1. ſol. matr. l. pen. C. de don.ante
nup. Nec enim hypotheca nomine dotis eſſe
poteſt,niſi ſit & probetē dos illata, glo. Bart. &
Dd.l.1.C. de dote cauta non numer. Iaſ.§. fue-
rat.n.81.Inſt.de actio.Schurff.cōſ.22. præſens.
nu.3.cēt.1.Sicut enī acceſſoriū non cōſiſtit ſine
principali, l. cùm principalis. de reg iur. c. ac-
ceſſoriū.eod.in 6. ſic nec pignus ſine principa-
li,cui accedat,l.5.C.de remiſſ.pig.cū ſimil.Cæ-
terùm Bar.opinio, exiſtimātis ſolā mariti con
feſsionē ſufficere,in l. 1.C.de dot. caut. nō nu.
l.aſsiduis.C.qui pot.in pig.tantùm recipitur,
quoties à marito, uel eius hærede dos repetitē,
nō etiā qñ cōtra reliquos creditores agitē, qb.
mariti cautio, uel cōfeſsio ſup numerata dote
facta,obeſſe nō debet:ita poſt Ang. & Fab.Iaſ.
in §.fuerat.nu.73.74.81.cū ſeq. Inſt.de action.
Crau.de antiq.tēp.§.3.nu.69. Schurff. cōſ.22,
pręſens.n.3.& 4.cēt.1.niſi qñ & ipſi creditores
ſola debitoris ſyngrapha nituntē, nec aliā af-
ferre ꝓbationē poſsūt:Mynſ.obſ.61.cēt.1. Cæ-
26 terùm † hæc legalia dotis priuilegia, de qbus
diximus,ꝓuiſione hominis, puta dotalib.pa-
ctis,nō tolluntē,ſed magis corroborantē,gl.ult.
uerb.cōtentā.C. de pac. cōuen. quā laudāt ibi
multū Bal.& Sal.item Bal. Nou.tract.de dote,
part.priuileg.68.Neg.tract. pig. parte 2. mēb.
4. n.83. ubi dicit eam gl.cōiter teneri,Schurff.
conſ.

conſ.22.præſens.nu.1.2.3.4.cent.1. niſi quòd
moribus Sax. dotalitiũ conſtitutũ totam do-
tẽ abſorbet, cuius uice ſubſtituitur ac ſurroga
27 tur, conſt.42.parte 2. Vnde † de tali nõ aliter
iudicari debet, quàm de ipſa dote, etiam quo
ad hypothecam & prælationẽ, Neguzant. de
pig.2.partis 4.membro, nu.64.69.Imol.poſt
Pan.nu.9.d.c.ex literis.de pignorib. iuxta re-
gulam, quòd ſurrogatũ retineat naturã eius
cui ſurrogatur, l.ſi eũ.§.qui iniuriarũ.ff. ſi quis
cautionib. idq́ probat conſtitutio 28. parte 1.
uerſic. *jedoch was der leibgeding halben verordnet,
bleibet in wirden vnd kreffien*, &c. In alijs pactis &
donationibus antiphernis non dat mulieri
ius prioritatis, d.cõſt. 28. uerſ. *in dem gegen ver-
mechtnus aber hat ſie ſich diß fals der prioritet dẽ glеu-
bigern zu nachtheil nicht anzumaſſen: jedoch was der
leibgeding halben verordnet, bleibet in wirden vnd
kreffien*. ubi manifeſtè diſcernũtur aliæ dona-
tiones propter nuptias à dotalitio. Quæri ta-
men hîc poteſt, cùm tantùm prælationes ſeu
prioritatis ius in donationibus eiuſmodi au-
ferat cõſtitutio, ſic ut nec iure cõmuni tale ius
prælatiõis in donatione ꝓpter nuptias uxor
habet, l.aſsiduis. ubi gl.uerb. ſuo tempore. C.
qui potior.gl.ſi.Ang.nu.25. Iaſ.num.40. Go-
mez.nu.39.in §.fuerat.Inſt.de act. Bald. Salic.
auth.ad hæc. C. ad Velleian. Panor. nu.9.c.ex
literis.de pignor.Bal.No.de dote, parte 12.nu.
59.60.Henn.God.cõſ. de dote, 9.n.8. & 15.an
nihilominus mulier non habuerit hypothecã
tacitã in ſuo tẽpore, quo ad tales donationes,
ſicut iure communi habet, ut creditoribus po
ſteriorẽ habentibus præferatur, l. aſsiduis.in
fin. C. qui pot.l.ubi adhuc.C. de iur. dot. ubi
Cyn.&Dd.§.quia.in auth. de priuil.dot.hæret.
§.aliud.in auth.de æqual.dot. Pan.n.9. & Dd.
c.ex literis.de pignorib.Bald. Nouell.in tract.
dot.parte 12.n.59.Ant.nu.25. Iaſ.nu.40. Go-
mez.nu.39.in d.§.fuerat.Inſt.de actio.Neguz.
tract.pig.2.partis 4.mẽb.n.64.Hen.God.cõſ.
de dote, 8.n.15.cõſ.9.n.7. Scitũ eñ eſt, quicqd
nõ corrigit̃ ſtatuto, uel diſponit̃, id remanere
in diſpoſitione iuris cõmunis, l. ſi extraneus.
de cõdic.cauſ.dat.l. ſi cùm dotẽ.ubi Dd. ff. ſo.
lut.matr.Bal.Sal.l.3.C.de inſt.&ſubſt.Schurff.
conſ.55.cẽt.1. Apparet tñ, cùm incluſio unius
ſit alterius excluſio, l.cùm prætor. de iud.hanc
fuiſſe ſtatuentiũ mentẽ, ut mulier in donatio-
ne ꝓpter nuptias, uelut lucro, non præferatur
creditoribus, q de damno certãt, ex ratione l.
ult.§.licẽtia.C.de iur.delib. l. ult. C. de codicil.
quæ etiã hîc ualet, l.aſsiduis. uerſ. non pro lu-
cro fouemus.C.q pot.in pign.l.pen.C. quæ in
fraud.cred.ſed tantùm habeat ius prælationis
& hypothecæ præ creditoribus in dote & do-
talitio. Atque ita multis locis quæ iure Sax.
utunt̃, partim ſtatutũ, partim obſeruatũ ſcio:
ideoq́ cõſtitutio 16.parte 2.quæ donationem
doti æquiparat, uidet̃ de dotalitio eſſe accipi-
enda, ut uerba ſequẽtia declarãt, tanq̃ exegeti
cè ſubiũcta, extra res dotales, & in donationẽ
ꝓpter nuptias, uel (quaſi dictũ ſit, hoc eſt) do-
talitiũ conſtitutas. Ceterùm qa de hoc genere
hîc nõ quæritur, uerùm tantũmodo, ut habet
diſertè quæſtio, *von leibzuchten*, hoc eſt, de dota-
litio, non opus eſt ulteriùs euagari, ſtatuen-
dumq́ indubitatẽ, *im leibzuchten oder leibgedingẽ*
idẽ ius mulieri eſſe præ reliquis creditoribus,
qđ in dote ipſa, d.cõſtit.28.parte 2. cũ alijs ſu-
prà allegat. & Land. lib.1. art.20. ubi gl. Ideq́
28 † de alimẽtis iudicetur, pro quibus etiã tanq̃
nomine dotis habet bona uiri obligata, Bal.
No.de dote, parte 2.q.63.nu.1. Alciat.cõſ.332.
nu.2.& unde nutritur, nec diſcedere cogitur,
donec ibi de dote & alijs ſit ſatisfactum, Bal.l.
pen.nu.2.C.de pig.act.Bal. tract. dot. parte 8.
quæſt.6.nu.21. Dd. l. diuortio. §. ob donatio-
nes.ff.ſolut.matr. Landtrecht lib.1. artic.22.&
45.lib.1.ubi glo. Ac quanquam creditores po
ſteriores dotẽ uxori offerentes, bona ab ea re-
uocant, l. cùm tibi. ubi Dd. C. qui pot.in pig.
tamen id ita accipiendum, ſi non obtulerunt
tantùm, ſed & depoſuerunt, l.1.ubi Dd. C.qui
pot.Ioan. Cephal. conſ.298. nu.15.uol.2. Sed
nec obtinet hoc in bonis mulieri pro dote aſ-
ſignatis, uel hoc nomine occupatis conſtante
matrimonio in inopia uiri, Bart. l. ſi conſtan-
te.num.88.89.ſol.matr. ubi etiã probat, quòd
uxor cõtra creditores poſsit ſibi iure retentio-
nis cõſulere, Neguz.tract.pig.partis 5.memb.
1.num.31.Afflic.deciſ.199.Soc.conſ.111. uol.3.
Io. Ceph.conſ.294.nu.6.uol.2.maximẽ ſi per
annum mulier poſſedit, Neguz. de pig. parte
3.memb.2.nu.8.Ioan. Ceph. conſ. 298. nu.16.
29 uol.2. Non † idem dici poteſt etiam de legiti-
ma liberorũ, quæ demum à morte patris de-
betur, & de qua in eum caſum (etiã hîc) rectè
tãtùm quæritur: Bal.l.cùm ſcimus.36. in prin.
C. de inoff.teſtam.Iaſ.l.in ſuis.11.nu.8. & 15.de
lib.& poſth.& in l.is poteſt. 18.nu.17.18.19. de
acq.hæred. per l.1.§.ſi impuberi. 17. de collat.
bonor.Bart.auth.ſi qua mulier.in ſi. C. de ſac.
eccleſ.&in l.ult.nu.2.de lib. ag.Roman.l.filius.
nu.2.de uerb.oblig.Coraſ.l. filium.24.nu.81.
C.fam.hercisc.item de dote filiarum, quæ † in
30 locum legitimæ ſuccedit, l.quoniam nouella.
C.de inoff teſtam Bart.Alex.Rom. Soc.ſenior
& iunior, ac communiter Dd. in l.1. in fin.l.ſi
cùm dotem.ſol.matrim. Bart. & alij, l.Titio.§.
Titio genero.de cond. & demonſtr. Aemylia.
conſil.1.nu.18.Gemin. Franc. Couar.& Cano.
c.2.de pac.Socin.conſ 75.uiſo. num.11. uol.3.
ſicut & in uicem alimentorum, Cyn. l. ſanci-
mus.24.nu.2.3. C. de nupt. Bart.d.l.Titio.71.
§.Titio.3.num.6. de cond. & demonſt. Bal.l.ſi
quis.33.num.5.l.fratres.27.nu.9.C.de inoffic.
teſt.& l.1.numer.6. C.quan.non peten.partes.
Etenim eiuſmodi cùm ſint titulus merẽ lucra-
tiuus, reſpectu liberorũ, qui citra ſynallagma
à parẽtibus capiunt, l.& quia. ff. pro ſoc. Bart.
poſt gl.l.ſi emancipata.in fin. C. de iur.& fac.
ignor.l.fin.§.ſin autem. C.de cur. fur. l.ſi duo.
38.de acq.hæred.Bald.l.ſi quis legatũ.§.final.
de

de falſ.Bal.l.iuris.C.qui admitti, Iaſ. conſ.181.
in præſenti uerſ.tertiò moueor. uol. 2. idcirco
tantùm de bonis debentur, l. ſcimus.§.reple-
tionē.C.de Inoffi.teſt.ubi Bal.Sal. & Dd.l.Pa-
pinianus.§. quarta autem accipietur deducto
ære alieno.ff.de inoff. teſtam. cū ſimil.hoc eſt,
ij quæ ſuperſunt,deducto ære alieno, l. ſubſi-
gnatum.§.1.de uerb. ſignif.l. in imponenda.l.
ſucceſſores.C.ad l.Falcid.§.cùm autem.Inſtit.
eod.tit. quod priùs deducitur ante hāc quar-
tam, l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ubi Dd.de
inoff.teſt. Bal.l.fin.§.in cōputatione. C.de iur.
delib. Alexa. conſ. 18.& 31.uol.4.Iaſ.conſ.181.
uol.2.& alias omnes,d.l 5. C.ad l.Falcid. Vn-
de ſi æs alienum totā defuncti abſorbeat ſub-
ſtantiam,talibus quartis & petitionibus earū
nō eſt locus,l.ſucceſſores.16.C.ad l.Falcid. Ex
quo ſequitur, liberos in petitione legitimæ
non præferri creditoribus, etiā chirographa-
rijs: imò nullā eſſe petitionem his, quamdiu
creditoribus aliquid debetur, Bart.Bal.Ang.
& Dd. d. l. Papinianus. §. ſi quis. §.quarta.de
inoff.Bal.l.2.C.de reuocan. quæ in fraud. cre-
dit.Iaſon conſ. 181.in præſenn.per totū,uol.2.
Bal.conſ.57.quia.per totum, uol.1. Vnde nec
alimenta peti poterūt, ubi peti nequit ſucceſ-
ſio bonorū,& hæreditas paterna,gl l.ſi quis à
liberis.§.ſi quis ex his.de lib. agnoſcen. Nam
31 † alimenta ex bonis debentur, l.2.ubi Bar.de
alimen.leg.quę,ut diximus,intelliguntur de-
ducto ære alieno, d. l. ſubſignatū.§ 1.de uerb.
ſignif.& creditores, qui certant de damno ui-
tando,l.ult.§.licētia. C.de iur.delib.præferun-
tur liberis, adeò ut ab his etiam repetere poſ-
ſint,Bar.l.his ſolis. in fin.de cond. indeb. Nec
alia eſt ratio dotis filiarum,quę cum legitima
& alimentis, ut diximus, ſymbolizat,l.quo-
niam.C.de inoff.teſt.Iaſ.l.filius fam. §. diui. in
2.lect.nu.13.& in 1.lec.nu.92.& in auth.nouiſ-
ſima.nu.74.C.de inoff.teſtam. l.ſi arrogator.
num.21.de adopt.Bald. No.trac.dot.parte 6.
priuileg.4.nu.3. Vnde & dotes filiarum credi-
toribus cedūt,ac poſtponuntur, Campez. de
dote,parte 1.quæſt.14. per d. l. Papinianus.§.
quarta. de inoff. teſt. adeò ut à creditoribus
dos ijs data repeti quoq; poſsit: tātum abeſt,
ut extante ære alieno debeatur,l.2.ubi Bald.l.
de his,quæ in fraud.cred.l fin.§ 1. ubi Bart. ff.
eod.tit. Ang. & alij, §. item ſi quis in fraudem.
Inſt.de act.Campez. præall. quæſt.14. per to-
tum.Dubiū tamen in feudis,(cuiuſmodi ſunt
hæc latifundia) ex eo quòd alimētatio & do-
tatio ſint onus feudi, tranſiens cum feudo,ue-
lut debitum impoſitum, etiam ad extraneos,
puta agnatos, &c. Ergo uidebatur ſimili mo-
do tranſire in creditores: niſi dicas,aliam eſſe
cauſam horum, qui certant de damno uitan-
do,l.ult.§.licentia.C.de iure delib.etſi debere-
tur ex feudo, certè etiam ex allodio ſimili ra-
tione, contra prædictam Dd.theoricam in du
bio.Cōcludendum igitur hac in parte,donec
aliud ſtatutum reperiatur,poſt mortem debi-
torum nihil ſupra dotem,uel dotalitium mu-
lierum poſſe creditoribus nomine lucri nu-
ptialis donationis, alimentorū, dotis, legiti-
mæ,ab uxorib. uel liberis abradi, ꝑ prædicta.

Quod ad ultimam partē, nempe uſurarū
quæſtionem attinet, non dubium eſt, ex mu-
tuo nihil deberi,niſi quod datum eſt: unde &
nomen habet,l.2. ubi Dd. ſi cert.pet.& huc al-
legatur Euangelicum illud:Mutuum dantes,
nihil inde ſperantes: Tiraquel.de retrac.prox.
§.1.num. 70.Molin.de uſur.in princ. nu 9.10.
32 cū ſeq. Quamobrem † uſuræ omnes, ut quæ
facultates hominum exhauriant, Iaſ.l.ſi con-
ſtante.num. 15. ſolut. matr.improbatæ ſunt l.
improbum. C. ex quib. cauſ. Infa.non modò
quę conſiſtunt in pecunia,uerumetiā in qua-
cunq; acceſsione ſupra ſortē, c. 1.2.& tota 14.
quæſt.3.& 4.per totum,l.ſi ea pactione. l. ſi ea
lege. auth.ad hæc. & paſsim, C. de uſur. c. ad
noſtrā.de emp.c.1.2.4.5. & tot. tit.ex̄ de uſur.
ubi Dd.Quanquam autem iure ciuili ex mo-
ra deberi poſſunt,l.cùm quidam.§.ſi pupillo.
de uſur.& ſtipulatione,l.Titius.ff.de præſcrip.
uerb,l.1.C.de iudic.l.centum Capuæ.l.ult.ubi
Iaſ.& Dd. de eo quod.cer.loc.l.1.l.3.& paſsim,
C.de uſur. intra tamen legitimum modum, l.
ſi pro mutua. C.ſi cert.pet.lege Cæſarea defini
tū,l.eos. C.de uſur.tamen cùm lex diuina pro
hibeat uſuras in utroq; Teſtamēto, cap. 4. de
uſur.Panor.rub.de uſur.nu. 5. Molin.de uſur.
in prin.nu.9.10.11.15.Alex.conſ.93.nu.8 uol.
6.& Canonica omnes generatim uſuras im-
ꝓbet,14. quæſt. 3. 4.5.6.per tot. c. 2. de uſur.
quæ in hac materia peccati etiam in ciuili fo-
ro ſeruanda eſt,c. cū uenerabilis.c.ad audien-
nam.c.ult.de conſuet.c.1.eod.in 6.c.1. de iure-
iur.in 6.c.per uenerabilē.qui fil.ſint legit.glo.
ordinaria §.hactenus.uerb.generata.Inſtit.de
grad.cog Iaſ.l.2.nu.23.C.ſi contra ius,uel uti-
lit.& in rub.ſol.mat.nu.31.Bart.num.2.& Dd.
l.priuilegia.C.de ſacroſan. eccleſ. Schurff. cōſ.
1.nu.16.cent.1.maximè in quæſtione uſurarū,
d.c.2,ubi Dd. de uſur.Bal.Salic.& Dd.l.eos.C.
de uſur.Balb. trac. præſcrip. in prin.num.2.3.
Neguzan.de pignorib. parte 5. Soc.conſ.39.
uiſis. nu.5. uol.1, Dec.conſ.110.nu.6.Schurff.
conſ.83.prædictæ.nu.11. centur. 3. idcirco ho-
die neq; ex ſtipulatione, nec ex mora deben-
tur,Iaſ.l qui Romę.§.Seia.nu.29.de uerb.obl.
ne quidem ex litis conteſtatione, uel ſentētia.
Angel.in §.fuerat.num.4.Inſt.de act.Gomez.
nu.17.Benincaſ.nu.309.in §.actionum.Inſtit.
de actionib.Natta conſ.450.nu.14. Panot.&
communiter Dd.in rub.& cap.1.ac paſsim,de
uſur. Et quanquam propriè uſura non cadit
niſi in mutuo,uel quaſi,c.4.c.conſuluit.10.de
uſur.Panor.conſil.62.circa.in fin.lib. 1. l. 2.§.
creditū.ubi Dec. notat.in 3. notab. ſi cert.pet.
Crauet.conſ.189.quando. num. 7.conſ.145.
num.6.gloſſ.14.quæſt.3. in princ.quam dicit
communem omnium ſententiam Molin.tra-
ctat.uſurat.in princ.num. 8. & 9.tamen etiam

in reliquis contractibus fraudes uſurariæ demnantur, c. ad noſtrã. de emp. ubi Canoniſt. c. 16. cum multis ſeq. de uſur. & probant per famam, ut indicia, c. illos. in fin. de pignor. ca. cùm in diœceſi. 15. de uſur. Crauet. conſil. 189. numer. 5. 6. 8. etiam per teſtes ſingulares, Bal. conſil. 406. in cauſa. numer. 1. 2. lib. 1. conſilio 192. proponitur. in fin. lib. 2. conſ. 161. proponitur. num. 4. lib. 3. conſ. 465. uiſis. lib. 4. cõſ. 514. ad euidentiam. lib. 5. Panor. conſil. 81. in princ. conſ. 113. lib. 2. Cornæus conſil. 91. conſ. 134. lib. 1. conſil. 247. conſ. 34. lib. 2. conſ. 185. conſil. 286. lib. 3. quibus locis atteſtatur eſſe communem, quòd probetur uſura per teſtes ſingulares: ad idem Calder. conſil. 5. tit. de teſtib. Crauet. conſil. 73. dicendum. nu. 32. Item
33 † quòd ſufficiat ſemiplena probatio & coniectura: quæ aliàs non ſufficerent, cùm res ſit difficilis probationis, multis confirmat Crauet. conſ. 156. num. 5. cum ſeq. conſ. 83. dicendum. nu. 7. & Alex. conſ. 54. nu. 3. uol. 6. conſ. 46. in prin. lib. 3. conſil. 45. in princ. lib. 6. Caſtrenſ. conſ. 58. uiſis. nu. 3. 4. conſil. 74. in cauſa. ad fin. conſil. 109. uiſa. num. 3. lib. 2. Calcan. conſil. 26. & conſil. 27. Cornæ conſil. 23. in fin. conſil. 41. num. 4. 5. lib. 3. Quamobrem quicquid creditor ſupra fortẽ accipit, in eam imputare cogitur, c. 1. 2. c. cõqueſtus. 8. & paſsim de uſur. etiam factum aliquod ius, l. rogaſti. §. ſi tibi. lib. 1. num. 8. ſi cert. pet. atq; adeò etiam fructus, c. 1. 2. c. conqueſtus. 8. de uſur. l. 2. C. de diſtrac. pig. l. 1. & 2. C. de pig. actio. l. ſi dominium. C. de pignor. Nam uſura eſt acquirere fructos ſine cauſa, hoc eſt, ſupra ſortem, c. conqueſtus. de uſur. c. plerìq; 14. quæſt. 3. Hoſt. de uſur. §. 1. uerſ. & eſt ratio. Bal. rub. C. eod. tit. in fine, latè Tiraq. de retrac. conuen. in fin. num. 64. 65. 76. Et dato, quòd ſit mercator, ac ſoli-
